24 III 31

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 C
66

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

31-E-27
3/4.29.
29
13-18.d.58

by Google


Et Iustitia de cælo prospexit
Cuiq; Suum
ASTRVM INEXTINCTUM
Asbestus
Ligata Libertas
Ligata Libertas
Verborum tuorum Veritas
AVLA ECCLESIASTICA,
et
HORTVS CRVSIANVS,
Auctore
R. P.F. Romano Hay Ordinis S. Benedicti.
Imperialis Monaſterÿ. Ochſenhuſani in Sue„
uiâ Preſbÿtero Theologo. Anno Domini.
M. DC. XXXXVIII.

6

AVLA ECCLESIASTICA

De

BENEFICIIS ECCLESIASTICIS, PRÆSERTIM REGULARIBVS, EORUMQVE EXTINCTIONE, DEVOLVTIONE, COLLATIONE, ET

ſpe iuridicâ, illa, ſicubi deſtituta fuerint, reparandi.

ET

HORTVS CRVSIANVS

Joannis Cruſij è Societate Jeſu Bremenſis *Eclipſi, ſiue Deliquio Aſtri inextincti*, ſpeculi loco oppoſitus.

AVCTORE

R. P. F. ROMANO HAY Ordinis S. Benedicti, Imperialis Monaſterij Ochſenhuſani in Sueuia Preſbytero Theologo.

FRANCOFVRTI,

Inveniuntur apud JOANNEM PRESSIVM.

ANNO M. DC. XLVIII.

TABVLA

SEV

Facies totius Operis.

1. EPiſtola Dedicatoria.
2. Præfatio ad Lectorem, *quæ cauſam & materiam ſcriptionis exhibet; Approbationes & Iudicia nonnulla, Aſtro inextincto poſteriùs conceſſa, & hucuſque non edita; itemque impoſturam Ioannis Cruſii circa eadem, & earum retorſiones producit; continetque numeros* 14. *in Indicibus & aliàs à nobis citatos.*

3. Aulæ Eccleſiaſticæ Propylæum, *docet, quid ſint bona vacantia ciuilia, quid Eccleſiaſtica; quid fiſcus ſæcularis, quid Eccleſiaſticus; an & quando tales vtrobiq; dentur, & quis effectus vtriuſq;. conſtat numeris.* 9.

4. Aula Eccleſiaſtica, *quatuor fundamentales quæſtiones Beneficiales, multiplici ratione, Theologorum, vtriuſq; Iuris, ac interpretum authoritate, fuſiùs quàm in Aſtro inextincto factum, elucidat, ſolideque ſeſe firmat. Harum* I. *eſt; An Monaſteria, ſeu quælibet Eccleſiæ Collegiatæ, per mortem omniũ de Collegio particulari, vel alios fortuitos ob caſus, vnà cum omnibus ſuis Dignitatibus, Titulis & Beneficiis extinguantur.* II. *Num per mortem omnium de tali Collegio Eccleſiaſtico, ius prouidendi de alio Prælato ſeu Capite, ipſo iure devolvatur ad immediatum Superiorem, penes quem aliàs reſidet poteſtas Electum confirmandi.* III. *Num electio, per mortem omnium Collegiatorum ad eiuſmodi Superiorem deuoluta,*

ta, pendeat ab ipſius libero arbitrio & voluntate; an verò ſit collatio neceſſaria , qualitatibus Fundationis & Beneficiorum vacantium alligata.

IV. Num Ordines Regulares antiqui, etiamnum habeant ſpem iuridicam, certam ac proximam, Monaſteria ſua deſtituta vbiuis terrarum reparandi: &, an talia Monaſteria rectè nominentur emortua. Vbi nonnihil ad Concordata Nationis Germanicæ digreſſi, claudimus Aulam, continentem univerſim numeros. 130. paſſim à nobis citatos.

5. Horti Cruſiani Flores, Pomarium, Piſcinæ, Auiarium & Confinia, *quingentas & octo falſas allegationes in lucem producunt, quibus Ioannes Cruſius ſacros Canones, Ius ciuile, Theologos, Iuris vtriusque Doctores, Hiſtoricos, aliosque in ſua contra Aſtrum inextinctum edita Eclipſi ſiue Deliquio flagellauit: Vbi pro data occaſione, variæ difficileſque quæſtiones enodantur, & iucunda quædam inſperguntur. Cùm autem ex his aliquid in Indicibus vel alibi allegamus, non citamus Horti Cruſiani Flores, nec Pomarium, nec Piſcinas, nec Auiarium, nec deniq; Confinia, ſed numerum falſarum allegationum in margine poſitum, quarum ſeriem attendere oportebit.*

6. Horti Cruſiani Paradoxa, *aliis quibusdam erroribus Cruſij recenſendis immorantur , qui in commiſſis falſis allegationibus non conſiſtunt, habentque numeros paſſim citatos. 35.*

7. Horti Cruſiani Appendix, *Pauli Laymann è Societ: Ieſu Cenſuras in Aſtrum inextinctum obiter percurrens, triginta potiores ipſius Antilogias & paradoxa primùm recenſet; inde iuxta Valentini Mangionij Theoricas tranſiens, Eugenij Lauanda exorbitantes Notas in prænominatum Aſtrum, raptim attingit, & cum earundem geminata proſcriptione, Hortum Cruſianum claudit.*

8. *Vltimo loco,* Aulæ Eccleſiaſticæ *varia peripetaſmata &* Aulæa *expanduntur, quæ inſtituto noſtro ſeruire videbantur: Videlicet*

I. Supplex libellus antiquorum Religioſorum Ordinum, Ferdinando III.

Impe-

Imperatori, pro conſeruandis Monaſteriorum fundationibus, & Germaniæ Concordatis, oblatus Ratisbonæ, *anno*. 1641.

II. Eorundem Ordinum neceſſaria informatio ac petitio, in eadem cauſa, S.R. Imperij Procerum Legatis & Oratoribus, eodem tempore præſentata.

III. Suggeritur conſilium, de Academiis, etiam per antiquos Ordines prouidendis.

IV. Supplicatio Ordinis Equeſtris Rhenani, in VVetterauia, & adpertin. diſtrict. ad Vrbanum VIII. Pont. Max. in hac ipſa cauſa. ann. 1637.

V. Supplicatio ad Vrbanum VIII. in cauſa eadem, à Conſiliariis & Legatis S. R. Imperij Procerum expedita. anno. 1641.

VI. Literæ binæ Ferdinandi II. Imp. ad ſuum Oratorem Romæ; addito eiusdem Oratoris reſponſo. an. 1630.

VII. Literæ Ferd. II. Imp. malè informati, ad Ferd. III. Regem, filium, mandantis aliquot Monaſteria tradi Patribus Societatis Ieſu. an. 1636. *Eorundem Monaſteriorum ſpecificatio. Regis ſubdelegatio in Baronem de VValmerode. Inſtrumentum Notarij publici, cum inſerta proteſtatione Abbatis in Euſſersthal Ord. Ciſterc. contra clandeſtinam hanc ſocietatis immiſſionem. Eiusdem Abbatis plenior informatio, circa narrata malè impetrantium.*

VIII. Reſponſum quatuor Electorum Principum ad Ferd. II. Imp. in cauſa reſtituendorum Monaſteriorum, & Edicti Generalis. anno. 1627.

IX. Status Equeſtris Rhenani literæ ad Ordinem Ciſterc. pro Monaſteriis Monialium ſui Ordinis manutenendis: Vnà cum reſponſis. 1636. & 1637.

X. Libellus ſupplex antiquorum Ordinum, ad Maximilianum Principem Electorem Bauariæ, pro reſtitutione Monaſteriorum utriusq; Palatinatus, an. 1637.

XI. Diſcurſus cuiuſdam I.C^ti. An Monaſteria in Principum territoriis ſita, ſint eorundem bona Cameralia unà cum Extract. teſtamenti Ferdin. I. Imp.

XII. Fragmentum Epiſtolæ M. Aurelii Imp. ad Regem Siciliæ.

XIII. S. Ludovici Galliarum Regis, pragmatica Sanctio, de Beneficiis Eccleſiaſticis in Regno ſuo. edita anno. 1268.

XIV. Qua occaſione Ordo S. Bened. anno. 1636. & ſeqq. fuerit in Hungaria reſtitutus. Subiunguntur Epiſtolæ Epiſcoporum Hungarorum ad Antonium Epiſcopum Viennenſem; Eiusdemq; reſponſa hanc ad rem pertinentia, vnà cum Catalogo Monaſteriorum, quæ olim in inclyto illo Regno, dum floreret, viguerunt.

XV. Replica Vrbano VIII. Romæ data, ab extraordinariis Legatis Regis Catholici, cauſas Beneficiales concernens. anno. 1635.

XVI. Fragmentum reſponſi, cuiusdam Principis in Germania acatholici, de variis Monaſteriorum occupationibus, etiam per Status Catholicos factis.

XVII. Ordo S. Benedicti contra quosdam defenditur. Inſeritur Decretum Bonifacij. IV. Papæ, ante mille annos in favorem eiusdem Ord. in Concilio Romano promulgatum, & hucusq; (.quod ſciam.) nuſquam integrum in lucem editum. Suffragantur Doctores Salmanticenſes. anno. 1609.

XVIII. Deſignatio quorundam Monaſteriorum, nunc & olim ſuis Ordinibus reſtitutorum.

XIX. Rationes & motiva, cur nova quorundam hodie ſententia, de extinctione Monaſteriorum per mortem omnium de Collegio particulari, meritò ſit reijcienda; & noſtra viciſſim amplectenda. Complectuntur autem hæc Aulæa numeros. 137. hinc inde à nobis in hoc Opere citatos.

Librum claudunt Indices quatuor.

REVE-

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI VINCENTIO *CARAFA, SOCIETATIS IESV PRÆPOSITO GENERALI meritiſſimo, Domino ac Patri Colendiſſimo.*

NE vacuus in conſpectu tuo appaream, Reuerendiſſime Pater, *Aulam* & *Hortum* præſento; Vtrumque amant Neapolitani, vtrumq; Romani. Premit æſtus? Aula ſubiri poterit: nauſeat vmbra? Hortus ad manum eſt; ita ſemper

---amant alterna Camænæ,

vt ſint magis amænæ. Vetus vtriuſq; cultura eſt. Aulas cum Regibus ſurrexiſſe, Hortos cum orbe condito, nec procul ab Aulis, loquuntur hiſtoriæ. Non memoro Adonidis, Alcinoi, Tantali, Heſperidumq; hortos, proverbijs & fabulis notiſſimos: adſunt vera plantaria Aſueri, Cyri, pluriumue Regum, regia conſita manu; nouimus Semiramidis aëreos, penſileſq; hortos Babylone; Maſaniſſæ nouum ac celebrem cultum, Africa tota mirante; Tarquinium Regem, iam tum priſcâ illa Roma, in hortis molliter ambulantem, & papauerum capita reſecantem; Catonem Cenſorium totum hortenſi rei deditum, deq; ea ſeriò ſcribentem; Lucullum poſt Aſiáticas Victorias, in ijs otiantem; Sullam abiecta Dictatura, ſuauiter hic ſeneſcentem; deniq; Diocletia-

cletianum Principem olera ſua & lactucas ad Salonam purpuræ & omnibus ſceptris præferentem. Innoxia prorſus & ingenua delectatio, quo pleriq; mortalium, inſita natura propendemus. Quæ mihi cauſa fuit, vt opacam Aulam hîc ſtatuerem, & Hortum à Ioanne Cruſio Bremenſi, Tuæ Societatis, perperam foſſum, refoderem, docerémq; Veritatem ne ſarculis quidem, aut ligonibus ullis ſubigi poſſe.

Paucis hinc retro annis, ab Ordine S. Benedicti iuſſus, à cæteris rogatus, *Aſtrum inextinctum*, approbantibus Catholicis Vniuerſitatibus evulgaveram in eos qui temerè provocabant. Operis materia viſa honeſtiſſima, tractatuq; digniſſima, niſi eam nonnulli, præcoci calore fœdè laceraſſent, & quos dederam radios, in ſpinas & aculeos ſibi vertiſſent, quibus exoculati, faciliùs crederent Eclipſes *Aſtro*, quàm ſuis oculis inhærere. Sed Solem denigrare aggreſſi ſunt. Tuum incorruptum iudicium & oculos Reverendiſſime Pater appello, quos aquilinos & ſinceros eſſe nemo dubitat, cui Caraſici ſanguinis & familiæ virtutes, animiq; magnitudo vel modicè perſpecta eſt: quibus factum, vt tam ferax Pontificum, Cardinalium, Legatorum, Epiſcoporum, in Eccleſia ſemper digna fuerit habita, quæ candelabro imponeretur, vt magnis rebus gerendis, viri magni adhiberētur. Hinc Tu in Præpoſituram Generalem Societatis Ieſu à tuis nuper evectus, non vt lucere inciperes, ſed vt pridem luxiſſe Te, omnibus conſtaret. Dignus profectò, qui tam Religioſum & numeroſum gregem vigilantiſſimus Paſtor anteires. Oves habes bonorum operum vellere fœcundiſſimas, lacte pietatis & doctrinæ turgentes: paucas tamen morbidas, tanto numero miſceri nil mirum. Quaſdam etiam ſcabie laborare, in *Aula* & *Horto* meo comperies, quas novitatum prurigo, non tam ad fricandum,

quàm

quàm ad inſultandum exaſperavit, adeò ſuis contra me ſcriptis libellis nuper deſævierunt, cauſæ ſuæ triumphum, nî fallor, in vnius pellis meæ laceratione ponentes: Similes prorſus canibus quibuſdam villaticis aut villoſis, qui tacti lapidem, neglecto iaciente, mordent; *cùm eius nulla culpa ſit, cui parêre neceſſe eſt.* reg.iur.24.in 6.

His non obſtantibus, tanta mea, cauſæq; meæ in Te eſt fiducia, vt contra morſus & inſecutiones talium, tutelam ac defenſionem nullibi efficaciùs, quàm apud Te, animiq; tui magnitudinem, æquitatis amantiſſimam, me inuenturum ſperem. Tuum enim eſt, imodicum tuorum calorem temperare; Tuum eſt, à via Veritatis aberrantes Tibi ſubditos compeſcere, & in æquilibrium modeſtiæ revocare; Tuum denique eſt, oves tibi comiſſas, à paludibus & fætentibus aquis arcere, ne putridi erroris potu infectæ, immedicabili phtiſi contabeſcant. Nec eſt quòd verear, me hominem exterum patrocinio quæſito fruſtrandum, licet inſecutores mei, Tui ſint filii, Tuæq; Religionis & Societatis intima membra, quando vel ipſe Chriſtus Dominus, memorabili exemplo, plerisq; ad ſe confugientibus afflictis, ſecundùm fidem ſuam fieri voluit, ita vt magnitudo confidendi, facta fuerit menſura conſequendi.

Animat me lepuſculus ille, qui apud Surium in vita S. Anſelmi noſtri, Archiepiſcopi Cantuarienſis, licet à canibus & pueris ipſiuſmet Sancti Archipræſulis vehementer fatigaretur, aſylum tamen ſuum ſub vnico S. Anſelmo quæſivit & invenit. *Diſcedente autem Anſelmo à Curia*, (inquit Edinerus illius vitæ ſcriptor, ipſiq; familiaris & oculatus teſtis.) *& ad villam ſuam nomine Heyſem properante, pueri quos nutriebat, leporem ſibi occurrentem in via, canibus inſecuti ſunt, & fugitantem infra pedes equi, quem Pater* Sur. 21. April.

ipſe inſidebat, ſubſidentem conſecuti ſunt. Ille ſciens miſeram beſtiam ſibi ſub ſe refugio conſuluiſſe, retentis habenis, equum loco fixit, nec cupitum beſtiæ voluit præſidium denegare; quam canes circumdantes, & haud grato obſequio hinc inde lingentes, nec de ſub equo poterant eijcere, nec in aliquo lædere. Quod videntes admirati ſumus. At Anſelmus (. habito ad comites appoſito brevi ſermone.) *laxato fræno in iter rediјt, beſtiam vltra perſequi, canibus clara voce interdicens. Tunc illa omni læſione immunis, exultans, præpeti curſu campos ſiluaſque reuiſit. Nos verò depoſitis iocis, ſed non modicè alacres effecti de tam pia liberatione pauidi animalis, cœpto itinere viam detriuimus.* Hæc ille.

Simile quid accidiſſe ferunt in domo ſeu Monaſterio Vallis S. Ioannis Baptiſtæ in Seyz Carthuſianorum in Sclavonia, quod aliquandiu Societatis Tuæ Patres tenuerant, ſed operâ R. P. Viani Romæ ſolidiùs informantis, ad mandatum Sedis Apoſtolicæ, loco denuo ceſſere, ſacroq; Carthuſianorum Ordini reditum in ſua permiſere. Huius Cœnobij fundatio facta legitur Anno Dominicæ incarnationis, 1151. in villa Gonabiz, ab Ottacharo vltimo Marchione Styriæ: Qui quandoq; venatum exiens, in vmbra ſaltûs ſupino corpore obdormierat. Interea venatores cum canibus ſilvam pervagantes, feras excitant, vtq; ſibi periculoſa fuga conſulant, adigunt & inclamant. Accidit, lepuſculum anhelo curſu ex dumetis ad Ottacharum dormientem deferri, ſeſeq; ſupra pectus iacentis Domini recipere. Canes qui ſequebantur, Dominum ſuum attingere non auſi, pavidum animal intactum vel inviti reliquere; quod expergefactus Ottacharus cùm pectori ſuo incubare vidiſſet, memor in ſinu ſuo tam confidenter quæſiti perfugij, Carthuſiam ibi fundatam, Seyz nominari voluit; quod verbum Sclavonica lingua leporem ſignificat.

Si proinde tanti viri ac Principes, brutis animantibus, etiam ſuo, ſuorumq; iuſſu per canum immiſſionem exagitatis, petitum aſylum non negavere; quid dubitem ego, quin Tu hominum manſvetiſſimus, me cùm *Aula*, *Hortoq;* meo ad te venientem, ſub benigniſſimi nominis Tui protectione recepturus ſis; cùm aliud non petam, quàm vt canes Tui venatici, me librumq; meum non lacerent, à morſibus & latratibus ſcommatum abſtineant, ac Tui ſaltem reverentia deinceps miteſcentes, tales lucubrationes in lucem edant, quæ ædificationem doctrinamq; ſolidam Lectoribus ingerant, & univerſæ Societati ſint honori: aliter, à Provincialibus imprimi non permittantur. Securus igitur Opuſculum hoc in ſinum Tuum repono; cùm & meram Veritatis meiq; defenſionem contineat, nec quenquam impugnet præterquam errores, quos abſterſiſſe, nemo bonus ægrè feret. Vale Reverendiſſime Pater, diutiſſimè ſoſpes & fortunatus, omniumq; malorum verè *Vincentius*. Ex Monaſterio Ochſenhuſano. 22. Maij. Anno Verbi incarnati. 1647. Ierem. 16.

Reuerendiſſimæ Paternitatis Tuæ

Humillimus in Chriſto ſeruus

Fr. Romanus Hay. m.p.

APPROBATIONES

Theologorum Viennenſium & Salisburgenſium HORTO CRVSIANO datæ, priuſquam ipſi Aula Eccleſiaſtica, & Horti Cruſiani CONFINIA cum ſequentibus acceſſiſſent.

HOrtus Reverendi P. Romani Hay, Ordinis S. Benedicti Presbyteri Theologi, quem legendo & relegendo perambulavi, nil fidei aut bonis morib. contrarium, quod eum ingredientes minus recrearet, continet; prodit namque non minus clarè quam iucundè meras alterius horti lappagines, nimirum, trecentas ſexaginta ſeptem falſas allegationes, quibus non-nemo ASTRVM alias INEXTINCTVM obſcurare, eiq; Eclipſin inferre conatus fuerat. Verum ex hujus Horti contrapoſiti perluſtratione, vnicuique ad oculum patebit, vbinam fuerit veri luminis VERITATIS deliquium. Viennæ Auſtriæ 3. Calend Auguſti. Anno Domini. 1642.

Fr. Iacobus Plenck Ordin. Prædicat. SS. Theologiæ Magiſter, & in Vniuerſitate Viennenſi Profeſſor primarius, nec non generalis ſtudii in Conuentu ſuo Regens. m. p.

LIber iſte, cuius inſcriptio eſt, HORTVS CRVSIANVS, ab Abmodum Reuerendo Domino P. Romano Hay, Ordinis S. Benedicti Presbytero Theologo exhibitus, Græcam fidem ad Romanam ac Germanicam revocat. Vindex is eſt veritatis, quam idem admodum Reverendus P. Romanus Hay, in ſuo ASTRO INEXTINCTO Orbi oculatam reddidit, ſed Ioannes Cruſius Bremenſis, mentis Eclipſin perpeſſus, vna ſecum tenebris involvere conatus fuit. Liber ergo iſte, cum veritatem è tenebris in lucem eruat, nihilque fidei Orthodoxæ, bonisve moribus aduerſum contineat, dignus eſt qui lucem aſpiciat, publicique iuris fiat, omnium Veritatis amantium oculos oblectaturus

Ita ſentio Ego.

Actum Viennæ in Auſtria in Conuentu FF. Præd. An. Dom. 1642. die 29. Iulij.

Fr. Antoninus Saur Ord. Præd. SS. Theologiæ Magiſter & Profeſſor Ordinarius, & eiuſdem in celeberrima & antiquiſſima Vniuerſitate Viennenſi Doctor. m. p.

NOn omne quod ſplendet eſſe aurum, vel hic liber HORTVS CRVSIANVS inſcriptus manifeſtum facit, in quo pluribus demonſtratur, Tractatum, quem vocant Aſtri inextincti Eclipſin ſeu deliquium, quemque veritatis auro ſplendere etiam magni viri arbitrantur, falſis ſcatere allegationibus Iuris tam Canonici, quam Ciuilis, aliorumque Authorum, quibus tamen potiſſimum nititur, adeoque pati ipſam

quam

quam ASTRO INEXTINCTO inducere conabatur Eclipſin. Et quia bono publico intereſt, Veritatem in tam graui cauſa non occultari iudico non inutiliter hunc librum, præli beneficio fieri publicum, præſertim cum nihil in eo, quod fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus aduerſetur adverterim. Salisburgi 4. Septembr. Anno Domini. 1642.

P. Carolus Iacobi Ord. S. Benedicti, Monachus Andecenſis SS^æ. Theologiæ Doctor & Profeſſor, nec non pro tempore Vniuerſitatis Salisburgenſis ProCancellarius. m. p.

IVs Religioſorum antiquorum Ordinum, de repetendis Monaſterijs, per alios iniquè retentis, extinctum non eſſe, ASTRUM INEXTINCTUM rationibus & authoritatibus iam olim clarè & ſolidè docuit. Opus ſane dignum, vt ſuper candelabrum, non ſub modio reponatur. Eclipſin ſeu Deliquium non eſt quod quiſpiam eidem minetur; nam quã vanæ ſint ſine viribus iræ, & quam Veritas impugnata fiat lucidior, ſeq; nulla Eclipſeos falſitate obſcurari ſinat, Admodum R. P. Romanus Hay Ord. S. Bened. in defenſione ASTRI ſui INEXTINCTI, iterum hoc Opere, quod HORTVS CRVSIANVS inſcribitur, ex Veris fundamentis oſtendit. Legi illud & relegi, & quia in eodem nihil fidei Orthodoxæ, & bonis moribus contrarium reperi, typo publico dignum eſſe iudico. Nouit ſanè dictus Pater illud ex Ioanne Trithemio lib. de ruina Monaſt. Ord. *Ius ſuum qui negligit, aduerſario concedit. Vigilandum eſt omnibus in cauſa, quæ omnes tangit; quia quod ab vno eripitur, omnibus ablatum cenſetur. Quotieſcunq; Monaſterium ab Ordine rapitur hereditas noſtra communis, in parte diſſipatur.* Salisburgi. 4. Septembr. Anno. 1642.

P. Thomas Ringmair, Ord. S. Bened. Profeſſus in Monaſterio VVeſſobrunn SS. Th. Doctor, atq; eiusdem in Academia Salisburgenſi Profeſſor Ordin. p. m.

H*Ortus* hic Patris Romani Hay, Ordinis Sancti Benedicti Presbyteri, in quo iuſto zelo ASTRUM ſuum INEXTINCTUM propugnat nihil continet fidei contrarium, quare nihil obeſt, quo minus typis mandari poſſit. Duaci. 9. Nouemb. Anno 1644.

Nicolaus le Loing Sacræ Theologiæ Doctor eiuſdemq; Profeſſor Regius, m. p.

APPROBATIO DOCTORVM SORBONICORVM Pariſiis eidem HORTO CRUSIANO conceſſa.

EX demandata nobis Copia legendi & approbandi, librum hunc, cui titulus: HORTVS CRVSIANVS *&c. Auctore R. P. F. Romano Hay, Monacho Ordin. S. Benedicti.* Nos infra ſcripti, in Sacra Theologiæ facultate Pariſienſi Doctores, eundem perlegimus, & examinauimus, in quo nihil deprehendimus, aut fidei Catholicæ diſſonum, aut moribus Chriſtianis indignum, imò plura reperimus, quæ Magni huius & glorioſi Patriarchæ filiorum iura ſuſtentant; quæque Aduerſarii ſophiſmata, quibus Societatem ſuam, bona temporalia Benedictinæ familiæ propriâ, ſibi accipere licere contendit, & imbecillitatis & falſitatis, tam ſolidè, quam lepidè conuincunt. In cuius teſtimonium ſubſcripſimus 17. Iunii Anno 1646.

H. Holden. Doulaus.

APPROBATIONES, ſeu Cenſuræ

Aulæ Eccleſiaſticæ & Horti Cruſiani, cum Confiniis, Appendice, &c.

PErlegi librum R. P. F. Romani Hay Ordinis S. Benedicti intitulatum Aula Eccleſiaſtica de Beneficiis Eccleſiaſticis, *præſertim Regularibus, eorumq; extinctione devo-*

deuolutione, Collatione, & ſpe iuridicâ, ſicubi deſtituta fuerint reparandi cum annexo HORTO CRVSIANO, in quibus præfatus Author, Ius antiquorum Ordinum & ſui ASTRI INEXTINCTI, inextinctum fulgorem, contra Eclipſim ab aduerſarijs oppoſitam, ſeruata religioſa in ſcriptione modeſtia, doctè ſolidèque defendit. Et, quia in his nihil offendi, quod Chriſtianæ & Orthodoxæ fidei aut pijs moribus ſit contrarium, ſed quod ſanam doctrinam decet, dignum iudico, vt hoc opus pro Communi vtilitate typis donatum lucem aſpiciat, & cum ſuo Aſtro lucem Veritatis Orbi affundat. In quorum fidem his propria manu ſubſcripſi. Francofurti ad Mœnum die 16. Novemb: An. 1647.

F. Vincentius VVeiler Ordinis Prædicatorum SS. Theologiæ Præſentatus & Notarius ſancti Officii.

CVm veritati nunquam fidele denegandum ſit teſtimoniū, hinc Ego infraſcriptus, rogatus quid de libro, cui inſcriptio eſt: AVLA ECCLESIASTICA, *vna cum ſuo Horto Cruſiano, eiuſque Appendice ſentirem.* Viſis non tantum aliorum Eximiorum Virorum teſtimonijs, ſed etiam nihil deprehendens, quod fidei orthodoxæ, boniſvè moribus repugnet digniſſimum iudico, vt typis evulgatus publicam lucem diſcuſſis Eclipticis tenebris aſpiciat. Scripſi & ſubſcripſi Coloniæ in Canonicâ noſtra Sanctiſſimi Corporis Chriſti die 12. Decembr. Anno 1647.

Ioannes Michael Glaſer S. Theologiæ Doctor. & Profeſſor.

A*Vla hæc Eccleſiaſtica vna cum ſuo HORTO CRVSIANO eiusq; Appendice* ab Admodum Reverendo Patre F. Romano Hay, Ordinis S. Benedicti, Imperialis Monaſterij Ochſenhuſani in Suevia Presbytero Theologo extructa ac compoſita, tanto rationum irrefragabilium ex Iure Communi, ſacriſque Canonibus petitarum pondere, tanta iudicii acutiſſimi, ſimul ac ſinceriſſimi firmitate firma, ſolidaque conſiſtit, vt nullis adverſantium Argumentorum Machinis diſiici queat ſic iudico, Coloniæ 13. Decembr. Anno 1647.

F. *Ioannes Niderwviltz, Carmelita Colonienſis S. Theologiæ Doctor ac Profeſſor Ordinarius.*

Facultas Reverendiſſimi Domini Abbatis Ochſenhuſani.

NOs Wunibaldus Dei gratia Abbas Imperialis Monaſterij S. Georgij in Ochſenhauſen Ord. S Benedicti Diœceſis Conſtantienſis, Provinciæ Moguntinæ, librum cui titulus eſt AVLA ECCLESIASTICA & HORTUS CRUSIANUS &c. à Dilecto Nobis in Chriſto filio F. Romano Hay Noſtri Monaſterij Conventuali Presbytero compoſita & per plures Theologos lecta & approbata, typis publicis in lucem edi permittimus. In cuius rei fidem præſens Chirographum noſtra manu ſignauimus Ochſenhuſii 24. Februarij anno 1648.

VVunibaldus Abbas.

L. S.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Lector amice ſalue.

I.

PAucis retro annis, ſubglorioſæ memoriæ Ferdinando II. Imperatore Auguſto, ſecundante Deo ſpes affulſerat, ad pridem initam Pacem Religionis in Germania redeundi, vt Status acatholici, Epiſcopatus, Monaſteria, aliaq; bona Eccleſiaſtica, quæ Catholicis contra ius naturæ, gentium, ciuile, initumq; fœdus, etiam violenter eiecto Clero occupauerant, Ordini Sacerdotali, ſuiſq; legitimis Dominis reſtituerent: Et iam felici progreſſu Cæſareum Edictum eodem collimans, in Imperio paſſim appendebatur, ac per deputatos Commiſſarios, executionis initia ponebantur. Cùm repente nonnulli, videntes in tam publica tot bonorum reſtitutione prioribus Religioſorum Ordinibus facienda, ſe præteriri, nec quicquam quod ſibi daretur ſancitum, aut iure debitum eſſe, nihil non moliri ceperunt, vt rimas in hac fortiſſima veterum Regularium lorica inuenirent aut facerent, quas ſubtiliter penetrando, cauſam illorum, iure quæſitam, euerterent, ſeſeq; capaces, imò præ cæteris idoneos redderent capeſſendorum non ſpernendæ lectionis Cœnobiorum. Hîc ſudare optima quæq; ipſorum ingenia; Pars editis lucubrationibus, Edictum Cæſareum heteroclita interpretatione conuellere; pars Monachos ob vitæ ſolitariæ inſtitutum, & paucorum olim apoſtaſiam exoſos reddere, conuitijs obruere, & velut indignos tantarum fundationum proclamare; pars è regione, ſeipſos extollere, cæteriſq; ambitioſè præferre; pars vtilitatem, imò neceſſitatem ſuæ immiſſionis, obſtrictis quoque Principum conſcientijs vrgere; pars priuatis per aulas Principum congreſſibus, ſummos Magnates, eorumq; Miniſtros, Nuncios, Oratores, Conſiliarios, familiares, alioſq; in ſuas partes, aurem identidem vellendo, inflectere; pars denique, vt animos cunctantium delinirent; aut reclamaturis, dulci propinato mulſo, ſi-

Vnde pronotanti fuerint Ordines antiqui, ad ſeipſos, & iura ſua defendenda.

 len-

lentium imponerent, etiam inter ipſos Imperij Proceres, Epiſcopos, Milites, Nobiles, pueros & puellas, quin & Prædicantes hæreticos, quoquo modo in viam reuerſos, Monaſteria manubiorum inſtar diuidi ac diſtribui poſſe & debere ſerio dictitabant.

2. Stabant ad hæc attoniti veteres Ordines, nec ſatis mirari poterant, indubitata ſua patrimonia cateruatim impeti ab ijs, quos in ſinu ſuo lactauerant; exitum rei libenter ſpectaturi, niſi moræ periculum ineſſe crediderint. Ad condictum interim diem Ratisbonæ conuenerunt Abbates Ordinis S. Benedicti, Fuldenſis, Campidonenſis, Congregationum Bursfeldenſis, Sueuiæ, Auſtriæ, Salisburgenſis reſpectiuè Præſides ac Prælati, cum poteſtate miſſi, Rector Vniuerſitatis Salisburgenſis, alijq; , res nonnullas Ordinis inter ſe conſultaturi; quarum è numero fuit, iam dicta Monaſteriorum reſtituendorum, àb alijs indies magis magisq; attentata oppreſſio, quam cum tanta Ordinis iniuria & irreparabili damno patienter vt ferrent, conſcientia & obligatio patrimonij S. Benedicti defendendi reclamabant: præſertim cùm in Germania ſuum Ordinem hucuſque ſatis aliàs imminutum eſſe conſiderarent. Mihi tunc, quantumuis diu multumque reluctanti iniunctum fuit, vt æmulorum edita Schediaſmata calamo publico refutarem, cauſamque Monaſteriorum & Ordinis defendendam ſuſciperē. Maluiſſem ſanè, vt quæuis alia ſcriptionis materia imperata fuiſſet, adeò ægrè humeros inſuetus huic Prouinciæ ſubmiſi: ſubmiſi tamen, quia jubente Obedientia debui. Mox Fuldam, inſtructioris Bibliothecæ & ſolitudinis ergò, cum Illuſtriſſ. Principe Ioanne Bernardo, Abbate Fuldenſi p. m. deſcendens, *Aſtrum inextinctum* ſcribere cepi, etiam à cæteris Ordinibus antiquis deinceps animatus & rogatus. Cùm ecce, *Iuſta* nuncupata *defenſio* Pauli Laymann è Societ: Ieſu, Dilingæ recens impreſſa Fuldam adfertur, cuius vel ſola moles homini non magno metum incuteret. Legi, relegi, neruum non reperi. Vidi auctorem hominem eſſe literatiſſimum, veluti qui tot literis deſcribendis, typoprapho negotium faceſſere potuerit; at in tanto putamine, nucleum nullum. Ratus hunc à ſuis Achillem credi, qui manu ficum nobis oſtenderet, ipſasq; Monaſteriorum fundationes, Canones, aliaq; antiquata iura è manibus excuteret, in eundem præcipuè vires mihi exerendas (niſi fungus haberi vellem) exiſtimaui. Num ea ſcriptione, iniuncto mihi muneri ſatisfe-

Ex iniuncta obedientia Ordinis, Aſtrum inextinctum ſcripſi, & edidi.

tisfecerim, ἀδιάφορος Lector iudicabit. Doctores Louanienſes non improbarunt, quorum Cenſuras etſi quidam labefactare niſi ſunt, operam tamen luſiſſe, infrà, in Confinibus Horti Cruſiani, ſub allegat, 508. docebitur. Iſtis ſucceſſiuè, *Aſtro* iam edito, plures Vniuerſitates Catholicæ acceſſere, quarum Iudicia, ſeruato temporum conceſſionis ordine, nunc ſubijcio, ne quid à beneuolo Lectore, quod è re ſit, merito deſidereſur.

3. APPROBATIO VNIVERSITATIS VIennenſis in Auſtria.

Nos Rector & Conſiſtorium Catholicæ & antiquiſſimæ Vniuerſitatis Viennenſis, Notum facimus & atteſtamur, præſentem librum à R. P. Romano Hay Ordinis S. Benedicti Ochſenhuſano &c. compoſitum, atque Aſtrum inextinctum, ſiue Ius agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs *inſcriptum, Nobis pro Cenſura, & quatenus deficientibus editionis primæ exemplaribus reimprimi poſſit, ab eodem exhibitum eſſe. Quamobrem cùm prædictus liber, à certis ſuper hoc à Nobis deputatis SS^a. Theologiæ & Iurisprudentiæ Doctoribus ac Profeſſoribus in hac celeberrima, Vniuerſitate Viennenſi ordinariis & primariis, omni ſtudio, labore & diligentia lectus, viſus & reuiſus fuerit, ipſiq; deputati Domini Reuiſores deſuper Nobis expoſuerint, eum non modò nihil orthodoxæ fidei, bonis moribus, Concordatis Germaniæ, ſanæq; doctrinæ contrarium, ſed OMNIA ſacris Canonibus, & juri communi conſentanea continere; quin etiam inſignem ipſius Authoris juris vtriusq; peritiam, ſingularemq; eruditionem commendare: Nos iuſtæ eius petitioni non annuere iniquum ducentes, Opus illud dignum, quod iterum typis mandari poſſit, hiſce indicamus & approbamus. In cuius rei fidem, præſens teſtimonium, Cenſuram, ipſumq; librum, Magnifici Domini Rectoris, Notarijq; ac Syndici noſtri manus ſubſcriptione, necnon Vniuerſitatis ſigilli appenſione communiri fecimus. Viennæ 14. Novembr. Anno 1637.*

Aſtri inextincti cenſura Viennenſis.

Leonhardus Mylgieſſer, Phil. & Med. Doct.
S. C. M. & Ser^mo. Archid. Leopoldo VVilhelmo &c. à conſiliis Medicis, p. t. Vniuerſitatis Viennenſis in Auſtria Rector. m. p.

Locus Sigilli.

Iohannes Kirchſtetter Phil. ac I. V. D. Vniuerſitatis Viennenſis Syndicus & Notarius. m. p.

4. APPROBATIONES EXIMIORVM ET Clariſſimorum DD. Almæ Vniuerſitatis Duacenæ, pro Aſtro inextincto.

Approbationes Aſtri Duacenſis.

Perlecto hoc Opere, & diligenter examinato, cui titulus: Aſtrum inextinctum, ſiue jus agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs, & bonis Eccleſiaſticis, è Sacris Canonibus, eorumque interpretibus clarè demonſtratum à R. P. F. Romano Hay Ord. S. Benedicti, *cenſeo & atteſtor Authorem Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, juris vtriusq; teſtimoniis, & præcipuis eorum interpretibus, Patrum ſuorum hæreditatem firmiter & neruosè fulcire & protegere: quin & rationibus diuino, naturali, & poſitiuo Iuri conformibus, debito ordine compaginatis ſtabilire; ideoq; dignum eſſe, quod præli beneficio iterum lucem aſpiciat, & ſuo lumine oculos omnium illuſtret. Datum Duaci, die 14. Ianuarij. 1641.*

GEORGIVS COLVENERIVS S. Theol. Doctor, & eiuſdem ordinarius, Regius ac primarius in Vniuerſitate Duacena Profeſſor: Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Præpoſitus & Canonicus, & dictæ Vniuerſitatis Cancellarius, & librorum Cenſor.

R. P. Romani Hay Ordinis S. Benedicti librum, qui inſcribitur Aſtrũ inextinctum, *perlegi. Et quoniam in eo validis Canonum, rationumq; argumentis probat Antiquorum Religioſorum Ordinum ius agendi pro recipiendis ſuis Monaſteriis & bonis Eccleſiaſticis, vt ea ſuis quæque Ordinibus, quibus à prima fundatione dicata & conſecrata ſunt, reſtituantur, & non aliis; oſtenditq; id & Cæſareæ Maieſtatis Edicto, & varijs eius ad Oratorem ſuum Romæ reſcriptis eſſe conforme, imò expreſsè ab illa volitum ac intentum: cenſeo doctum eſſe & prælo dignum; hoc etiam attento, quòd Author ſic Ordinum antiquorum iura tuetur, vt Summi Pontificis ex iuſta rationabiliq; cauſa procedentis authoritati nequaquam velit derogatum, ſed eam veneretur ac ſuſpiciat, ampliſſimamq; profiteatur. Actum Duaci, die 8. Febr. 1641.*

FRANCISCVS SYLVIVS S. Theol. Doctor, eiusdemq; Regius ac Ordinarius Profeſſor, Vniuerſitatis Duacenæ Vice Cancellarius.

Aſtrum hoc inextinctum à R. P. Romano Hay Ordinis S. Bened. *doctè & ingenioſè elaboratum, diligenter & attentè legi atq; examinaui; nihilq; in eo reperi ſanæ fidei aut bonis moribus contrarium: quin imò Author eius tam ex Scriptura ſacra, quàm ex ſolidis rationibus, atq; etiam ex ipſo iure diuino ſimul & humano, Patrumq; teſtimonijs perſpicaciter*

ter oſtendit, recteq́ ac firmiter tuetur actionem & ius, quod habent Religioſi antiquorum Ordinum ad conſeruandam hæreditatem Patrum ſuorum, & ad repetenda & recuperanda Monaſteria Ordinis ſui, ſi quæ vel temporum iniuria, aut hominum incuria, bellorumve calamitate in aliorum poteſtatem fuerint redacta. Adeoq́ dignum cenſui, vt prælo iterum committatur, & à quibuslibet aſpiciatur. Actum Duaci 17. Febr. 1641.

THEODORVS VAN COVVERDEN S. Theol. Doctor, eiusdemq́ Regius & Ordinarius Profeſſor, inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Canonicus.

Tractatus hic, cui titulus Aſtrum inextinctum, ſiue ius agendi, &c. *Opus eſt accuratum & egregium, quo fortiter, ac magna iudicij maturitate, argumentis ex multiuaga authoritate ac ratione petitis, aſſeritur ius, quod competit antiquis Religioſis & Ordinibus, repetendi ac recuperandi bona ſibi ex pijs fundationibus relicta, & olim diu iure poſſeſſa, quantumuis ea poſt ereptionem è manibus hæreticorum, à quibus, vi ac ſæuitia bellorum bona omnia potiſſimum ſacra depopulante, iniuſtè detinebantur, in alios pios vſus contigerit eſſe conuerſa. Duaci, Cal. Martij, 1641.*

NICOLAVS LE LONG S. Theol. Doctor, & Profeſſor Regius.

Viſo ac diligenter examinato libro, qui inſcribitur, Aſtrum inextinctum, ſiue ius agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs & bonis Eccleſiaſticis, *à R. P. Romano Hay Ordinis S. Benedicti compoſito, & doctè elaborato; cenſeo & atteſtor, nihil in eo reperiſſe, quod Orthodoxæ fidei, & bonis moribus aduerſetur; quin & ſolidis rationibus, naturali ac poſitiuo iuri conformibus, Ordinum antiquorum iura tueri, ideoq́ dignum eſſe, vt ad communem vtilitatem iterum prælo mandetur, & ab omnibus, præſertim Religioſis, accuratè perlegatur. Actum Duaci, hac decima octaua Martij, Anni 1641.*

PHILIPPVS VAN DER MADE S. Theologiæ Doctor.

Hoc Aſtrum inextinctum, *planis, euidentibus, ſolidiſſimisq́ rationibus, è Sacris Canonibus petitis, demonſtrat bona Monaſteriorum antiquorum, ab hæreticis per iniurias bellorum & temporum detenta, non fuiſſe extincta aut emortua, etiam per mortem omnium Religioſorum qui ea poſſidebant; adeoq́ ea cum omnibus bonis (etſi fortè ad alias translata) ius repetendi & recuperandi, Religioſis ſiue exemptis ſiue non exemptis eiuſdem Ordinis prorſus competere. Ita cenſui infraſcriptus. 4. Febr. 1641.*

VALENTINVS RANDOVR S. Theol. Doctor, & eiuſdem in Vniuerſitate Duacenſi Regius Ordinariusq́ Profeſſor.

Opus hoc R. P. Romani Hay Ordinis S. Benedicti, cui titulus : Aſtrum inextinctum, *neq; fidei, neq; ſanis moribus quidquam aduerſum continet; imò tum ex principiis Theologiæ moralis, tum ex Sacris Canonibus, eorumq; interpretibus, firma ſolidaq; ducit argumenta, quibus ius ſuum antiquis Ordinibus, quaſi* Aſtrum inextinctum *lucere facit, recipiendi ſua Monaſteria, vi bellorum iniuſtè occupata, detenta, aut aliter vacantia; idq; conformiter tum Imperij conſtitutionibus, tum tranſactioni Paſſauienſi, tum Fundatorum intentioni, Paci etiam Religionis, & Cæſareo Edicto, à ſua Sanctitate probato, laudatoq;. Quare dignum cenſui, vt nouæ impreſſionis luce clareſcat. Actum Duaci 16. Martij 1641.*

AMBROSIVS D'ASSONVILLE S. Theol. Doctor, inſignis Colleg. ac Paroch. Eccleſiæ S. Petri Duaci Parochus.

Aſtrum *hoc* inextinctum, ſiue jus agendi antiquorum Religioſorum, &c. *nihil continet Orthodoxæ fidei, aut ſanæ doctrinæ contrarium. Quin imò validiſſimis rationibus demonſtrat, dictum ius Religioſis eiuſdem Ordinis competere: Datum Duaci. 12. Martij 1641.*

MARTINVS DENYS S. Theol. Doctor, & Hiſtoriarum Regius Ordinariusq; Profeſſor.

Opus hoc, cui nomen eſt Aſtrum inextinctum, *compoſitum à R. P. Romano Hay Ordinis S. Benedicti Theologo, magna authoritatum & rationum efficacia, tuetur ius agendi Religioſorum, ad recuperanda Ordinum ſuorum Monaſteria, olim temporum ac hæreſeos iniuria abalienata; nihilque derogat Pontificiæ authoritati; quin imò, etiam reueretur ac defendit, admittens & probans, rationabili cauſa eiuſmodi bona Summi Pontificis poteſtate, in alios vſus transferri poſſe. Ita cenſui Duaci 13. Martij 1641.*

THEODORVS VAN DEN BROECK S. Theol. Doctor, & Eccleſiæ S. Petri Canonicus.

PRIOR ET COLLEGIVM CONSTANS AMbabus Facultatibus V. I. in Vniuerſitate Duacena.

Viſo, perlecto, & maturè examinato libro Doctiſſimi viri, ac Reuerendi Domini Patris Romani Hay, Ordinis S. Benedicti, Imperialis Monaſterij Ochſenhuſani præſtantiſſimi Theologi, cui titulus & inſcriptio, Aſtrum inextinctum, ſiue jus agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs & bonis Eccleſiaſticis, è Sacris Canonibus eorumque Interpretibus clarè demonſtratum, *cenſet & atteſtatur, nihil inueniſſe in eo, quod fidei Orthodoxæ & bo-*

& bonis moribus conſonum non ſit; ſed potiùs Opus in quo Iurisprudentiæ ſolida eruditio, magnarum pondere rationum, & Vtriusq; Iuris Doctorum authoritate ſuffulta reſplendeat. Vnde dignum exiſtimat, vt ad publicam vtilitatem, & omnium antiquorum Ordinum conſolationem dictus liber euulgetur. In quorum fidem, præſentibus hiſce Sigillum dicti Collegij apponi, & per Bedellum noſtrum ſubſcribi iuſſimus. Datum Duaci 29, Ianuarij 1641.

Locus Sigilli.

Ex eorundem Dominorum meorum Mandato ſpeciali
Andreas Auroy earundem Facultatum Vtriuſque
Iuris Bedellus iuratus.

Splendidum hoc Aſtri inextincti *iubar*, ſiue jus agendi antiquorum Religioſorum Ordinum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs & bonis Eccleſiaſticis, *à R. P. Romano Hay Religioſo Ordinis S. Benedicti Presbytero Theologo eruditiſſimè compoſitum perlegi, Opuſq; quidem eſt præcellens, in quo ex Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Edicto, Concordatis Germaniæ, ſolidiſſimis ex vtroq; iure, aliisq; tum Sacris, tum profanis, depromptis rationibus, & grauiſſimis authoritatibus, ius ad repetenda Monaſteria, eorumq; bona antiquis Ordinibus (etiam mortuis omnibus Religioſis) competere, Author rectiſſime confirmat. Nec in eo vllis Catholicæ Hierarchiæ gradibus, quos omnes defendit: imò nec Summi Pontificis, quem venerabundus exaltat, abſolutæ poteſtati derogat. Actum Duaci, die 16. Martij, Anno 1641.*

ANTONIVS BRIET, I. V. Doctor.

Quemadmodum juri communi contrarium eſſet, negare, Pontificem Maximũ, Monaſteriorum ab Hæreticis recuperatorũ bona, pro ſua abſoluta poteſtate conuertere poſſe ad quoſcunq; vſus pios; ita etiam eſſet contra omnem rectæ rationis vſum, ſi quis aſſereret Monaſteria, eorumq; iura ac bona, pro antiquis Ordinibus quondam fundata, poſtmodum ex faucib. hæreticorum recuperata, ita extincta eſſe per mortem omnium in ijsdem Monaſteriis Profeſſorum, ut nullum ius aliis eiuſdem Ordinis, licet non eorundẽ Monaſteriorum Religioſis, ad illa recuperanda ſuperſit. Quare certũ eſt, dicta Monaſteria, nullatenus modo præfato poſſe dici extincta: ſed nõ obſtãte etiã omnium ibi Profeſſorum morte, aliis eiuſdem, & non diuerſi Ordinis Religioſis, integrã actionem cõpetere, ad ſupradicta Monaſteria cũ omnibus eorum pertinentiis iure poſtliminij recuperanda. Quod ipſum hic liber, qui meritò propterea à ſuo Auctore R. P. Romano Hay Ordinis Benedictini eruditiſſimo Theologo, Aſtrum inextinctũ *inſcribitur, clariſſime & doctiſſime demõſtrat; ita ut in eo fidei orthodoxæ, aut bonis moribus cõtrarium*

con-

contineatur, ſed OMNIA Sacris Canonibus, & Iuri communi conſentanea ſint. Ita cenſeo Duaci, nona Februarij, Anni 1641.

HUBERTUS TOSSANUS Schluſ. Traiectinus, I.V. Doctor & Profeſſor Extraordinarius.

Nos infraſcripti authoritate Apoſtolica & Regia Notarij publici ad hoc ſpecialiter rogati, fidem facimus Vniuerſis hæc lecturis aut viſuris, nos omnes ſuprapoſitas Approbationes, cum Subſcriptionibus Eximiorum & Clariſſimorum Doctorum, quorum nomina in eis referuntur, cum ſigillo Facultatis Vtriuſque Iuris Duacenæ, & Signatura Bedelli iurati dictæ Facultatis, in originalibus ſanis & integris vidiſſe, atq; cum eiſdem contuliſſe, & hanc impreſſam copiam, cum prædictis originalibus quo ad omnia de verbo ad verbum conuenire teſtamur. Actum Duaci 18. Martij, 1641.

J. Martiny Not. Apoſtol. 1641. Joannes de Spira Notar. Apoſt. 1641.

---

5. APPROBATIO INQVISITORIS APOſtolici per ArchiDiœceſin Colonienſem, & partes annexas, pro Aſtro inextincto.

Approbatio Inquiſitoris Generalis Apoſtolici, conceſſa Aſtro inextincto.

Jus agendi antiquorum Religioſorum Ordinum pro recipiendis ſuis Monaſterijs, &c. *Quod admodum R. Pater, F. Romanus Hay Ordinis S. Benedicti Theologus in ſuo, vti intitulat,* ASTRO INEXTINCTO, *ex ſacris Canonibus eorumq; interpretibus clarè demonſtrat, cùm diuerſarum Academiarum, plurium etiam, quà Sacroſanctæ Theologiæ, quà Iuris Vtriuſq; grauiſſimorum, nec minus peritiſſimorum Doctorum & Profeſſorum calculo meritò approbatum, Sacræ quoq; Cæſareæ Maieſtatis priuilegio ſit munitum, vtpote, quod in ſolida & irrefragabili doctrina fundatum reperitur, approbandum duxi; & ne illud Exemplarium defectu, paulatim extingui contingat, in partibus Inquiſitioni meæ ſubiectis iteratò imprimi concedo. Signatum Tulnæ, die vigeſima prima Ianuarij. Anno reparatæ ſalutis* 1641.

L.S. *Fr. Iohannes Philippus Fridt Ordinis Prædicatorum SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor, per Archidiœceſin Colonienſem & annexas partes Generalis Apoſtolicus Inquiſitor. m. p.*

6. AP-

6. APPROBATIO VNIVERSITATIS Salisburgenſis.

Approba Aſtris in al Vniuer te Salisb

Aſtrum non extinguitur cui Sol lucet; nec Monaſterium cui ſua Religio, & ſuus Ordo. Inuidæ Eclipſes Orbi peſſimè ominantur. Deinde, boni filij eſt, tam ſuum vindicare patrimonium, quàm Patrem. Relictum ſibi aſſem malus filius derelinquit. Prophetæ vox eſt: hæreditas eius, filijs eius erit. Idcirco librum cui titulus eſt, Aſtrum inextinctum, ſiue Ius agendi antiquorum Religioſorum, pro recipiendis ſuis Monaſterijs &c, à R. P. F. Romano Hay Ord. S. Benedicti Imperialis Monaſterij Ochſenhuſani in Sueuia Presbytero Theologo clarè demonſtratum, *& excuſum Anno Chriſtiano M. DC. XXXVI. cùm malè hactenus poſſeſſam, poſtliminiò rem vindicet ſuam, nec quidquam aut ſanæ fidei, aut moribus bonis aduerſum contineat, dignum publico typo cenſemus. Salisburgi ex Collegio S. Caroli, apud PP. Ordinis S. Benedicti. die octauo Octobris. Anno* 1641.

Subſcripſit nomen Facultatis Theologicæ

Locus Sigilli Vniuerſitatis.	*P. Carolus Iacobus ex Monte S. Andechs, Ordinis S. Benedicti, SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor, & almæ Vniuerſitatis Procancellarius. m. p.*

7. Dum hæc ita geruntur, necdum expeditis aut cognitis his Approbationibus, qui ſtabant ex aduerſo, videntes *Aſtrum inextinctum* per noſtrum horizontem, maiori quàm vellent cum gloria circumferri, ſuaque priùs edita ſcripta, nomen, & exiſtimationem doctrinæ, eo fulgore non parum obſcurari, animum applicuerunt, vt Orbi Chriſtiano perſuaderent, infinitas maculas & Eclipſes *Aſtro* meo ſublimè currenti inhærere; quas tamen præter ipſos vidit nemo. Primus cum tubo optimo in campum prodijt ipſe Paulus Laymann, qui ſcriptas odioſo ſchemate *Aſtri inextincti à Caſpare Schioppio in lucem editi Cenſuras*, formis Dilinganis, Anno 1635. deſcribendas ſuppoſuit, paulò poſt Coloniæ Agrippinæ recuſas. Quadrienno dein' euoluto, Laymannum preſſo pede ſecutus Valentinus Mangionius Peruſinus eiuſdem Societatis, Coloniæ ſimiliter *Aſtri inextincti Theoricas* euulgauit. Tertius

Quinam ſtro inext ſeſe oppoſ rint.

tius Ioannes Cruſius Bremenſis, eiusdem inſtituti, ſub idem tempus *Aſtri inextincti à Gaſpare Scioppio & F. Romano Hay Benedictino in Orbem euulgati Eclipſin ſeu Deliquium*, à ſe laborioſè concinnatum, Colonienſi pariter typo ſubiecit, & Orbi ſpectandum propoſuit. Quartus deniq; Eugenius Lauanda Nineuenſis, homo perſonatus ex Vtopia, credens me tot Opponentium ferculis ſaturatum cænaſſe ſatis, Anno 1640. ſecundæ menſæ bellaria, planè Sybaritica, appoſuit, euomuitque *Notas, Aſtrum inextinctum interſtinguentes*; quas interſtinctor ipſe, ſine ſuo, ſine typographi, locique nomine, ſine Cenſura vel Approbatione debita, prælo commiſit. Non morarer, tametſi plures in arenam contra me deſcendiſſent, modò modeſtiæ memores, in ipſo rei neruo diſcutiendo perſtitiſſent, nec extra chorum ſaltaſſent. *Aſtrum* quotquot legerant, de modeſtia commendare videbantur: Hi verò, animi motibus imperare neſcij, cum impetu irruentes, potiſſimam vim ſolutionis argumentorum, in ſcommatibus & dicterijs poſuerunt, doctrinā Scholaſticam, tractatu cæteroqui digniſſimam, in rixas & lites ex inſtituto trahere conati, vt vel incuſſo rubori velū indignationis obtenderent, vel deſperationem victoriæ ſubodorantes, prudentibus totius cauſæ faſtidium ingenerarent. Non aio nihil eos ſcripſiſſe quod verum ſit; quando teſte S. Aug. *nulla falſa doctrina eſt, quæ non aliqua vera miſceat*: Sed ſcopum eos declinaſſe audenter affirmo. Hinc eſt, quod nullus *Aſtrum* ordine refutandum ſumpſerit, vt data opera turbarent aquam, ne limpidam Lector hauriret; carptim duntaxat, hinc, illinc, obuium quod impugnari poſſe crederent, appræhenderunt: Argumenta mea vt ſoluerēt propoſituri, rarò meis vſi fuere verbis, ne maiorem vim ſpirarent; ſed ſuis, ijque ieiunis, quorum vel ſolo aſpectu, cauſa cecidiſſe videri poſſem: Nonnunquam mea deprauarunt, mutilarunt, aut in alienum ſenſum torſerunt, vt me ſcribendo deliraſſe quis opinaretur: Plerumq; ſolidis meis rationibus ac neruo relictis, dictum parergon arripientes, id meo nomine, præter meam intentionē, pro meo fundamento ſtatuêre, magnis in eo refutando exaggerationibus vſi, vt vel ſic hydram confeciſſe viderentur: Sæpe ſiniſtris expoſitionibus rem & ſenſum corrupere, vt hac ratione denigratum plauſibiliùs carperent, aut caperent in ſermone.

Lib. 2. quæſt. Euang. cap. 40.

Opponentium intentiones.

8. Quid ad hæc ego? ſilerem? reſcriberem? Cunctari animo

mo ſedit, quoad plurès in me fortè calami ſurrexiſſent, vt omnibus deniq; coràm poſitis & excuſſis, ſincerius de tota re iudicium ferrem. Interim fuere, qui accurentes dicerent; me tot præſtantium Scriptorum Societ. Ieſu retorſionibus obrutum, in ſpem victoriæ difficulter emerſurum; inter apes vel crabrones *Aſtro* me inſufflaſſe, infinitos ſenſurum aculeos; deſiſterem à propoſito reſpondendi, palmamque, aliàs in curru triumphali, ſedentibus, Monachis poſt terga relictis, lubens volens cederem. Alij; *Aſtrum inextinctum*, Doctiſſimorum virorum iudicio, adeò ſolidè fundatum & lucidum eſſe, vt ne centum quidem, nedum quatuor his emunctorijs extingui poſſit: ipſum adhuc ſatis ſibi lucere, nec opus eſſe, vt inani labore meipſum conſumendo, facem ei accenderem. Alij; Rem hanc in graues rixas & litigia Religioſorum inclinare, quos inter ſe committi, ſcandalo vicinum eſſet, hoc inprimis tempore, quo tot bellis alias oppreſſa Germania, ſanguinem vbiq; ſudaret: ſatius fore, ſi impoſito mihi ſilentio, ſcintilla in cinere ſopiretur, ne in flammam erumperet. Et iſtud quidem Opponentium, qui litem mouerant, ſtratagema fuit & conſilium: hi, metu ſuccumbendi, me ſilere voluerunt, vt tot librorum ſuorum editione elinguem reddidiſſe, ipſique triumphare vulgò crederentur: Qui ſi lites odiſſent, vel ante, vel poſt editum *Aſtrum*, iam tunc Germanico bello premente, primi ſilere, nec litem immeritis intendere debuiſſent; nunc verò quatuor libris, quieſcentem iterum prouocare, & viciſſim inſtigare, vt iniuncto ſilentio rem in medio relinquere cogerer, dolum ſapit aut metum, neutrum illis honorificum, quibus exiſtimatio propria cordi eſt. Alij contrà; honore meo ſaluo, ſilere me nec poſſe, nec debere, illud Baſilij vſurpantes: *Ad calumnias tacendum non eſt, ne mendacio inoffenſum progreſſum permittamus; aut eos qui ſeducti ſunt, damno inhærere ſinamus.* Et illud Athanaſij: *Qui lapide ictus eſt, quærit Medicum: ictus autem calumniæ, grauiùs quàm lapides feriunt. Eſt enim calumnia claua, & gladius, & iaculum incurabile. Sed his Veritas mederi poteſt, quæ vbi negligitur, vulnera acerbiora fiunt.* Et horum quidem nonnulli, vt eodem quo Opponentes vterer ſcribendi calore; *ſtulto* quippe *iuxta ſtultitiam ſuam reſpondendum* eſſe dicebant; Cæteri, ſedatum ſtylum vt retinerem hortabantur, prudenti Lectori magis eum probari, neruoſiorem eſſe, ſcriptoris exi-

Variorum conſilia mihi propoſita.

S. Baſil. ep. 65.

S. Athana. apol. 1.

Proverb. 2

exiſtimationem tueri, doctos ſibi conciliare, neminem offendere, neminem ſcandalizare, rei nudam aperire Veritatem. Omnes antiquos Ordines, in me vnum oculos intentos habere, veluti qui vnus pro omnibus in arenam deſcenderim: Iam aleam iactā eſſe, à theatro reſilire non licere, hîc mihi aut vincēdum, aut Ordinibus turpiter ſuccumbendum eſſe. Cur *Aſtrum inextinctum* ſcripſerim, ſi tueri nolim? Silentiū meum, certam apud omnes fore teſſeram deſperatæ cauſæ Monachorū, quòd nemo diſputando obmuteſcat, niſi cōuictus. Hæc vtrinq; mihi ingeminabantur, vt ambiguus hæſerim quid agerem: Vnum vltimi perſuadere, vt arrepto calamo, longa manu, nonnulla notare ceperim, ſiue quondā edenda ſiue recōdenda. Interim Abbatib. Ordinis in manus incidi, quorū Imperio Ratisbonæ cauſam Monaſteriorū defendendā ſuſceperā: hic grauiter expoſtulantes ; quid hic ſterterem otioſus? aiebant; Annon viderem, quòd æmuli Scriptores, ſuos in caulis & aulis ſpargendo libellos, paſſim contra me triumpharent? deſidiam meam, in totius Ordinis ruborem redundare; memor eſſem iniūctæ obedientiæ, quia cauſam Ordinis, & ius ad Monaſteria ſua recipienda, ab Aduerſarijs iteratò exploſum, propugnare promiſerim: à pugna deſiſtere, nō eſſe pugnare, nedū propugnare: Fas mihi neutiquam eſſe, humeros ab Obedientię iugo pro arbitratu excutere: Abbates Ordinis, volendo antecedens, & conſequens voluiſſe, cùm nauis prora, ſine puppi nunquam conducatur. Satius futurū fuiſſe, ſi manum *Aſtro* nunquam admouiſſem, quàm quòd illud, totumq; Ordinē indefenſum modò relinquā. Excuſſo proin torpore, calamum in manum ociùs reciperem, libellis refutatu facillimis reſponderem, cauſam cōmunem, eamq; iuſtiſſimā tuerer prioris modeſtiæ memor, qua ſcandalizari vel offendi nemo queat. Nec obſtare bellum Germanicum; quid enim Marti cum Parnaſſo? Inter arma ſilere quidem leges, ſed non legū defenſores. Fieri poſſe, vt vel durāte vel exſpirante bello Teutonico, Rex aut Princeps Europæus, ad Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ gremium, Deo miſerante, reducatur, intereſſe plurimùm, vt conſtet, cui tunc ſui Principatus Monaſteria debeantur, ne cuiuis aduentitio, in prædam cedant. Lites inter Religioſos non exarſuras, ſi quiſq; contrarias theſes, non perſonas impugnandas ſibi meminerit: aliud eſſe rixari, aliud diſputare; rixas immorari perſonis, diſpu-

Graues expoſtulationes, contra meum ſilentium.

ſpu-

ſputationes argumentis; has,inter doctos cum laude vigere, illas meritiſſimo proſcribi. Sed neq; ſcandalum ab Ordine, hac in re timeri debere,quòd ovis vltimo rivulo bibens,fontem nunquam turbauerit. Meminerim qua fronte coram S.P. Benedicto ſim compariturus,quòd Ordinis ſui fiduciæ in me vnum repoſitæ, ſilendo illuſerim; quòd patrimonium ſuum, telam ordiendo nec perficiendo,prodegerim;quòd ianuam direptionis,ab alijs apertam, vt filius Obedientiæ non clauſerim: Qua fronte compariturus coram Cœnobiorum Fundatoribus,quòd Fundationes calamo meo commiſſas neglexerim;ac per hoc (inuaſoribus ne teruntio melior factus)diras eorundem execrationes & fulmina,in meum ſinum deriuauerim. His omnibus deniq; acceſſit,in ſomnis pulcherrimæ Virginis ſpecie mihi ſæpius apparens VERITAS, quæ ſuæ defenſionis neglectũ ſeriò exprobrans, bono animo demum eſſe iuſſit,cauſam à me ſemel ſuſceptam,ſuam eſſe; hanc ne deſererem; nec ullius metu mortalium ab ea porrò quoq; defendenda deſiſterem: primo conflictu,me plura ſcommatum & calumniarum vulnera reportare,ſed aduerſa, quæ militi glorioſa, non probroſa reputentur,cùm pro Veritate quiduis perferre, ſit honorificum: exploſa contra me,quatuor libellorum tormenta, glande ferrea carere,merum fumum euoluere, oculis infeſtum, ſed innoxium. Pergerem modò Caſtrum hoc ſuum animosè tueri, deditionem ne ſomniarem quidem, ſatis armatam ſe lateri meo ſemper adfuturam, ſolutaq; demum obſidione, corollâ, (quam dextra gerebat pretioſiſſimam) me donaturam. Caſtra D ſunt hæc. Gen.32.

9. Tam vehementibus ſtimulis & calcaribus adactus, ſimulq; recogitans, *quòd res ſuas non defendendo, donare quis præſumatur*, vt ait Menoch. lib. 3. præſumpt. 33. n. 1. Et: *remittentibus iura ſua, negetur ad ea regreſſus.* Rota deciſ. 76. n. 17. apud Coccinum; compellente cumprimis Obedientia, rem ſeriò aggredi cepi, quatuor Opponentium armamentaria in menſam expoſui, luſtrauiq; ſtudioſiſſimè; Vidi quòd nullus alterius aut meam ſecutus methodum, ſinguli in diuerſa irent,data opera veritatem & me turbaturi, vt animo perplexus,nec initium retorquendi,nec finem inuenirem. Verùm nihil hinc commotus,Laymanni Cenſuras primùm examinandas accepi,quibus nullam doctrinam,nullum ſolidum diſcurſum,tanto Canonum Profeſſore dignum ineſſe,ſed meras Di-

daſcalorum ferulas, crambemq; cum iuſculo dicteriorum & modiò ſalis recoctam, Lectoribus apponi comperi; quam tanti non æſtimaui, vt eapropter calamum mouere, præſertim Auctore iam è vivis peſte ſublato, ne Socij, lepores quoque leonibus mortuis inſultare, lamentarentur. Quæ tamen in Cenſuris notatu digniora viſa ſunt, in Appendicem Horti Cruſiani inferius, à num. 1. vſque ad 49. conieci. Secundo loco, Theoricas Valentini Mangionij peruolui; nec nec ibi quicquam noui, aut ſolidi quod refutaretur aduerti, cùm Iuris & Doctorum allegationibus Lectori minimè ſit moleſtus, ipſeque fateatur, *HOC TANTVM negotij ſibi datum eſſe, vt ſingulis obiectis adaptaret P. Laymanni reſponſiones.* Viderant nimirum Laymannum expectationi plurimorum in Cenſuris ſuis non ſatisfeciſſe, fulcrum arbori fatiſcenti ſupponendum rati, Valentino valentiori, Pauli ſeniles artus ſuſtentandos impoſuere. qui cùm tela, eaque obtuſa, non ex propria, ſed ex Laymanni pharetra duntaxat, contra me deprompſerit, retorſione peculiari non indiget, niſi ex aſſe hæredem defuncti ſeſe declaret. Quæ cauſa fuit, quòd cum bonis auibus in patriam remeare permiſerim, num. 49. 50. & 51. dictæ Appendicis Horti Cruſiani. Tertius in manus venerat Eugenius Lauanda, quem non ſine commiſeratione perlegi, dolens, adeò excellens ingenium proprijs vnguibus ac bile tam fœdè laceratum, vt laruæ quàm homini ſimilius euaſerit: Vnde Scriptorem velut incurabilem à menſa remoui: Impetrauit tamen ab Vniuerſitate Viennenſi in Auſtria Lixiuium; de quo infrà, eâd. Appendice, à num. 52. vſq; ad 70. quò te Lector, ſtudio breuitatis remitto. Vltimus, altioribus nonnihil cothurnis incedens, fuit Ioannes Cruſius, cuius *Eclipſin* ſiue *Deliquium* dum attentioribus oculis cõſiderarem, vidi hominem calamo ſudoreque meo dignum, quòd doctè & methodicè ad decipiendum procedere videretur. Quocirca, in ardua tendere generoſum æſtimans, hunc adoriri cepi. Sed quod res eſt fateor, aliquantulum expaui, cernens librum non modò Sacrorum Canonum, Conciliorum, Theologorum, Legum & I.Ctorum contra me factis allegationibus multifariam refertum, ſed & Approbationibus Superiorum, Hieronymi Lampugnani I.V.D. & Profeſſoris Romani: Gaſparis Eſtrix, Cenſoris librorum Antuerpiæ, & quindecim Eximiorum Clariſſimorumq;

Theorica. 2. p. 2. q. nu. ſuo 190.

Do-

Doctorum Duacenſium, ſingillatim, à fronte & à tergo tam fortiter munitum, vt earum pleræq;, non modò ſummis laudibus Eclipſim extulerint, ſed (quod mirabar) *Aſtrum inextinctum* expreſſè reiecerint & improbarint. Hinc admirabundus, & identidem Eclipſin intuitus, S. Dioniſij Areopagitæ memor exclamaui; Aut Veritas patitur, vt Aſtri machina diſſoluetur. Poterat verò Cruſius, hîc tutò Senecæ credere ſibi dicenti; *Intus teipſum conſidera, non, qualis ſis, aliis credas.* Suſpicabar quippe, quod res erat, Doctores adeò perſpicaces, aut *Aſtrum* nunquam inſpexiſſe, aut clandeſtinis Cruſianorum cuniculis circumuentos aberraſſe. Vnde mox Duacum datis literis, errorem inquiri ſeriò rogans, Reſponſum 17. Martij 1641. in hæc verba datum tuli: *Vnum eſt quod omittere non poſſum, ſcilicet, quoſdam ex ſupradictis Doctoribus Theologiæ, nobis expreſſè dixiſſe, ſe in fide ſui Sacerdotij, nunquam aliter putaſſe quando Cruſium approbarunt, quam quòd Aſtri inextincti Author fuiſſet hæreticus, contra quem Cruſius ſcripſiſſet ſuam Eclipſin, & idcirco ſe omninò deceptos fuiſſe.* Aliter nimirum Cruſiani ſolicitatores, de tam efficacibus Duacenſium Doctorum Approbationibus & Elogijs pro Eclipſi obtinendis, animum deſpondiſſent, niſi Auctorē *Aſtri*, velut hæreticum denigraſſent. Hinc præclarè Henricus Wagnerek è Soc. Ieſu, in præfat. Vindiciarum politicar, Dilingæ, Anno 1636. *Nouum non eſt*, inquit, *homines improbos, virtutis ſpecie, vel eruditionis fama, ac fallaci ſæpè præiudicio, patrocinium & commendationem ſibi comparare.* Vbi in Dedicatoria ad Cardinalem Bentiuolium, addit: *Nullam capitaliorem improbitatem eſſe, quàm eorum, qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt, vt boni viri eſſe videantur; & ſeu patrocinium ſeu ſuffragiũ apud illos dolo malo ſibi cōparent, quibus ſi intus & in cute noti eſſent, nigrum Theta procul dubio referrent.* Errore proin' depræhenſo, vt aſperſæ *Aſtro* maculæ, molli ſpongia delerentur, eiuſdem aliquot Exemplaria, Coloniâ Duacum deſtinari, Doctoribusq; (quos ingenuos & veritatis amātiſſimos eſſe probè noueram) perlegenda offerri curaui; ſimul enixè rogans, vt quotquot Eclipſin Cruſianam antè cenſuiſſent, illi totidem, ſolius Veritatis intuitu, Iudicium ſuum *Aſtro* quoq; *inextincto* impertiri dignarentur. Quid factum? Vicit errorem Veritas, ruborem candor, Eclipſin *Aſtrum*, Cruſij ſolicitatoribus incaſſum obtinentibus. Tanta in animo generoſo & ingenuo vis eſt Veritatis. Librum

Sen. Ep. 77.

Author . inextincti Duaci putabatur prius hæreticus fuiſſe.

brum priùs ſibi nunquam viſum, diligentiſſimè peruoluerunt, Cruſianâ fallaciâ mentis attentionem illis exacuente, talibuſque Approbationibus & Encomijs, Theologi ſinguli, I. Cti Collegiatim, frontem *Aſtri* cohoneſtarunt, quales paulò ſuprà deſcriptas attuli. Eas vbi Bremenſis Cruſius accuratè perpenderit, comperiet ſuas, pro Eclipſi per ſuppreſſionem veri clandeſtinè priùs obtentas, ipſa confirmatione doctrinæ appoſitæ, reuocatas, abolitas & extinctas, in fumum, digna mercede euaneſcere.

10. Quod ipſe agnoſcens, aliud, ſed non honorificum comminiſcitur inuentum; dictitans, Cenſuras *Aſtri* Duacenas, fuiſſe coactas, & redituum annuorum numeratione, ſeu promiſſione comparatas. Verum vt de totius rei geſtæ ſerie Lectori conſtet, eam de verbo ad verbum, prout Anno 1644. Duaci typis Ioannis de Spyra, Typographi iurati, edita prodiit, hîc inſerimus; quæ ſic habet:

Io. Cruſii inuentum minus honorificum, ad eludendas Aſtri inext. approbationes Duacenas.

PRÆMONITIO.

Sciendum, quod 4. Octobr. Anno 1643. Coloniæ ad acta Compulſoria, coram Reu. admodum & Clariſſimo D. Ioanne Philippo Mockel, Iurium Licentiato, Canonico S. Cuniberti, Protonotario Apoſtolico, ſub manu propria Authoris Eclipſeos P. Iohannis Cruſii Bremenſis, verbotenus exhibita fuerint, quæ hic ſequuntur.

Quòd autem D D. Doctores Duaceni, ante has literas, & poſt approbationem Eclipſeos, pro ASTRO *aliquam dederunt cenſuram, fuit illa coacta, eò quòd Benedictini negarent Academiæ Duacenæ annuos reditus ipſi debitos, niſi ipſimet Doctores aliquam ſaltem darent cenſuram pro* ASTRO, *quam DD. Doctores non dediſſent, niſi à Benedictinis coacti, & ipſis fuiſſent obtruſæ literæ Cæſareæ planè ſub & obreptitiæ, prout alibi oſtenditur; quibus inducerent d. d. DD. Doctores, quaſi illa eſſet voluntas S. C. Maieſtatis, vti videre licet ex ſubſcriptione D. Doctoris Syluij, cuiuſmodi tamen non erat. Inſuper notandum, quòd Clariſſimus D. Doctor Hannedoucbe, nunquam pro Aſtro voluerit dare, nec etiam dederit ſuffragium, atque hinc etiam non auſi fuere Monachi ſingulorum Doctorum Iuris cenſuram ſingulatim afferre, ne hoc ipſum notaretur.*

Supra dicta vbi innotuiſſent Eximiis & Clariſſimis Almæ Vniverſitatis Duacenæ Doctoribus, ſequenti modo præfati & proteſtati fuerunt.

PRO-

PROTESTATIONES

EXIMIORVM ET CLARISSIMORVM ALmæ vniuerſitatis Duacenæ Doctorum, quibus cenſuras ſuas in librum intitulatum ASTRVM INEXTINCTVM, *&c. à R.P. Romano Hay in lucem editum à calumnijs vindicant.*

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Eximij & Clariſſimi Almæ Vniuerſitatis Duacenæ Doctores, informati à viris fide dignis, quòd fautor quidam libri intitulati, ASTRI INEXTINCTI ECLIPSIS SEV DELIQVIVM, *anno* 1643. *menſe Octobri recurrerit ad acta compulſoria Coloniæ, coram Reuerendo admodum & Clariſſimo D. Ioanne Philippo Mockel Canonico S. Cuniberti, Protonotario & Compulſore, ibiq́ ſub manu propria ſcriptum exhiberi curauerit, in quo eorum integritatem mirum in modum ſuggillauit, quaſi nulla veritatis aſſiſtentiâ, ſed ſpe commodi & lucri temporalis ad ſuffragandum ASTRO INEXTINCTO impulſi fuiſſent : Vt cenſuras ſuas in ASTRVM INEXTINCTVM A.R. PATRE ROMANO HAY IN LVCEM EDITVM à calumniis vindicarent, ſequentes Proteſtationes fecerunt. De vno duntaxat Lectores admonendi ſunt. Eximium D. Philippum Vandermade, qui priùs pro Aſtro ſpeciatim ſubſiguarat, modo in Vniuerſitate Duacena non commorari, à quo propterea non non potuit haberi contra prædictam calumniam proteſtatio. Hoc etiam attento, quòd non potuerit cogi, quaſi denegati fuiſſent annui cenſus, de quibus nihil participandum habuit, vtpote nullo titulo ad hos recipiendos potitus. Similiter Eximium D. Theodorum Vandenbroock, qui nullum ad hos reditus etiam titulum habuit, ſequenti proteſtattoni non ſubſignaſſe, quia iam ceſſit è viuis. Quòd autem Clariſſimus D. Antonius Briet. ſub proprio nomine non compareat, ratio eſt euidens, quia nunc eſt è Collegio Facultatis I.V. nec moris eſt in Cenſuris eiuſdem Collegij, ſingulorum Dominorum Doctorum nomina ſigillatim exprimere, nec eorum qui vocati ſunt iuridicè, abſentiam curare. Cæterum omnes omnino in ſubſequentib. proteſtationibus notatos, perſonaliter comparuiſſe, pro certo habendum eſt, vt ex mox apponendis conſtare poterit.*

Hæc præfatio cum ſequentibus proteſtationibus imprimi poterit.

GEORGIVS COLVENERIVS.

11. PROTESTATIO EXIMIORVM ALMÆ *Vniuerſitatis Duacenæ S. Theologiæ Doctorum & Profeſſorum, atq; etiam non Profeſſorum.*

Cùm ad notitiam noſtram perueniſſet, cenſuram quam Anno 1641. pro ASTRO INEXTINCTO *dedimus, à quibuſdam traduci, quaſi ea coacta fuerit, eò quòd Benedictini negarent Academiæ noſtræ annuos reditus ipſi debitos, niſi aliquam pro Aſtro illo cenſuram daremus: Nos infraſcripti, tum eam calumniam à nobis amoliri, tum veritati teſtimonium perhibere volentes, omnibus quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, notum facimus & pro vero aſſerimus, nihil eiuſmodi eſſe vel fuiſſe, nec vllum Benedictinum directè vel indirectè quippiam tale ad cenſuram ex nobis habendam dixiſſe aut feciſſe: ſed ſponte prorſus, & nec minis nec promiſſionibus, nec ulla aut ſpe commodi, aut metu incommodi vel detrimenti temporalis inducti, IVXTA CONSCIENTIÆ, ET RECTÆ RATIONIS DICTAMEN CENSVIMVS, NEC ALITER, SALVA VERITATE, TOTA RE BENE EXAMINATA, POTVIMVS, Actum Duaci, die 26. Febr. Anno 1644.*

GEORGIVS COLVENERIVS S. Theologiæ Doctor, & Regius Ordinariusq; Profeſſor, Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Præpoſitus, & Duacenæ Vniuerſitatis Cancellarius, & librorum Cenſor.

FRANCISCVS SYLVIVS S. Theologiæ Doctor, eiuſdemq; Regius ac Ordinarius Profeſſor, ad S. Amati Decanus, ac Vniuerſitatis Duacenæ Vice-Cancellarius.

THEODORVS VAN COVVERDEN S. Theologiæ Doctor, eiuſdemq; Profeſſor Regius ac Ordinarius, & Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Duaci Canonicus.

NICOLAVS LE LONG S. Theologiæ Doctor, eiuſdemq; Regius Profeſſor.

VALENTINVS RANDOVR S. Theologiæ Doctor, & eiuſdem Regius Ordinariusq; Profeſſor.

AMBROSIVS D' ASSONVILLE S. Theologiæ Doctor, Parochus Eccleſiæ S. Petri.

MARTINVS DENIS S. Theologiæ Doctor, & Hiſtoriarum Regius Ordinariuſq; Profeſſor.

12. PROTESTATIONES

Clariſsimorum Almæ Vniuerſitatis Duacenæ Vtriuſq; Iuris Doctorum & Profeſſorum, atque etiam non Profeſſorum.

Proteſta Facultat ridica D cena.con impoſtur IoansCr

Prior & Collegium Doctorum & Profeſſorum Ordinariorum Facultatum I. V. Academiæ Duacenſis legitimè congregatum, omnibus ad quorum oculos & aures, præſentes peruenerint, ſalutem. Haud ſine magno animi ſenſu accepimus, ſic nos in exteris Prouinciis traduci, quaſi cenſuram pro ASTRO INEXTINTCTO coacti, eò quòd Benedictini negarent Academiæ noſtræ annuos reditus ipſi debitos, dederimus, quam alioqui, non dediſſemus, ſicq; quodammodo eandem cenſuram venum expoſuerimus. Quapropter cùm non ſolùm Collegii noſtri, verùm etiam totius noſtræ Academiæ bonum nomen & exiſtimationem ſartam tectam ſeruari plurimùm interſit, per eaſdem præſentes fidem facimus & atteſtamur, illud impoſitum à vero prorſus alienum, meramq; eſſe impoſturam. Ac inſuper addimus, æquè veritati diſſentaneum, quòd eo fine nobis obtruſæ fuerint aliquæ literæ Cæſareæ. De cætero, nos ignorare an à Clariſſimo Domino Doctore Hannedouche pronuper defuncto, ſpeciatim per Benedictinos pro ASTRO petitum fuerit ſuffragium, & an nunquam illud dare voluerit, ſiue etiam dederit. In quorum fidem prædictas noſtri Bedelli ſubſcriptione muniri, & eiuſdem noſtri Collegij ſigillo roborari mandauimus. Datum Duaci, Anno ſalutis noſtræ milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, die verò Februarij decima.

Ita eſt; Andreas Auroy I.V. Bedellus & Notarius Apoſtolicus.

Locus Sigilli.

Viſa & audita ſuperiori calumnia, vt nominis mei exiſtimationem ſimul cum Clariſſimis Dominis Facultatum I.V. Doctoribus ſartam tectam conſeruem, eorundem D D. ſuprà poſitæ atteſtationi ſubſcripſi, Duaci hac ſecunda Martij, Anno 1644.

HVBERTVS TOSSANVS I.V. Doctor & Profeſſor extraordinarius.

Nos infraſcripti, authoritate Apoſtolica & Regia Notarij publici, ad hoc ſpecialiter rogati, fidem facimus, vniuerſis hæc lecturis: nos ſuprapoſitas tres proteſtationes, cum ſua præfatione

& ſubſcriptionibus eorum quorum nomina in eis referuntur, cum ſigillo Facultatis V.I. Duacenæ, & ſignatura Bedelli iurati dictæ Facultatis, in Originalibus ſanis & integris vidiſſe, atq; cum ijsdem contuliſſe, & hanc impreſſam copiam cum prædictis Originalibus, quoad omnia de verbo ad verbum conuenire. Ita teſtamur. Duaci, quinto Martij 1644.

M. Ioannes Dieſtre Notar. Apoſtol. 1644.
L. Sigilli. Ioannes de Spira Notar. Apoſt. 1644.

---

13. Roboratis igitur prædicto modo *Aſtri inextincti* Cenſuris Duacenſibus, Cruſianis verò viciſſim exterminatis & abolitis, animus mihi redijt, vnum eumq; præcipuum obicem meum ablatum eſſe cogitanti, nec dubitanti, Romanum & Antuerpienſem Cenſores, hoc viſo, pedibus in eandem ſententiam ituros. Solùm adhuc terrebant, tot ſingulis ferè folijs inſertæ Sacrorum Canonum, Conciliorum, Legum & Doctorum allegationes, quibus ſtipatus Cruſius obruere me conabatur. Verùm conſiderans, eum, qui viuentibus adhuc tot Vniuerſitatis Duacenæ Eximijs & Clariſſimis Doctoribus, non veritus eſt, tam grauem calumniam & impoſturam aſpergere, fortè nec mortuis pepercisse, in factas allegationes pedetentim inquirere cepi, & lupum in fabula depræhendi, integram nempe falſarum allegationum ſegetem (falſum accipio cum Ambr. Calepino, pro eo quod fallit, hoc eſt, pro eo quod verum non eſt) quodq; fidem ſuperet, plures quingentis. Audax facinus, nauem tot foraminibus perforatam gubernare. Ipſe ad numerum cohorrui, gauiſus, quòd ſaltem octoginta Authores ab eo ſimiliter citatos, ad manum non haberem, ne numerum in immenſum, cum nimio Societatis rubore, meaq; fatigatione, extendere compellerer. In illis autem quingentis, quas diſcutiendas ſuſceperam, ordo nullus hîc à me ſeruari potuit, tum quia materiæ falſarum allegationum inter ſe non cohærebant; tũ quia Doctores citati, ordine præſtò non erant; tum deniq; quia in ipſa Eclipſi nullus ordo, ſed ſempiternus error ac tenebræ, vt euolutam ſemel, ab initio relegens, plures ac plures ſemper exorbitantias inuenerim: quibus in lucem protractis & eliſis, ſpero meũ *Aſtrum* (Veritatis Caſtrum) à me ſatis defenſum iri. Miles quippe

Ratio non obſeruati ordinis falſarum allegationum Io. Cruſii.

præ-

præſidiarius, arcem vtiq; tuetur, ſi muros & propugnacula poſt impreſſionem ſalua, foſſas adhuc aqua plenas, aggerès intactos, ſcalas admouentium à ſe deiectas & confractas, tela repercuſſa, pilasq; plumbeas cum ſublimi aëre innocuas luſiſſe demonſtrauerit.

14. Proinde præſens Opuſculum, in duas partes diuiſum, *Aulam* continet *Eccleſiaſticam* & *Hortum Cruſianum*: In *Aula*, doceo, Cruſiũ quatuor ſuis baliſtis maioribus, ne ſummas quidem Caſtri noſtri tegulas attigiſſe: *Hortus*, minoribus tormentis, haſtis, & ſagitis elidendis operam dabit. *Aula* ſuis tapetibus & aulæis inſtructa, ſub finem libri, ſe nulli prædationi obnoxiam adhuc fuiſſe declarabit: *Hortus*, ſuis conſtat Floribus, Pomario, Piſcinis, Auiario, Confinibus, Paradoxis, & Appendice. *Aula*, ſibiipſi nomen accepit, à primis quatuor nominum, totius rei argumentum cõplectentium literis: *Hortum Cruſianum* vt reliquum inſcriberem, flores occaſionem dedère, quos Cardinali Barberino Cruſius, in Eclipſeos ſuæ Dedicatoria obtulit: *Tibi*, inquiens, *alteri apum Regi, ego primos meorum laborum FLORES, ſupplex ad altare tuum offero*, ac paulò pòſt: *Accipe igitur hanc meam Eminentiſſime Princeps, S. R.E. Cardinalis ac Procancellarie, ſinceram ex Hyblæis Panormitani, Cyrniis Benedicti de Plumbino, atq; aliis Doctorum FLORIBVS decerptam melliginem, certis quæſtionum fauis cohibitam, atq; in quæſtionum capita, ſeu cellulas diſtributam.* Melliginem & flores Eclipſeos offerre ſe dicit, ex horto videlicet à ſe culto. Quod ſi nunc oculos, Lector amice, propiùs admoueris, omnia præpoſtera, nullos ibi flores aut mella, ſed meras lappagines & vrticas inuenies: fauos ex fumo, marcidiſq; allegationibus contextos deprehendes; foris, aurei montes parturiunt, intus cunas occupat ridiculus mus; foris aluearia, intus cauernæ crabronum, confuſumq; chaos,

---- & inanis murmura bombi.

Optimos quoſque flores terræ infodit, cepas & radices, inuerſo ſitu in cælum erigens, vt refodere fuerit neceſſe. Ne verò tibi faſtidium crearem, ſi quingenties (quod languidum foret) repeterem, Cruſius hîc auctorem perperam allegauit, hîc iterum, hîc iterum, hîc iterum; *Hortum* in varias partes diſtribui, partibus alia aliaq; nomina indidi, alios alioſque titulos allegationibus præfixi; & quia noſtra vita, non minus indiget iocoſis quàm ſerijs, vtile

Operis partio.

Cur Hortũ Cruſianum ſic inſcripſerim.

Varietas ... ſtat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

cum dulci miſcere cupiens, viuentis aquæ fontem & riuulos in *Hortum*, ope Democriti, induxi; varia, iucunda, hiſtorica, iocoſa inſperſi; Cumprimis autem, quod rei caput eſt, verba Cruſii, cum verbis Doctorum plerumq; contuli, vt contrarijs iuxta ſe poſitis, ipſe Lector, præpoſteras allegationes mox agnoſceres. Nonnunquam eadem allegatio ſæpius à me poni videbitur; ſed non eſt ita: Eundem auctorem aut Iuris locum, ſæpius in diuerſis locis perperam citauit Cruſius; quare neceſſe fuit, toties aliam falſam allegationem numerare, quoties eam ille repetiuit. Nec eſt quòd mirere, me typo Francofurtenſi vſum, cùm illic, velut in totius rei literariæ per Germaniam emporio præcipuo, plurimi Catholicorum libri lucem ante me aſpexerint, & aſpiciant etiamnum: Cæteraſq; Catholicarum vrbiũ typographias, earumq; Cenſuras intantum obſideant Opponentes, vt licet nouam (quod abſit) hæreſin, alioſve errores aut ſchiſmata Germaniæ inferrent, nemo tamen typographorum aut Bibliopolarum facilè ſit futurus, qui cuiquam Monachorum contrà ſcribenti, ſuam operam, citra periculum eiectionis è Synagoga, omniſq; fauoris amittendi, locare audeat. Expertus ingemuit, qui *Aſtro inextincto* manus auxiliares porrexerat; id quod monopolij typographici ſpeciem præ ſe fert minus Religioſi, meritoq; per Superiores abrogandi. Fateor denique, me tardiùs quàm volebam in lucem prodire; remoram iniecère bella Germanica: quibus hinc inde iactatus, ne quidem exulans à meo Monaſterio, calamum in mea poteſtate retinere potui, infirmâ præſertim & ægrâ plerumque valetudine, ſexagenarium iam iam ſopiturâ. De reliquo, Lector amice vale, lege, & æquus arbiter eſto.

AV-

AVLÆ ECCLESIASTICÆ
PROPYLÆVM
De bonis vacantibus, & fiſco rerum Eccleſiaſticarum.

PRIUSQUAM *Aulam* ingrediamur *Eccleſiaſticam*, viſum eſt è re fore, ſi quosdam obſcuriores loquendi terminos, quorum in hoc Opere frequens occurrit mentio, nonnil elucidauerimus: Cùm enim concedamus, Monaſteria deſtituta, eorumque Dignitates, titulos, ac Beneficia numerata verè vacare; negemus autem viciſſim, illa, bonaque temporalia eorundem, eſſe bona vacantia, & ad fiſcum deuoluta; ad vitandam apparentem verborum contradictionem & perplexitatem, non oberit in prælimine noſſe, quid ſint bona vacantia ciuilia, quid Eccleſiaſtica; quid fiſcus ſæcularis, quid Eccleſiaſticus; an & quando tales vtrobiq; dentur, quemque ſortiantur effectum: vt his lucidè cognitis, inoffenſo pede *Aulam Eccleſiaſticam* & *Hortum Cruſianum* percurramus.

1. *Quid ſit vacare, & eſſe bona vacantia propriè dicta.*

Vacare quid ſit.

VAcare, ex vi vocabuli dicitur illud, quod vacuum eſt: Idq; tripliciter potiſſimùm in iure ſumi, docet Cruſius q. 1. Eccliſ. c. 4. nu. 3. ex gloſſ. ciuili. I. *Res*, inquiens, *vacare dicitur, quando rei quidem Dominus eſt, ſed non comparet; vt ſi quis rem habeat pro derelicta. l. 7. l. 8. ſi vacanti & deſtituto ſolo. C. de omni agro deſert. aut quando poſſeſſor poſſeſſionem relinquit vacuam. l. 37. ff. de vſucap. vel domum l. penult. §. 1. ff. de vſu & hab. II. Quādo nec eſt Dominus nec poſſeſſor, adeſt tamen hæres, qui hæreditatem necdum adierit. l. 30. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. III. Quando & Dominus & poſſeſſor, tum hæres deficit. l. inter quatuor. 10. ff. d. niuerſ. & temp. præſcript. Vel, quando neq; Dominus, neq; poſſeſſor, neq; hæres extat. l. 2. in fin. ff. ad SC. Tertull. l. 38. ff. de iure fiſci. gl. in l. 4. l. ult. C. de bonis vacant. Bart. in l. ſi bona. ff. de acquir. poſſ. Atque in hac vltima ſignificatione, bona propriè ſolent dici vacare, aut eſſe vacantia. ex dd. ll. PROVT HIC QVOQVE ACCIPIMVS.* Hæc ille. Bart. §. decurionibus. in l. ſicut. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. relicta prima nominis acceptione, ſecundam ac tertiam amplectitur: *Vacantia bona*, inquiens, *ſunt in duplici differentia; alia ſunt vacantia ut hæreditas, & hæc ad fiſcum non pertinent, ſed hæredem. Alia ſunt, cùm nullus hæres ſupereſt; & hæc ad fiſcum deferuntur.* Iuxta quam ſenten-

Bona vacantia quotupliciter accipiantur.

ſententiam, hæreditas quoque iacens, inter bona vacantia computatur, ſed non inter confiſcabilia. d. l. 30. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Aſtrum inext. q. 1. nu. 49. Vnde & gloſſ. verb. vacantium. extrauag. commun. ne ſede vac. *Vacans.* ait, *propriè dicitur, quod eſt à nemine occupatum ſeu poſſeſſum,* ſiue extet hæres aut ſucceſſor, ſiue non extet. Alij, miſſa prima & ſecunda ſignificatione, tertiam ſolummodo acceptant, qua iacentem hæreditatem à bonis vacantibus excludunt, vt Cruſius hîc, & q. 4, Eclipſ. c 1. nu. 1. And. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeruat. 130. n. 1. *Inter hæreditatem iacentem & vacantem,* inquiens, *hoc intereſt, quod iacens dicatur hæreditas, quando ſpes adhuc supereſt, hæreditatem adiri poſſe; vacans verò, ſi nullus naturalis vel legitimus vſque ad decimum gradum hæres exiſtat, quo caſu tanquam bona vacantia, ad fiſcum cum ſuo onere deuoluuntur; text. notab. in l. 1. in princ. ff. de ſucceſſor. edicto. & plenè notatur in l. 1. & in l. vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. vtrobiq; præclarè Platea, quem ad hoc omnino vide.* In quibus omnibus acceptionibus, præſupponitur, id, quod vacare dicitur, eſſe capax occupationis ſeu poſſeſſionis, & exiſtere, quia non-ens, poſſideri vel occupari non poteſt. Quoniam verò in hoc Opere nobis cum Io. Cruſio potiſſimè negotium eſt, ne in terminorum intelligẽtia ab inuicem diſcrepemus, tertiam eamq; proprijſſimè ſumptam vacantium bonorum ſignificationem cum eodem ſuſcipimus & acceptamus.

Fiſcus ſæcularis quid ſit.

2. *Quid ſit Fiſcus propriè dictus.*

FIſcus propriè ſumptus, eſt ærarium Principis, in quod bona vacantia fiſcalia inferuntur, fiuntque quæſtoria, & tranſeunt in proprietatem ac patrimonium Principis. l. 2. §. ff. ne quid in loc. publ. tot. tit. C. de bon. vac. & tot. tit. ff. de iure fiſci. Fiſcus etiam loco hæredis habetur, diciturq; hæres, ſed extraneus; vnde & de bonis commiſſis, creditoribus ſatisfacere tenetur, per text. notab. in l inter eos. §. final. ff. de fideiuſſo. & ibi gl. in in verb. ita fiſci. & text. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. Corne. conſ. 190. n. 19. vol. 1. incipit. ad euidentiam præmitto. text. in l. 2. de vſur. fiſcalib. lib. 10. Plat. ibid. num. 1. Bart. in l. quoties. n. 2. ff. de nouat. Afflict. in c. 1. n. 20. qui ſucceſſ. tenea. text. in l. vnica. C. pœnis fiſcali credito, præferri. libr. 10. Plate. ibid. n. 2. Hinc idem Bart. in l. vacantia. C. de bon. vac. *Bona eius,* inquit, *qui nullo modo aliquem habet ſucceſſorem, dicuntur vacantia, & deferuntur in fiſcum hæredem.*

3. *An detur fiſcus propriè dictus in bonis Eccleſiaſticis.*

Fiſcus analogicè datur in iure Canonico.

EX allatis fit manifeſtum, fiſcum propriè dictum non dari bonorum Eccleſiaſticorum, cùm ne Papa quidem Dominus fiat proprietarius eorundem, ſed Adminiſtrator ſolùm, bonus & fidelis: id quod vltro Cruſius confitetur. q. 4. Eclipſ. c. 2. nu. 1. & 2. Vbi cum quinque fiſci ſignificationes in medium protuliſſet, denique fiſcum duntaxat analogicum Iuri Canonico tribuit his verbis: *Quæ omnes acceptiones fiſci, licet in rigore locum ſibi in bonis ſæcularium temporalibus vendicare videantur, attamen ipſa bonis Eccleſiaſticis ANALOGICE applicantur.* ac paulò pòſt: *Fiſcus ita acce-*

ptus,

ptus, pro ærario Principis, *in his bonis emortuorum Monaſteriorum, locum non habet, ex Concil. Turon. c. 25. Antõ. Auguſtin. lib. 15. in epitome Iuris Canon. de benefic. c.* 34. Iam autem fiſcum analogicè dictum, non eſſe fiſcum propriè dictum, per ſe clarum eſt.

4. *An detur hæres, & bona hæreditaria propriè dicta, in bonis Eccleſiaſticis.*

Quid ſit hæres

HÆres dicitur, qui defuncto ſuccedit in vniuerſum ius, quod habebat tempore mortis. Quæſtio non eſt hîc, num à ſæculari perſona, poſſit Collegium Eccleſiaſticum, Regularis Ordo, vel quiuis Beneficiatus Eccleſiaſticus, ſuorum bonorum temporalium hæres etiam propriè dictus; vel, iuris fictione eorundem Eccleſiæ, aut Monaſteria inſtitui; per ſe quippe notum eſt, Eccleſiaſticas perſonas, & Collegia (modò dominij ſint capacia) huiuſmodi bonorum ſæcularium hæredes naturales aut legitimos eſſe poſſe, & fieri quotidie. Nec quæſtio eſt, an piorum locorum Adminiſtratores, ſi quid ipſis pijs locis teſtamento relinquatur, eo caſu, hæredum ius & nomen ſortiantur. Cùm id ijs concedatur per l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cler. §. licentia. vt infra docebitur, Horti Cruſiani alleg. 440. n. 1, & 2. Sed quæritur, num ipſa bona Eccleſiaſtica ſint hæreditaria, & à Beneficiato moriente tranſmittantur in hæredem, qui ius ac titulum ſuum, propriè conſequatur per ſucceſſionẽ ab anteceſſore defuncto provenientem. Et ℞. non dari vllius poſſeſſoris Eccleſiaſtici hæredem, ſed ſucceſſorem, qui non hæreditate poſſideat ſanctuarium Dei, ſed ſortè diuinæ vocationis, & Canonica inſtitutione: ac per conſequens, nec bona huiuſmodi Eccleſiaſtica, eſſe hæreditaria, vtpote non tranſmiſſibilia in hæredem, veluti quæ ſint iuris diuini, & in nullius priuatorum bonis. l. ult. C. de SS. Eccleſ. c. quoniam. 10 & ſeqq. de filijs presbyt. c. 2. de conceſſ. præb. & c apoſtolica, 8. q. 1.

Fiſcus analogicè datur in iure Canonico.

5. *An Paſtoribus ſeu Beneficiatis vacantes Epiſcopatus, Monaſteria, Tituli, Prælaturæ, Dignitates, & quæuis alia Beneficia Eccleſiaſtica, ſint bona vacantia propriè dicta.*

REſp. quòd non: quia leges diſponentes de bonis vacantibus, intelligunt bona fortunæ temporalia & externa, quæ poſſeſſorem & hæredem propriè dictos admittere poſſint; qualia non ſunt iſta ſpiritualia, ſub ſenſum non ſunt cadentia, quæ cùm ne inter bona quidem computentur, bona vacantia propriè dici nequeũt. Loquimur autem de Epiſcopatibus ac Monaſterijs non materialiter, ſed formaliter, cum inhærente ſibi beneficiali formâ ſumptis, de qua mox in Aula num. 12. Hinc videre licet, quãta ſit differentia inter hæc duo: Monaſteria & beneficia Eccleſiaſtica, eſſe vacantia, ſeu vacare Paſtore vel Beneficiato: Et: Monaſteria & Beneficia Eccleſiaſtica, eſſe bona vacantia debita fiſco. Monaſteria ſiquidem & Beneficia vacantia, reſpiciunt & exigunt inſtitutionem ſeu collationẽ ſucceſſori Canonicè & neceſſariò faciendam; bona verò vacantia, velut omni ſpe ſucceſſoris legitimi deſtituta, reſpici-

Res merè ſpirituales, inter bona vacãtia non computantur.

ſpiciunt ærarium Principis,ſeu fiſcum hæredem: Illa ſpiritualia ſunt, hæc temporalia: Illa, ceu ſpiritualia, Dominum ac poſſeſſorem propriè dictū, nullum admittunt, ſed tantùm quaſi poſſidentur; hæc, capacia ſunt, vt à Domino & poſſeſſore propriè dicto, verè poſſideantur: Vnde fit, vt etiam fiſci propriè dicti ſint capacia, illa non item.

6. An bona temporalia Eccleſiaſtica, poſſint fieri bona vacantia propriè dicta.

RESP. quòd non. Nam bona illa, quæ in nullius bonis ſunt, nec eſſe poſſunt, quæque nec hæredem, nec fiſcum propriè dictum admittunt, ſed iuris ſunt diuini, vtpote Deo conſecrata, & ab omni priuatorum iure ſeparata, bona vacantia propriè loquēdo fieri non poſſunt: atqui talia ſunt omnia bona Eccleſiaſtica. l. vlt. C. de SS. Eccleſ. §. pro temporalibus. in authent. de Eccleſ. tit. §. nullius. §. ſacræ. inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. l. in tantum. l. ſacra. & paſſim eod. tit. c. grandi. de ſuppl. end. negl. præl. c. 2. de in integr. reſtit. in 6. Andr. Tiraquell. de priuileg. cauſ. piæ. in princ. Weſenb. conſil. 4. nu. 23. part. 1. & conſ. 37. nu. 7. 8. & 9. l. inter. l. ſacram. vbi Iaſ. n. 4. 5. de verb. oblig. c. 1. vbi gloſſ. de relig. dom. Ergò &c. Atque hinc apparet, quantum in limine mox impegerit Cruſius, vbi ſuprà, aſſerens, ſe hîc in materia bonorum Eccleſiaſticorum, nomen *vacare* ſumere in tertia ſignificatione, qua talia bona propriè ſoleant dici bona vacantia in fiſcum deferenda: Qui vel inde ſuum errorem dediſcere poterat, quòd in iure ciuili extantes tituli de bonis vacantibus, & iure fiſci, in iure Canonico nuſpiam reperiantur; id quod argumento eſt, Ius Canonicum & Ciuile, in materia præſenti, non paſſibus æquis iuxta ſe ambulare, & materiam de fiſco, bonis vacantibus, hæredibus, ac ſimilibus, fori Eccleſiaſtici propriè non eſſe. Accedit, quòd fiſcus, & bona vacantia in acceptione Cruſii, ſint correlatiua; vnde, vbi non datur fiſcus propriè dictus, nec dantur bona vacantia propriè dicta; finis enim & terminus bonorum vacātium, eſt fiſcus; quo ſublato, tolluntur & ipſa, fruſtra enim forent bona vacantia, cùm nec Deus, nec natura, nec iura communia, quicquam fruſtra faciant aut diſponant.

Bona Eccleſiaſtica ſunt iuris diuini.

7. An bona temporalia Eccleſiaſtica, per mortem omnium de Collegio particulari Eccleſiaſtico, fiant bona vacantia, ſaltem analogicè dicta:

EX præmemoratis liquet, in Iure Canonico, ſeu rebus Eccleſiaſticis, non dari fiſcum, nec hæredem, nec hæreditatem, nec bona vacantia propriè & vniuocè dicta. Quia tamen, ob rerum & cauſarum quandam ſimilitudinem, ius vnum altero iuuatur, & vnius nomina quandoque mutuatur alterum, eaque à ſignificatione propriâ transfert ad analogiam ſibi competentem: Simul & Opponentes euincere conātur, mortuis omnibus de Collegio particulari Eccleſiaſtico, bona eorundem, eſſe bona vacantia ad fiſcum Eccleſiaſticum deuoluta: Laymañ inſt. de cenſ. fol. 3. 6. 11. & 444. & in Cenſuris part. 2. cenſur. 7. §.

nunc

nunc videamus.cenſur.26.27. & 28. Cruſius.q.1.Eclipſ.c.4.n.5.q.2.ſ.3.c.1. nu.17.q.4.c.1.n.1.lubet inquirere,nũ bona Collegiorum ſic diſſolutorum, ſaltem analogicè ſint vacantia, & ad fiſcum, ſiue liberam diſpoſitionem Superioris Eccleſiaſtici devoluta. Pro quo.

Bona temporalia Eccleſiaſtica, poſt mortem omnium, de Collegio, ne analogicè quidem ſiunt confiſcabiliã ſeu bona vacantia.

℞. negatiuè, idque ex principijs Laymanni,iuſt.def.fol.7. ſic ſcribentis: *Si Eccleſia, Monaſterium, vel ſacrum Collegium adhuc adſit, VEL eius rèſtaurandi ſpes aliqua ſit, licet Prælatus, Conuentus, aut Beneficiarij mortui ſint; hoc in caſu, bona immobilia & cenſus, ſecundùm benignam iuris fictionem cenſentur pertinere ad locum, ſeu Monaſterium & Eccleſiam materialẽ, tanquam acceſſoria ad ſuum principale.* vbi citat gloſ.in l.ſicut.§.in decurionib. ff.quod cuiuſq; univerſ. alioſq;Dd.& nos plures efficaciùs paulò poſt adferemus.Conſentit Cruſ.fol.10. Eclipſ. col 1.in fin.& fol.36.colu.2. in med. Vnde tale formamus argumentum, quale & formaueramus Aſtri inext.q. 1.n.48.Bona quæ Domino & poſſeſſore immediato non vacant,non ſunt bona vacantia; atqui bona temporalia Eccleſiaſtica,poſt mortem omniũ de Collegio particulari ſunt talia; Ergo bona temporalia Eccleſiaſtica,poſt mortem omnium de Collegio particulari,non ſunt bona vacantia.Major ex terminis,ipſaq; definitione bonorum vacantium allatâ,per ſe clara eſt: Minorem negat Io.Cruſius, quia ſpẽ iuridicam reparandi negat adeſſe;quã tamen Minorem plurimorũ Dd. ipſiusq; iuris auctoritate verã eſſe demõſtramus, Aſtri q.1.n.48. & in Aula Eccleſiaſt.n.22.& Horti Cruſian. allegati.443.n.1.& 2.allegat.472.n.3. 4.5. Horti Cruſ.paradox.n.9.&10.ad quæ loca Lectorem remittimus, ne toties eadem repetamus. Adde l.iubemus.C.de SS. Eccleſ.§.ſcientes.& §. ſanè.verſ.ſi quando igitur.& expreſſiùs de Epiſc.&Cler.l.raptores.§.ſin & diaconiſſa.ibi.& plenam poſſeſſionẽ. Abbat.vtramque gloſſam.Bart. Menoch.Bald.Iñoc.Feder. de Senis.Specul.Alb.Maſcar.Rebuff. Archid.à me dd.allegati.443.& 472.citatos, qui omnes docent,Eccleſiam materialem, ipſumve Beneficium vacans,etiã poſt mortem omnium de Collegio, bona poſſidere,& eſſe Dominam bonorum temporalium illuc pertinentium, ſicut hæreditas iacens eſt Domina,prout opponitur hæreditati vacanti.Verùm Cruſius, vt contra communem hanc & receptiſſimam ſententiam, effugio petitionis principij ſibi conſulat.q.1. ſuæ Eclipſ.c.4.n.8. *Reſpondeo ſecundò*; inquit,*quando iuris fictione, vel intellectu,particularis Eccleſia cõſtituitur Domina bonorum Collegij emortui,tunc intelligitur de eo caſu,quo ſpes eſt iuridica ſimilis Collegij reparandi: ſecus, quando illa ſpes abeſt. Oſtenditur à ſimili; nam ita hæreditas iacens intelligitur Domina,quãdiu ſpes iuridica eſt hæredis proprij; qua ſpe ſublata,hæreditas non dicitur Domina,ſed vacans. Atqui nos hîc agimus de bonis emortui Collegij Monaſtici,quando nulla ſubeſt ſpes iuridica, certa & proxima,Collegij ſimilis reparãdi, Ergo.* Hæc Cruſius. Quoniã proinde totius controuerſiæ cardo, verti videtur in exiſtẽtia ſpei iuridicæ reparandi ſimile Collegiũ,ideo neceſſitas nobis incubuit ſcribendi & ſtatuendi *Aulã Eccleſiaſticã*,vbi ſpes iſta trib.in-

Effugium inane Cruſii.

Quæſt.1.Eclipſ.c.4. n. 6. 7.& 8.

nixa firmiſſimis baſibus, à nobis per totum, preſertim à n. 94. tanquam debito ſibi concluſionis loco, ſolidè commonſtratur; quo iterum Lectoré, præſenti Popylæo tantam rerum amplitudinem non capiente, remittere cogimur. Quibus ſtantibus ac ſuppoſitis, clarè conſtabit, per mortem omnium de Collegio particulari, Prælaturas, titulos & Beneficia Eccleſiarū non eſſe extincta, ſed vacare, & etiamnum ſupereſſe, eorumq; collationem Canonicam ad immediatum Superiorem deuolui, qui habebat aliàs ius electum confirmandi; quique teneatur intra trimeſtre conferre perſonis eiuſdem qualitatis, cuius erāt demortuæ: adeoque nec talium Eccleſiarum Dignitates, & Beneficia, nec eorundē bona temporalia, ſuum adhuc Dominum & poſſeſſorem habentia, in fiſcum, ſiue liberam Superioris alicuius diſpoſitionem recidiſſe, ſed in iure ſuarum Eccleſiarum conſeruari: Vnde cōſequens eſt, eiuſmodi bona, nec propriè, nec analogicè vacantia, & ad fiſcum deuoluta cenſeri poſſe; cum & Bart. vbi ſuprà, dicat; quòd *bona eius, qui nullo modo aliquem habet ſucceſſorem, dicantur bona vacantia, & deferātur in fiſcum hæredem*: mortuis autem omnibus è Collegio, ipſóque Prælato, vigore Sacrorum Canonum, debetur, & adeſt in ſpe iuridica ſucceſſor eiuſdem qualitatis, Ergò.

8. *Quid ſit fiſcus Eccleſiaſticus in quem bona vacantia Monaſteriorum deferri dicuntur.*

IOan Cruſius q. 4. Eclipſ. c. 2. num. 2. & ſeqq. ibidemque citatus Paulus Laymann, fiſcum bonorum Monaſticorum ſumunt pro Superiore Eccleſiæ vel Vniuerſlis, qui eſt Papa; vel particularis, qui eſt Epiſcopus. Hinc ibid. num. 7. dicunt, *Quod Monaſteriorum emortuorum olim exemptorum bona pertineant ad Papam, non tanquā ad Dominum proprietarium, ſed tanquam Adminiſtratorem; non exemptorum verò Monaſteriorum bona, ad loci Epiſcopum. Ratio prioris eſt, quia cùm bona illa pertineant ad Superiorem, & exemptorum Superior ſit Papa; non exemptorum verò Epiſcopus, ſequitur bona exemptorum pertinere ad Papam; non exemptorum, ad loci Epiſcopum.* Supponunt autem ambo, talia bona Monaſteriorum deſtitutorum, ab Eccleſijs materialibus, earumve Beneficijs Regularibus, contra communem, iuris intellectum non poſſideri; nec ſucceſſori, ſed fiſco deberi, tanquam bona vacantia; id quod nos in Aſtro, in Aula, & paſſim in hoc Opere latè refutamus, docentes ea ſucceſſori, nō per liberam, ſed per neceſſariam collationem deberi, adeoque per mortem omnium de Collegio, nullo modo fieri confiſcabilia. Superiorem itaque nominant fiſcum, occaſione Doctorum in hac verba ſcribentium: *Diſſoluto Collegio Religioſorum* (intellige Vniuerſali) *bona remanent apud Superiorem Collegij, qui diſponet de illis, tanquam de bonis vacantibus.* Ita Bart. in l. ſicut §. vlt. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. Panorm. in c. recolentes, n. 3. de ſtat. Mon. Bonacin. tracta. de clauſur. & pœnis violator. ipſius impoſitis. q. 2. pūct. 9. §. difficult. 42. propoſ. 2. n. 4. & alij, loquentes de diſſolutione Collegij totius Ordinis alicuius Religioſi, quæ fit de iure p Superioris autho-

thoritatem, vt patet in exemplo Templariorũ per eas allegato Vel per rerũ naturã, toto videlicet Ordine fortuitis caſibus mortuo & extincto, vt in Aula noſtra mox à nu.15. docebitur.

Nos fiſcum Eccleſiaſticum definimus, eſſe *Liberam diſpoſitionem Eccleſiarum conſecratarum, bonorumq; temporalium illuc ſpectantium, propter extinctionem anteriorum Beneficiorum, in Vniuerſalis Eccleſiæ gremium, & Superioris Eccleſiaſtici rationabile arbitrium deuolutam.*

Explicatur deſcriptio Fiſci Eccleſiaſtici.

Diximus *liberam diſpoſitionem*, vtpote quæ cauſam non requirit.

Eccleſiarum conſecratarum, intellige materialium ſuperſtitum, aut earũdem ſolum: Licet enim tales Eccleſiæ, per extinctionem Pontificiam perdiderint formam ac titulos Dignitatum & Beneficiorum certi Ordinis Eccleſiaſtici, tamen non amiſerunt formã conſecrationis, nec titulum inuocationis Dei & Sanctorum, nec iura immunitatis Eccleſiaſticæ, prout fuſiùs trademus allegation. 472. n. 6. & 7.

Bonorumq; temporalium illuc ſpectãtium, id eſt fundos, agros, eorumque cenſus, proventus, jurisdictiones, ſubditos, &c. Neque enim per ſolius Ordinis & Beneficiorum ſuppreſſionem, tales Eccleſiæ priuantur ſuis bonis & iuribus temporalibus localibus, quò minus ad eas adhuc pertineant, tanquam acceſſorium ad ſuum principale, & ab eis iuris intellectũ poſſideantur. Vide infrà, in Horti Cruſ. append. n. 38. & ſeqq. Vnde talia bona, etiam ſecluſâ ipſorum vacanti impoſſibilitate aliunde proveniente, in rigore non poſſunt dici bona propriè vacantia, vt in Aſtri q. 1. n. 50. docuimus, cùm adhuc Eccleſiam Vniuerſalem, & materialem (quæ ambæ non moriuntur) Dominam habeant, & ab vtriſque poſſideantur; ab illâ, vero & alto dominio ſeu poſſeſſione; ab hac, iuris fictione.

Propter extinctionem anteriorum Beneficiorum: Fiſcus enim Eccleſiaſticus, locum non obtinet, niſi Beneficijs Eccleſiarum extinctis; aut ſuppreſſis iuribus æquiualentibus: id quod dicimus propter Eccleſias quorundam Regularium, quæ Beneficiatæ non ſunt; vt ſunt Eccleſiæ Patrum Societatis Ieſu, Ordinis Minorum, & ſimilium.

In vniuerſalis Eccleſiæ gremium; quia tales Eccleſiæ materiales, vel Monaſteria, eorumque bona temporalia, per ſuppreſſionem huiuſmodi Beneficiorum, Dignitatum aut Ordinum, & extinctionem dominij ſubalterni, etſi deſinant eſſe bona Regularia, & ab eis etiam poſſeſſio ſubalterna Ordinis auferatur, tamen non deſinunt eſſe bona Eccleſiaſtica: quocirca & ipſa libera diſpoſitio ſic intelligenda eſt, vt Superior intra terminos Eccleſiæ, ſiue Statûs Eccleſiaſtici duntaxat ſuam libertatem exercere poſſit: Neque enim illi licitum eſt, prætextu bonorum vacantium, aut fiſci, eiuſmodi bona temporalia ærario proprio inferre, vel aliter profanare, vendere, donare, ab Eccleſia alienare, vel in formam bonorum patrimonialium redigere: ſed tanquam fidelis Adminiſtrator obligatur illa, veluti Deo cõſecrata, perſonis Eccleſiaſticis, Deo ſeruituris conferre; ſiue iam nouos titulos & Beneficia conferat Eccleſijs materialibus, ſiue non.

Et Superioris Eccleſiaſtici rationabile arbitrium. vt videlicet omnia fiant in ædificationem, non deſtructionem fidelium.

Deuolutam. quo verbo ſolùm exprimere volumus, ſæpe dictam liberam diſpoſitionem in Superiorem recidiſſe, ſeu deueniſſe: non quòd is iure deuoluto tales Eccleſias, vel bona conferre; vel Superior deuolutionis propriè dictæ dicendus ſit, de qua in Aula noſtra n. 60. & ſeqq.

9. *An & quando extinctarum Eccleſiarum bona temporalia dicantur analogicè bona vacantia, ita vt fiſco Eccleſiaſtico locus detur.*

Extinctam Eccleſiã nominamus, quæ ſuis Dignitatibus & Beneficijs exuta, adhuc tamen conſecrationem; Sanctorum inuocationem, & immunitatis iura retinet. Quandoquidem igitur ex prædictis, ac per ſe notum eſt, fiſcum, & bona vacantia propriè dicta, in rebus Eccleſiaſticis locum non habere; tamen analogice & quadam ſimilitudine dari tunc vtraque concedimus, quãdo extinctarum Eccleſiarum, bonorumque adpertinentium diſpoſitio, ita in poteſtatem Superioris Eccleſiaſtici recidit, vt extinctis inferiorum iuribus omnium manus clauſæ inueniantur, nec quiſquam præter ipſum, manum apponere poſſit, eò quòd nulla alia diſpoſitio, nec actiua, nec paſſiua inferioribus iure communi conceſſa ſuperſit: Idque euenit, quando Eccleſiæ de iure, per legitimam Superioris authoritatem extinguuntur, ſuiſque titulis, Prælaturis, Ordinibus, dignitatibus, Beneficijs, aut iuribus æquiualẽtibus priuantur & denudantur; prout accidit in diſſolutione Templariorũ, Humiliatorum &c. Vel quando per rerum naturam pereunt; *paria enim ſunt, aliquid eſſe deſtructum de iure, & per rerum naturam.* Vt ait Bald. in Aula n. 16. citandus: quibus caſibus, Eccleſiæ earumque bona, analogicè vacantia bona nominari poterunt, vt dicemus allegat. 472. n. 6. & 7. Vnde errant Opponentes, dum putant hanc extinctionem tunc accidere, quando omnes de Collegio particulari mortui ſunt, exiſtimantes eo caſu fortuito, bona temporalia mox fieri vacantia, adeoque in fiſcum deferenda: Quàm verò grauiter hallucinentur, clarè demonſtrari Lector iamiam videbit in Aula noſtra, quam vt attentè perlegat oro.

Porrò Superior Eccleſiaſticus, cui ius fiſci tribuimus, eſt vel Papa vel Epiſcopus Diœceſanus, pro Eccleſiarũ ſeu Monaſteriorum diuerſitate: Atque hic locum vendicat Opponentium ſententia, qua dicunt, Monaſteriorum extinctorum, olim exemptorum bona, quoad diſpoſitionem, pertinere ad Papam; non exemptorum, ad Epiſcopum loci. Hinc ſi Papa ex cauſa rationabili ſupprimeret Ordinem Regularem totaliter exemptum, ad ipſum recideret diſpoſitio tam Eccleſiarum extinctarum, quàm bonorum illuc pertinentium: Si ſupprimeret Ordinem, cuius nullum Monaſterium eſſet exemptum (cùm præter ipſum nemo poſſit alterare ſtatum Eccleſiæ Regularis, vt ait Panorm. in c. inter quatuor. de relig. dom.) nec aliud de nouo diſponeret, deuolueretur diſpoſitio ad locorum Ordinarios: At ſi ſup-

Superior, habens ius fiſci Eccleſiaſtici, eſt vel Papa, vel Epiſcopus loci.

ſi ſupprimiret, ſeu extingueret Ordinem, cuius Monaſteria partim eſſent exempta, partim non; tunc exemptorum diſpoſitio deueniret in manus Papæ: non exemptorum, in manus Epiſcopi. Vt rectè docet ſuprà citatus Bonacina. Idipſum dicendum per omnia, ſi contingeret per rerum naturam, vtputa mortalitatẽ, vel alio fortuito caſu, omnes omnino Regulares alicuius Ordinis è viuis cedere, ita vt eorũ nullus ampliùs ſupereſſet. Quãdo autem Papa legitimè transfert aliquod Monaſterium, ſiue exemptum ſiue non exemptum, cum omnibus bonis & iuribus ſuis, ad alium Ordinẽ Eccleſiaſticum vel Regularem, eo euentu, licet priorem ſtatum Regularitatis inibi extinguat, tamen non datur locus bonis vacantibus, quia ordinariè talis trãslatio fit in inſtãti: Quod ſi Monaſterium non exemptum, taliter extingueret, vt ſimul aliò nuſquã transferret, tali caſu, diſpoſitio noua Eccleſiæ, & bonorum illuc ſpectantium, Epiſcopo loci competere crederetur: Si verò id Monaſterium foret exemptum, licet Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubiectum, quia tamẽ Superiores immediati talis Ordinis, propter extinctas ibidem Ordinis ſui Dignitates, Beneficia, iura & priuilegia, amiſſamque bonorum omnium poſſeſſionem ac Dominium tam ſubalternum quàm infimum, tantæ potentiæ non ſunt, vt in eiuſmodi extincto Monaſterio quicquam ampliùs ordinare queant, ideo illius diſpoſitio ad Papãm pertinebit, aut eo negligente vel diſſimulante, ad Ordinarium loci: Sunt enim multa Monaſteria, quorum Abbates duntaxat & Religioſi, non autem ſubditi, vel territoria exempta ſunt.

Atque ex prædictis, omnia argumenta, quæ Paulus Laymann, Valentinus Mangionius, & Ioannes Cruſiſius, ex iure ciuili, de bonis vacantibus, aut fiſco Principis, contra nos in medium attulere, facillimè ſoluuntur; quippe quos varia nominum iſtorum acceptio, in labyrinthum & errorem abduxit. Sed iam ex propylæo in Aulam.

Asbeſtus. Voluolus. Ligata libertas. Anchora. ECCLESIASTICA.

IN limine Horti Cruſiani, AVLAM ereximus, non Cruſianam, ſed Romanam, in qua beneuolus Lector tantiſper obambulando mentem & oculos oblectare queat. aſpectu admirandi lapidis illius Arcadici, quem Asbeſtum ab effectu nominant, quéque ſemel accenſum, extingui nemo vidit vnquam. Proximo pariete viſendus offertur iaſpideus Volvolus, aureo funiculo appenſus, cuius pretium, Eccleſijs per mortem omnium de Collegio deſtitutis, cenſetur inæſtimabile. Tertio latere, incredibile dictu eſt, quàm liberè inter ſe iocentur pſittaci duo, pedicis laxioribus adſtricti, eâ quidem libertate, vt intra aulam volatu ſe recipere poſſint, quocunque libuerit; at foras euolare, pedicæ breuiores minimè patiantur. Quarto denique loco, grandis Anchora, tribus adamantinis armata dẽtibus, ex aurea catena dependens oculis obijcitur; cuius tantum pondus eſt, vt ne à decem quidem Cruſiis humo leuari, nedum frangi vel comminui poſſit. Placeat igitur Lectori nonnihil hanc *Aulam* noſtram intrare, eiuſque contemplatione iudicium de *caula* Cruſiana ferre.

Aula Eccleſiaſtica partitio.

Aulæ paries Orientalis.

Monaſteria, ſeu quaslibet Eccleſias Collegiatas, per mortem omnium de Collegio, vel alios fortuitos & hoſtiles caſus, nequaquam extingui, ſed habitu permanere, multiplici ratione & authoritate, ex vtroque iure ſolide remonſtratur.

ASBESTVS.

1. Nomen eſt inuſitati lapidis, coloris ferrei, in montibus Arcadiæ naſcentis, qui cùm ignem proprium non habeat, ſi tamen accendatur, fit inextinguibilis, de quo plura Plinius lib. 37. cap. 10. Veriſſimum ſymbolum Monaſteriorum, omni etiam adhibitâ vi humanâ ſeu tyrannide inextinguibilium. Vnde admiratione digna eſt conſenſio hæreticorum, & Patrum è Societate Ieſu quorundam, in euertendis Monaſterijs, vt quæ illi ſupprimunt *de facto*, hi *de Iure*. ſuppreſſa velint: ac niſi eſſent roboris ferrei, tot Euris, Nothis & Africis irruentibus impetita, mirum non eſſet, ſi extinguerentur. Verùm, ſemel accenſa, naturâ fiunt inextinguibilia, & quædam quaſi *Aſtra inextincta*; id quod iam dilucidè, nî fallor, demonſtrabimus. Arma quibus Monaſteria deſtruunt hæretici, ſunt in propatulo: quibus panoplijs vtantur Patres Societatis, ad eadem funditus extinguenda, videamus. In hac enim quæſtione, tota contro-

Asbeſtus lapis Arcadicus.

Simon. Maiol. tom. 1. colloq. 18. ex S. Auguſt. Iſidoro. & Solino. & ibid. colloq. 22.

Cardo totius controverſiæ. controverſiæ noſtræ machina vertitur *An* videlicet *per mortem omnium de Collegio Eccleſiaſtico, vel violentam deſtructionem, Monaſteria dici poſſint EX TINCTA DE IVRE.* Nos negamus: Opponentes mordicus affirmant. Protoparens huius fictitiæ extinctionis, fuit Paulus Layman ex eadem Societate Ieſu, qui cum alibi ſaniora ſcripſerit, in ſuæ nuncupatæ *Iuſtæ defenſionis* fol. 444. morbo potius, quàm iudicio actus, hoc MANIFESTVM ea propter in orbem, veluti erroris Princeps, voluit promulgari.

Argumentum Pauli Laymã. 1. *Eccleſiæ tum ſæculares, tum Regulares, fundata iura ac titulos habent, quæ dicuntur Prælaturæ, Prioratus, Adminiſtrationes, Officia, Canoniæ, Beneficia, tum ſæcularia, tum Regularia. Horum titulorum, Iurium, ac Beneficiorũ collatio, inſtitutio, ac poſſeſſio, per Eccleſiaſticos Prælatos fieri ſolet perſonis idoneis & qualificatis. Iis ſingulis mortuis aut cadentibus, iura ac tituli vacant, & manent in domino Eccleſiæ particularis cuius tituli ſunt, ita ut alio transferri non poſſint ſpectato iure communi; ſed intra tempus à ſacris Canonibus præſcriptum, alteri conferuntur; vel collatio aut proviſio ad Superiorem devolvatur. Sin autem tota Congregatio, ſeu Conventus penitus ceſſarit, ſive ſolutus ſit; tum conſequenter Prælaturæ, Adminiſtrationes, Officia, Canoniæ, Monachatus, & uno verbo, IVRA AC TITVLI EXTINCTI SVNT, id eſt, penitus ceſſarunt, adeoq; non-entis nullæ ſunt qualitates, ſed Monaſteria, & bona eorundem vacantia, Romanus Pontifex & Cæſar aſſignare & donare poſſunt, quibus ipſi volunt.* Intellige, de iure communi. Eademque repetit in Cenſuris Aſtri inexrincti, Cenſura 6. & 7.

Dulce bellum in expertis.

2. *Argumenta Ioannis Cruſii.* 2. Errantem ſecutus noſter Cruſius: *mortuis omnibus*, inquit, *fratribus Collegis, nullo omnino ſuperſtite, Monaſterium ut Collegium dicitur extingui, & eſſe extinctum. Ita ſentiunt tum Canoniſtæ tum Legiſtæ, quando tradunt mortuis omnib. Collegis, nullo remanente, Collegiũ diſſolvi ac deſinere eſſe. Quæ hoc in loco æquipollẽt, ut à priori per cauſam Collegii formalem intrinſecam demonſtro. Quando non amplius eſt, nec conſervatur unio, quæ fuit antea inter plures, in ordine ad unum finem (nimirum cultum DEI) congregatos, tunc dicitur Collegium extingui. At quando omnibus mortuis Collegis, dicitur diſſolvi Collegium, vel deſinere eſſe, tunc non amplius eſt, nec conſervatur unio, quæ fuit antea inter plures, alicubi in unum finem congregatos; Igitur quando mortuis omnibus Collegis, dicitur diſſolvi Collegium, vel deſinere eſſe, tunc dicitur Collegium extinctum eſſe. Minor eiusdem ſyllogiſmi, eſt evidens ex terminis, quia diſſolutio unionis, & unionis conſervatio opponuntur. Proinde, ubi unionis eſt diſſolutio, non poteſt amplius eſſe unionis conſervatio, ſed extinctio.* Eclipſ. q.1.cap.1.nu.2.

3. *Inuitos boves plauſtro inducit.* 3. *Probatur ex IureConſultis, quòd mortuis omnibus alicuius loci Religioſi Collegis, Collegium illud dicatur DISSOLVI. Ita ex Canoniſtis Anton. de Butrio: Dic*, inquiens, *quod quædam eſt diſſolutio, quæ fit omnibus volentibus; vel mortuis omnibus nullo remanente: quædam eſt, quæ fit authoritate Superioris. Idem ex Legiſtis ſentit Gloſſ. & Bart. Vnde conſtat, mortuis omnibus alicuius loci Collegis, nullo remanente, DISSOLVTVM*

E illic

illic eſſe Collegium, adeoq; eſſe extinctum. Cruſ. Eclipſ. q.1.c.1.n.3.

4. Quartò. *Probatur ex I.CC. quod mortuis omnibus alicuius loci Collegis, dicatur illic Collegium* DESINERE *eſſe. Ita ait gloſſ. ita Chokier, Zarabella, Bertachin. & ex Legiſtis Baldus. Cum igitur ex allatis DD. authoritatibus, morte omnium alicuius Collegij Collegarum, Collegium illic deſinat eſſe, etiam illic dicetur Collegium extingui, vel eſſe extinctum, vt declaratur ex ipſius* EXTINCTI *definitione, allata à F. Romano q. 1. in reſponſ. ad 2. n. 47. Vbi extinctum eſſe ait, quod ante fuit, & nunc amplius non eſt, ſeu deſiit eſſe.* Cruſ. ibid. n.4.

Monaſteria deſtituta, eſſe DE IVRE *extracta, conatur probare Cruſius.*

5. Quintò. *Et quidem ipſum Collegium emortuum, non* DE FACTO *tantum, ſed* DE IVRE *erit extinctum:* NAM, DE IVRE *Collegium ad ſui conſtitutionem tres perſonas in vnum finem eodem loco congregatas; ad ſui conſeruationem verò, vnam minimum perſonam, cum ſpe tamen reſtituendæ Congregationis, requirit. Quare à contrario ſenſu, quod eſt argumentum in iure fortiſſimum, vel potiùs ab oppoſito conſequentis, ad oppoſitum antecedentis argumentando, ſine vna quidem amplius perſona, cum eiuſmodi ſpe reparãdi eiuſdem omnino Collegij ſuperſit, vt hic accidit, non poterit* DE IVRE *dici eſſe, ac conſeruari, ſed extinctum eſſe.*

Sed obijcit F. Romanus: Quod habitu manet, licet actu tranſierit, non poteſt dici extinctum. Atqui Monaſterium vel Collegium, mortuis omnibus alicuius loci Collegis, licet actu deſierit, habitu tamen manet, quamdiu eſt ſpes ſimilis Collegii eo loco reparandi: Igitur Monaſterium vt Collegium, mortuis omnibus alicuius loci Collegis, quamdiu ſpes eſt, ſimilis Collegij illic reparandi, non poterit illud ipſum dici extinctum.

Confirmatur primò ex Beroio de conflata auri maſſa. &c. Confirmatur ſecundò. quia quòd Collegium mortuis omnibus Collegiatis, poteſt ſæpe reduci ad primæuum ſuum ſtatum, dicitur potiùs dormire, & ſopitum eſſe, quàm extinctum & ſuppreſſum. Confirmatur tertio. Huc accedit authoritas Zecchij, allegato Felino: Collegium, inquientis, non eſſe extinctum vel ſuppreſſum, vbi ſolùm perſonæ deficiunt morte, vel extinctione. Reſpondeo enim diſtinguendo Minorem, (: accepto nomine Collegij pro ipſâ reali Cõgregatione plurium.) Collegium mortuis omnibus Collegis, licet actu deſierit, habitu tamen manere, quando ſubeſt ſpes iuridica, probabilis, & propinqua, illius ſimilis reparandi; concedo: ſecus quando ſubeſt ſpes non iuridica, & remota, qualis eſt, quæ directò pendet ab alterius voluntate. Hæc enim, cum ſit cauſa libera indeterminata, facit ut & incerta ſit omnino ſpes in ipſa fundata. Atqui emortuis ante multos annos Collegis, ſpes Collegii ſimilis, de quo diſputamus reparandi, eſt non iuridica & remota, cum reparatio illa, directò pendeat à Superioris voluntate; Igitur tale Collegium non dicetur habitu manere, ac conſequenter eſſe extinctum.

Ad Confirmationem primam R. illam prorſus à ſcopo aberrare, nam Beroius agit de toto artificiali compoſito, quod forma deſtructa, ſalva manente materia, non dicitur omnino extinctum, cum poſſit ſuam recipere formam; &c. Ad confirmationem 2. R. ſi Collegium ponatur reparatum, conceditur quod intermedio tempore dormierit; ſin minus, negatur: debet enim adeſſe coniunctio utriuſ-

utriusq; extremi: Nam aliàs, ſi extrema eſſent ſeparata, vel alterum eorum non eſſet poſitum, nihil ſaltem veroſimiliter inferretur de medio. At hic in noſtro caſu, alterum tantum extremorum ponitur. ergo. Ad Confirmationem 3. ℞. *Zechium alioſque authores, intelligendos eſſe de Collegio numerato, vel etiam non numerato, ubi ſpes illius reparandi, certa & iuridica adeſt. Nos autem agimus de Collegio non numerato & ubi nulla ſimilis ſpes iuridica adeſt. Igitur.* Cruſ. ibid. nu. 5. &ſeq.

6. 6. *Iura realia per ſe quidem non pereunt, pereunt tamen per accidens; nam Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe & filiis, licet per ſe ſit perpetua, tamen per accidens finita generatione Emphyteutæ finitur. Et feudum licet ius reale ſit atque ex ſe perpetuum, per accidens tamen finitur morte vaſalli, ſi defuncto ipſo nemo ſuperſit, cui ius ſuccedendi in feudo ex inveſtitura competat. Quin etiam Emphyteuſis non eſt perpetua per accidens, quando amittitur ob non ſolutum Canonem: Et feudum per accidens non eſt perpetuum, quando ob non petitam illius intra annum & diem inveſtiturã, amittitur. Vnde patet, quod iura etiam realia, & quidem reſpectiva, ſeu relativa per accidens morte aliquorum pereant. Ita hoc in caſu, iura realia, & quidem reſpectiva ſeu relativa, per accidens, morte totius Collegii Religioſi, ſeu ſublatis ſubiecto, fundamento, & termino correlativo, finiuntur ſeu extinguuntur.* Cruſ. q. 1. c. 2. nu. 15.

7. *Reti ventos venatur.* 7. De dignitate Abbatiali probatur in ſpecie. *Dignitas in Monaſteriis dicit relationem tranſcendentalem, ut patet ex eius definitione, (eſt enim praeminentia cum Adminiſtratione & Iurisdictione) At qui relatio, ſublato fundamento, & termino correlativo, perit, & extinguitur. Igitur & dignitas in Monaſteriis, ſublato ipſius. 1. ſubiecto (perſonis) 2. fundamento (Collegio tali, nimirum quatenus dicit corpus politicum) 3. termino correlativo (ſubditis) peribit & extinguetur. Subiectum autem dignitatis in Monaſteriis, ipſius quoque fundamentum, & terminus correlativus, omnibus de Collegio mortuis, ſunt ſublata. Nam 1. nulla illic perſona Religioſa unita ſupereſt. igitur nullum illic ſubiectum dignitatis eſt. 2. nec illic ſupereſt Collegium Monachale Abbatiale, proinde nec iſtic fundamentum dignitatis adeſt. 3. nec ſubditi ibidem ſuperſunt. Igitur nec terminus correlativus dignitatis Abbatialis: conſequenter dignitas Abbatialis illic periit, & extincta eſt.* Cruſ. q. 1. c. 2. n. 7. §. pars tertia.

8. *De Monachatibus & Prebendis ſimiliter in ſpecie probatur. 1. à priori. In Eccleſiam non numeratam, quando quis receptus in fratrem moritur, cum ipſo extinguitur titulus Canoniæ & prebendæ Monachalis: adeoque ſingulis talibus extinctis, ſinguli tituli erunt extincti: nam idem eſt iudicium de toto reſpectu totius quod eſt, de parte reſpectu partis: Atqui Monaſteria Religioſa, ſunt Eccleſia non numerata. F. Roman. q. 1 num. 44. cum Monaſteria non habeant certum numerum, ſtabilem & perpetuum Religioſorum, ut patet. Ergo omnibus d. modo mortuis, efficitur, ſimul cum ipſis omnes Canonias & prebendas Monachales extingui, vel extinctas eſſe. 2. probatur à poſteriori. Quod* 8.

 de no-

de novo opus habet ut recreetur, debuit ante deſinere eſſe, ſeu fuiſſe extinctum: At in Eccleſia non numerata, opus eſt, ut Canonia & prabenda illorum de novo recreentur. ergo. Cruſ. q. 1. c. 2. nu. 7. poſt init.

9. Sed contra eſt, quod de Sapientia, in piis fundationibus relucente, dicitur Sap. 7. verſ. 10. *Propoſui pro luce habere illam, quoniam INEXTINGVIBILE eſt lumen illius.* Et Levit. 6. n. 13. *Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Sed nec ullus textus ex utroque iure produci poteſt in medium, qui affirmet, per mortem omnium de Collegio Eccleſiaſtico, vel occupationem violentam, Collegium DE IVRE extingui.

10. *Concluſio noſtra.* ℞. dicendum: per ſolam mortem omnium de Collegio, vel deſtructionem non authoritativam, Monaſteria deſtituta, cum omnibus ſuis titulis, dignitatibus, beneficiis, iuribus & privilegiis Collegialibus & realibus, de Iure nunquam extingui, ſed omnia conſervari apud Eccleſiam ſeu fundum ipſius Monaſterii, adeoq; Collegium cum ſuo capite adhuc habitu ſupereſſe. *Quid ſit diſſolvi de iure, quid de facto.* Ad quod elucidandum, primo ſcire oportet, quid ſit DE IVRE extingui, ſeu diſſolvi, quid DE FACTO. Et quanquam Paulus Layman in cenſuris Aſtri inextincti part. 1. loco 7. §. in eo vero. & ſeq. & cum eo devians Valentinus Mangionius in Theorica 2. part. 1. q. num. ſuo. 82. erroneè dicant, diſſolutionem DE IVRE, & diſſolutionem DE FACTO, inter ſe nullo modo differre, *ſed utramq; eſſe diſſolutionem IVRIS, & utramq; FACTI,* applaudensque Cruſius. q. 10. Eclipſeos n. 9. in fin. dicat, *NIHIL in doctrina Laymanni offendi, non verum, NIHIL iurium & legum præſidio non munitum:* tamen ſtimulante ſcientia vel conſcientia, Eclipſ. q. 1. c. 1. n. 7. cótrarium docuit, ac duas has diſſolutiones, velut oppoſita ſibi membra agnovit: idq; recte, ex communi Dd. qua de re videatur Baldi Margarita. verb. civitas & Iuris periti paulo poſt allegandi; quo facto Laymannum ſuum & Mangioium recta via in ſcholas miſit: nec iniuria. *DE FACTO* inquiens, *dicitur tantum quid fieri, quando ipſum fit, nec lege, nec ratione legis approbante: DE IVRE verò, quando vel lege, vel legis ratione approbante aliquid fit. l. 38. §. hi qui ſunt. de V. O. l. 41. ff. de peculio. l. 24. ff. de R. I. c. inter alia. de ſent. excom. Vide late Rebuff. ad l. verbis legis. 120. ff. V. S. cum ius & factum ſibi opponantur. dd. ll. ubi id Dd. notant.* His præmiſſis & acceptatis, de diſſolutione violenta Monaſteriorum & Eccleſiarum FACTI, per hæreticos illata in Germania Anglia, Hibernia, Scotia, Dania, Suecia, Polonia &c. publicè conſtat, ut eá probare, niſi oculis, neceſſe non ſit. Cuperem modo noſſe, unde diſſolutio IVRIS eorundem Monaſteriorũ & Eccleſiarum originem traheret: & qua lege, vel cuius legis ratione approbante, per mortem omnium de Collegio, Collegium DE IVRE diſſolvi aut extingui à Cruſio & aſſeclis eius diceretur.

Donec proinde textum aliquẽ Canonis aut legis, hac de re produxerint, (id q; proximis Calendis Græcis certo facturos audio) nos, licet ex officio nudæ defeſſionis adhuc nõ obligemur rationib. tn. & authoritatib. irrefragabilibus, ſolidabimꝰ cõtrariũ, ut omnes intel-

intelligant, abſque ratione, iuribus, & IureConſultorum vnanimi conſenſu, à noſtro choro ſtantibus, nihil per nos in medium proferri.

11. *Quidlibet per eas cauſas diſſoluitur, per quas natum eſt.*

Primitus ſciendum, nihil tam naturale eſſe, quàm vt quidlibet per eas cauſas diſſoluatur, per quas natũ fuit. 27. q. 1. omnis res. Quo fit, vt cùm res quælibet conſtet ex materia & forma, veluti cauſis ſui conſtitutiuis intrinſecis, ex harum duarum cauſarum diſſolutione, pendeat diſſolutio totius compoſiti, ſeu Vniuerſitatis cuiuslibet. Pergendo proinde in exemplo Monaſterij S. Benedicti (. idem eſt iudicium de quibuſcunq; Ordinibus Religioſis, & Eccleſiis, etiam Cathedralibus, Collegialibus & Parochialibus, &c.) quando Fundator fundũ aliquem (. vnde & Fundator dictus eſt.) Domino Deo in perpetuũ ſeruitium, pro redemptione animę ſuę tradere cõſtituit, partem fundi ſui elegit pro conſtruendo Monaſterio & Eccleſia, eandemq; ſufficienter dotando, cũ ad pertinẽtibus bonis, & ſuſtentationibus, Monachis Ord. S. Benedicti, erga quos ſe magis affici, vel à DEO inſpirari ſenſit, in proprietatem tradere decreuit, ea conditione, non vt hic aut ille in indiuiduo ſemper, ſed eiuſdem Ordinis & inſtituti homines, in loco à ſe fundando, omnipotenti Deo regulariter deſeruirent, tacitoq; intercurrente pacto, pro ſe, ſuaq; prole, & parentela, quin & tota militante Eccleſia indeſinenter Deũ orarent; ipſiſque eorundem bonorum operum, ad æternæ ſalutis portum conſequendũ, in vita & poſt mortem participes efficerentur. Ad cauſam adeò piam proſequendam, ſibi conſtabat animus.

12. *Fundatorum intentio.*

Quia verò fundator nouerat, in ſua poteſtate non eſſe, huiuſmodi fundũ, ſeu terram, à iure ſæculari in ius Chriſti & Dei cum authoritate transcribere, dignitates & beneficia animo præcõcepta erigere, iura & priuilegia Regularia ſtatuere, &c. niſi quis Eccleſiæ nomine adeſſet, qui donationem acceptaret, & poteſtatem haberet, omnes eiuſmodi titulos Eccleſiaſticos & Regulares erigendi, & omnem fundũ amodo in ius Eccleſiaſticum transferendi; acceſſit Epiſcopum, vel eius Superiorem, rogauitq;, vt materiam ſeu glebam terræ à ſe oblatam, Dei & Eccleſię nomine ratam acceptaret, ea tamen conditione, vt illic perpetuò duraturam, eam induceret formam, quã ipſe Fundator intendiſſet: (. *Iniquum* enim *eſt, liberis hominibus non eſſe liberam bonorum ſuorum diſpoſitionem. l. 2. in fin. ſi quis à parent. fuer. manu.* Mantica tract. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7 n. 19.) Videlicet, vt crearet & erigeret eo loco Dignitatem Abbatialé, titulos ac beneficia Regularia pro Monachis Ord. S. Benedicti in eiſdem ordinandis, cõſequenter ius Collegij, & quæ ex iſtis ſequuntur. Eſt quippe Fundatori de ſua ſubſtantia, liberrima diſponẽdi facultas vtroq; iure conceſſa; cùm vnuſquiſq; rebus ſuis eam legẽ imponere poſſit, quæ ſibi libuerit. l. quoties. de donat. quæ ſub modo. l. in traditionib. ff. de pact. l. leg. C. eod. tit. Mantica vbi ſupra, tit. 1. n. 37. *Et quia* (. vt inquit Rota Rom. deciſ. 11. aliàs. 545. de iure patro. ſub n. 3, in antiquis.) *non antè, beneficium poteſt dici eſſentialiter beneficium Eccleſiaſticum, quàm poſſit in titulum aſſignari, nec eſſe ius ſpeciale, quàm per Epiſcopum fuerit confirma-*

Quomodo erigantur & fiant Beneficia Eccleſiaſtica.

confirmatum & approbatum, ſeu inſtitutum; patet quia ad eum, vel ſaltem ad eius ſuperiorem pertinet inſtitutio ſeu creatio Beneficij, vel Iurium ſpiritualiũ, & eorum tractatio arg. ff. de rer. diuiſ. l. 1. §. ſacra. in princ. & melius Inſtitut. de rer diuiſ. §. ſacra in auth. vt nullus fabri. §. 1. col. 5. in authen. de ſanct. Epiſcop. §. ſi quis oratorij. & extra. de iu. decernimus. & c. quanto. de relig. dom. c. ad hæc. de conſecrat. diſt. 1. nemo. Et per Epiſcopum, vel ſuperiorem eius ad quem pertinet, in materia per Fundatorem prius deſtinata, introducitur & creatur forma Beneficialis, per quā res illa, quæ prius erant prophana & iuris prophani, efficiuntur iuris ſpiritualis & diuini, & ſpirituales & diuinæ, ſeu informatæ Iure ſpirituali; per quam formam ſic introductam, diſtinguuntur ſpecificè à cæteris rebus, non beneficialibus & prophanis. Et paulò poſt. *Sicut etiam in propoſito, in materia diſpoſitiua poteſt dici, quòd materia diſpoſitiua pro Beneficio per Fundatorem facta, non antè eſt Beneficium, quàm per Epiſcopum vel eius ſuperiorem, ſit ibi introducta forma beneficialis, & per eum ſit factum Beneficiũ: quia forma eſt, quæ dat eſſe rei: vt l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibendum Felin. in c. ex parte. ſup. perſona. col. 1. in princ. extra. de reſcriptis.* Hucuſque cit. Rota. Hanc igitur in fundum à Fundatore oblatũ introductam formam, nos cùm Doctoribus *Habitualem* nominamus, vtpote quæ rebus fundatis priùs infuſa fuit, quàm actualis forma, ſeu Collegium Religioſum in loco introduceretur. Beneficium enim prius eſt Beneficiato, & Prælatura Prælato, & titulus intitulato, vt manifeſtum eſt.

Forma Beneficialis quomodo introducatur.

His ita conſtitutis, & Monaſterio 13.
cum introducta forma habituali talis Abbatiæ, Dignitatis, Collegij & Ordinis, eorumque perpetuitate, quam Fundatores intendebant, ſiue verbis expreſſerint, vt plerumque factum, ſiue non (effectus enim intentionem declarauerat.) abſolutis & completis; conſtructa ſimiliter Eccleſiâ & habitatione congrua, circumſpicere Fundator cœpit, vt tandem diu animò præconceptos Monachos ex aliquo Monaſterio petitos in poſſeſſionem induceret, & Abbatem Epiſcopo, ſeu alteri ſuperiori ordinandũ præſentaret, prout in Concilio Toletano IIII. decretum fuit, & habetur. 16. q. 7. c. decernimus. vbi, *Decernimus*, ait Concilium, *vt quamdiu Fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites fuerint, pro eiſdem locis curam habeāt ſolicitam, atq; rectores idoneos in eiſdem baſilicis ijdem ipſi Epiſcopo offerant ordinandos. Quodſi ſpretis eiſdem fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit ordinare Epiſcopus; & ordinationem ſuam irritam nouerit, & ad verecundiam ſui, alios in eorum loco, (quos ipſi Fundatores condignos elegerint.) ordinari.* Ex quo Canone, vt obiter dicamus, cadit aſſertio Cruſij, quando facta fundatione alicuius Monaſterij, euocationem ſeu deſignationem certorum Monachorum tribuit Epiſcopo, non Fundatori, aitque hanc eſſe communem, quæ ne vera quidem eſt. Eccliſ. q. 3. c. 3. n. 4. §. reſpondetur ſecundò. Certè fundatoris iudicium in hac re magis eſt ſequendum, eiq; meritò deferendum, qui ſic dilexit Eccleſiam, vt ei ſua liberaliter conferret, quibus alioqui careret. gl. in c. poſtulaſti. de iure patron.

ante

ante fin. Proinde ſi verum eſt, quod Cruſius ſcribit in Eclipſi q. 8. n. 2. cum ait; *Dictum Monaſtarium Woltigeroda, Societati donatum, atq; ab eâdē acceptatum; adeoq; plenè acquiſitum fuit, QVOAD IVS IN RE, licet necdum eius obtenta poſſeſſione. Garc. p. 4. de benef. c. 2. n. 1. & c. ſi tibi abſenti. de prab. in 6.* quantò magis Ordinibus antiquis fuit acquiſitum IVS IN RE, quoad Monaſteria olim ſibi fundata, & donata, & quorum poſſeſſionem iam tunc acceperunt, ac multis ſæculis tenuerunt?


14. Porrò ipſum erectum Beneficium Dignitatis, aut certi Ordinis Monaſtici, vt & alia, iuxta quod diximus, in ſe ipſis perpetuitatem inuoluunt, *Eſt enim perpetuum, quod conceditur rei corporali immutabili, vt Eccleſia vel Monaſterio*, inquit Ioan. de Salas. de legibus. q. 96. tract. 14. diſp. 17. ſect. 2. n. 18. Franciſcus Suarez de legibus lib. 8. c. 5. n. 3. & ſeqq. & alij. talia quippe cum annis non ſeneſcunt, adhærentq; rei, ſuâ naturâ perpetuæ; quam perpetuitatem dignitatis Abbatialis, aliasque per Fundatorem & Eccleſiam adiectas conditiones & iura, ſicuti primi introducti Religioſi nō condiderunt, nec ſecum intulerunt, ſed à Fundatoribus & Eccleſiæ Prælatis fundatas, & in loco inſtitutas ſolummodo inuenerunt, acceptarunt, & appræhenderunt; ita nec ſimul inde, ſiue per mortem omnium, ſiue per violentiam recedentes, ſecum auferre poſſunt (. iuxta illud Apoſtoli, *Nihil intulimus in hunc Mundum, haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus.* 1. Timoth. 6.) nullo enim iure ipſis conceſſum, aut diſpoſitum eſſe poterit demonſtrari, vt rem moriendo ſecum auferant, perſonis ſuis minimè cohærentem, ſed rebus.

Omnia Beneficia Eccleſ. de ſui natura ſunt perpetua.

Verùm ad cauſas cuiuslibet diſſolutionis Vniuertſiatis redeundo, 15.
Vel diſſoluitur eiuſmodi Collegium in ſui conſtitutiua cauſa materiali, vel formali; (. quam cauſam formalem, in moralibus, vt hîc, coincidere cum finali, ex Ariſtot. 1. poſter. text. 43. docet Cruſius in Eclipſ. q. 5. c. vnic. nu. 2.) Vtraque patitur diſſolutionem IVRIS, & vtraque FACTI. Diſſolutio *Iuris*, vt dixi, fit authoritate Superioris legitimâ, quam iura concedunt ex ſufficienti cauſa fieri poſſe. Diſſolutio *facti*, à nullo iure poſitiuo diſpoſitionem accipit; ſed in nudo *facto* cōſiſtit: Eaque fit, vel cum impoſſibilitate reparationis, qualis eſt diſſolutio per rerum naturam: vel cum poſſibilitate reparationis; qualis eſt diſſolutio fortuita mortalitatis, belli, veneni, Martyrij, incendij, demolitionis, &c. ab non habentibus auctoritatem facta & conſummata. Vt in ſubiecta tabula clarius videre licebit.

Diſſolutio Collegij quotuplex.

Vt ſi



Vt, ſi per maris alluuionem perpetuam, aut terræ hiatum abſorbeatur Monaſterium, cum omnibus bonis adpertinentibus. Deficiente enim cauſa materiali, deficit potentia formam inibi conſervandi.

Vt, per incendium; hoſtium vel aliorum jus non habentium demolitionem; ædificiorum ruinam, &c. Per hæc enim nō deficit potentia locum reſtaurandi.

Vt, per expulſionem violentam, mortalitatem, bellum, venenum, Martyrium, vel aliàs mortem omnium de Collegio particulari, nullo ſuperſtite. Per hæc enim adhuc exiſtente Religioſo Ordine, non deficit potentia, Monaſterium, per ejuſdem qualitatis homines reperandi.

Vt, per mortem omnium Religioſorum alicujus certi Ordinis. Deficiente enim cauſa finali, ceſſant omnia media, quæ ad hujuſmodi finem ordinabantur.

Vnde

Vnde fit, vt duabus duntaxat vijs, fundata perpetuitas Monaſteriorum funditus tollatur. I. De Iure, per Superioris authoritatem legitimam, veluti per cauſam efficientem, quæ peteb́us Fundatoribus, hanc Dignitatum, Beneficiorum, Collegiorum, iurium & priuilegiorum formam, atque perpetuitatem, ſine ſufficienti cauſa non tollendam introduxit: & ius habet eãdem ex rationabili cauſa deſtruendi. II. Per rerum naturam, quaſi per cauſæ materialis, aut formalis omnimodam extinctionem; vbi manifeſta impoſſibilitas reparationis, dictam perpetuitatem tollit, & extinguit. Vnde Bald. in l. non ambigitur. ff. de legib. & Senatuſcon. num. 3. *Paria ſunt*, inquit, *aliquid eſſe deſtructum de iure, & per rerum naturam.* Quod ipſum quoque docet Franc. Suar. lib. 8. de legib. c. 5. num. 5. ex Felino & alijs. Et ſic in hac ſecunda via, *à deſtructione facti, deuenitur ad deſtructionem iuris*, vt ait idem Bald. in proœm. ff. veter. num. 9. & 10. *quia remoto actu & potentia, remouetur habitus*: fruſtra enim eſſet habitus, vbi diuina potentia reſiſtente, nullaupereſſet poſſibilitas actûs; cũ omnis actus, egrediatur à potentia. Rota deciſ. 5. in 1. addit. de offic. delegat. in nouis.

Paria ſunt, aliquid eſſe deſtructum de iure, & per rerum naturã.

Ac licet lex non approbet hanc diſſolutionem per rerum naturam; tamẽ impoſſibilitas reparationis, æquiparat Illam, quantum ad effectum, diſſolutioni per ſuperiorem factæ. Doctores autem huius deſtructionis per rerum naturam, rarius meminerunt, veluti quæ rarò, & non niſi in caſibus extraordinarijs aliquando contingit. Sublatâ proinde taliter, & extinctâ fundationis perpetuitate, caſſantur Beneficia, vel Collegia, quia non entis nullæ ſuperſunt qualitates. Bald. in margarita. verb. ciuitas. Eraſmus à Chokier. tract. de iurisdict. Ordin. in exemptos. p. 3. q. 19. num. 4. & ſeqq. iterumque q. 20. n. 5. & ſeqq. alijſque inferius citandi.

Mors autem omnium de Collegio, per ſe loquendo, quamdiu inueniuntur Regulares eiuſdem Ordinis, non cauſat impoſſibilitatem reparationis, aliàs nullum Collegium per mortem omniũ diſſolutum, poſſet reſtaurari: cuius tamen contrarium, & olim ſæpiſſimè factum, & quotidie fieri videmus, per iuris non conniuentiam, ſed executionem. Sed neque Mors tollit aut extinguit fundatam Monaſterij vel Beneficij, vt diximus, perpetuitatem, Dignitatem ac titulos; cùm eiuſmodi mortis poteſtas, ſeſe vltra perſonas, eiſque perſonaliter affixa, non extendat, vtpote cuius officium eſt, ſolummodo animas à corporibus ſeparare, non autem formam habitualem ſeu titulos, & Beneficia Eccleſiarum, earumque iura & priuilegia, à loco, ſeu rebus auellere, veluti quæ perſonas defunctas minime ſequuntur, ſed iam olim à promordio fundationis, tanquam forma Cœnobij, in ſolum infuſa, eidemque indita fuerunt, priuſquam vllus Abbas, aut Prior, aliuſve Monachus ibidem intitulatus eſſet. Dixi, *eiſq; perſonaliter affixa*: quia *priuilegium perſonale, ſequitur perſonam, & cum perſona extinguitur.* reg. iur. in 6. Laymann Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. c. 23. nu. 4 & communis. Ratio eſt, quia extinctâ perſonâ, extinguitur cauſa finalis priuile- 17.

Mors omnium de Collegio, quid tollat, quid non.

gij concedendi, & ideo extinguitur priuilegium perſonæ. Dyn. in prædict. reg. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus ff. de reg. iur. Rota deciſ. 4. de priuilegijs in antiquis. n. 1. & 2. & quia ceſſatio cauſæ finalis eſt perpetua. Franc. Suar. lib. 8. de legib. c. 30. nu. 22. Vaſquez. diſp. 51. c. 3. num. 19 *Idem intelligas in re, vt ſcil. extincta re, extinguatur priuilegium. 16. q. 7. & hæc diximus. de verb. ſign. Abbate in fin. ff. quando dies leg. ced. l. ſi vſusfructus. Quod dic verũ, quãdo ipſa res, vel loca, utputa, Eccleſia, ciuitas, vel loca alia, ſacra vel prophana, deſtruuntur Superioris authoritate, ſecundùm Io. & Lau. quibus not. in prædict. c.* gloſſ. d. c. verb. priuilegium in 6.

18. *Priuilegium perſonæ vnde probetur.* Loquimur autem de priuilegio perſonæ ſtrictè ſumpto, quando perſona eſt proxima & immediata cauſa concedendi; Vt primò ſi ratio & cauſa conceſſionis ſeu fundationis, ipſi ſoli perſonæ conueniat. Secũdo ſi ſpeciali fauore, non ſolùm impulſiuo, ſed finali factũ probetur. Tertio ſi ſub nomine proprio, aut prænomine fiat cõceſſio, nõ factâ poſteritatis mentione. Quarto ſi perſonæ induſtria videatur electa. Quinto ſi deniq; id appareat ex aliqua fundationis aut cõceſſionis clauſula. Menoch. lib. 3. præſump. 103. n. 2. gl. in c. priuilegium 7. de reg. iur. in 6. Dyn. ibid. Decius. d. l. in omnibus. ff. de reg. iur. *Mors quid relinquat intactum in Collegio.* Talia proinde iura ſeu priuilegia, & tituli concreati perſonales, perſonam, cui tanquam vnicæ ſuæ cauſæ finali cohærent, morientem ſequuntur, & cum ea extinguuntur. Cętera verò, mors omnium de Collegio, intacta relinquit: qualia ſunt, priuilegia, & jura realia, corporalia, & localia; jura quæ conceduntur ciuitati, loco Eccleſiæ, Vniuerſitati, Collegio, Monaſterio, vtpote quæ realia ſunt: ſimiliter feudum, emphyteuſis, conceſſio aut fundatio facta certę familię, ſeu certo generi perſonarum, aut ſtẽmati, realis eſt: Item conceſſio facta cauſæ, realis eſt: Quin & priuilegium reale dicitur, ſi perſona cui conceſſum eſt, remota cauſa fuerit, proxima verò quævis alia. Præterea, fundatio vel cõceſſio facta perſonis in modum conuentionis & pacti (quale tacitum in Monaſterijs, inter Fundatorem, Eccleſiam, & illius Ordinis Religioſos interuenire, docet Vinc. Filliuc. tract. 44. de alienat. bonor. Eccleſ.) realis eſt. Imò, & conceſſio, cauſæ an perſonæ facta ſit, in dubio præſumitur realis: Et priuilegium à Principe conceſſum, reale præſumitur. Menoch. cit. præſumpt. 103. vbi hæc omnia per legum & Doctorum allegationes copioſè firmat. *Priuilegia realia, quæ?*

19. Talia autẽ iura & priuilegia in Cœnobijs ſunt, ipſa fundatio cum ſua perpetuitate certi Religioſi Ordinis, iuxta generale ſtatutum, *vt* ORDO *Monaſticus, qui in aliquo Monaſterio, ſecundùm Deum, & B. Benedicti Regulã dignoſcitur inſtitutus*, PERPETUIS IBIDEM *temporibus inuiolabiliter obſervetur.* Quod ſtatutum, ſiue priuilegium, etiam corpori iuris inſertum, adeoq; potentius nõ inſerto. Menoch. lib. 6. præſumpt. 40. n. 13. reale eſt, per verbũ *perpetuis tẽporibus*, & per verbum *ibidem*; & corporale, per verbum *Ordo*, eſt enim toti Corpori Religionis cõceſſum in ordine ad locum, ſeu cũ determinatione loci: & quidem, vt dixi, *perpetuò*, quod verbum facit cõceſſionem realem. Felin. conſ. 27. n. 12. cõtra *Iura realia Ordinis Religioſi.*

Cru-

Cruſium in Eclipſ.q.3.c.3.num.25.qui vult illud *reſtringi ad perſonas quib. adhæret*; niſi fortè nomine perſonarū intelligat omnes perſonas Ordinis; tunc enim ipſius ſententiā concederemus: ac nihilominus eſſet conceſſio realis, quia tranſit ad ſucceſſores. Atq; ex hac per Epiſcopū approbata fundatione ſeu creatione, deſcendunt cætera iura particularia realia, vt ſunt, ius Collegij Monaſtici talis & talis Ordinis; dignitas Abbatialis: Tituli Monaſtici, cum ſingulis non concreati, ſed à Regula præſcripti & requiſiti; Beneficia regularia; Ius electionis tam actiuæ, quàm paſſiuæ; ius ſtalli in Choro, & vocis in Capitulo; alia denique iura & priuilegia, tam realia, quàm localia, intuitu loci, & Collegij Monaſtici conceſſa. Quæ omnia, cū non inhæſerint perſonis morte omniū de Collegio ſublatis, integra remanſerunt; quia taliū concedēdorum cauſa finalis adequata, non fuit extincta; *& ideo iura & priuilegia*, eorumq; fundationes *non expirant, iuxta regulam, qua cauetur, ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus*; *Et*; *non ceſſante cauſa, durat effectus ff. de donat. l.2.§.vlt.& l.generaliter.* Dynus in d.c. priuilegium.n.4. Deci. loco cit. alijq; apud eos. *Et acceſſorium eatenus eſt extinctum, quatenus eſt extinctum principale, & non vltra.* Rota deciſ. 418. n.3. apud Oliv. Beltrami. *adeoq; de acceſſorio idem iudicandum eſt, quod de principali.* Rot. ibid. deciſ.133. n.4. Quæ inſuper confirmantur ex doctrina Pauli Layman lib.1. Theol. moral. tract.4.c. 23.n.2. quo loco ſic ſcribit: *Diuiditur priuilegium in reale ac perſonale, ſicut colligitur ex reg.68.& 156.ff. de reg. iur. Priuilegium reale eſt, quod proximè ac directè alicui conceditur, reſpectu rei, loci, muneris, dignitatis; puta prædij,* MONASTERII, *Eccleſiæ, Epiſcopatus: cui proinde rei, ſiue cauſa cōceſſionis priuilegiū immediatè cohæret; in perſonas autē, ad quas res illa, ſiue cauſa pertinet,* PER ACCIDENS *redundat. v.g. ſi immunitas aliqua Monaſterio vel Eccleſiæ concedatur, eâ gaudere poterunt omnes, qui temporis ſucceſſu Monaſterium vel Eccleſiā poſſidebūt, donec omnino deſtructa ſint, ſine ſpe refectionis: nam ſi ſpes refectionis ſit, perdurat priuilegium, & cenſetur adhærere* SOLO. *arg. l. ade ſacra. ff. de contrahend. empt. & arg. c. & hoc diximus. 16.q.7. iuncta gloſſ. & gl. ult. in c. Abbate. de V. S. gl. in c. paſtoralis. 7.q.1. & alia gl. reg. 7. in 6.* Hæc ille. Qui rurſus in Cenſura. b. Aſtri inext. §. at verò. *Iura*, inquit, *& priuilegia realia, ſeu localia, quæ videlicet ipſi loco directè atq; immediatè competunt, in perſonas autē ibi congregatas indirectè redundant, ea non perſonarum, ſiue ſingularū, ſiue congregatarum naturam & conditionem ſequuntur,* NEQVE IIS DEFICIENTIBVS PEREUNT, *quandoquidē loco, ſiue Eccleſia, v.g. Monaſterio, adhærere cenſentur.*

Vnde ſequitur per caſum fortuitum mortis omnium de Collegio, ſiue eà cauſata fuerit per violentā eiectionem Regularium, quâ prohibiti ſunt Nouitios in ſpem poſteritatis educare; ſiue per mortalitatem ſeu peſtem, ſiue per venenū', aut perpeſſum Martyrium, ſimileſque caſus fatales, ſemper ſupereſſe Collegium, eiuſq; iura & priuilegia realia in HABITU, adeoque & ſpem reparationis iuridicam; niſi deſtructio fiat authoritate Superioris (quæ ſola IURIS, ſiue DE IURE eſt;) aut per rerum naturam: Diſſolutio 20.

Iura Monaſterij deſtituti, man- t abi- tu & potentia.

lutio enim *facti*, per violentiam inuaſorum, vel per mortem omnium cauſata, nihil habet *iuris*, ſed plurimùm *facti*; quæ & cauſa eſt, quòd ius rei nullum tollere, ſiue extinguere poſſit, iure non adminiculante. Deinde, idem eſt iudicium plurium Beneficiatorum in ſua Eccleſia, reſpectu plurium Beneficiorum, quod eſt vnius Beneficiati in ſuâ, reſpectu vnius Beneficij: at mortuo vno Beneficiato in ſua Eccleſiâ vel parochia, Beneficium non extinguitur, ergo nec illis pluribus mortuis, Beneficia plura extinguuntur, cùm nullus ipſorum, alterius Beneficium ſeu titulũ ſua morte extinguat: Et ſic, vtrobique militat eadem ratio, conſequenter idem vtrobiq; ius obtinet: Quod argumentum eſt Cruſij q. 1. c. 2. num. 7. §. à priori. ex l. quæ toto. ff. de R. u. l. 1. ff. de euict. l. qui ſcit. ff. de vſu. §. nihil intereſt. Inſt. de fideicõ. hæred. l. 1. §. interdum. ff. de fonte. l. ſi poſtulauerit. §. 2. ff. de adult. l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo, cum ſimilibus.

21. Et ſanè, lamentabilem ex omnium morte nobis inferunt Opponentes extinctionem Monaſteriorum. Nam ſi ita eſt; quando S. Placidus Abbas, diſcipulus S. Benedicti, cum omnibus Monaſterij ſui Monachis profeſſis in Sicilia, Anno Domini 539. ab impiis & barbaris piratis, martyrio pro Chriſti nomine fuit affectus, nullo penitus de Collegio ſuperſtite, (Gordianus enim qui ſolus euaſerat, profeſſus erat Monaſterij Caſſinenſis, quò etiam reuerſus eſt) ſequitur illud Monaſteriũ, eiuſque titulos, iura & priuilegia corporalia & realia penitus, & quidem *de iure*, ſecundùm Cruſium extincta fuiſſe, eiuſque bona, ciuitates, caſtra & prædia fuiſſe bona vacantia, & ad fiſcum deuoluta; cùm, iuxta doctrinam Cruſij, nulla adfuerit iuridica ſpes reparationis, quippe nullis in loco Nouitijs relictis. Hæc nimirum eſt merces, tam fortiter pro Chriſti nomine tolerati Martyrij, tam glorioſè profuſi ſanguinis & vitæ? Idipſum accidit in Monaſterio S. Petri de Cardegna in regno Caſtellæ, S Stephano Abbate cum ducentis Monachis eiusdem Ordinis, in Chriſti confeſſione per Arabes, anno 824. crudeliter interfectis; qualium plura ſimilia adferri poſſent. Quibus omnibus, vt volunt noſtri Opponentes, nihil aliud in terris effectum eſt, quàm vt victorioſi Martyres, ſanguine ſuo, cæteris eiusdem Ordinis, omne ius talia Monaſteria reſtaurandi extinxerint, & gaudium, quod de Confratrum obtentâ corona Martyrij conceperant, funeſta ſuppreſſione Monaſteriorum in luctum verterint.

Abſurdum ex Opponentium ſententia.

Iuris priuatio, eſt pœna. Rota. deciſ. 225. n. 13. & 20. ap. Oliuer. Baltramin.

Qua ratione forſan optaret Cruſiſius, vt totus Ordo S. Benedicti Martyrio coronaretur, quò faceret omnia illius bona vacantia, & ad Societatem deuolubilia. Egò certè non refragarer (modò dignus eſſem) cederem Religioſo mercatori totum mundum pro cælo, & cum S. Ignatio ex corde clamarem; *Heu, quàm ſordet mihi terra, cum cælum aſpicio!* Verùm non eſt hic legitimus modus adipiſcendi, per iſtiuſmodi erroneas, inſolitas, & falſas doctrinas, Ordinum aliorum patrimonia ambire, & caduca facere: quâm doctrinam, vel ex hoc vnico, quòd modò deduximus, abſurdo, clareſcit omni rectæ rationi, adeoque

verita-

veritati & virtuti Chriſtianæ contrariam, meritoque abominandam eſſe. Si verò talia Martyrum aliaque Monaſteria, per mortem omnium de Collegio, vt probauimus, dè iure non ſunt extincta: ergo falſum eſt, quòd per mortem omnium, Monaſteria *de iure* extinguantur; quia generi per ſpeciem derogatur, vt quicquid non poteſt affirmari de ſpecie, neque de genere affirmari queat. reg. iur. in 6.

Generi per ſpeciem derogatur.

22. Vnde denique concludimus, Monſteria deſtituta, veraciter eſſe ἄσβεϛα ſeu inextincta; eáque ſola morte omnium Collegarum, aut violenta occupatione, nullo modo DE IURE, ſed ſolummodo DE FACTO, & quidem in ſua forma actuali, non autem habituali eſſe diſſoluta ſeu deſtructa, ipſamque habitualem formam, velut animam Monaſterij inviſibilem, & quæ dat eſſe rei, vt inquit Rota cit. cũ omnibus titulis dignitatibus, Beneficijs, iuribus & priuilegijs Collegialibus & realibus DE IURE ſupereſſe, & in ſolo, ſeu fundo Monaſterij, apud Eccleſiam deſtitutam conſeruari, adeoque Collegium cum ſuo capite, etiamnum habitu exiſtere. Legatur huc pertinens diſcurſus *Aſtri inextincti*, q. 1. num. 40. 41. & 42. Ex quo pariter infertur, bona huiuſmodi deſtitutorum Monaſteriorum, non eſſe bona vacantia, ſeu ad fiſcum deuoluta, cum poſſideantur à loco adhuc animato, ſeu Eccleſia vacante, vt expreſſis verbis docent Abbas, Innoc. Alb. Bald. Frider. de Senis, Specul. Gloſſ. vtraque, Bartol. & Menoch. allegatione 467. à nobis inferiùs adducendi. Et ratio eſt, quia talis Eccleſia muro concluſa, vel ſolum, cenſetur eſſe perſona ficta, ſicut hæreditas iacens, iuxta gloſſ. & Alb. in c. cauſa Carpenſis. de V.S. verb. Eccleſiarum. In quo tamen Eccleſia multùm præualet hæreditati, quia hæreditas eſt in animam defuncti: Eccleſia verò vacans, in animam viuentis, vt communiter aſſerunt Dd. & nos alibi inſinuauimus. Rota deciſ. 1. aliàs. 4. de reſtit Spol. nu. 5. in nouis. quia nunquam moritur. arg. in authen. quomodo op. Epiſcopos. in fin. & not. in l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud. Porrò *fictio, eſt quædam legis prouiſio & diſpoſitio.* Menoch. lib. 1. præſumpt. q. 8. num. 12. *& ſemper fundatur in æquitate.* ibid. lib. 4. præſùpt. 89. num. 9 & ibi Bart. omneſque Dd. Idem ſentiunt hîc, iamiam à nobis allegandi, à num. 23. & ſeqq. quicunque dicunt omnia iura & priuilegia, poſt mortem omnium de Collegio, conſeruari in ſolo, fundo, Eccleſiâ. Laymann. Franc. Suarez. Io. de Salas Azorius. Butr. Bertachin. Abb. Alexand. Card. Tuſcus. Silu. Bald. Eraſm. Chokier. Gail. Francus. Satyr. &c. Imò ipſum Beneficium (ſiue vacet ſiue nõ) dicitur poſſidere bona ſua particularia. vt not. Innoc. in c. in literis. de reſtit. ſpol. & Abbas in c. dudum, 2. de elect. & alij. *Vnde non eſt neceſſe, quòd factus Epiſcopus* (Prælatus aut alius Beneficiarius) *intret quamlibet poſſeſſionem, ſed ſufficit, quòd intret poſſeſſionem Epiſcopatus &c. arg. ff. de acquir. poſſ.* vt inquit Spec. tit. de petit. & poſſeſſor. & ſpoliation. nu. 36 |Quos omnes Dd. Cruſius q. 1. c. 4. num. 6, 7. & 8. dicit quidem, ſic loquendo, agere nec Theologos, nec IureConſultos, ſed Rhetores: At crediderim ego potiùs, eos loqui, vt Theologos & Ca-

Monaſteria ſunt inextincta.

Bona Monaſteriorum deſtitutorum, nõ ſunt bona vacantia.

notiſtas; Cruſium verò,ne quidem vt Rhetorem, ſed vt figulum, à fingendo, iuxta S. Auguſtinum, dictum.

Authoritate probātur Monaſteria nō eſſe extincta.

Sed tranſeamus modò in materia extinctionis, ad argumenta, ab authoritate Doctorum petita, ſacroſq; Canones & leges, ad quas ab eisdem fit remiſſio: qua in re, ne Cruſius ſubterfugere queat, ipſa Doctorum formalia, vt iacent, plerumq; deſcribemus. Erubeſcimus enim ſine lege loqui. l. illam. & ibi notant OMNES. C. de collat. §. conſideremus. in auth. de trient. & ſemiſſ. Etſi rationem adducens, non dicatur ſine lege loqui, c. conſuetudo. & ibi gl. in verb. ratione. 1. diſt. c. fruſtra. 8. diſt. c. ſi Romanorum. 19. diſt. l. cùm ratio in princ. ff. de bon. damnat. cum adductis ad hoc per gloſſ. in c. ex eo. verb. rationis. de elect. in 6.

23. *Paulus Layman.*

Agmen ducat contra Cruſium, amiciſſimus ipſi Paulus Layman, cauſæ ſuæ primipilus, quem opinabatur in ſuis merere caſtris, & cuius defendendi cauſa, tantùm olei & operæ hactenus impendebat. Eius verba ſunt: *Si omnes è Collegio vel Vniuerſitate mortui ſunt, IVS ELIGENDI, & ſimilia iura ac priuilegia pereunt, ſi per ſe cōceſſa ſint certæ Congregationi, ſeu cohorti v.g. militum. SECVS autem eſt, ſi conceſſa ſint in ordine ad locum, vt realibus potius quàm perſonalibus iuribus annumeranda ſint. TALIA SVNT, iura & priuilegia quæ conceſſa ſunt Academiæ, ciuitati, MONASTERIO. Eccleſiæ. nā OMNIBVS MORTVIS, aut fuga dilapſis, conſeruantur etiam IN SOLO. Abb. in c. 2. n. 12. de poſtul. prælat.* in qq. Canon. de Prælator. elect. q. 1. c. 3. n. 18. qui Layman. ſimilia docet in Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cit. c. 23. n. 3. & 4. Icterumq;, in Cenſuris Aſtri inextincti. loco 1. §. aliqui. *Res in eo cōſiſtit*, inquit, *diſcrimē videlicet eſſe, inter hos duos caſus, quorum vnus, ſi ſacrū Collegium diſſolutum ſit, ſine ſpe reparationis, vt ſi per Superioris ſententiā ſit extinctum: alter, ſi diſſolutum ſit cum ſpe reparationis, videlicet, ſi p̄ MORTEM OMNIVM Collegiatorum eſſe deſierit, ita vt ſpes ſit nouæ ordinationis. Nam in priore illo caſu, tituli ac iura ſpiritualia, ſeu Collegalia omnimode deſiiſſe, atq; extincta cenſentur: In poſteriore autem caſu, quodammodo permanere, VIDELICET HABITV AC POTENTIA. Ita enim ex doctrina Alexandri referunt Felin. in c. accedentes. n. 2. de præſcrip. Lal. Zechus de repub. Chriſt. c. 26. n.* 2. Probatio nulla melior, nullaq; efficacior, quā proprij oris confeſſio. Menoch. lib. 1 præſumpt. 61. nu. 8. nemo enim cenſetur dicere, quod non ſenſit. idem libr. 6. præſumpt. 35. n. 4. adeoque

neſcit vox miſſa reuerti.

vt ait Horat. Et *confeſſio authoris, probat contra omnes habētes cauſam ab eo.* Rota deciſ. 172. n. 1. apud Oliuer. Beltraminum, prȩualetque omnibus alijs probationibus in contrarium. Rota ibid. deciſ. 357. n. 3. & 7. vbi ampliatur, etiāſi teſtes ſint mille deciſ. 434. n. 14.

Proximus accedat Franciſc. Suarez. eiusd. Societ. lib. 8. de legib. c. 5. nu. 7. *Franciſc. Suarez.* *Formaliter loquendo*, inquiens, *verum eſt, priuilegia perpetua, ſeu realia, eatenus durare, quatenus durat eorum fundamentum; vel hoc deſtructo, ceſſare aut extingui, ſi illud omnino extinctum cenſeatur: NVNQVAM autem CENSETVR ITA EXTINCTVM, NISI QVANDO AVTHORITATE ILLIVS, QVI POTESTATEM*

TEM HABET, EXTINCTVM EST. Conſentit Ioan. de Salas, eiuſdẽ Profeſſionis, de legib. q. 96. tract. 14. diſ. 17. ſect. 2. n. 18. *Alia conditio ad perpetuitatem priuilegij*, inquit, *neceſſaria, eſt, vt adhæreat rei perpetuæ, alias cũ illa finietur. Talis eſt* RELIGIO, *& dignitas per ſucceſſionem. Vbi nota, priuilegium, quod eſt perpetuũ ratione vnius, v. g. dignitatis, vel loci; eſſe temporale, ratione alterius, ſcil. perſonæ.* Et mox. *Eſt etiam perpetuum, quod cõceditur rei corporali immutabili, vt Eccleſia, vel* MONASTERIO. *quia ſemper manet locus quaſi immobilis* IN FUNDAMENTO.

Ioan. de Salas.

Quin & ipſe Cruſius, Eclipſ. c. 2. n. 12. fatetur *iura perſonalia ſequi conditionem perſonæ, ſicut realia conditionem rei. ex Dd. ſupra cit.*

Ioan. Azorius.

Azorius p. 1. Inſtit. lib. 5. c. 22. q. 11. *Si ciuitas, ait, aliaue loca, ſiue ſacra ſive prophana, authoritate Principis diruantur, eorum priuilegia extinguuntur, nec amplius dici poſſunt illius Eccleſiæ Clerici, aut illius oppidi ciues, vel municipes, vt colligitur ex c. placuit. de conſecr. diſt. 1. & c. & hoc dicimus. lib. 16. q. 7. Si verò loca euertantur ab hoſtibus, aut tyranno, vel diruantur vt iterum ædificentur, ſiue reparentur,* OMNIA *ſua priuilegia retinent. vt colligi poteſt. ex c. paſtoralis 7. q. 1. & cap. quæſemel. 19. q. 3.*

24. *Abas Panorm.*

Abbas Panorm. *Quid autem*, inquit, *ſi omnes ſunt mortui. vel expulſi de Collegio, numquid ſit extinctum Collegium, & ius ipſius? Vide Innoc. in c. 2. de no. op. nunci. & quod not. in c. 2. cum ſuper de cauſ. poſſ. & propr. &c. Et conclu- cluſio eſt hic, quod aut Collegium fuit deſtructum authoritate Superioris; & ipſo facto extinguuntur omnia iura & priuigia Collegij. Aut deceſſerunt hi omnes de Collegio, vel expulſi fuerunt propter eorum delictum, & tunc in Collegio Eccleſiaſtico* CONSERVANTVR OMNIA IVRA COLLEGII *apud ipſam Eccleſiam.* Hæc Abbas in c. in c. gratum de poſtul. præl. n. 12. ibidemque addens: *Si Ius* COLLEGII *eſt collatum loco, tunc* NON EXTINGUITUR Ius, *licet deſinãt Collegiati; Poteſt poni exemplum, quando deſiniret propter guerram*, VEL PESTEM: Quibus ſimilia habet in c. cum ex iniuncto. de no. op. nu. n. 5. verſ. ſecus eſt. & d. c. cùm ſuper de cauſa. poſ. & propr. nu. 18. & ſeqq.

Innocentius

Conſentit Frid. de Senis conſ. 15. n. 5. *Mortuo Prælato*, inquiens, *& Canonicis alicuius Eccleſiæ, ipſa Eccleſia retinet Dominium rerum ſuarum: Vnde deſtructa Eccleſia vel ciuitate de facto, non authoritate Principis* RETINET SUA PRIVILEGIA, *vt not. per Innoc.* Idem ſentit Oliuar. Beltraminus in addition. ad deciſionem Rotæ 405. aſſerens eſſe communem.

25. *Frider. de Senis.*

Oliverius Beltraminus.

Cordinalis Tuſchus. *Duplex eſt*, ait, *Collegiata; habitu & actu: item habitu tantum: quia* SI MORTUI SUNT OMNES *de Collegio, vel ſunt priuati, dicitur* COLLEGIATA HABITU *tantum; ſi verò reuertantur vel reſtituantur, dicitur habitu & actu: Et licet, quando ſolo habitu eſt Collegiata, tamen priuilegium, &* ET IUS COLLEGII REMANET *in ipſa Eccleſia. Alexan. d. conſ. 74. in pr. lib. 4.* in lit. C. concluſ. 458. qui & antecedẽter concluſ. 457. n. 1. ibid. aſſerit, quòd *Ordini applicantur bona, ſi vnum particulare Collegium Ordinis diſſoluatur. Caſtr. conſ. 16. ſi ponderentur. nu. 2. verſ. præterea cũ illud Monaſterium. lib. 1.* Id quòd Cruſ. diligẽter poterit obſeruare ꝑpter dominiũ Ordini à ſe negatũ. Ale-

26. *Card. Tuſc.*

27. *Alex. de Imola.* Alexander de Imola d.conſ.74.lib. 4. nu.1. *Eccleſia dicitur Collegiata*, inquit, *habitu tantùm, quando deſinit Collegium MORTE IPSORVM Canonicorum, aut priuatione propter aliquod ipſorum delictũ, & TVNC talis Eccleſia gaudet priuilegio* IPSIVS COLLEGII, *& iura quæ de Collegiis Eccleſiaſticis faciũt mentionẽ, talẽ Eccleſiam cõprahendunt. Iſtud expreſsè decidit gloſſa, in materia valde notabili, in c.ſtatutũ, verb. Collegiatas, de elec. in 6. Iſtud voluit gl. in c. & hoc diximus 16. q. vlt. & cadunt ea quæ habentur & notantur per Abb. in c. 2. de poſtul. præl. vbi expreſſe tenet quaſi idem in terminis. Et fuit dictum Innoc. in d. c. 2. de op. no. nunci. Et voluit Bartolus in l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. & per eundem in l. fin. de colleg. illici. & per eundem in l. 1. ff. de acquir. poſſ. vbi concludendo dixerunt, quòd vbicunq; ſumus in Collegio Eccleſiaſtico, QVANTVMCVNQVE ILLI DE COLLEGIO diſceſſerint, vel aliàs MORTVI SINT, nihilominus IVS COLLEGII remanet apud Eccleſiam.* Hæc ille.

28. *Ioan. Maſſobrius.* Ioannes Maſſobrius, ſacri Officij Conſultor, in praxi habendi concurſum. prælud. 2. num. 28. *Me non fugit*, inquit, *ius Collegij conſeruari in vno. c. gratum. de poſtul. præl. Quinimò SI OMNES MORERENTVR, non propterea periret IVS COLLEGII, ſed dormiret; & poſtea inſtitutis alus reſurgeret.* *Gambarus.* *Gambar. de poteſt. leg. l. 3. rub. de poteſtate circa beneficia conferenda. num. 88. poſt Innoc. c. poſtul. 30. de iure patron. & c. cùm ex iniuncto. TVNC enim diceretur Collegiata Eccleſia HABITV.*

29. *Card. Mãtica.* Franciſcus Cardinalis Mantica, tract. de coniecturis vltimar. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 5. num. 3. & ſeqq. *Non eſt veriſimile*, ait, *quod Eccleſia, ſeu MONASTERIVM EXTINGVATVR, aut capite minuatur.*

Anton. de Butrio c. 2. de nou. op. nu. n. 4. *Butrio.* *Quandoq; ciuitas vel Eccleſia deſtruitur authoritate ſuperioris, vt quia propter delictum ibidem inhabitantium deſtruitur; quandoq; deſtruitur præter culpam ſuam, vt qui ab hoſtibus & latronibus, cauſa legitima non intercedente, & tunc retinet priuilegia & nomen ſuum, & clerici appellantur Clerici illius Eccleſiæ, & etiam OMNIBVS MORTVIS, alij loco eorum DEBENT ſubrogari.* Concordat Zabarell. & Hoſtieſ. ad d. c. 2. de nou. op. nu.

Ioſephus Maſcardus, de probation. vol. 2. concluſ. 585. num. 5. docet, 30. *Ioſeph. Maſcardus.* *quòd Eccleſia quæ olim fuit Collegiata actu, licet hodie non habeat Collegium actu, ſed habitu, tamen dicatur Collegiata (niſi per authoritatem ſuperioris Collegium fuiſſet deſtructum) id eſt, habens IVS COLLEGII, DE IVRE COMMVNI.* *Ius commune.* Citat huc *Alex. in conſ. 75. num. 4. & 5. & conſil. 74. lib. 4. Innoc. in c. de multa. de præb. Felin. in c. accedentes, ſub nu. 2. verſ. ponit etiam de præſcript.* *Felinus.*

Silueſter in ſumma, verb. Collegiũ num. 5. 31. *Silueſter.* *Quæritur ſextò, vtrum deſtructo Collegio, extinguantur omnia priuilegia eius? Et dicit Panorm. in c. 2. de poſtul. prælat. quòd ſic; ſi eſt Eccleſiaſticum, & deſtruatur per ſuperiorem: Si vero eſt ſæculare, ſunt opiniones. Sed verior ſecundùm eum eſt, quod durant apud ciuitatem vel locum; ſi ipſi ciuitati erant conceſſa, SICVT IN ECCLESIATICIS DVRANT APVD ECCLESIAM.*

Colle-

32. *Baldus.* Baldus in l. ſicut. §. in decurionib. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. ſic mẽtem ſuam declarat. *Aut Collegium deſtruitur authoritate ſuperioris; aut deſtruitur caſu, PVTA MORTALITATE: Primo caſu, eſſentialiter & effectualiter deſinit eſſe Collegium, & perdit priuilegia. Secundo caſu, NON deſinit eſſe Collegium, quantum ad iuris intellectum; Vnde priuilegia Collegio conceſſa,* ADHVC DVRANT, *nec eſt neceſſe quod iſta priuilegia renouentur. Et hæc eſt ipſa Veritas.*

33. *Lal. Zecchius.* Lælius Zecchius c. 26. de republ. Eccleſiaſt. ſub num. 2. allegans Felinum in c. ſtatutum. de elect. in 6. aſſerit, *Collegium non eſſe* EXTINCTVM *vel ſuppreſſum, vbi ſolùm perſonæ deficiunt* MORTE, *vel extinctione.*

Bertachinus. Bertachin. in Repertor. verb. Collegij, ait *ſublatis perſonis, deſinere Collegium*, intellige actu, *ſed eius iura* REMANERE *apud ipſam Eccleſiam Collegiatam.*

34. *Aug. Barboſa.* Auguſtin. Barboſa in Collect. in c. poſtulaſti. 30. de iure patron. num. 7. *Si Eccleſia de præſenti non exiſtat Collegiata, adhuc tamen ſufficit illam* HABITU *eſſe, ad hoc vt cenſeri debeat Collegiata.*

Item in Collectan. in c. cùm ex iniuncto. de no. op. nu. num. 4. *Regulare eſt in Iure*, inquit, *quòd perempta re, pereant illius iura tam actiua quàm paſſiua: latè Alb. Brunus tract. de interitu & peremptione. concl. 5. per tot. Ratio eſt, quia per huiuſmodi deſtructionem, fit mutatio ſtatus, & quædam velut capitis diminutio. Petr. de Peruſ. in tract. de mutatione ſtatus Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, præcipuè ſi deſtructio fiat authoritate iuridica ſuperioris* (nam & per rerum naturam fieri poteſt.) *Brun. d. concl. 5. num. 13. Gail. lib. 2. obſeruat. 61. num. 1. & 6.* SECVS VERO, *ſi violentia, aut priuati authoritate* (ne dum fatali fortuito caſu, puta belli, mortalitatis &c.) *gloſſ. & Franc. in c. priuilegium. de reg. iur. in 6. Gail. d. obſeru. 61. nu. 6. & 7. Sayr. de Cenſur. lib. 5. c. 3. n. 16.*

Eraſmus à Chokier. tract. de iuriſdict. Ordinar. in exemptos. p. 3. q. 13. 35. *Eraſm. Chokier.* num. 4. & ſeqq. *Deſtructa, ait, Eccleſia, ciuitate, Collegio, nemo ampliùs debet vocari Canonicus, ſeu Clericus, ciuis, Collega; per deſtructionem enim amiſſa ſunt iura ac priuilegia; ideoq; prædicti, tales eſſe deſierunt. Declaratur primò, id verum, ſi deſtructio fiat authoritate iuridica ſuperioris.* SECVS VERO, *ſi violentia, aut priuati authoritate. gl. & Franc d. c. priuilegium. & d. c. paſtoralis. Gail. d. obſeru. 61. nu. 6. & 7. Greg. Sayr. in Theſauro Theolog. moral. par. 1. libr. 5. c. 3. nu. 16.* *Gloſſa. Francus. Greg. Sayr. Gail.* *Ratio petitur ex Baldo, quia eiuſmodi locus, intellectu noſtro, ſine aliquo materiali corpore dicitur viuere, eiuſq; anima ſine corpore extare, ac proinde* PRIVILEGIA *ſua* OMNIA RETINERE; *non ſecus quàm de ciuitate dicitur, quæ extincta à Tyranno vel hoſtibus, nihilominus tamẽ ſupereſſe cẽſetur. arg. l. mortuo. ff. de fideiuſſ. l. hæreditas. ff. de petit. hæred. Baldus in Margarita. verb. ciuitas. Innoc. d. c. cùm ex iniuncto. Gail. vbi ſupra. n. 7.* Ac paulò poſt, q. 20. num. 5. & ſeqq. *Diſtinguendum eſt*, inquit, *vtrum locus deſtructus fuerit authoritate ſuperioris, ſine ſpe refectionis, nullis remanentibus reliquiis: eo caſu ſublata ſunt omnia illius iura, priuilegia & exemptiones. Abb. cap. cum Abbate. num. 16. de V. S. Innoc. c.*

cùm ex iniunĉto. numero2. de no. op.
Alb. Brunus. *nunci. Felin. c. cùm dilecta. col. fin. verſ. deſtructo Monaſterio. de reſcrip. Albert.*
Petrus de Peruſ. *Brunus, tract. de mutat. & transform. membr. 2. concl. 16. num. 68. per tot. vol. tract. 17. fol. 104. Petrus de Peruſio. tract. de mut. ſtat. Eccleſiaſt. in pr. nu. 3. & 4. & cap. 3. doctè Bald. c. imperialis. nu. 10. de pace conſtit. &c. Ratio eſt, quia actio ſemel extincta non reviviſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. l. Mæuius. §. de duobus. de legat. 2. Abbas d. c. Abbate. num. 16. Et quia perempta re pereunt quoq; illius iura tam activa quàm paſſiva. latè Alb. Brunus. tract. de interitu & perempt. concl. 5. per totum. SI VERO locus fuerit deſtructus FATALI CASV, ſeu ab non habente authoritatem, eo reſtaurato, etiam exemptio, privilegia, & cætera QVÆ DVRABANT HABITV, reducuntur ad actum, IPSO IVRE. Eſt autem ratio differentiæ, quia quando de iure deſtruitur, titulus caſſatur. At verò FACTI CALAMITAS, nec IVS, nec TITVLVM aufert, nec NOMEN. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitut. vrb. præd. vbi Dd.* Eadem habet Baldus in d. Margarita.

36. *Modeſtin. Piſtorius.* Modeſtinus Piſtorius, I. C. Saxonicus Lipſienſis, conſil. 43. num. 42. lib. 1. *Vbi,* inquit, *eiuſmodi Collegium diſſoluitur MORTE OMNIVM DE COLLEGIO, DEBENT alij ſubſtitui, ſecundùm gl. in c. ſtatutum. in verb. Collegiatas. de elect. in 6. quam ſequitur*
Angelus. *Ang. in l. ſi quid. quod cuiuſque vniuerſit. Adeoq; in iſto caſu, OMNIBVS DE COLLEGIO MORTVIS, hæc bona Eccleſiaſtica, propriè nō fierent bona vacantia, nec venirent confiſcanda (NB.* Cruſi*) ſecundùm Angel. in d. l. ſi quid. SED competit Eccleſiaſticis ſuperioribus, ALIOS REGVLARES ISTIVS ORDINIS in locum ſubrogare.* Conſequenter Iura Collegialia, ſecundùm hunc Doctorem, licet acatholicum, PER MORTEM OMnium, non ſunt extincta.

Iterum Bal. in l. omnia, de Epiſcop. & Cler. num. 2. *Nota,* ait, *quòd omnes ſucceſſores, gaudent priuilegio anteceſſorum, quando priuilegium eſt indultum ratione loci; quod præſumitur in dubio, & non contemplatione perſonæ. Ideo dico ratione loci; quia ratio pietatis concernit locum.* Idem Bald. conſil. 322. num. 1. *Si non fuit demolitum caſtrum præcedenti ſententia, nec per Principem, certè demolitio facta impetu inferioris, non aufert caſtro iura ſua, quoad habitum, quia non trahit ſecum effectum.*

Petrus Franciſcus de Rubeis, I. C. 37.
Romanus in conſil. M. S. *Collegia,* inquit, *& Conventus Regularium Ord S.* *Petr. Franc. de Rubeis.* *Benedicti, QVOAD IVS, non deſierunt eſſe in dictis Monaſteriis, MORTE Abbatum & Monachorum olim ab hæreticis eiectorum, ſed illud ſemper* INTEGRUM & ILLÆSUM *permanſit, iuxta ſtatum antiquum, ita vt hodie recuperatis Monaſteriis, iure poſtliminij alij Abbates & Monachi* EIUSDEM ORDINIS *ſubſtituendi ſint.* Eandem ſententiam tuentur in *Aſtro inextincto* q. 1. num. 19. & ſeqq. allegati, Ioannes Honorius van-axel, Hyppolitus Merenda, & Torquatus Flotauantes, celeberrimi I. CC. & Aduocati Romani. *Ioan. Honorius.* *Hyppolitus Merenda.* *Torquatus Florauātes.*

Thomas Zerola part. 2. prax. Epiſcop. verb. Eccleſia. §. 2. *Eccleſia, ſi* *Zerola.*

cius

eius Epiſcopus cum toto populo labitur in hæreſin, vel ſchiſma, non ideo perdit ſuos honores & privilegia. Innoc. in c. inter quatuor. num. 1. de maiorit. & obedient. Videatur ad rem præſentem gloſſa in authent. de Eccleſiaſt. tit. c. 11. nouell. 131. §. ſi quis autem pro redemptione. in verb. voluntatem. ibi. *tantum talibus pauperibus; tantum talibus Religioſis.*

38\. At ne moleſti ſimus Lectori, tantâ Doctorum multitudine, eadem ſemper repetentium, remittimus illum ad ea, quæ ſimiliter quaſi in terminis tradidere Martin. Magerus. cap. 16. de Advocatia armata. num. 29. Bartol. in c. ſodales. ff. de Colleg. illici. num. 24. & in procœm. ff. vet. in princ. & in tit. de pace Conſtant. col. 4. Bartholom. Cæpola. de ſeruit. vrb. c. 28. Gulielmus de monte Laudum. c. in pleriſque. clement. de elect. numero 1. 2. & 3. Ancharan. ſub numero 2. verſ. contrarium. Card. ſub num. 1. verſ. quod id autem. Vitalin. num. 19. Florian. in c. cùm loca. ſub num. 5. Vtrum autem qui ita diſtinguendo reſpondet. in princ. Hoſtienſ. ſub num. 9. verſ. quod ſi ab hoſtibus. Butr. num. 4. verſ quandoque non authoritate. Io. Andreas ſub nu. 4. verſ. Quod ſi ab hoſtibus. Ancharan. numer. 9. verſ. quandoque non authoritate. Card. ſub num. 5. verſ. quid ſi ab hoſtibus. Henrich. Boich. num. 7. Archidiac. in c. & hæc. nu. 7. verſ. ſi autem ab hoſtibus. 16. q. 7. Carol. Tapia. l. final. ff. de conſtit. princip. c. 4. numer. 28. p. 2. Ioan. Azori. p. 2. lib. 9. c. 3. quæſit. 13. ibi. & illis vita defunctis. in fin. & ibid. §. ſi roges. Ioan. Fichard. in theſauro opin. verb. Collegio. & verb. deſtructa, aſſerens eſſe ab OMNIBUS approbatã. Hypolit. Bonacoſſa. ibid. verb. Collegium. Nicol. Bello. conſ. 1. nu. 8. & 9. per iura ibid. allegata. Felinus in c. ſtatutum. de elect. in 6. qui omnes vnanimiter concludunt, iura & priuilegia Eccleſiarum, Collegiorum, ciuitatum, &c. de iure nullo modo deſtrui fortuitas ob cauſas, ſed integrè & habitu permanere, niſi per Superioris authoritatem deſtruantur & extinguantur.

Mart. Magerus. Bartol. Cæpola. Guglielm. de monte Laud. Ancharanus. Card. Vitalin. Florian. Hoſtienſ. Io. Andreas Hen. Boich. Archidiac. Carol. Tapia. Io. Fichard. Hypol. Bonacoſſa. Nicol. Bello. OMNES.

Idipſum ſentiunt omnes quotquot à me in *Aſtro.* q. 1. num. 6. & ſeqq. citati, dicunt, per mortem omnium de Collegio, IVS ELIGENDI deuolui ad immediatum ſuperiorem. Supponit enim hæc deuolutio, & ſubſequens electio, omnia iura & priuilegia Collegialia ſeu realia, in loco habitualiter perdurare. Hi ſunt, Rebuffus tract. de deuolution. num. 18. & tract. de collationib. §. ſi quis verò. verb. ad immediatum, qui præterea allegat Doctores in communi. in c. fin. de elect. in 6. Specialiter Rochum de Curte in tr. de iure patr. in verb. honorificum. q. 33. per gl. in d. clem. vn. Romanum. conſ. 361. in caſu Matthæum Quadrigarium, & Franciſ. de Salerone. Io. Bapt. Viuianus in c. vn. de ſupplenda negl. præl. Valerius Reginaldus libr. 30. tract. 3. c. 17. numer. 254. Et iterum Rebuffus. d. §. ſi quis verò. verb. eiſdem perſonis. & tract. nominat. q. 8. num. 11. & ſeqq. allegans Ioan. de Selua in tr. de beneficijs. in 3. part. q. 49. Petrus de Vbaldis lib. de mutat. Eccleſ. cap. 2. q. 6. qui ait, tunc eſſe bona Monaſteriorum vacantia, ſi OMNIBUS mortuis, nulla

Rebuffus. Doctores. Rochus de Curte. Roman. Matthæ. Quadrigar. Franciſc. de Salerone. Viuianus. Valer. Reginaldus. Ioan de Selua. Petrus de Vbaldis.

velit ibi recipi in Abbatiſſam. imo refert ibi ſententiam, quæ aſſerit, neque tunc eſſe vacantia, ſed ad Ordinem pertinere, ex cap. 1. de teſtam. De his redibit infrà mentio, nu. 65.

Eandem ſententiam tuentur, quicunque docent Superiorem deuolutionis non poſſe alium eligere, quàm poterant primi Electores, ſed teneri eligere idoneum eiuſdem profeſſionis & inſtituti: Nam & hi ſupponunt antiqua Religionis iura & priuilegia, mortuis omnibus, in loco, habitu permanere. Iſti ſunt præter alios, Albert. in l. in contrahenda. 132. ff. de reg. iur. allegatus à Rebuffo. inferius. num. 77. Paulus de Leaza. allegatus ab Abbat. infrà num. 79. & Rota Romana deciſ. 203. n. 7. infra nu. 84. in fin.

Albert.
Paulus de Leaza.
Rota.
39.

Idem concluſum tenent Doctores Louanienſes, ſuper electione quorundam Monachorum Anglorum Ord. S. Benedicti, in Priores & Conuentus ſuorum Monaſteriorum in Anglia, &c. non ita pridem in hoc iudicium conſentientes. *Viſa & examinata*, inquiunt, *per nos infraſcriptos Deductione, &c. exiſtimamus prædictam Congregationem Anglicanam, ad continuanda Capitulorum (de quibus in eâdem mentio fit) iura & prærogatiuas, poſſe etiamnum deputare de gremio ſuo, Monachos & Priores Conuentualiter extra Angliã, ob hæreticorũ in ea furorẽ, viuentes, eoſdemq; Priores & Monachos ſic deputatos, verè & realiter conſtituere Capitula dictarum Eccleſiarum Monaſticarum, iiſdem planè modo & ordine, quibus prædicta Congregatio ante hæreticorum violentam occupationem, eiuſmodi iura & prærogatiuas poſſidebat: tum ob rationes, in antedicta Deductione latiùs comprehenſas; tum quòd non incogniti iuris ſit, inter caſus, quibus Monaſteria euerſa vel deſtructa RETINENT SVA ANTIQVA PRIVILEGIA, iſtum quoq; cenſeri, ſi nimirum locus euertatur, vel occupetur ab hoſtibus, aut tyranno, eoq; caſu cogantur illi de Monaſterio migrare c. paſtoralis, 7 q. 1. & quæ ibi notantur. dein' & iſte. Si Monaſteria authoritate legitima ſuperiorum mutentur, vt cum aliis coniungantur. Vt notatur in c. 1. ne ſede vacante. c. quia Monaſterium. de relig. dom.*

Ita cenſemus meliori ſaluo.

Iacobus Santuoert I.V. Doctor, & Pontificij Profeſſor Primarius. *Iacob. Santuoert.*

Stephanus Weyms, I.V. Doctor, & in Acad. Louan. Profeſſor Primarius. *Stephanus Weymbs.*

Michael Vandenper I.V. Doctor, & Profeſſor Ordinarius. *Michael Vandenper.*

Ioan. Vantoheſtich. I.V. Doctor, & Decretorum Profeſſor. *Io. Vantoheſtich.*

Antonius Perezius I. V. Doctor, & Profeſſor Ordinarius. *Antonius Perezius.*

Valerius Andreaeſſ. I.V. Doctor, & Profeſſor Regius. *Valerius Andreaeſſ.*

Concordat in eandem ſententiã, antiquiſſima Vniuerſitas Viennenſis in Auſtria, in ſua approbatione *Aſtri inextincti*, ſub dato, 14. Novemb. anno 1637. vbi ait, in Aſtro. *OMNIA ſacris Canonibus, & iuri communi conſentanea contineri. &c.* continetur autem ibi, mortuis omnibus de Collegio, ius Collegij & priuilegia habitu permanere. *Vniuerſitas Viennenſis in Auſtria.*

Eodem collimat Ioan. Philippus Fridt. *Io. Philippus*

Fridt Apoſtolic. Inquiſitor.

Fridt, Ord. Prædicatorum SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor, per Archi Diœceſin Colonienſem, & annexas partes Generalis Apoſtolicus Inquiſitor, in ſua Approbatione eiusdem *Aſtri*, de dato 21. Ian. 1641. vbi inter cætera ait, illud *in ſolida, & IRREFRAGABILI doctrina fundatum reperiri*, ob cauſam iam dictam.

Georg. Colueneriu. Franciſcus Syluius. Theod. van Couuerden. Nicolaus le Long. Phil. Vander Made. Ambroſ. d' Aſſonuille. Martin. Denys. Theod. van den Broeck. Valentin. Randour.

In eandem ſententiam pedibus eunt Doctores Theologi Duacenſes, Georgius Coluenerius Cancellarius Vniuerſitatis, & librorum Cenſor, Franciſcus Syluius Vice-Cancellarius, Theodorus van Couuerden, Nicolaus le Long. Philippus van-der Made, Ambroſius d' Aſſonuille, Martinus Denys, Theodorus vandē Broeck, omnes SS. Theologiæ reſpectiuè Primarij, vel Ordinarij Profeſſores, in ſuis Cenſuris *Aſtro inextincto* conceſſis; caſum autem noſtrum ibidem diſertis verbis decidit Valentinus Randour SS. Theologiæ Doctor, & eiusdem in Vniuerſitate Duacena Regius Ordinariusque Profeſſor, aſſerens, *Aſtrum inextinctum, planis EVIDENTIBVS, ſolidiſſimisq; rationibus, è Sacris Canonibus petitis DEMONSTRARE, bona Monaſteriorum antiquorum, ab hæreticis per iniurias bellorum, & temporum detenta, NON FVISSE EXTINCTA, AVT EMORTVA, etiam per mortem omnium Religioſorū, qui ea poſſidebant, adeoq; ea cum omnibus bonis, ius repetendi & recuperandi, Religioſis ſiue exemptis, ſiue non exemptis, eiusdem Ordinis prorſus competere.*

Prior & Collegium Facultatū vtriuſq; Iuris in Vniuerſitate Louanienſi.

Quibus calculum ſuum adiungunt Prior & Collegium Facultatum vtriuſque Iuris in Vniuerſitate Louanienſi, in eiusdem *Aſtri* cenſura, ſub 14. Cal. Nov. Anno 1633. inter cætera aſſerentes, doctrinā Aſtri, *IVRI COMMVNI, & ſacris Canonibus, Concordatisq; Germaniæ conuenire.*

Prior & Collegium Facultatum vtriuſq; Iuris in Vniuerſitate Duacenſi.

Quod ipſum in ſua Approbatione roborarunt Prior & Collegium ambarum Facultatum Vtriuſque Iuris in Vniuerſitate Duacena, vbi ſuprà, conteſtantes, in Aſtro inextincto, *Iuriſprudentiæ SOLIDAM eruditionem, magnarum pondere rationum, & vtriusq; Iuris Doctorum authoritate, ſuffultam reſplendere.* Expreſſis autem verbis in noſtram ſententiam concedūt,

Ant. Briet. Hubertus Toſſanus Schuſſius.

Antonius Briet, I. V. D. & Hubertus Toſſanus Schuſſius Traiectinus, I. V. D. & Profeſſor extraordinarius, affirmantes, etiam mortuis omnibus Monaſterij Religioſis, ius repetendi, antiquis Ordinibus competere. Toſſani verba ſunt. *Eſſet contra omnem rectæ rationis vſum, ſi quis aſſereret, Monaſteria, eorumq; Iura ac bona pro antiquis Ordinibus quondam fundata, poſtmodum ex faucibus hæreticorum recuperata, ita EXTINCTA PER MORTEM OMNIVM in ijsdem Monaſteriis Profeſſorum, vt nullum ius alijs eiusdem Ordinis, licet non eorundem Monaſteriorum Religioſis, ad illa recuperanda ſuperſit. Quare CERTVM EST, dicta Monaſteria NVLLATENVS modo præfato poſſe dici EXTINCTA; ſed, non obſtante etiam omnium ibi Profeſſorum morte, ALIIS EIVSDEM, & non diuerſi ORDINIS RELIGIOSIS, INTEGRAM ACTIONEM COMPETERE, ad ſupradicta Monaſteria cum omnibus eorum pertinentiis iure poſtliminij recuperanda.*

Præclara Cenſura.

Quod ipſum hic

hic liber, qui ASTRVM INEXTINCTVM inſcribitur, clariſſimè & doctiſſimè demonſtrat, &c. Hæc Toſſanus.

Conſentiunt etiam plures Doctores Louanienſes, inferiùs nominandi, quorum reſolutio Canonicis Regularibus Capituli Windeſemenſis, ante hos annos impertita, ſic habet. *Ad propoſitam quæſtionem reſpondemus. Cùm Sacra Caſ. Maieſtas, bellorum Dei auſpiciis manifeſtis geſtorum, hoc exiſtimet præcipuum præmium, tueri Religionem Apoſtolicam, Eccleſiasq; & Monaſteria cum bonis eorum, ab hæreticis interuerſa, atque diſſipata, reſtituere in integrum, & reddere priſtinæ formæ, maiorum pietate olim ordinata; tam Sancto propoſito non convenire, & ideo non credendum Imperatorem velle; niſi ambitioſa ſubreptione circumventum, vt Monaſteria Canonicorum Regularium Capituli Windeſemenſis applicentur alteri alicui Ordini, contra clement. 2. de relig. dom. c. 3. 4. 5. extra. eod. Nefas quidem eſt, de Sacratiſſimi Imperatoris poteſtate diſputare. l. 2. C. de ſacrileg. ſed magis nefas eſt, credere voluntatem illius in id dirigi, quod iniuſtum eſt. l. 4. de leg. 2.*

Imperatorem per Opponentes ambitioſa ſubreptione circumueniri.

Inprimis verò certi Iuris eſt, Eccleſiarum & Monaſteriorum bona, eſſe ab omni iuriſdictione ciuili exempta. Latè Hieronymus Schurphius, centur. 1. conſil. 48. Ideoque ea nec per Imperatorem poſſe converti ad alium, quamtumvis pium vſum, quam ad quem ab origine fundata majorum pietate fuerunt. Idem Schurff. cent. 1. conſil. 49. per d. Clement. 2. Nihilin hac re mutat ius belli: inprimis enim, res ſacræ & bona Eccleſiarum, immunia ſunt à iure belli & prædæ cap. 2. extra de treug. & pac. Secundò, illa Monaſteria, de quibus quæritur, non fuerunt ante occupatum Palatinatum acquiſita ab hoſtibus iure aut ſpecie belli, ſed ab hæreticis, ſine vlla iuris ſpecie, odio ſanctæ Religionis interverſa, perinde ac ſi ſuperſtitioni & impietati inſeruiuiſſent. arg. l. 5. ff. de pagan. & ſacrif.

Quam hæreticorum exiſtimationem, cum Sacra Cæſar. Maieſtas, non minus, quàm rapinam inde profectam deteſtatur, & reipſa deletam cupit: minimè convenit eius piiſſimæ voluntati, bona illa à prima inſtitutione & vſu divertere, quem ſcit non ſuperſtitioni, ſed Religioni congruere; præſertim cùm in Ordine, cuius ea SVNT Monaſteria, abundè ſuppetunt ingenia, propagandæ & exercendæ Religioni idonea; contrà, ac Adverſarij ſuggeſſerunt.

Poſtremò, etiam prophana bona, legitimis ab hoſtibus occupata, ſi deinde ijsdem bellica vi eripiuntur, non cedunt Victori, ſed iure poſtliminij priſtinis Dominis reſtitui debent. l. 20. ff. de capit. & poſtlim. novell. 36. Quis igitur credat Religioſiſſimum Imperatorem bona Eccleſiarum & Monaſteriorum, Deo Duce per ſe ab hæreticis recuperata, computare in præda? In qua ſi non computantur, vtique ad Ordinem, tanquam ſucceſſorem legitimum ſingulorum Monaſteriorum, iure poſtliminij revolvuntur. Si quid aliter igitur hac de re, nomine Cæſar. Maieſtatis ordinatum eſt, id expreſſum fuit inſtructione eorum, qui bona illa quaſi vacantia detulerunt, eo prætextu, quòd Monaſteria Ordinis Canonicorum Regularium Divi Auguſtini, ſingula ſint, & ſe-

& ſeparata, nec tanquam vnius corporis membra; quippe quæ nec Generali, tanquam capite; nec Capitulis Generalibus, tanquam compage membrorum coagmententur: Quem errorem manifeſtis rebus Ordo ille coarguit; pariterque oſtendere poteſt, quod idoneos paſtoralibus munus & habeat, & quàm maximè formet, ad quem vſum bona illa transferri petuntur ab adverſariis.

Quanquam & deficiente vſu illo pio, ad quem bona fundata ſunt, ad alium ſimilem vſum, non Principis ſæcularis, ſed Pontificis authoritate convertenda eſſent. c. nos quidem. extra. de teſtam. Clement. quia contingit. 2. extra de relig. dom. Capell. Tholoſ. quæſt. 26. ſed certè cùm non deficiat pius vſus, ad quē bona illa fundata ſunt, Ordo Canonicorum Regularium, dudum in Monaſteriis ſuis per hæreticos ſpoliatis, reſtitui ante omnia DEBET. c. redintegranda. 3. q. 1.

Certum eſt igitur, quòd Sacratiſſimus Imperator, cui prima cura eſt Religionis, ſecunda Iuſtitia, tertia liberalitatis, longè abſit à voluntate, ex alieno largiendi; & quicquid contra elicitum fuerit, reſcripturus ſit, ſecutus Imperatorem piiſſimum Theodoſium, cuius tale eſt reſcriptum in l. 7. C. de precibus. Imp. offerend. Reſcripta contra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refutari præcipimus, niſi fortè ſit aliquid, quod non lædat alium, & proſit petenti; vel crimen ſupplicantibus indulgeat. Actum Lovanij ſub correctione. 30. Iunij, Anno 1631.

Diodorus Tuldenus. *Diodorus Tuldenus Profeſſor Iuris Regius.*

Præſentem reſolutionem, vti Iuri & Canonibus omnino conſentaneam approbo, adeoq; notiſſimum text. Can. redintegranda. cap. 3. q. 1.

Iacob Santoert V. I. Doctor & Sacrorum Canonum in Louanienſi Vniuerſitate Profeſſor Primarius.

Reſolutionem eandem approbo. F. Iacobus Dinchart, Lector SS. Theologiæ Ord. Fratrum Minorum. *Iacobus Dinchart.*

Idem approbo F. Ioannes Mortens, Lector SS. Theologiæ in conventu Fratrum Minorum Louanij. *Iohannes Mortens.*

Præterea fauent noſtræ ſententiæ, 40.
Theologi & Canoniſtæ, quicunque de Beneficiorum Eccleſiaſticorum extinctione ſcripſerunt, quorum nullus meminit extinctionis per mortem omnium de Collegio. Nicol. Garzias *Nicol. Garzias.* tract. de Beneficijs tom. 2. part. 12. c. 1. Filliucius tract. 41. de Benefic. Eccl. c. 3. num. 116. & ſeqq. Valerius Reginaldus numerat quatuor modos, lib. 30. tract. 3. tit. 3. c. 1. Gregorius Tholoſanus *Greg. Tholoſanus.* in Inſtit. rei Beneficiariæ recenſet ſeptem modos, quibus Beneficia extinguantur, quorum nullus continet mortem omnium de Collegio. Aliud autem eſt, quod ibi adfert Tholoſanus; *Sextò*, inquiens, *deſtruuntur Beneficia, quando VNIVERSVS ORDO Regulæ extinguitur; vt quando Templariorum Ordo, per vniuerſum orbem ſublatus, qui antea probatus. c. cum plantare. de priuileg.* Vnde in ſimili, Bonacina *Bonacina.* in tract. de clauſur. & pænis violat. ipſius impoſitis. quæſt. 2. puncto 9. §. 4. difficult. 2. propoſ. 2. numero 4. *Si obiter quæras, ad quem pertineant bona RELIGIONIS, quæ à Summo Pont. dele-*

deleta fuit, aut CVIVS RELIGIOSI OMNES EXTINCTI fuerunt, nullo ſuperſtite. ℞: *diſpenſationem huiuſmodi bonorum pertinere ad Summum Pont. ſi loquamur de Religione exempta: Si vero loquamur de Religione non exempta, ſed Epiſcopo ſubiecta, pertinent ad Epiſcopum, non tanquam Dominum bonorum illorum, ſed tanquã diſpenſatorem bonorum vacantium.* Prior caſus Tholoſani, coincidit cum diſſolutione Collegij per Superioris auctoritatem. Poſterior Bonacinæ, ſolùm dicit, tunc eſſe bona vacantia, quando OMNES Religioſi alicuius Religionis fuerunt extincti, ſiue per Superioris authoritatem, ſiue per rerum naturam: conſequenter, quando non omnes extincti, nec authoritate Superioris, Ordo ſuppreſſus fuerit, non erunt Beneficia extincta, nec bona particularium Eccleſiarum vacantia; argumentum enim à contrario ſenſu, Cruſius ait in iure fortiſſimum eſſe. Hinc Eraſm. Chockier de iuriſd. Ord. in exemptos. p. 3. q. 13. num. 7. ait, *deſtructo Ordine, tolli etiam privilegium.*

41. *Concil. Aquiſgran.* Fauet Concil. Aquiſgran. c. 4. apud Burchard. lib. 3. c. 16. vbi *ſtatuit, vt dicata Deo loca, iuxta poſſibilitatem, in ANTIQVVM ſtatum reformentur.*

Synodus Auguſtana. Fauet Synodus Diœceſ. Auguſtana, ſub Othone Cardinale Anno 1548. celebrata, vbi c. 12. de Stat. Monach. decernitur, *vt Monaſteria exciſa, aut DESERTA, quantum fieri poterit RESTAVRENTVR.*

Concil. Hiſpalenſe. Fauet Concilium Hiſpalenſe II. Tomo 2. p. 2. Concil. General. c. 10. ibi, *conuulſum Monaſterium cum rebus ſuis reſtaurent, & quod impiè vnus ſubverterit, omnes piè reforment.* in fine.

Porrò fauet Vitalianus Papa, qui vixit Anno Domini. 660. & Epiſtolam ad incolas Siciliæ (vt ibid. legitur) in hunc modum ſcripſit. 42. *Vitalianus Papa.* *Vitalianus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis in Chriſto filiis, ſub B. Benedicti, & Placidi dominio in Sicilia conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad hoc nos ſuperna clementia in orbe terrarum fecit Rectores atq; cuſtodes, vt diſperſa congregare, & congregata conſeruare, & deſtructa reſtituere ſummopere procuremus. Quapropter, quia ciuitates, caſtra, Monaſteria, poſſeſſiones & villas B. Benedicto in Sicilia ſubditas, paganorum incurſionibus DESOLATAS eſſe audiuimus, ſupra modum dolemus; omnipotentiq; Deo ſuper hoc gratias agimus, qui ideo temporaliter hic flagella irrogat, ne in æternum puniat. Vnde vos chariſſimi filij, à fletu & mœrore ceſſare monemus, & his noſtris filijs, quos de Caſſinenſi Congregatione ad MONASTERIA RESTAVRANDA, & ciuitates, caſtra, poſſeſſiones & villas recuperandas, in Siciliam dirigere ſtuduimus, vt ſpecialibus Dominis deſeruire curetis, ex parte B. Benedicti & Noſtra præcipientes, vt in reſtauratione Monaſterij. & poſſeſſionum illos adiuuare ſtudeatis, captumq; laborem ad effectum perducere ſummopere procuretis: Nos enim & vos, & ciuitates, caſtra, poſſeſſiones & villas, quas Tertullus Patricius B. P. Benedicto in Sicilia dedit, defendere, adiuuare, & manutenere parati ſumus. Omnipotens Deus, ſua vos gratia benedicat, atq; à cunctis aduerſis eripiat.*

Quòd præterea nullam extinctionem 43.

Vrbanus VIII. & Curia Romana nem Dignitatum, Beneficiorum & iurium in Monaſterijs, etiam per octoginta annos deſtitutis, agnouerit Vrbanus VIII. Papa, adeoque hodierna Curia Romana, (cuius ſtylus facit ius, & pro iure habendus eſt. Rota deciſ. 1. de fil. presbyt. in novis, & deciſ. 2. de appell. ibid. deciſ. 55. nu. 3. de conceſſ. præb. in antiq. & deciſ. 16. de conſuet. ibid.) euidenter ex Bulla eiuſdem Pontificis, quam inferiùs ſub allegation. 461. totam adferemus, eluceſcit.

44. *S. Benedictus.* Eidem reſtitutioni priſtino Ordini faciendæ, ſuo calculo ſuffragatur S. P. N. Benedictus, qui licet in cælis exiſtens, nullam tamen in ſuis DESTITUTIS Monaſterijs extinctionem Iuris agnoſcit, ſed paterna ſolicitudine reſtitutionem vrget. *Cùm* namque *Conſaluus Magnus, Ferdinandi Regis Hiſpaniarum Dux Exercitus, in Italia, inter Barulum incluſus, à Gallis ſemeſtri iã obſidione premeretur, adeò, vt præ victûs inopiã, quodvis herbarũ genus, ac mures etiam iam in victum cederent; cumq; in tanta neceſſitate conſtitutus, B. Benedicti opem imploraſſet, S. Benedictus ei apparuit, bono animo eſſe iuſſit, hoſtem ſtato in loco ac hora laceſſere in prælium mandavit, ac certam victoriam pollicitus eſt;* TANTUM *recordaretur, vbi Campaniæ Regno potitus eſſet, ſuos Monachos in Caſſinatis Monaſterij* LIBERAM *poſſeſſionem* RESTITUERE. *Hoc viſo, animatus Conſalvus, Gallis numero multò ſuperioribus Victoriam eripuit, & totum Campaniæ Regnum, captâ etiam Neapoli, obtinuit: & paulo poſt, votum Religioſè, Monachis Caſſino reſtitutis, exſoluit.* Vt ſcriptum reliquit Marcus Antonius Scipio Placentinus in Elogijs Abbatum Caſſinenſium, ex Sabellico.

Deus in bello Victorias largitur, vt conformiter antiquis fundatoribus Religioſi reſtituantur.

45. *DEUS Opt. Max.* Fauet denique DEUS Opt. Max. qui neglectam deſtitutarum Eccleſiarum reſtitutionem in priſtinum ſtatum, ſeveriſſimè plectit. *Valens* enim *Imperator contra Barbaros exercitum ducturus, ab Iſcalico Monacho admonebatur, vt ablatas Catholicis Eccleſias reſtitueret, alioquin ex bello non eſſet rediturus. Ipſe tamen eas non modò non reddidit, ſed Monachum quoq; in vincula coniectum punire decreuerat. At ex bello profugus, in caſa quadam à Gothis exuſtus eſt.* vt refert Iacob. Middendorpius in hiſtoria Monaſt. c. 25. ex Nicephor. lib. 11. c. 50.

Præſentis Germaniæ infortunij, obſeruata cauſa. *Vnde non deſunt* (reſumo verba Aſtri. q. 2. num. 27. in fin.) *qui opinentur Ordinum Religioſorum, inſtitutores, & Monaſteriorum fundatores, quivſq; ad emanatum Reſtitutionis Edictum, contra acatholicos notabiliter pro Cæſare pugnarunt, nunc eluſa ſpe immiſſionis, & aliis contra voluntatem ſuam in Cœnobia ſuperinductis vel deſtinatis hominibus, auxilia Catholicis negare, ſuppedaneum tollere, ſceptrum ac diadema conenutere, ac totius Imperij Romani cardines luxare.* Certè ante mutatam Executionem Edicti Cæſarij, tot Victorijs glorioſus triumphabat Imperator, vt nonnemo Societatis, deſuper edito diſcurſu, à me Anno 1631. Fuldæ lecto, præproperè ſcripſerit, Catholicos eouſque victorias contra hæreticos PRÆSCRIPSISSE. At cùm primùm remora curſui iuſtitiæ, & immiſſioni antiquorum Ordinum in ſua Monaſteria fuit iniecta, fauor Numinis receſſit; poteritque Cruſius, vnius manûs digitis facilè numerare Victorias,

rias, ab hoſtibus ex eo tempore in hodiernum vſque, per Cæſaris arma reportatas.

46. Verùm, vt videò, prælucens Aſbeſtus, à via nos aliquantulum abduxit, non ſeduxit : Ad ſemitam modò reuertamur. Doctorum pro nobis allegatorum numerus, cùm octogeſimũ ſuperet, (non computando calculum & Approbationes lucidiſſimas, à Celeberrimis & Catholicis Vniuerſitatibus Salisburgenſi, nec non à Facultatibus Vtriuſque Iuris in Famoſiſſimis pariter Vniuerſitatibus Louanienſi & Duacenſi, *Aſtro inextincto*, ſolius Veritatis amore impertitas, & ab integris SS Theologiæ & Iuris Conſultorum Collegijs ſeu Conſiſtorijs, copioſum Doctorum intra ſe numerum cõplectentibus, aſpiratas) quis non videt, iudicio tot peritorum in arte ſua ſtandum eſſe? Rota deciſ. 125. num. 9. apud Oliuer. Beltram. Vnde, *& integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis approbatur*, vt dicitur cap. 1. Clement. de ſent. excomm. Peritis enim in vnaquaque arte ſtandum eſſe, perſpicuè dicit Vlpian. l. 1. in princ. ff. de ventre inſpici. l. bonorum, de bono. poſſeſſ. l. inteſtato. de ſuis & legit. §. quod autem à nobis. in authent. de non alien. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. l. 7. §. de ſtatu homin. c. ſignificauit. de homicid. c. propoſuiſti. de probat. c. fraternitatis. de frigid. & malefic. gl. in §. præterea. Inſtit. de rerum diuiſ. Vnuſquiſque enim bene iudicat quæ cognoſcit, & horum eſt bonus Iudex. teſte Ariſtot. lib. 1. Ethicorum.

Porrò, *Doctorum authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt.* l. ſi idem cum eodem, vbi Ang. notat. ff. de iuriſ*dict. omn. iud. Hoſt. in c. inquirendum de pecu. cler. Fabianus in tract. de empt. & vend. fol. 25. & nonnulli alij relati per Neuizã. in ſylua nupt. lib. 5. n. 24.* Franc. Viuius in theſaur. comũn. opin. verb. Doctoratus. n. 19.

Probationibus ergo conſtans ſententia, cùm dicatur ipſa Veritas, iuxta Menoch. lib. 1. præſumpt. q. 31. num. 5. præualeat Veritas, eique cedant omnia, & maneat concluſio noſtra incõcuſſa, per mortem omnium de Collegio particulari, Monaſteria, eorumq; titulos, dignitates, beneficia, iura & priuilegia realia & Collegialia non eſſe extincta; ſed poſt mortem omnium durare, adeoque Collegium adhuc habitu ſupereſſe.

Nunc ad argumenta in contrarium propoſita reſpondeamus. 47.

Ad primum Laymanni (quod & Valent. Mangionius refricat) præter ſolutionem in *Aſtro* datam, reſpondet me tacente Mangionius ipſe, quẽ quia nodum hunc neruosè ſoluit, loqui ſinamus : Ait enim in Theorica primæ q. num. ſuo 15. *Nulli Doctori credi, quantumvis eximio, vbi de rebus merè dependentibus à diſpoſitione legis poſitiua, loquantur ſine lege ac textu*, id quod agit hoc loco Layman. Qui hoc ipſiſſimum reſponſum à nobis tulit in *Aſtri* q. 1. num. 35. & ſeqq. Erubeſcat enim oportet, qui ſine lege loquitur. in corpore authent. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. coll. 3. gl. in c. vn. de præb. extrauag. verb. ſublimitatem eorum. Sed nec vllius Doctoris authoritatem, nec vnum rationis argumentum ſuæ deciſioni adiun-

iunxit;cùm tamen fundamentum ſuæ intentionis vnuſquiſque probare teneatur, etiamſi conſiſtat in negatiua, & probationes oporteat eſſe concludentes. l. non hoc. C. vnde legit. Menock. lib. 5. præſumpt. 41. nu. 31. Rota. deciſ. 76. n. 4. deciſ. 89. n. 1. & 8. deciſ. 104. nu. 6. deciſ. 106. nu. 1. deciſ. 143. nu. 5. & 8. deciſ. 448. nu. 2. apud Ioan. Bapt. Coccinum. Innoc. in c. ſuper his. n. 10. de accuſ. per Bart. in l. in illa. n. 5. ff de V. O. Natta conſil 199. nu. 9. vol. 1. Surd. deciſ. 316. nu. 14. gloſſ. in c. ſuper literis, in verb. priori modo, de reſcript, Pariſius, qui alios allegat. conſil. 3. numero. 50. vol. 4. Si proinde cuiuslibet ſcriptoris dictum, ſeu deciſum, ſecundum legem quam
47 allegat intelligendum eſt, Menoch. lib. 3. præſumpt. 140. n. 16. & vero Laymannus legem nullam allegauerit, ſequitur ipſius aſſertum, non *manifeſtũ*, ſed fumo obſcurius, glacie fragilius, attendendum non eſſe. Sed neq; bona Monaſteriorum eiuſmodi (vt vult idem) ſunt bona vacantia: *Bona* enim *eius, qui nullo modo habet aliquem ſucceſſorem, dicuntur bona vacantia, & deferuntur in fiſcum hæredem.* inquit Bar. l. vacantia. C. de bonis vacãt. id quod in præſenti locum non habet, iuxta ea quæ ſuprà diximus n. 22. & 38. Aſſerit quidem Layman Cenſura. 8. §. ex his, *me ne vnicum quidem claſſicum Doctorem, in fauorem cauſæ meæ producere poſſe, qui dicat bona Monaſteriorũ eiuſmodi, quorũ Profeſſi omnes mortui ſunt, vacantia nõ eſſe.* At ego, paulò ſuperiùs, plures quã octoginta claſſicos Doctores produxi, qui dicerẽt Monaſteria per mortem omnium de Collegio non eſſe extincta; ſed etiamnũ ſuis titulis Dignitatib. & Beneficijs affecta: adeoq; bona Cœnobiorũ nõ eſſe bona vacantia, cũ poſſideantur ab ipſis Beneficijs adhuc exiſtentib. & ab ipſa materiali Eccleſia, ſeu fundo loci, ſuis iurib. ac priuilegijs Collegialib. affecto. Cũ igitur noſtra deciſio ſit comunis, transfert onus probandi in Aduerſarios. Pariſ. conſ. 160. in fin. vol. 4. vbi plurimos refert. Vnde quicunq; Laymannum hoc nomine defendunt, audacter vaſa colligere, & textum aliquem iuris emendicare poterunt, quo ſeſe tueantur.

Nec eſt quòd dicant, Laymannum hoc aſſerto ſuo nouiore, ſententiã antiquiorem, de nõ extinctione Monaſteriorum (de qua ſupra nu. 23.) retractaſſe: nõ enim pręſumitur retractaſſe ſententiam, cuius in retractatione ne meminit quidem; imò *defendere unuſquiſq; præſumitur velle à ſe geſta, potius quàm illa reuocare.* Rota deciſ. 486. n. 6. apud Oliuer. Beltram. Et ſic Laymã potiùs cenſetur ſibi contraria ſcripſiſſe: *Nimis* proinde *indignũ eſt, vt quod quiſq; ſua voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare.* c. per tuas. de probat. Menoch. lib. 3. præſump. 1. n. 36. quod enim ſemel approbatũ eſt, reprobari nõ poteſt amplius. idẽ Menoch. lib. 2. pręſumpt. 14. n. 14. l. ſi quis in conſcribẽdo. & ibi Bald. C. de pactis, & c. quod ſemel. de reg. iur. in 6. niſi graues cauſę ad id moueant, quæ tamẽ exprimẽdæ ſunt. *Certè varietas & repugnãtia in teſte, arguit dolum, atq; ita tenetur de falſo.* Aret. in c. in noſtra. de teſtib. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 31 n. 3. Menoch. lib. 5. præſump. 23. n. 7. Hinc, ſibimetipſi cõtrarius nõ eſt audiẽdus. c. ſolicitudinẽ. de appel. in fin. gl. ibid. verb. aduerſa. Specul. tit. de recuſat. §.

ſi verb. quid ſi reus. eo. tit. de aduo. §. 7. verſ. item ſtudeat. 23. q. 7. quod autem & 13. q. 2. quam præpoſterum. 74. diſt. c. geſta. gl. ibid. verb. quæ tanquam. habeturq; ſuſpectus. c. literas. de præſumpt. Quòd ſi alterutro ipſius contrario, ſeu contradictorio ſtandum eſt, ſtabitur primo antiquiori (videl. quòd iura & priuilegia conceſſa Monaſterio, MORTUIS OMNIBUS, conſeruentur in SOLO) nam iſtud veluti Canonũ Profeſſor incorruptus protulit, allegando authoritatem Abbatis in c. 2. de poſtul. præl. Innoc. Gloſſ. & Bartoli, ibidem allegatorum, adeoque ſano iudicio. Secundum verò, & poſterius, ad proprium beneplacitum, ſine vlla Iuris vel Doctorũ allegatione, nedum neceſſitate, ſolùm vt morem gereret ſuæ Societati, in cuius fauorem IUSTAM ſuam nuncupatam DEFENSIONEM ſcribendo, Monaſteriorum illam venationem inſtituerat, confinxit, & honoris proprij oblitus, optimè priùs dictata invertit. Vnde gl. in d. c. literas. verb. purgauit. *Hoc eſt notabile*, inquit, *quòd* SEMPER *eſt ſtandum primo dicto alicuius, ſi poſtea contrarium dicat.* Et Abbas in c. per tuas. de probat. *Nota*, ait, *& tene menti, quòd potiùs ſtatur primo dicto extraiudiciali, etiam ſine iuramento, quàm ſecundò iudiciali, etiam cum iuramento; quod ſatis puto indiſtinctè verum, quando ſecudnũ dictum venit* IN FAVOREM CONFITENTIS, *ſeu* ID PRAESUMITUR APPETERE. Vt hîc. Præſumptio namq; validior, tollit debiliorem, vt inquit Menoch. lib. 5. præſumpt. 21. nu. 22. & præſumpt. 64. n. 46.

Cui dicto credendũ, ſi quis ſucceſſiuè contraria pronunciet.

Quam doctrinam etiam applicatam volumus eiusdem Laymanni placitis antiquioribus, de devoluta per mortem omnium Collegiatorum Electione ad Confirmantem. hîc infra. num. 61. & 65 in fin. & de Collatione huiuſmodi Superioris immediati non-liberâ, ſed neceſſaria. num. 85. quas doctrinas, non legitur reuocaſſe, conſequenter cenſetur eas morte ſua confirmaſſe: Quod tamen, ſtante Monaſteriorum aſſertâ extinctione, fieri nequaquam potuiſſet: adeoque perſeveranter cõceſſo ſubſequenti, cenſetur approbatum & reſtabilitum antecedens, à quo ſubſequens neceſſãriò dependet. Rota. deciſ. 282. nu. 4. apud Ioan. Bapt. Coccinum: Et affirmans aliquid, dicitur affirmare omnia præcedentia, ſine quibus actus non conſiſtit. Menoch. lib. 3. præſump. 132. nu. 19 & vice verſa.

Sed quid diu hæſitamus? cum ipſe Layman, poſteaquam legiſſet Aſtrum noſtrum inextinctum, vltro in noſtras conceſſerit partes, non ſolùm loco ſuperiùs, num. 23. adducto, ſed etiam Cenſura ſua 7. §. pen. & vlt. vbi: *Aio itaq;, inquit, non incongruè dici poſſe, quod in caſu noſtro, ſi omnes Monaſterij Profeſſi mortui ſint, tituli aliquo modo vacent: Quia licet actu & ſimpliciter extincti ſint, vnà cum ſacra Congregatione, tamen quodãmmodo manent, videlicet POTENTIA; quia proxima ſpes eſt vt reſuſcitentur ac reuiuiſcant. Et ideo veluti dormit Collegium, ipſiusq; tituli, quia reſurgent & reparabuntur, idq; ex debito officij.* Ac paulò pòſt. *Dicet aliquis, ſi corpus ſacri Collegij, poſt mortem omnium, eiusq; tituli potentia, ac veluti HABITU manent, & quaſi dormiunt, eaq; ratione dici poſſunt vacare,*

Laymanni propria confeſſio.

care; conſequens hinc eſſe, quod Collegium ſiue Monaſterium acceptum pro ſacra Congregatione, eiusq; tituli non ſint extincta. Reſpondeo: NON ITA VERE AC PROPRIE ESSE EXTINCTUM MONASTERIUM, CUM TITULIS SUIS, *conſiderata ſpe noua Ordinationis, quam ſi per ſententiam extinctum eſſet.* Hæc ille. Quid adhuc egemus teſtibus? Sed amabo, quomodo inter extincta, adeoque nonentia dari poteſt magis & minus? Bonus vir lucem aliquam aſpicit, & è tenebris extricare ſe nequit. Non tituli, ſed intitulati ſunt actu mortui & extincti. Tituli autem per mortem omnium vacant: Et *vacatio eſt iuris exiſtentis, ſed poſſeſſore vacantis,* vt ipſemet aſſerit Cenſurâ 7. §. hic iterû. Quid ſi Papa vnà cum Collegio Cardinalium bello, vel peſte, (quod humanitus fieri poteſt) moreretur, An tituli Summi Pont. & Cardinalium pariter extinguerentur? an tunc Eccleſia Catholica ſemper manere deberet ἀκέφαλα? quia nullus inferior poſſet reſuſcitare titulum Papæ extinctû, tû quia non datur regreſſus à priuatione ad formam; tum quia nemini legitur hæc poteſtas à Deo conceſſa eſſe. Neque dicas, hunc caſum eſſe Metaphyſicum: Nam S. Petro vel ſucceſſoribus eius quibusdam Pontificibus Martyrio affectis, concedi quidem poteſt, fuiſſe Romæ quosdam Presbyteros vel Diaconos (prout hodieque plurimi ſunt) ſed incardinatos eos Eccleſiæ Romanæ, in ſuis titulis, & quidem per modum vnius Collegij, tunc fuiſſe, ſi quis negauerit, quomodo conuincetur? Ecce, quò nos cum ſua extinctione deducant Cruſius & Laymannus:

Ad ſecundum Cruſij, Negamus mortuis omnibus, Monaſterium vt Collegium, vulgò nominari *extingui, & extinctum eſſe*; niſi ſub nomine Monaſterij ſeu Collegij intelligantur perſonæ Collegij: hæ enim verè extinctæ ſunt. Sed Monaſterium vt Collegium, adeoque vt Vniuerſitas, aliter ſonat, nec dicitur vulgò extincta, vel extingui. Quod Doctores tradant, mortuis omnibus Collegium diſſolui ac deſinere eſſe, rectè dicunt: quicunque enim prædicat genus de ſua ſpecie, rectè loquitur. Deſinere eſſe, ſiue diſſolui, genus eſt; habetque ſub ſe duas ſpecies; diſſolutionem Iuris vnam; alteram, diſſolutionem facti. Quæ fit per mortê omnium de Collegio, diſſolutio facti eſt, non Iuris. Hinc perperam agit Cruſius, prædicatum vnius ſpeciei, applicando ſpeciei oppoſitæ; Non enim quia homo eſt animal, & brutum eſt animal, mox ideo homo eſt animal irrationale. Et ſic verba ſequentia apud citatos Dd. declarant præcedentia, Rota deciſ. 120. num. 6. & deciſ. 137. n. 7. & deciſ. 207. num. 6. apud Coccinum. Et ex immediatè ſequentibus, interpretationem recipiunt verba præcedentia. Rota deciſ. 531. numer. 6. ap. Oliver. Beltram. Ad argumentum à priori, per cauſam Collegij formalem intrinſecam, vt philoſophâti ſatisfaciamus, reſpondemus in forma: *Quando non amplius eſt, nec conſeruatur vnio, quæ fuit antea inter plures, in ordine ad vnû finem congregatos, tunc dicitur Collegiû extingui.* Diſtinguitur hæc Major; Quando vnio inter plures nô amplius eſt actu & habitu, tunc dicitur Collegium extingui; concedimus Maiorem

48. *Mortuis omnibus Collegis, Collegium non dicitur extingui.*

rem

rem: quando non amplius eſt ſolo actu; negamus Maiorem. *At quando mortuis omnibus Collegis dicitur diſſolvi Collegium, tunc non amplius conſervatur nec eſt vnio quæ fuit antea inter plures.* Minorem hanc etiam diſtinguimus: Non amplius eſt, aut conſeruatur Vnio inter plures; actu concedimus; habitu negamus. Et hinc negatur Conſequentia, Ad probationem Minoris, negamus eam eſſe euidentem ex terminis, quia diſſolutio vnionis actualis, & conſeruatio vnionis habitualis, ſibi non opponuntur, Proin' vbi eſt vnionis actualis diſſolutio, poteſt ſimul eſſe vnionis habitualis conſeruatio, vt hic; adeoq; nontinctio.

Confirmatur ex ipſo Cruſio, qui q.1.c.1.Eclipſ. num.5.7. & alibi paſſim ex communi affirmat, Collegium non eſſe nec dici poſſe extinctum, quamdiu vnica ex eo perſona, cum ſpe reſtaurationis ſupereſt: atqui certum eſt & euidens, in vnica perſona non dari vnionem actualem plurium perſonarum: Aut ergo Cruſius, ex vi ſui argumenti contra ſeipſum cogetur concedere, tale Collegium, vnico ſuperſtite, fuiſſe extinctum; aut fateri, diſſolutionem vnionis actualis, ſimul ſtare poſſe cum conſeruatione vnionis habitualis. *Nimia ſubtilitas, eſt odioſa legibus*, vt ait Nevizan. lib. 5. ſyluu nuptial. ſub n.67. in theſauro commun. opin.

49. *Extinctio, ſignificat diſſolutionem habitûs, & actûs ſimul.*

Tertium totum concedimus de diſſolutione facti, ſeu diſſolutione vt genus eſt à ſuis ſpeciebus abſtractum: negamus autem vltimam conſequẽtiam, inde Collegium eſſe extinctum; quia extinctio ſignificat diſſolutionem habitûs & actûs ſimul, eſtq; prædicatum competens ſolummodo diſſolutioni iuris, aut per rerum naturã factæ. Perſonas autem Collegij in indiuiduo, morte extinctas eſſe, non negamus: illæ enim nec actu, nec habitu viuunt. Vnde cùm loquimur de reſtitutione Collegij facienda, nemo eſt qui velit perſonas mortuas reſuſcitari.

Quartam obiectionem eodẽ modo concedimus, cum conditione iam dicta. Extinctio enim tollit actum & habitum, vt ex allegatis Dd. conſtat, qui licet concedant per mortem omnium Collegia diſſolui, ſeu deſinere eſſe, tamen negant illa eſſe extincta, quòd habitu maneant. Extinctum autem definiverant ibi, eſſe id, quòd antè fuit, & nunc ampliùs non eſt, nec actu, nec habitu intellige. Quod ſi quis cum altero conueniret, quoad intellectum huius nominis *Extinctio*, vt illud inſtar diſſolutionis, divideretur in extinctionem actualem & habitualem, quæſtio eſſet de nomine. Sed nos cum multis loqui malumus, quàm novum condere Dictionarium. 50. *Extinctio tollit actum & habitum.*

Ad quintum *quod Collegium emortuum, non de facto tantùm, ſed DE IVRE ſit extinctum.* ℞. Cruſium hoc loco terribilem Eclipſin ſuſtinere: quam ſi in ſeipſo non ſenſit, planè terrâ inſenſibilior fuit: ſi ſenſit, Sophiſtam egit intolerabilem; & adamãtinum in pertinacia ſui erroris animum declarauit. Vide Lector hominis argutum ingenium, & Bremæ natum ad fallendum. Cur Collegium, per mortem omnium, non de facto ſolùm, ſed DE IURE cenſeat eſſe extinctum, rationem infert, per coniunctio- 51.

ctio-

Infantiſſima Cruſij argumentatio.

ctionem cauſalem, omni plumâ leviore: *NAM*, inquiens, *Collegium ad ſui conſtitutionem tres perſonas in vnum finem eodem loco congregatas, DE IVRE requirit.* ergo mortuis omnibus de Collegio, illud DE IVRE erit extinctum. Omni pugno ſubtilius argumentum, Conceſſo antecedente, negatur conſequentia, quam ex antecenti ſuo nunquam eliciet; eaque ſic
50. *Extinctio tollit actum & habitum.* formanda erat: Ergo mortuis omnibus de Collegio, diſſoluitur id, ad cuius conſtitutionem DE IVRE tres perſonę requiruntur. Ex Cruſij autem ratiocinatione ſequitur, quodlibet etiam Collegium Societatis Ieſu, DE IVRE per mortem vel expulſionem omnium ſolutum eſſe, quia ad conſtitutionem talis Collegij Societ. non minus DE IVRE tres perſonæ requirũtur, quam ad conſtitutionem Collegij Monaſtici. Quinimò, ex modo argumentandi, inferet Martinus Lutherus, ſe à ſtatu Religioſo Catholico DE IVRE apoſtataſſe, eò quòd ad vitæ Religioſæ ſtatum (quem is deſeruit) conſtituendum, DE IVRE requirantur tria vota ſubſtantialia Religio-
51. nis. Ergò, &c.

Etiam formicæ ſua bilis ineſt.

Prô Deum immortalem, Cruſi vbi ſumus? hicne tuus Hercules, quem in me immittis? hinc textus Canonum, legum, & Doctorum, quos in apertum campum contra me producis? Num pro fundamento extinctionis Monaſteriorum, aliud argumentum non ſuppetebat? Quo quæſo candore, qua fide, qua integritate auſus es, tam futilibus & inſulſis argumentis in aciem prodire, & ſententiã ſolis radio ſcriptam impugnare?

Virgil. 1. Æneid.

---ſed præſtat motos componere fluctus:

ſufficit abſurditatem diſcursûs Cruſiani digito monſtraſſe. Taceo quòd tantus *error, commiſſus à perito, habeat in ſe culpam & negligentiam*. Menoch. lib. 6. præſumpt. 22. nu. 7. Demoſthenes, cùm Ariſtodemum fabularum authorem interrogaſſet, quantũ mercedis, vt ageret accepiſſet; & reſponderet ei, Talentum. *At ego*, inquit, *plus accepi, vt tacerem*. Potuiſſet Cruſius à ſuis accipere quatuor talenta, ſi tacuiſſet. Parvus error in principio, maximus eſt in fine. Ex vna ſcintillâ, ſurgit ignis & conflagratio. Verùm, nos cæptam telam pertexamus.

Obiectionem ibi meo nomine factam, non improbo: ſed data reſponſio, vel totum mihi concedit, vel petit principium, vel ſupponit me, ac citatos Dd. vanam duntaxat ſpem reparationis Monaſteriorum adſtrueſe? Vnde nego ſpem iuridicam, probabilem & propinquam hîc non ſubeſſe; nego reparationem ſimilis Collegij, pendere à LIBERA, & indeterminatâ voluntate Superioris. Cur negem, videbit Lector mox hîc nu. 94. in noſtra *Anchora*, vbi de ſpe iuridica; & num. 74. tit. *ligata libertas*, vbi hanc LIBERAM voluntatem Superioris, ex inſtituto diſcutimus; vt ſingula ſine confuſione, ſingulis locis accuratè pertractentur. 52.

Confirmatio prima quam meo nomine deſumit ex Auguſt. Beroio, in cap. quoniam. de iure patron. de conflata auri maſſa: non eſt mea, ſed mihi imputata: hunc enim authorem, vbi ad rem præſentem citaverim, Cruſius non meminit. Vnde quid ſibiipſi reſpondeat, non anxior. 53.

Ad

54. Ad reſponſum contra ſecundam Confirmationem, dico, illud ſufficiēter ſolui inferiùs, allegat. 5. 6. & 7. Et Doctores quidem à me, & pro me citati, dicunt Collegium mortuis omnibus Collegis dormire, non factâ mentione vllius euigilationis; quod ſignum eſt, explicationem Cruſij illis affictam eſſe: Verba enim generalia, generaliter ſunt intelligenda. Rota deciſ. 327. num. 3. apud Oliuer. Beltramin. & ipſe Cruſius in Eclipſ. q 4. c. 2. n. 3. in fin. per l. fin. in fin. C. de dot. promiſſ. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtan. Euerhard. à generalitate. n. 2.

55. Ad reſponſum contra tertiam Cōfirmationem, ſuggero Cruſio illud iuridicum, ab eo ſæpiùs in Eclipſi cōtra me vſurpatum; *Vbi Doctores, aut Canones nō diſtinguunt, ibi nec nos, &c.* Lælium Zecchium alioſq; Doctores loqui ſolùm de Collegio numerato, ipſi non dicunt, & abſolute loquentes, abſolutè debent intelligi. Sed nec ſpem iuridicam præponunt extincto, vel non extincto Collegio; cùm non-extinctio, prior ſit ſpe iuridica, veluti quæ ſpes, ex non-extinctione, ſcaturiginem ſuam deriuat, vt perſpicuè in d. Anchorâ trademus: Adeoque Cruſius tenendo contrarium, inuerſum ephippium equo imponit, & Lectorem à puppi in proram, & à prora in puppim otioſè remittit.

Vbi Dd. aut Canones non diſtinguunt, ibi nec nos.

56. Ad ſextum, ℞. conceſſo antecedēte, negari poſtremam illationem de Collegio Religioſo particulari, quæ ex antecedenti non legitimè infertur. Cur enim emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe & filijs, finita generatione Emphyteutæ, finiatur, cauſa duplex eſt: prima quod finita generatione, finiatur pactū ſeu conuentio inter Emphyteutam & Dominum directū primitus inita; nam tota periodus conceſſæ Emphyteuſis pro ſe & filijs, ceſſante tota filiorum generatione, conſummata eſt; & ceſſat pactum, mortuis omnibus qui pacto includebantur, redeuntque bona Emphyteutica, veluti munere ſuo perfuncta, ad Dominum directum. Secunda (quæ ferè cum prima coincidit) quòd Emphyteuta cum filijs ſuis, ſit adæquatus finis intrinſecus, ſeu finis cui, conceſſæ Emphyteuſeos; ex quo fit vt extincta cauſa finali adæquata, extinguatur & ipſa Emphyteuſis: ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus. Idem de feudo dicendum.

Applicatio feudi ſimilitudinaria, ad Monaſteria.

Simile quid eſt in Monaſterijs. Sicut enim Emphyteuta & Vaſallus acquirens, ſuas habent generationes ſanguinis carnales; ſic Fundatores Religioſorum Ordinum, ſuas habent generationes ſpirituales, de quarum ſingulis merito dici poſſit: *Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* Et: *Generatio rectorum benedicetur*, continentque totam familiam ab vno patre ſpirituali, ceu ſtipite prognatam. Talis eſt generatio, ſeu familia S. Benedicti, quæ tamdiu durabit, quamdiu Deo viſum fuerit. Quapropter finito per mortē, vno altero ve Collegio Ordinis particulari, non finitur hæc generatio, quæ totam adhuc implet Europam, longè lateque diffuſa; quàm Cruſius vult intra muros vnius Monaſterij, nimis anguſto ſinu, coarctari; tamen per accidens, finita generatione, ſeu toto Ordine extincto, pariter finiuntur & extinguuntur omnia illius Collegia par-

Pſal. 23. Pſal. 111.

particularia. Primò, quia ſic finita generatione ſeu Ordine, finiuntur pacta & conuentiones, inter Fundatores & Ordinem inita; nam tota periodus, ſiue tota complexio Ordinis, mortuis omnib. de Collegio Ordinis, eſſe deſinit; deſinuntque pacta, deficientib. paciſcentibus; & bona recidunt in ſinum Eccleſiæ Vniuerſalis, alijs Religioſis, qui defunctorum inſtitutioni ſint in Regula vel Obſeruantia proximiores, attribuenda, Dd. in cap. inter quatuor. de relig. dom. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 8. Secundo, quia Religioſi Ordinis S. Benedicti, omnes indeterminatè, ſiue in confuſo ſumpti, ſunt adæquatus finis intrinſecus, ſeu finis *Cui*, fundatorum ſibi Monaſteriorum omnium & ſingulorum: quo fit, vt extincta cauſa finali adæquata, extinguantur Monaſteria, ad eundem finem, ſeu pro eodem Inſtituto ordinata. Conſtat enim ſolos Profeſſos alicuius Monaſterij particularis, non eſſe adæquatum finem fundationis particularis; aliàs tales non poſſent ſibi aliunde eligere Abbatem; nec Monachum ad ſe Canonicè tranſlatum recipere: Atqui hoc poſſunt, & quidem ex fundatione, & de iure cõmuni, ex quocunq; Monaſterio eiuſdem Ordinis, in toto terrarum Orbe, nullo penitus excluſo: Adeoque iſtud eſt ius relatiuum, vtrumq; terminum æqualiter reſpiciens; vnde nec perit, niſi pereunte ſimul tam actuali, quàm habituali Monaſterij forma; vel ſublato Ordinis Collegio Vniuerſali, ſiue per rerum naturam, ſiue per Superioris authoritatem. Vnde ſatis appoſitè ad noſtrum inſtitutum dixerat hîc Cruſius; *feudum, licet ius reale ſit, atque ex ſe perpetuum*; *per accidens tamen finiri morte Vaſalli, ſi defuncto ipſo, nemo, ſuperſit, cui ius ſuccedendi in feudo ex inueſtitura competat.* Iſtud ad Monaſteria, quadam paritate extendendo, fateor, ſi nemo ex Ordine ſuperſit, nemini de iure competere ſucceſſionẽ Abbatiæ; ſed ſtante alibi Ordine religioſo, & in hoc dũtaxat Monaſterio omnibus de Collegio morte ſublatis, ſi ex alio Monaſterio aſſumatur idoneus Abbas; cuperem noſſe, cur tali aſſumpto, ius in Monaſterio ſuccedendi ex primæva fundatione Monaſterij non competeret? Neque enim Fundator Monaſterium condidit pro ſolis Fratribus Paulo, Valentino, Ioanne, & Eugenio inibi Profeſſis iam morte ſublatis, ſed pro perſonis eiuſdem Ordinis quibuſcunq;, ibidẽ incorporandis, & DEO, conformiter Regulæ S. Benedicti ſeruituris. Et ſic, debent eſſe de familia S. Benedicti; quod fieri non poteſt, Ordine toto per rerum naturam extincto.

Ordo Religioſus in Monaſterijs, eſt adæquatus finis **Cui.**

Eſt verò ſanè, quod mihi gratuler, de allata per Cruſium ſimilitudine Feudi & Emphyteuſeos, quorum applicatione, noſtra ſententia mirificè declaratur & illuſtratur. Ponamus in bello fortiter occubuiſſe quendam Nobilem Andream, cui tres erant filij, Ioannes, Iacobus, & Philippus: Imperator ob illius fidelitatem, memoriam, & res ab eo præclarè geſtas, confert ſponte, vel rogatus, omnibus ab ipſo deſcendentibus maſculis, inſigne quoddam feudum in Germania, & Vaſallum primum in eo nominat primogenitum Ioannem; cuius filij, nepotes & pronepotes, conceſſum feudum ſucceſſivè poſſident; 57.

Applicatur feudi & emphyteuſis ad Monaſteria.

per ducentos annos; poſt quos, fatali caſu contingit totam Ioannis lineam, ſine vlterioribus liberis, mori & extingui, ſuperſtitibus tamen filijs ex linea Iacobi & Philippi. Feudum certe, Ioannis lineâ extinctâ, non fit apertum, ſed ad deſcendentes Iacobi, de iure feudali ſpectat, eâ ſolâ conditione, vt intra annum & diem per vnum ex ipſis ab Imperatore requiratur. Fiunt omnia. Euolutis iterum ſeptuaginta annis, poſteriores hi feudatarij, & tota Iacobi linea pariter ſine ſanguinis hæredibus decedunt. Neq; ſic feudum aperiri cenſendum eſt, ſed ſuper eo confirmare inveſtituram obligatur Imperator, quamdiu ab Andrea deſcendens aliquis inueniri poteſt. Supereſt igitur vnicus Albertus de linea Philippi, iſque in vltimis Hiſpaniarum finibus, in ſuo caſtro ſeu dominio reſidens, informatur de iure ſibi ſuper hoc feudo Germanico cõpetente. Adit proinde Imperatorẽ, proſapiam docet, & feudũ ſanguini ſuo quondã conceſſum debite requirit. In Imperatoris libera poteſtate non eſt, hunc pro vaſallo admittere, vel recuſare; non enim gratiam, ſed ius ex prima inueſtitura quæſitum petit Albertus, & præſtat Imperator. Eademque ratio, ſuo modo, eſt in Emphyteuſi.

Omnis ſimilitudo claudicat.

Sic ſe res habet in Monaſterijs: quantumuis enim quælibet ſimilitudo gaudeat priuilegio claudicationis, tamen, vel ipſo Cruſio teſte, perſonarum ſucceſſiones vtrinque inter ſe collatæ, magnam habent affinitatem, & pari paſſu ambulant, in bonis feudalibus & Monaſterialibus; vt quod ibi ſunt deſcendentes ſanguinis, hoc ſint hîc ſucceſſores Ordinis: non vt omnes ac ſinguli ſanguinis aut Ordinis, ſint de facto Vaſalli vel Abbates in hoc feudo vel Monaſterio; ſed vt aliquis, vel aliqui de ſtirpe vel Ordine Religioſo, ſemper feudũ aut Monaſterium inveſtiti poſſideant, eiſque deficientibus, alij de ſtirpe vel Ordine ſuccedant. Et quia Authorum ſanguinis aut Ordinis intuitu, talia feuda vel Monaſteria poſteris conceſſa & fundata ſunt; ideo nec feuda aperta, nec Monaſteria extincta cenſentur, quamdiu de illo ſanguine vel Ordine ſuperſtes quis inveniri poteſt, cui conferantur. Adeoque Mortuis Omnibus de linea vnius filiorum Andreæ, vel vnius Collegij Monaſtici particularis, bona feudalia vel Monaſtica, non fiunt bona aperta, aut vacantia, ſed intra certum, ab vtroq; Iure, reſpectiuè determinatum tempus, neceſſariò alijs, qui de eodem ſanguine vel Ordine ſuperſunt, vtpote habentibus ius in re acquiſitum ex prima inveſtitura, vel fundatione, conferri debent.

Quod autem feudum, vt pergit Cruſius, amittatur per non petitam inueſtituram intra annum & diem, id pertinet ad cauſam & iura feudalia, nihilque ad propoſitum. Quanquam ſimilia quædam in Monaſterijs ex Iure Canonico ſtatuuntur; vt ſi Electores, vel Superior deuolutionis, intra tres menſes negligunt Abbatem eligere, vel eligunt indignum, vel Electus intra debitum tempus non conſentit, aut Confirmationem non petit; vel Confirmans vltra certum tempus Confirmationem protrahit, &c. ſingula ſuas pœnas determinatas ha-

habent, quæ ad inſtitutum huc non pertinent.

Poſtremò, etiam Ripam in patrociniũ adhibent Opponentes; ſed quid gutta ad fluuium, lapis ad montẽ, miles ad exercitum! Vna hirundo non facit ver: Ripas à fluuijs abſorberi, nil noui eſt. Dictum vnius, dictum nullius. Præſtat magiſtra ratione erudiri, quàm quibuſuis authoribus errare. Quinimò ad illius reſpondeo authoritatem cum Cruſio: *illam tantùm probare, quantum leges, Canones, ac rationes ab ipſo adducta probant*: non plus. *Euerhard. ab authorit. num.* 12. *vbi citat Archidiac. in c. nolite timere.* 11. *q.* 3. *per text. in c. ego ſolis. diſt.* 9. Cruſ. q. 7. Eclipſ. c. 2. n. 8.

Ripa hic ſine lege loquitur.

58. Ad ſeptimum de dignitate Abbatiali, ℞. mortuo Prælato cum toto Capitulo, ſublatis etiam actu terminis correlativis, perire quoque relationem actualem, ſed non habitualem, veluti quæ in dignitate, & terminis correlatiuis habitualibus, etiam habitualiter conſeruatur. Dignitas enim habitualis, eſt præeminentia habitualis, cum adminiſtratione, & jurisdictione habituali; quam in Monaſterijs non extingui fatetur ipſe Cruſius, ſi, etiam omnibus de Collegio mortuis, iuridica ſpes reparationis ſuperſit. Hinc rectè docet Franc. Suarez. lib. 8. de legib. c. 5. num. 6. *poſſe eſſe talem terminum, etiamſi non ſubſiſtat in re, ſed in ſpe & iure, licet nunc ſit occupatus ab hoſtibus, vel hæreticis, &c.* Et argumentum quidem Cruſij, deſumptum eſt à poſteriori; Dignitas enim, Collegium & ſubditi, naturâ ſunt priora relatione, vtpote fundamenta relationis; nec aliud concludit, quàm, Dignitatem Abbatialem de facto in aliqua perſona non reperiri. Sed & illud dignum obſeruatu, quòd Cruſius hoc loco exigat tres terminos correlatiuos in Monaſterio, primo ſubjectũ perſonæ, ſecundo Collegium, tertio ſubditos. Paulo pòſt, ſuimet oblitus, ſolùm duos admittit, Primo Prælatũ. Secundo Conventum, ſubditos autẽ præterit, quos hîc ὑπερβολικῶς aiebat nullos ſupereſſe. Sic enim q. 4. c. 3. n. 3. ante fin. *In noſtro caſu*, inquit, *nõ tantũ Prælatus ſed & Conuentus ipſe*, TOTUS, ET ADÆQUATUS *per ſe* TERMINUS CORRELATIVUS PRÆLATI MONASTICI *extinctus eſt*. Qui pedem refert, fugæ ſe parare videtur.

59. Ad octavum de titulis Monachalibus. ℞. illos duntaxat titulos cum perſonis extingui, & poſtea re-creari, qui in Profeſſione ipſis ſunt concreati; quales ſunt ſimplices Monachiæ, ſeu ſimplices Canoniæ Monachales: Vnde ſicut in Profeſſione Monaſtica, nemini concreatur titulus Abbatis, Prioris, Decani, Cellerarij, Cuſtodis, &c. ſic per mortem omnium aut ſingulorum tales etiam non extinguuntur: Huiuſmodi namque Beneficia regularia, aptitudine ſunt perpetua, & de eis, vt de perpetuis iudicatur. Rota deciſ. 18. num. 7. ap. Io. Bapt. Coccinum: quapropter in Beneficijs ejuſmodi, etiam manualibus, datur vacatio per obitum. Rota ibid. deciſ. 296. numero 6. Et ex hoc ſoluitur ſecundum quoque argumentum à poſteriori deſumptum. Sed de his plura ſub allegat. 407. inferiùs, vbi etiam exponemus, quomodo Monaſteria ſint Eccleſiæ numeratæ, quomodo non.

Tituli qui cũ Monachis cõcreantur, cum eiſdem extinguuntur: non alij.

Aulæ noſtræ paries meridionalis.

Per mortem omnium de Collegio Eccleſiaſtico, ius providendi de alio Prælato ſeu Capite, ipſo iure devolui ad immediatum Superiorem, penes quem aliàs eſt poteſtas confirmandi Electum, variis rationibus, & Doctorum communi ſententia docemus & roboramus.

VOLVOLVS.

60. Ein Wallholtz.

AVoluendo dictus (quem Græci Cylindrum nominant, ἀπὸ τοῦ κυλινδεῖν) quod iterum iterumque reuoluto complanantur panni, ſeu veſtes laneæ, lineæque, item farina, aquæ infuſione ſubacta, ad parandas placentas & alia. Id nominis è M. S. Plinio lib. 17. c. 10. ſe legere docet Adrianus Iunius in Nomenclatura, tit. de Ruſtica ſuppellectile. *Voluolus quid?* Voluolo hic indigebimus, non ad placentas vel artocreas formandas, neque enim Cruſio noſtræ placent placentæ; ſed vt Deuolutionem noſtram iuribus conſentaneam, & Cruſianam abſonam, æqua lance examinandam, tantiſper reuoluamus. Hac de re quædam inſpergimus infrà, ſub allegat. 469. §. ad tertium denique, ſed perfunctoriè: hîc ex inſtituto rem ventilandam, etiam cribris crebrò adhibitis, vltro ſuſcepimus.

61. Cruſius itaque, diuerſis locis per Eclipſin ſuam, deuolutionis meminit, de qua in *Aſtri* q. 1. nu. 4. & ſeqq. diſſerueramus, ex ipſiſſimis Iuris Canonici fontibus demonſtrando, ſi Electores in vacante Eccleſia Collegiali, tempus electioni præfixum neglexerint, vel ſcienter indignum elegerint, vel omnes de Collegio morte deceſſerint, ius Electionis actiuæ, pro ea vice deuolui ad imediatum Superiorem, qui habeat aliàs ius confirmandi Electum. Non placuit Opponentibus Veritatis aſſertio, hodie enim nõnulli ſententias, vt vulgus amicitias, vtilitate probant: Et primas quidem duas deuolutionis ſpecies agnoſcunt; at illi, quæ per mortem omnium de Collegio, ad Superiorem tranſeat, libellum repudij mittunt, planè ad duritiam cordis ſui demonſtrandam. *Deuoluitur ius eligendi, per mortem omnium de Collegio. ad immediatum Superiorem.* Hinc lepidum eſt, quòd Layman erroris huius primipilus, in Indice ſuarum Cenſurarum dicit, *Beneficiorum devolutionis ad ſuperiorem Prælatum, duæ tantum ſpecies in iure reperiuntur; vna propter negligentiam; altera ob caſum priuationis, ſi indignus eligatur. Tertiam autem confinxit Aſtrologus.* Et in Cenſuris p. 1. loc. 8. fol, mihi 54. hac de re ſcribit. *Duæ tantum,* inquiens, *recenſentur ſpecies deuolutionis, quæ ipſo iure fiant, & quidem ad proximum Superiorem, ſi ſermo ſit de non Cathedralibus Eccleſiis; Prima eſt in caſu negligentiæ; altera, in caſu priuationis, ſi Electores indignũ eligant, prout ipſemet F. Romanus dixerat nu.* 4. VNDE ERGO *accepit tertiam ſpeciẽ deuolutionis ad proximum Superiorem, videl. ſi omnes è Collegio mortui ſunt?* Cæcitatis argumentum eſt, mi Paule, quærere ductorem qui præſens adſtat. Tu es ille vir, *Layman ſibi ipſi cõtrarius.* à quo inter alios hanc deuolutionis ſpeciem accepi. In qq. Canonicis, de prælat. electionion. c, 9. num. 98. ita ſcripſeras: *Eſt enim* RECEPTA DOCTRINA, *quòd propter negligentiam Collegij,* VEL MORTEM OMNIUM DE COL-

LEGIO

LEGIO, *ius providendi* DEVOLVATVR *ad Superiorem, qui habet poteſtatẽ confirmandi electum, ſiue Epiſcopus ſit, ſiue alius Prelatus.* Si hæc doctrina recepta non eſt, cur falſum teſtimonium perhibes? ſin' autem recepta eſt, quid ego deliqui receptam doctrinam recipiendo? & cur tu olim receptam, modò reijcis? An diſplicet olim liberè prolata Veritas? an quod ſemel iuſtè placuit, amplius diſplicere poteſt?

Denolnitur / us eligendi, / r mortem / mnium de / ollegio, ad / nmediatum / uperiorem.

---quid non mortalia pectora cogis
Clauſtri ſacra fames?

Huc referantur, quæ ſuprà, nu. 47. §. nec eſt, in ſimili dixeramus.

62\. Opponit ſe poſt Laymannum huic Voluolo noſtro Cruſius, & recta currenti, lapides lignaque præſtruit, ne Patres Societatis à Monaſterijs occupandis evolvantur: Et quidem ſua q. 3. cap. 3. numero 11. & ſeqq. in obuoluendis tumultuariè ſaxis & lapidibus, in hunc modum anhelus deſudat,

Argumenta Ioan. Cruſii, contra nos.

Primo. *Vel agitur de Canoniis Monachalibus, vel de Prælatura Monaſterij. Si de Canoniis Monachalibus, iam deuolutio hîc non obtinet, quia Monaſteria ſunt Eccleſiæ non numeratæ. c. ex parte. de conceſſ. præb. Anton. Butr. dè elect. in c. uacante, num. 3. c. 2. ne ſede vac. Quod ſi agatur de Prælatura; iam iterum non habet hîc locum devolutio; quia omnibus omnino mortuis, ILLIC non datur electio activa vel paſſiua, directa. Non activa, quia hæc penes Monachos illius Monaſterij eſſet. At non ſunt, cùm ponantur omnes mortui. Igitur non datur directa electio actiua. Nec etiam paſſiva ISTIC datur electio. Nam hæc itidem iure proprio eſſet penes Monachos illius Monaſterij; vel ſi aliunde aſſumantur, tum hi ILLIC de novo vt profiteantur neceſſe eſt. c. Abbate. de V. S. At HIC nulli omnino Monachi dantur, cum ponantur omnes mortui, nullo ſuperſtite. Igitur nec electio paſſiua hîc locum habet.*

r, Layman ſib- / is ipſi cōtrariꝰ.

CONSEQVENTIA *probatur. quia electio deuoluta, ſupponit ius proprium directum. Nam electio devoluta non datur, niſi perſona intermedia (cui iure proprio ac directo competit eligere) vel iure non potuit. v. c. propter delictum; vel ſi potuit, tempus electioni præſcriptũ neglexit; vel ſi non neglexit, indignum elegit. Proinde cùm hoc in caſu noſtro non detur electio propria & directa, nec dabitur Electio devoluta, ſeu obliqua.*

Electio deuoluta ſupponit ius proprium directum.

Secundo. *Panormitanus in c. nullus in Eccleſia. de elect. num.* 10. & *Rebuff. de devolut. num.* 18. *agunt primò de proviſione* BENEFICIORVM, *vt oſtendunt ipſorum verba. Atqui Canonia Monachales, non ſunt* F. *Romano beneficia. q.* 1. *ſub num.* 33. *in reſponſ ad* 1. *arg. in princ. adeoq; Panorm. & Rebuffus impertinenter huc à* F. *Romano adducuntur.* 63.

Poſito etiam, quod Canonia Monachales ſint Beneficia, nihilominus Panorm. & Rebuffus nihil nobis obſunt. Nam vterque agit de caſu, quo Epiſcopus nomine Collegij eligit Prælatum; adeoque agit de proviſione Collegij, quod adhuc actu eſt, vel habitu. Habitu Collegium eſſe intelligitur, ſi mortuis omnibus de Collegio, ſpes iuridica adſit ſimilis Collegij reparandi; vt quia adhuc Nouitij ſuperſunt, qui ius eligendi non habent. Boer. de tractat. quemadmodum matrimonium in ſpe dicitur eſſe, quando ſponſalia inter ſponſum ſpõſamque ſunt celebrata. Bart. in l. ſi vxor.

§.1.*ff.de leg. Iul.de adult. Atqui in noſtro caſu, nec actu nec habitu supereſt Collegium, cùm non adſit vlla ſpes iuridica. ergo.*

Et licet Panorm.d.l.proponat caſum, quo omnes mortui ſunt de Collegio, intelligitur tamen de decedentibus cum d. ſpe iuridica. Nos verò agimus de omnibus omnino mortuis, ſine ſpe iuridica. ergo.

64. Sed contrà eſt, quod ſopitis per mortem omnium Monaſterijs, dicitur ad Superiorem. *Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt; aperi os tuum, & decerne quod iuſtum eſt.* Proverb.31.numer.6. & 9. Quod ſe feciſſe Iob gloriatur, c. 29.verſ.15. dum ait: *Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inveſtigabam: conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.*

Concluſio noſtra de deuolutione. ℞. Dicendum, quod contrarijs non obſtantibus, manet concluſio in *Aſtro* deciſa, q.1. numer. 12. & ſeqq. Videlicet: Omnibus de Collegio mortuis, ius eligendi Prælatum, quod penes mortuos erat in actu, & penes locum Regularem ſeu Monaſterium remanſit in habitu, deuolui cum omnibus conditionibus, ad immediatum Superiorem, qui habet ius confirmandi Electum, pro ea duntaxat vice, quoad exercitium, deuolutione propriè dictâ, id eſt (vt Cruſius eam nominat) obliqua, ſeu iure deuoluto, non proprio Superioris. Et ratio fundamentalis eſt, quia, vt in Abſeſto, num.17.& ſeqq. lucidè demonſtrauimus, remanentibus in loco Regulari, poſt mortem omnium de Collegio, Iuribus omnibus Collegialibus in habitu, remanet etiam ius eligendi Prælatum, vt expreſſis verbis teſtatur Layman in qq. Canon. de Prælat. elect. q.1.c.3.num.18. à nobis in allegat. 377. in fine. infrà. & in Asbeſto hîc ſuprà, num. 23. adductus, his verbis: *Si omnes è Collegio, vel Vniverſitate mortui ſunt,* IVS ELIGENDI, *& ſimilia iura ac privilegia pereunt, ſi per ſe conceſſa ſint certæ Congregationi ſeu cohorti, v.g. militum.* SECVS *autem eſt, ſi conceſſa ſint in Ordine ad locum, vt realibus potiùs, quam perſonalibus iuribus annumeranda ſint.* TALIA SVNT, *iura & privilegia, quæ conceſſa ſunt Academiæ, Civitati,* MONASTERIO ECCLESIÆ; *nam* OMNIBUS MORTVIS, *aut fuga dilapſis,* CONSERVANTVR *etiam in* SOLO. *Abb. in cap.2, numer.12. de poſtul. Prælat.* Similia docet in Theolog. moral. lib.1.tract.4.c.23 numer.4. & eſt communis omnium Dd. de privilegiis realibus tractantium; adeoque principali conceſſo, cenſentur conceſſa cohærentia. Menoch. libr.3. præſumpt.97.nu.11. per leges ibidem allegatas. *Cõceſſo principali, cenſentur conceſſa cohærentia.*

Iſtud ergò ius eligendi, cum nullus eligentium in loco ſuperſit, & 65. ob id iuris diſpoſitio ceſſet, revertitur quoad hunc actum, ad primæuam ſuam naturam, adeoque recidit in eum, penes quem olim erat electio; id eſt, in eum, cui per Canones relicta eſt poteſtas electum confirmandi, quiſcunque ſit ille. Ad Superiorem enim proximum, ex diſpoſitione antiqua, priuſquam introduceretur Electio Canonica, pertinebat Eccleſiarum ſibi ſubiectarum diſpo-

ſitio. redit ergo res ad ſuam naturam, vt ait gl. in cap. quanquam. 18. de elect. in 6. verb. ſecus. & ibi Dd. Et ſic ab Omega fit regreſſus ad Alpha, vt dicitur. c. ab exordio. diſt. 35. verb. ad *a*. idque in fauorem Eccleſiarum, piarumque fundationum, quas diu viduatas manere, non expedit. cap. ne pro defectu. de elect. Vnde Feder. de Senis. conſil. 34. num. 3. *Hinc eſt*, ait, *quòd Monachis omnibus mortuis, aut eligendi poteſtate priuatis, poteſtas eligendi redibit ad ſuam originalem naturam, ideſt Epiſcopum, quia Epiſcopus creabit ibi Abbatem. vt dicit Compoſt. de elect, ne pro defectu. & leg. & not. eo tit. quanquam libr. 6.* Et clarius Rebuffus tract. de deuolutionibus. numer. 18. *Propter negligentiam Collegij,* inquit, *VEL PER MORTEM OMNIVM de Collegio, ius providendi devolvitur ad eum, qui habebat poteſtatem confirmandi electum, ſive ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus.* Idipſum diſertè docet Panorm. in c. nullus in Eccleſia. de el. num. 10. dum totidem verbis ait: *Propter negligentiam Collegij, vel MORTEM OMNIVM de Collegio, ius providendi devolvitur ad eum, qui habet poteſtatem confirmãdi electum, ſive ſit Epiſcopus, ſive ſit alius Prælatus.* Hæc Abbas, qui eandem doctrinam tradit in cap. cùm in cunctis. §. clerici ſanè, num. 6. ibid. & in c. quia regulares. clem. de ſuppl. negl. prælat. numer. 3. & in c. cùm Eccleſia. de elect. ſub num. 9. & 10. *Quid autem*, inquiens, *ſi eſſent mortui omnes de Eccleſia Collegiata? Dic quod Superior immediatus providebit de Prælato, vt not. Compoſt. in cap. ne pro defectu. & ſequitur Feder. de Senis. d. conſil.* 33. *facit quod not. gl.* 18. *q.* 2. *cap.* 1. *Hæc omnia procedunt, niſi contrarium habeat conſuetudo, quæ in proviſione Beneficiorum præfertur IVRI COMMVNI, vt hîc, & in cap. fin. de inſti. & in d. c. ea noſcitur. & in cap. Abbate ſanè. de V. S.* Hæc Panormit. *quia ille debet ſupplere, qui habebat poteſtatem confirmandi & inſtituendi, quia cenſetur Superior quoad Beneficium, licet non ſit Superior, quoad perſonas eligentium, vel præſentantium, & de hoc, eſt gloſſ. ſingularis in d. Clem. vn. Et regulariter maior ſupplet defectum inferioris, iuxta not. in c. cùm ſcimus. 9. q. 3. & c. ex parte. de conceſſ. præb.* vt inquit idem d. §. clerici ſane. Vbi notandum, quòd dicat huiuſmodi deuolutionem & proviſionem eſſe de IVRE COMMVNI; quod ipſum confirmatnr ex c. in pleriſque. Clem. de elect. §. fin. ibi. *vltra IVRIS COMMVNIS limites.* Eandem de deuolutione ad proximum Superiorem, tenet gl. in c. un. clem. 1. de ſuppl. negl. præl. verb. diſpoſitionem, Viuianus, Valerius Reginaldus, & Petrus de Vbaldis, ſuperiùs à nobis allegati, ſub num. 38. §. idipſum à quibus eandem doctrinam, ſuprà num. 61. allegatus Layman hauſiſſe & imbibiſſe credi poteſt: Vnde & in Cenſuris Aſtri, loco. 1. poſt initium: *quòd omnibus è Monaſterio, aliove Collegio Eccleſiaſtico PER MORTEM OMNIVM ſublatis perſonis, ordinatio Monaſterij, ſeu ſacri Collegij ad proximum Prælatum devolvatur, nunquam negavi.* ait idẽ Laymannus. Iterumq; Rebuſſ. tr. de collation. §. ſi quis verò. verb. ad immediatũ. qui præterea allegat, Dd. in communi, in cap. fin. de elect.

Clariſſima Doctorum authoritates.

elect. In 6. ſpecialiter Roch. de Curte. Roman. Matthæ. Quadrigarium, & Franc. de Salerone. Quorum omnium, cum nemo ſit ne ipſe quidem Laymannus, qui diſtinguat inter deuolutionem factam ob negligentiam Collegij, & factam ob mortem omnium de Collegio, ſed eundem deuolutionis effectum vtrique tribuant, ſignum eſt, eiuſdem ſpeciei deuolutionem ab omnibus agnoſci. Vbi enim lex, vel Doctores non diſtinguunt, ibi nec noſtrum eſt diſtinguere, vt ait Cruſius q. 1. cap. 4. numero 5. per l. de precio. ff. de publ. in rem act. cum ſim. Et hæc quidem cõformiter Sacris Canonibus & rectæ rationi dicuntur; Ius enim eligendi, poſt mortem omnium de Collegio, habitualiter in Monaſterio relictum, totum eſſet fruſtraneũ, niſi eſſet, qui id in actum reduceret: Et quis ille alius, quàm Superior Beneficij immediatus?

66. Dixi in concluſione, *penes locum Regularem*, per noſtrum Asbeſtum ſuprà, num. 18. & 19. tale namque ius eligendi, ſpirituale eſt, & conceſſum Collegio eligentium, idq; intuitu loci, ſiue Monaſterij, adeoque inter iura realia computatum, à loco per merã perſonarum diſſolutionem facti, non poteſt auferri, niſi Monaſterium ſimul per rerum naturam, ſine ſpe reſtaurationis, deſtrueretur. Bald. in l. non ambigitur. ff. de legib. & ſenatuſconſ. numer. 3. Layman loco cit. & in Theolog. morali lib. 1. tract. 4. c. 23. nũ. 4. Dixi, *ea vice*, per d. c. ne pro defectũ, quia reſtituto Collegio, iterũ diſpoſitio Canonis electiua, ſibi locum vendicabit.

67. Dixi denique, *iure devoluto, non proprio Superioris*, adeoque nomine Eccleſiæ viduatæ, ſiue Collegij habitualis: Sic Archid. 9. q. 3. c. cùm ſimus. *Quando neceſſitas imminet*, inquit, *vtputa, quia* MORTUI SUNT OMNES *de Eccleſia, tunc Epiſcopus* (ſeu alius Superior, quaſi Epiſcopalem poteſtatem habens) *eliget*, NON NOMINE SUO, *ſed* NOMINE *dictæ* ECCLESIÆ. *arg. prædicti cap. ſi forte, ſecundum Innoc. qui ita ſentit. extra. de iure patron. c. poſtulaſti. Adde quod dicam* 18. *q.* 2. *luminoſus.* Idipſum docet Panormitan. & per eum Doctores: *Quæro tertiò*, inquit, cit. c. nullus in Eccleſia. nu. 10: *quid ſi omnes de Collegio ſint mortui? ad quem ſpectabit tunc prouiſio?* DOCTORES *in Clem. c. plerisq;. de elect. & Achid. in c. cum ſimus, 9. q. 3. dicunt, quòd ad Epiſcopum,* QVI ELIGET NOMINE COLLEGII. *Sed tu limita hoc dictum, quando ad ipſum pertinet ius Confirmandi electum à Collegio.* Eadem formalia. *Non nomine ſuo, ſed Eccleſiæ, &c.* exprimit cit. Innoc. d. c. poſtulaſti. Quam deuolutionem, ipſe Cruſius in 2. argũ. contra nos ſuperiùs allato, fatetur eſſe obliquam, ſeu iure deuoluto non proprio factam, Si Collegium ſuperſit in habitu. *Nihil nobis*, inquit, *obeſt Panorm. ſicut nec Rebuffus, nam vterque agit de eo caſu, quo Epiſcopus* NOMINE COLLEGII *eligit Prælatum; adeoq; agit de proviſione Collegij; quod vel adhuc actu eſt*, VEL HABITV. Atqui in noſtro caſu, adhuc Collegium HABITV ſupereſt, vt in Asbeſto docuimus. ergò.

Superior deuolutionis, vt eligit nomine ſuo, ſed nomine Eccleſiæ habitualiter perſeuerantis.

Ad argumenta in oppoſitum allata, R. ad primum agi hoc loco ſolùm de prælatura. Ad inſtantiam, *non dari in deſolato Monaſterio* 68.

electio-

Sufficit dari electionem directam in habitu.

electionem directam actiuam vel paſſiuam, dicimus propoſitionem veram eſſe, ſi de actu ſit ſermo; falſam ſi de habitu, ſeu habituali Electione utralibet. Certè ſi adeſſet electio actiua actu, adeoque ipſimet Electores demortui, quid opus eſſet deuolutione? Paſſiua quoque penes Ordinem alibi exiſtentem, remanet actu: penes Monaſterium verò deſtitutum, ſic remanet habitu, vt reſtaurato Collegio, per ſe reuiuiſcat. Interim, quia inter mortuos nullus eſt idoneus qui eligatur, & SOLUM, ſiue fundus, in quo conſeruatur huiuſmodi jus eligendi, incapax eſt utriuſq; Electionis ſubeundæ, ex alio Monaſterio DEBET ſuperior eligere talem, qui qualitates habeat vacanti Beneficio, & juribus relictis conſentaneas, ut paulò poſt, à nu. 74. ac deinceps viſuri ſumus.

Vnde abbas eligendus iure deuoluto?

Quòd autem Cruſius, ex malè allegato cap. Abbate. de verb. ſignif. Expeius infert, aliunde electum Prælatum, de nouo debere profeſſionem in loco emittere, Oeſtra Bremenſia ſapit; In cuius enim manus illa Profeſſio fiet, cùm nullus adhuc, præter ipſum, in Cœnobio Religioſus adeſſe ſupponatur? Num à ſe creandis primùm nouis Monachis, aut aliunde tantiſper aſſumptis hoſpitibus, Pater filiis, ſuperior inferioribus, Obedientiam promittere & vouere debet? Annon ſatis incorporatur deſolato Monaſterio per oblatam & acceptatam Electionem? cum ob ſolum effectum perfectæ incorporationis, in translato Canonicè Religioſo, Doctores nonnulli nouam profeſſionem requiri opinentur. Decius. in cap. præterea. de præbend. nu. 2. Quamuis nec eâ ſit opus, ſi aliunde de utriusque ſubſtantiali conſenſu, legitimè conſtet. Vide infrà, alleg. 66. 108. 457. & ſeqq.

Ad Confirmationem ℟. verum eſſe, quòd Electio deuoluta ſupponat jus proprium directum, in actu, vel habitu; ſed non requiritur, vt illud ius, apud Eccleſiam viduatam ſuperſit in actu; ſufficit in habitu, vt hîc. 69.

Ad illatam cauſalem, *Nam electio deuoluta non datur, niſi perſona intermedia; cui iure proprio ac directo competit eligere, uel jure non potuit, u. c. propter delictum; vel ſi potuit, tempus Electioni præſcriptum neglexit; uel ſi non neglexit, indignum elegit.* ℟. primo ex his tribus membris, ſeu impedimentis, primum omnino non dari: nã nullo iure prohibetur ab electione vllus eligens, propter delictũ. Sed bene propter Cenſuram aliquam, ſuſpenſionem, irregularitatem uel Excommunicationem &c. ℟. ſecundo. Neque ob huiuſmodi Cenſuras, ius eligendi deuolui ab eligente ad Superiorem, vt clarus eſt textus in c. quia diuerſitatem. de conceſs. præbend. quando eligens non eſt negligens in petenda abſolutione. Gloſs. Abbas, & DD. ibid. in uerb. ſuſpenſionis. ℟. tertio falſum eſſe, quòd non detur electio deuoluta, niſi in caſu eligentium indignum, aut infra debitum tempus eligere negligentium; nullo enim iure probari poteſt, aliunde non dari electionem deuolutam propriè dictam, ſeu obliquam, cùm duæ illæ deuolutiones in Canonibus expreſſę, non ſint ulterioris excluſivæ. Quòd autem Sacri Canones non faciant expreſsè mentionem iuris deuoluti per

Falſa eſt doctrina Cruſii.

K mor-

mortem omnium, cauſa eſt, quia *in notoriis, non eſt neceſſaria expreſſio.* Rota deciſ. 32. de reſcript. nu. 4. in nouis. inter quæ eſt, quòd ceſſante diſpoſitione iuris, res ad priſtinũ ſtatum reuertantur, per notata Gloſ. cit. & Dd. vbi ſuprà. Menoch. libr. 3. præſ. 33. n. 1. & præſumpt. 91. n. 61. Duæ uerò deuolutiones, in Decretalibus contentæ, (ſi eligatur indignus; uel non intra debitum tempus) meritò exprimendæ fuerunt, quia ſunt pœnales. Cruſ. q. 3. nu. 16. & pœna niſi declarata non incurritur, cùm ignorantem, lex ad pænam non obliget. *Lex enim, ad hoc ut ſuum effectum operetur, debet publicari, alias eam non ſeruans, non debet puniri. vt poſt Bald. Dec. Capol. & alios, reſpondit Roland. à Valle in conſil. 99. viſo ſtatuto. nu. 4. lib. 2.* vt inquit Ant. Maria Conatius lib. 3. de commun. opin. tit. 13. num. 7. Sic igitur alia ratio eſt deuolutionis naturalis, & alia deuolutionis pænalis, licet quoad effectum vtraque concurrat in proximo ſuperiore.

70. Obiicies; ſi ceſſante diſpoſitione Iuris, res ad naturam ſuam reuertitur, ergo Superior eliget iure proprio, & non deuoluto, quia & olim iure proprio eligebat. ℞. Ad id, vt quis iure proprio quidpiam agat, requiri vt habeat ius illud tam in habitu, quàm in actu. V. G. Hæres dum paruulus eſt, dominus eſt omnium, adeoque ius habet in habitu, liberè diſponendi de rebus propriis: Sed quia propter debilitatem iudicii, & ætatis pupillaris, cenſetur de iure incapax exercendæ diſpoſitionis, idcirco ſub tutoribus & actoribus eſt, qui de rebus illius diſponunt, non iure

Quia requiratur ad id, vt quis dicatur iure proprio aliquid agere.

proprio, ſed iure & nomine pupilli; Sicque patet, ius diſponendi rem eandem, poſſe eſſe apud alium in habitu, & apud alium in actu: prout etiam videre eſt in deuolutione pænali, vbi electores non priuantur iure eligendi in habitu, ſed tantùm exercitio in actu, pro ea uice. Quare cùm dicitur, quòd ius eligendi per mortẽ omnium deuoluatur ad Superiorem, redeundo in ſtatum priſtinum, intelligitur de ſolo actu ſeu exercitio; Ius enim eligendi habituale, ſecundùm Doctores hîc, & in Asbeſto multipliciter allegatos, conſeruatur in ſolo, ſeu fundo Monaſterii; Quod, cùm non poſſit eſſe penes duos in ſolidum, ſicuti nec dominium poteſt, fit vt ad Superiorem non plus deuoluatur, quàm ſimplex & vnicus actus eligendi: Ideoq; ſicuti Tutores nomine pupilli, & non ſuo, diſponunt; ita Superior eligit nomine pupillaris Eccleſiæ, in qua ius eligendi reſidet in habitu, quæque propter incapacitatem naturalem, vtpote carens anima rationali, habitûs iſtius actum producere nequit, ſed Superiore, ceu tutore opus habet, qui nomine Collegii habitualiter ibi conſeruari, actum electionis exequatur. Hinc fit, vt ſuperior eligat iure deuoluto, non proprio: cùm enim eligere iure proprio, & eligere iure deuoluto, ſibimet opponantur tanquã contraria, fieri nequit, vt contraria ſimul ſint in eodem ſubiecto; vnum enim excludit alterum.

Eccleſia, & pupillus æquiparantur. Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ult. collat. 9. & c. 3. iun. gl. v. iure minoris. de in integr. reſt. Dyn. in reg. 76. in 6. Compoſitio Pacis Diling. c. 7. q. 53. n. 50.

Ex quibus etiam conſtat, uerum eſſe, quod allegat. 472. dicturi ſumus, in collationibus Beneficialibus, deuolutionem directam, ſeu

Deuolutio directa, in rebus Beneficialibus Eccleſiaſticis locum non obtinet.

iure

iure proprio conſtantem, locum non habere; qualis alias de iure ciuili datur: vt, quando mortuo ſine liberis legatario, domino, vel hærede, &c. legatum, hæreditas, aliáue bona, ad alium in gradu propinquiorem deuoluuntur: Talis enim ſuccedit iure proprio ſibi competente, & non iure ſeu nomine defuncti, id quod in præſenti locum non obtinet.

71. Ad Minorem Cruſii, *proinde cùm in caſu hoc noſtro non detur electio propria & directa*; ℞. vtramque dari in habitu, eſto non in actu: *Nec dabitur electio deuoluta ſeu obliqua, cum conditionibus directa.* Negatur conſequentia: Imò hoc ipſo in huiuſmodi deuolutione includuntur conditiones directæ, quòd Superior intret in ueſtigia eligentium directè, ipſorumque nomine eligat, non ſuo. Vnde fit, vt & Collegium habituale Superiori, nomine Collegii eligenti, ſuas quoque leges & conditiones communicet, ſecundùm quas, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinando, procedere teneatur. Superior enim in hoc actu, merus eſt Executor, Tutor, aut Procurator, habitualis Collegii, à quo conditiones executionis intra certos cancellos accipit.

Superior deuolutionis intrat, in ueſtigia eligentium directè.

Diſſimulo hîc, allatum ſyllogiſmum, ſeu argumentationem Cruſii, quatuor terminos continere; inſtar ænigmatis à Sphinge quondam propoſiti, quod manè fuit quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes: Si ad Veſperum in eo formando Cruſius laborauerit, aut bipedem, aut tripedem, ſi non tripodem formabit.

27. ℞. ad ſecundum conceſsâ Maiore, minorem negari. infrà, alleg. 319. & 320 & pariter conſequentiam. Ad argumentationem ex hypotheſi dicimus, Panormitanum & Rebuffum Opponenti plurimùm obeſſe; agunt enim de ipſiſſimo noſtro caſu, quo mortuis omnibus Superior nomine Collegii eligit Prælatum; adeoque de prouiſione Collegii, non quod actu ſupereſt, (cum ambo ſupponant omnium de Collegio mortem) ſed quod habitu, vt hîc. Collegiũ autem tunc habitu ſolummodo ſupereſſe, quando adſunt Nouitii, inauditum eſt in Iure Canonico: ſic enim in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis ſæcularibus, mortuis omnibus, Collegium nunquam ſupereſſet habitu, nec daretur vnquam caſus Rebuffi & Panormitani, etiam poſitâ, non conceſsâ Cruſii ratiocinatione, quia tales carent Nouitiis: quos etiam infrà explodimus allegat. 164.

Inepta ſententia Cruſii de Nouitiis.

Quòd autẽ ſubnectit Cruſius, tunc ſolùm habitu Collegium ſupereſſe, ſi ſpes adſit iuridica ſimilis Collegii reparandi; tantundem eſt, ac ſi diceret, tũc ſolẽ oriturũ, ſi ſpes adſit ſecuturæ diei. Quaſi ſpes diei ſecuturæ, cauſa foret ſolis orituri: & non potiùs ſolis ortus, eſſet cauſa ſecuturæ diei, eiusq; ſpei. Verũ de his plura paulò poſt n. 107. Et ridiculũ ſanè eſt, quòd Cruſius Abbatem & Rebuffum interpretetur loqui de Nouitiis ſuperſtitibus, 75.
cùm neuter horum, uerbulo Nouitiorũ meminerit, imò & ipſi prorſus incapaces ſint vtriuſque Electionis. Secundo quòd dicat, ſpem iuridicam adeſſe similis Collegii reparandi, quando adhuc ſuperſunt Nouitii; cùm tamen Nouitii de iure valeant reſilire à Mo-

àMonaſterio,ſicq́; poſſint liberè uelle uel nolle Monachatum : Ob quam cauſam liberæ voluntatis in Conferente iure deuolutionis, Cruſius ſequenti nu. uerbatim exſcribendus, ſuâ q. 1. c. 1. n. 12. & 14. in fin. per Dd. ibid. alleg. & iterum q. 1. c. 2. n. 12. in fin. negat ſpem iuridicam in Monaſteriis deſtitutis ſupereſſe; adeoque ſeipſum hac Nouitiorũ frigidâ egregiè perfundit. Tertio deniq́; quòd Nouitios cit. loco comparet cũ ſponſis, qui iam ſponſalia contraxerunt, fideq́, inuicem datâ, Matrimonium futurum condixerunt; unde ſpem iuridicam naſci, rectè docet Bartolus d. loc. Quaſi etiam Nouitii, mox vt induuntur habitu Religionis, promittant & ſpondeant ſe infallibiliter euoluto probationis anno, profeſſionem ſolennem emiſſuros; ex qua promiſſione ſequi poſſit ſpes iuridica. Vnde enim iſta ſpes naſcatur (vt ipſe Cruſius ex Baldo docet) niſi *ex aliqua cauſa exiſtente de præſenti?* fol. 120. col. 1. *& partente ius ad illam?* fol. 98. Apud Nouitios autẽ, nulla eſt cauſa, uel promiſſio præſens, ſed futura libera, & valde incerta, quæ ſpem iuridicã nec fundare, nec ſuſtinere poteſt. Quis enim Nouitius contrahit quaſi ſponſalia cum Monaſterio quod ingreditur? quis eorum ſpondet, ſe uertente anno Religionem illam indubiè profeſſurum? & (ut Cruſius q. 2. ſ. 3. c. 3. nu. 6. ſomniat) quaſi matrimonium ſpiritale cum hoc Monaſterio initurum? Vide allegat. 63. infrà. Ob hos, ſimilesque in Muſæo Cruſii ſtridentes gryllos, Democrito noſtro riſum inhibere nequimus.

Cruſius inſulse comparat Nouitios Monaſteriorum cũ ſponſis.

Nouitii non ſpondent Profeſſionẽ in receptione habitûs.

Aulæ noſtræ latus ſeptemtrionale.

Electionem per mortem omnium de Collegio Eccleſiaſtico ad Superiorem deuolutam, non pendere à libero arbitrio & voluntate Superioris, ſed eſſe collationem neceſſariam, & alligatam qualitatibus fundationum, & Beneficiorum vacantium, ex ipſa deuolutionis intrinſeca natura, & unanimi Doctorum conſenſu ſolidiſſimè demonſtratur.

LIGATA LIBERTAS.

AB Aquilone Cruſio uenit omne malum, ibi enim iam olim ſuum collocare nitebatur ſolium, qui mendax fuit ab initio; nunc ſedem occupant, vrſa minor & maior, aſſidua uertigine viſibiliter agitatæ, inconſtantię Cruſianæ manifeſtum argumentum: qui cùm Doctorum tantis authoritatibus, *Aſtri* q. 1. n. 6. & ſeqq. allatis reſiſtere nõ poſſit, conuictus agnoſcit in deſtitutis Monaſteriis ſeu Collegiis, deuolutionẽ per mortem omnium, fieri ad ſuperiorem confirmantem, penes quem ſit diſponere de Monaſterio. q. 4. c. 2. num. 11 §. contra. Ait verò talem ſuperiorem iure proprio, non deuoluto conferre. q. 3. c. 3. nu. 11. & 12. q. 4. c. 2. nu. 9. Idcirco paſſim per Eclipſim affirmat huiusmodi ordinationem conſiſtere in LIBERA voluntate Superioris, vt poſſit eligere Regulares cuiuscunque Ordinis, prout ipſi viſum fuerit, ita vt ſola inclinatio voluntatis, ſit pro omni cauſa & motiuo. Idque docet q. 1. c. 1. nu. 12. *Qualis ſpes*, inquiens, *eſt, quæ directò pendet ab alterius voluntate: hac enim, cùm ſit cauſa libera, indeterminata, facit vt & incerta ſit* 74.

omni-

Cruſius vult ordinationem Monaſterii deſtituti, eſſe in libera voluntate Superioris.

omnino ſpes in ipsâ fundata, eò quòd aliter ſe habere poſſit, pro alterius voluntate. Atqui emortuus ante multos annos Collegis, ſpes Collegii ſimilis, de quo diſputamus, reparandi, eſt non iuridica & remota, cùm reparatio illius, fatente ipſomet F. Romano. q. 1. n. 6. & ſeqq. directè pendeat à Superioris voluntate, vt q. 3. & 5. oſtendetur. Eadem repetit ibid. num. 14. in fin. Quæſt. 1. c. 2. nu. 12. in fin. *In caſu noſtro*, inquit, *illius Monaſterii ordinatio, adhuc directè pendet à Superioris LIBERO arbitrio & voluntate, vt q. 3. & 5. probabitur. igitur.* Item q. 3. c. 3. n. 12. & q. 5. c. un. n. 1. ait: *Igitur poterit ea Monaſteria Superior LIBERE aliis alterius Ordinis Religioſis conferre.* Similia adfert num. 2. ibid. Verbum autem *liberè*, excludit omnē cauſam. gl. in c. dudum. verb. liberè de ſepult. Crauet. conſ. 122. n. 5. Pariſ. de reſign. benef. l. 5. q. 1. nu. 14. Petr. Ant. de petra. de iure quæſit. non tollendo. q. 8. principali. nu 13. fol. mihi 602. n. 15. Vbi tamen Cruſius, mox à ſuperiore deuolutionis, totâ illâ q. 5. vno impetu tranſilit ad Summum Pont. ac ſi omnia Beneficia deſtituta, ad ſolum Pont. Maximum, de iure deuoluerentur, isque vnicus Superior deuolutionis à Dd. nominaretur; q. 4. c. 2. n. 12. nimium confiſus illi dicto, *Roma vobis propitius ero.* Quòd autem teſtimonium meum falsò immiſceat, reſponſum accipiet inferiùs, allegat. 241. & 470.

75. Porrò, quibus fundamentis nitatur Cruſius, in hac ſua nimis liberâ aſſertione, non video; quandoquidem ſine lege & Doctorum anthoritate loquentem, non audiendū eſſe Mangionius ſuprà pronunciauit num. 47. Duobus tamen arbitror. Primo quòd exiſtimet Superiorem deuolutionis, eligere iure proprio, adeoque libero, non deuoluto, nec ullis conditionibus alligato: Id quod ante ipſum gradiens Layman, in ſua quoque nuncupata Iuſta defenſione præ-dixerat. ſed iſtud iam in Voluolo noſtro ſuperiùs auoluimus. Secundo quòd Ordo Religioſus non habeat ſpem iuridicā, ad Monaſteria deſtituta recuperanda. Eclipſ. q. 5. c. vn. n. 1. Verùm iſtud eſt auersâ prorâ nauigare; vt in Anchorâ mox viſuri ſumus.

Sed contrà eſt, quod dicitur Deut. 19. u. 14. *Non aſſumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores, in poſſeſſione tua.* & Deut. 27. u. 17. *Maledictus qui transfert terminos proximi ſui.* Termini autem Monaſteriorum vacantium, olim à Fundatoribus & Eccleſiâ poſiti, includunt ſolummodo perſonas eiusdem Ordinis & Religionis. ergò. 76.

℞. dicendum primo quòd Superior deuolutionis, tantum tempus habet ad faciendam Canonicam Ordinationem Monaſterii, quantum habebant primi Electores, ſcil. tres menſes, intra quos ſi negligat eligere, ius ad altiorem Superiorem deuoluetur. Eſt expreſsè Abbatis, in c. ne pro defectu. num. 3. & c. cùm acceſſiſſent. de conſtit. n. 1. Sumitur ex d. c. ne pro defectu, de el. & Dd. ibid. vbi hoc ſtatuitur in deuolutione pænali; adeoque ex rationis paritate, idem dicendum in deuolutione naturali. Nō enim idcirco ibi præſcribitur hoc trimeſtre, quòd deuolutio facta fuerit in caſu negligentiæ, &c. ſed ne diu

Superior deuolutionis habet tres menſes, pro facienda electione.

Monaſteria viduata permaneant: quod etiam locum obtinet, immò magis, mortuis omnibus de Collegio. Vnde, hîc non fit illatio à diuerſis, ſed à ſimilibus, cùm Canonis ratio præualeat vtrobique, & argumentum à rationis identitate deſumptum, apud omnes admittatur. Rota deciſ. 20. de præb. in nouis. Layman *Aſtri* Cenſur. 30. §. uerum. Et Cruſ. in Eclipſi paſſim. *Vbi enim eadem ratio militat, ibi idem ius ſtatui debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. in princ. ff. de V. O.* Menoch. lib. 4. præſ. 21. nu. 15. & ibid. præſ. 36. n. 35. & præſ. 191. n. 3. & præſ. 67. nu. 11.

77. Secundo Superior ad quem poteſtas eligendi deuoluta eſt, non poteſt iure deuolutionis aliũ eligere, quàm poterant eligere primi Electores; ſed tenetur eligere idoneum eiuſdem profeſſionis & inſtituti, u. g. pro Monaſterio Benedictino, Monachum Benedictinum, & non alium. Hæc concluſio rectà ſequitur ex præcedenti Voluolo, à nu. 67. præſertim n. 71. quia talis Superior intrat in ueſtigia directè eligentium; ipſorumque nomine eligit, non ſuo. *Qui autem in alterius locum ſuccedunt, eo debent iure uti, quo ille vti debebat. reg. is qui. de reg. iur. in 6. Ioh. Andr. in Mercur. in reg. contra eum. de reg. iur. in 6. Alb. in l. contrahenda, illo tit. Roman. in repetit. l. ſi uerò. §. de uiro. fallent. 20. ff. ſol. matrim.* vt ait Rebuff. tract. nominat. q. 8. nu. 12. adeò, vt etiam Papa conferat deuoluta vt Ordinarius: Rota deciſ. 3. de offic. leg. nu. 4. in nouis. Conſentit Azor. p. 2. 78. inſtit. moral. lib. 6. ca. 27. *Octauò,* inquiens, *quæritur, an cùm — ius conferendi Beneficium ad alium deuoluitur, tranſeat cum iis omnibus conditionibus, quas habet? Reſpondeo tranſire, QVIA res cum ſua cauſa, actione & iure transfertur. &c. Quapropter ſi quis conferre debet alicui ex CERTA FAMILIA, uel gente, uel loco, is etiam ad quem ius eſt deuolutum, ei conferre, IPSO IVRE COMPELLITVR.* Hæc Azorius. Vnde & Panorm. in 79. c. vnic. Clem. de ſuppl. negl. prælat. *Succedens in poteſtate conferendi*, ait, *NON poteſt LIBERE conferre cui uult; ſed cùm ſuccedit in ius illius, DEBET vti eodem iure quo ille: & ſic DEBET conferre talibus perſonis, quibus primus tenebatur conferre. Vide text. not. quem ſemper menti tenebis hic, iuxta gl. in uerb. religioſis. & idem tenet Paulus de Leaza.* Hæc Abbas. Gloſſa marginal. uerb. Religioſis. clem. vn. de ſuppl. negl. præl. *Poteſtas,* inquit, *in conferendis Beneficiis deuolutis, modificatur & regulatur, ſecundùm poteſtatem ipſius inferioris, vt quibus ipſe conferre non potuiſſet, ſimiliter nec poſſit Superior. Translationes enim de perſona in perſonam, fiunt cum ſua cauſa, & ſuis qualitatibus modis & conditionibus. vt l. Caio. Scio. ff. de alim. & cib. leg. & l. legatum ſub conditione. ff. de adi. leg.*

Qualem perſonam debeat eligere Superior deuolutionis.

Papa confert beneficia deuoluta vt Ordinarius.

Valer. Reginald. lib. 30. tract. 3. ca. 17. num. 254. *Deuolutionem*, ait, *fieri cum qualitatibus & PERSONIS, quæ erant in prima collatione, vt ſi Beneficium deberet conferri alicui, de genere fundatoris, DEBET quoque is ad quem ius conferendi fuerit deuolutum, tali conferre.* Hæc ille. 80.

Et ſic collatio NON EST LIBERA apud eum, ad quem deuoluitur, ſed 81.

tranſit

Collatio non eſt libera. *tranſit cum ſuo onere. vt clem. vn. de ſuppl. negl. præl.* inquit Rebuffus. de collation. §. ſi quis uerò. uerb. qui eisdem perſonis. Et idem rurſus tract. nominat. q. 8. nu. 11. & ſeqq. *Ecce ergò*, inquit, *quomodo Superior iure deuoluto, tenetur eisdem conferre perſonis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. Igitur ſi Beneficium erat conferendum Regularibus per primum conferentem, Religioſis debebit conferri per ſecundum, ad quem eſt facta deuolutio. &c. alioqui non ualebit collatio in contrarium facta. quia ius eligendi tranſit. cum eadem qualitate. Rom. ſing.* 478. *&c. vtpote ſi Religioſus S. Benedicti debebat eligi, & nullus inuenitur idoneus ibi, tunc ex alio Monaſterio aſſumi debet alius. arg. c. ne pro defectu. de el. & not. in cap. cùm ſingula. de præb. in 6. &c. Et hoc procedit tam in primo Collatore, quàm in eo, qui iure deuoluto confert. c. graue. de præb. & ibi not. &c. NAM SVPERIOR CONFERENS, NON POTEST ALITER CONFERRE, QVAM NATVRA BENEFICII REQVIRAT.* Conferens non poteſt aliter conferre, quàm natura Beneficii requirat. *Io: de Selua. in tr. de beneficiis. in 3. part. q. 49. & Boer. in addit. ad Mendag. tr. de elect. c. 1. in fin. primæ partis.* Hucuſq; Rebuff. qui eandem doctrinã tradit in tract. deuolutionum. n 40, & alibi.

82. Firmatur à Panorm. in c. poſſeſſiones. de reb. Eccleſ. non alien. *Nunquid Superior*, aiente, *ad quem eſt deuoluta poteſtas prouidendi, --- poſſit Eccleſiis Regularibus prouidere de ſæcularibus. Et hodie hæc quæſtio eſt deciſa in clem. quia regulares. de ſuppl. negl. præl. vbi dicitur quòd NON. Et eſt ille textus notabilis, quòd ſuccedens in locum negligentis,* (idem non-potentis, & mortui) DEBEAT PROVIDERE ILLIS PERSONIS, *quibus tenebatur ipſe negligens. Et hoc poteſt allegari* GENERALITER; *vt poteſtas nõ ſit maior penes eum qui ſuccedit, quàm penes primum qui neglexerit. Et facit ad multa.* Hæc Abbas. *Nam ſubrogatus, debet cenſeri eodem iure cum alio, in cuius locum ſubrogatur : hinc eſt, quòd* TENETUR *eligere de illa Eccleſia, &* HOMINES ILLIVS QVALITATIS, *ſicut tenebantur eligere Electores.* ait idem Panorm. in d. c. ne pro defectu. de elect. nu. 5. Qui eandem doctrinam ſæpius tradit, nominatim in c. cùm in Magiſtrum. ibid. nu. 1. *Is ad quem fit deuolutio*, inquiens, *ex negligentia*, TENETVR *eligere, ſeu promouere homines* ILLIVS QVALITATIS, *cuius erant adſtricti primi Electores.* NAM *homo alterius profeſſionis, uel habitus, non poteſt eligi in Abbatem. vt in clem. 1. eod. tit. & tene menti illum textum ſingularem.* Hæc ille.

Barboſa in c litteras. de ſuppl. negl. præl. n. 5. *Superior*, inquit, *ad quem eſt deuolutum Beneficium*, DEBET *prouidere, habenti qualitates à Fundatore requiſitas, vt plures referens tradit Perez de Lara. de anniuerſ. & capellan. lib. 2. c. 10. n. 27. Quia natura Beneficii mutari nõ debet. Cephal. conſ. 358. nu. 8. vol. 3 Hieron. Gabriel. conſil. 185. n. 2. vol. 2.* 83.

Natura Beneficii mutari non debet.

Et iterum Abbas in c. cùm ex iniuncto, de nou. op. num. 5. *Secus eſt*, inquit, *ſecundum Innoc. vbi ex facto alicuius Tyranni, uel ab hoſtibus vna Eccleſia deſtrueretur, ſeu ciuitas, quia tunc retinet omnia priuilegia, & Cleri-* 84.

Cleri ei poſſunt ſe appellare Canonicos, & ETIAM EIS MORTVIS, ALII IN EORVM LOCVM SVBSTITVENDI SVNT. 23. *diſt. in nomine Domini. &* 7. *q.* 1. *paſtoralis. quod BENE NOTA.* Eadem habet in cap. gratum. de poſtul. præl.

Gloſſa in c. ſtatutum. de elect. in 6. verb. Collegiatas: *Dico breuiter*, ait, *quod ſi Collegium deſinat ibi eſſe, puta Canonicorum morte, locum habet Decretalis, quia ALII HABENT SVBSTITVI, & ſi hoc non faciunt hi, ad quos primò pertinet infra debitum tempus, ad Superiorem deuoluetur, & ſic de ſingulis vſq; ad Papam.---, Si autem deſtruatur Collegiũ Superioris auctoritate, tunc non habebit locum Decretalis.*

Anton. de Butrio, ad d. c. 2. de nou. op. nu. num. 4. idipſum concludit, vbi ſuprà. dum ait. *& etiam OMNIBVS MORTVIS, alii loco eorum DEBENT ſubrogari.* Quod ipſum toties repetita uerba ſignificant, *DEBENT, OPORTET, ſubſtituendi ſunt, habent ſubſtitui, debent ſubrogari, &c. nam uerbum OPORTET, ſapit præceptum. l. 2. C. de iureiur. & per Bart. in l. admonendi. ff. eod. tit.* Abb. in c. quia contingit. clem. de rel. dom. nu. 9. Et *uerbũ DEBET, importat neceſſitatem.* Rota deciſ. 179. nu. 1. apud Iohan. Bapt. Coccinum. Menoch lib. 5. præſ. 47. n. 9. Abb. in c. cùm ſuper. de cauſ. poſs. & propriet. nu. 13. & *uerba OPORTET, DEBENT, non ad facultatem Iudicis, ſed ad ueritatẽ DEBITI referuntur, & omnem omnino actionem comprehendunt.* l. 37. iunctâ gl. l. 168. l. 178. ff. d. V. S.

Verba oportet, debent, *referuntur ad debitum.*

Ad relatiuum *alii*, quod ſpectat, licet illud Cruſius impugnare laboret, ſtupâ tamen, ignis impetum comprimit; nam *Alius, alia, aliud, eſt relatiuum præcedentium, CVM EADEM QVALITATE, & implicat ſimilia.* prout expreſsè docet Rota deciſ. 544. apud. Oliu. Beltramin. nu. 9. & deciſ. 444. n. 3. apud Ioh. Bapt. Coccinum. & ibi addit. uerb. alio. deciſ. 1. de reſcr. in nouis. Felin. in c. ſedes. de reſcript. in uerſic. dictio alius. nu. 6. Abbas in c. officii. de pænit. & remiſs. & in c. mulieres. de ſent. excommun. adde text. cum gl. in l. in bonæ fidei. C. reb. cred. gl. & Dd. in Clem. 1. uerb. alii. de reſcript. Idque procedit regulariter, niſi materia ſubiecta aliud importet, vt pluribus videre licet infrà, allegat. 144.

Relatiuum Alius, *eſt relatiuum præcedentium cum eadem qualitate, & implicat ſimilia.*

Rota Romana deciſ. 203. nu. 7. apud d. Coccinum. *Quod debetur*, inquit, *certo generi perſonarum, extra illud dari non poteſt.*

85. His omnibus accedit Paulus Layman in qq. canon. de præl. elect. nu. 10. *Deinde*, inquiens, *GENERALITER aiunt, quòd Prælatus ad quem ius eligendi, aut conferendi deuoluitur, ſecundum naturam & conditiones Beneficii conferre DEBEAT.-- SICVTI IN FVNDATIONE EXPRESSVM EST.* Teſtimonium hoc uerum eſt; & *ſemel emiſſum volat irreuocabile uerbũ*, vt ſuprà, n. 23.

Layman pro nobis pronunciat.

Vincentius Filliucius eiusdem Soc. tom. 2. qq. moral. tract. 41. c. 5. nu. 23. *Dico ſecundò*, ait, *dari aliqua Beneficia requirentia certum Ordinem, quo qui carent, ſunt inhabiles ad illa Dd. in cap. dudum 1. de elect. & alii citati à Garcia nu. 40. & ſeqq. Azor. lib. 6. cap. 8. Ratio, quia Fundator eorum, potuit fundationi addere tale*

onus

onus; præſertim quia eſt conforme iuri.

86\. Nicolaus Garcias tract.de benef. tom.2.part.7.c.15.n.1. *Cùm ſint aliqua beneficia,quæ ex fundatione, inſtitutione, ſtatuto, conſuetudine, ſint debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ILLIS, & NON ALIIS, ſunt conferenda huiuſmodi beneficia,vt notũ eſt. Vnde eorum collatio dicitur NECESSARIA. vt ſuprà dictum eſt,part. 5.c. 7.nu.73. --- quam conditionem rectè poteſt Fundator,ſeu teſtator apponere.* n.3. ibid. *Et ſic huiuſmodi conditio, & forma in fundatione appoſita, eſt omnino ſeruanda in prouiſione beneficii.* nu. 4. *Et aliter facta præſentatio ſeu prouiſio, de non habente QVALITATEM prædictam,eſt inualida.*nu. 6. Eadem tradit Felinus conſil. 41. nu. 6. quia *uirtus contractûs, non ſe extendit ad alium caſum, quàm ad expreſſum.l.ita ſtipulatus §.Griſogonus. ff.de V. O. Cod. de probat. l. ad probationem.*Capell.Tholoſ. in Summario. q.458. num.2.

Collatio Abbatiarum eſt neceſſaria.

87\. Iterumque Garcias cit.tom. 2. p 5. c.7.n.73. *Illa collatio,*inquit, *eſt* NECESSARIA,*quæ eſt debita certæ perſonæ,ſeu certo generi perſonarum. Rebuff. in praxi. tit. de collation. nu.* 1. *& d. q.* 14. *de nominat.nu.*131. *aliàs.*79. *& ſeq. & aliis locis ſupracit. Petr. Greg.de ben. c.39.n.3. Puteus deciſ.100.nu.3.libr.3. & deciſ.235.lib.2.* Et num 74. *Vt eſt dictum,ad hoc vt collatio* NON *dicatur* LIBERA *ſed* NECESSARIA, *ſufficit, uel quòd ſit debita certæ perſonæ,uel ſaltẽ* CERTO GENERI PERSONARVM, *facit l.vnum ex familia. §.1. de legat.* 2. *etiamſi pluribus concurrentibus, poſſit Epiſcopus gratificari cui uult. Illa enim ex neceſſitate pertinere dicuntur ad Epiſcopum, quæ originem trahunt à facto alieno,& ad quæ cogi poteſt etiã nolens, vt bene declarauit Petr.Greg.de benef.c. 39.n.3. Rota in Abulenſi Parochiali.*24. *Octobr.*1594.*apud d.Garciam* 5.*part.c.* 5.*num.*93.

Quæ collatio dicatur neceſſaria, & non libera.

Ex allatis igitur Doctoribus & Iuribus,concluditur, quòd Electio ſeu prouiſio noui Abbatis in Monaſteriis deſtitutis, à Superiore deuolutionis facienda,non ſit libera, ſed NECESSARIA. Idque ex duobus fũndamentis. Primo ex ipſa intrinſeca ratione deuolutionis: Nulla eſt enim differentia, ſiue deuolutio fiat ex negligentia, ſiue ex delicto eligere debentiũ, ſiue ex fortuito caſu expulſionis, aut mortis omnium; quia vis iſtius obligationis,alium illius QVALITATIS ſubſtituendi,non oritur ex causâ datâ deuolutioni, ſed ex ipſa intrinſeca natura & medullâ deuolutionis canonicæ; *res* quippe ſemper *tranſit cum ſua cauſa.* l. alienatio. ff. contrah. empt.l.traditio.de acquir.rer.domin. Et *ſubrogatum debet ſapere naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.*l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. facit.leg.1. ff. de ſol. Viuian. in c. un. de ſuppl.negl. præl. in 6. Ancharan. n. 6. Secundo ex prouidendi Beneficii ſpecie & qualitatibus; quia Superior aliter prouidere non poteſt, quàm natura Beneficii requirat; cuius qualitatibus,etiã accedente Patronorum conſenſu,poſt Conc.Trid.Epiſcopus derogare non poteſt. Conc.Trid.ſeſs. 25. c.5.de regular. & ibid. Declarationes Cardinalium.uerb.qualitates,per quod ſublata eſt facultas, de qua Dd. in c. cùm acceſſiſſent. de conſtit. vbi 88.

Res tranſit cũ ſua cauſa.

Duæ cauſæ, cur collatio talis,non ſit libera. Bonum eſt duabus niti anchoris.

L Abbas.

89. Abbas. n. 5. Vnde etiam poſito, non conceſſo, quòd talis Superior conferens, hodie conferret Monaſteria, iure non deuoluto, ſed proprio; tamen ex iſta cauſa ſuperſtitis Beneficii, & ex hoc c. Concilii, &. c. 21. ibid. & c. vn. de ſuppl. negl. præl. in 6. teneretur conferre Regularibus perſonis, eiuſdem Ordinis expreſsè profeſſis: ac niſi hoc faceret, præter ipſam nullitatem actûs, & priuationem eiuſdem, poſſent ſe illius Ordinis Religioſi opponere, & de iniuria ſibi, ſuiſque fundationibus illatâ conqueri; & ipſo iure deuolueretur Electio ad alium Superiorem, propter electum inhabilem, ſeu incidoneum, quem ipſa inhabilitas æquiparat indigno, imò facit indignum. iuxta gl. in c. vn. de præb. & dignit. extrauag. uerb. minus idoneus. vbi etiam ait, tam conferentem, quàm ita recipientem, peccare mortaliter, per iura ibid. alleg. c. cùm cauſam. de el. Layman. in qq. Canon de prælat. elect. q. 62. Liberum quidem eſt Superiori, vndecunque ex Ordine tali, deligere Prælatum: Et ſic eſt aliqua LIBERTAS; ſed quia hæc ad vnum certum Ordinem, ex duplici titulo ALLIGATA eſt: ideo non habet liberum volatum; adeoque in duplo eſt LIGATA LIBERTAS: & talis conferens, non dicitur præſtare beneficium, cùm exhibeat debitum; & eiuſmodi collatio eſt actus neceſſitatis, ac de iure debitus. arg. Rot. deciſ. 240. n. 12. & 13. apud Oliuer. Beltram. Nec obſtat, quòd aliquando dicũtur largè huiuſmodi beneficia donari, c. cùm acceſſiſſent. de conſtit. & c. quia diuerſitatẽ. de conceſſ. præb. id enim intelligitur, quoad indiuiduũ perſonæ; non quoad ſpeciem uel familiam Ordinis. Et ſic argumenta Cruſii in contrarium, ſi quę ſunt, uel ſponte ſua corruunt, uel ſolutione non indigent, quia nihil ſtringunt, & plus habent oſtentationis, quàm rei.

Illud tamẽ in ipſo minime diſſimulandũ eſt, quòd cùm nos in *Aſtro* docuerimus, omnibus è Collegio mortuis, ius eligendi ad immediatũ Superiorem deuolui, qui tam iure deuolutionis, quàm ratione qualitatũ & naturæ Beneficii obligatus ſit, conferre Abbatiam homini eiuſdẽ qualitatis, profeſſionis & Regulæ. Cruſius q. ſua 1. c. 1. n. 12. & c. 2. n. 12. contrariũ ſuſtinens, nos ad ſuæ Eclipſeos q. 3. & 5. remiſerit, promittẽdo, ſe nobis ibi ſatiſfacturũ. Sed coruina hæc eſt ſponſio: Ea namq; quæ q. 3. proponit, mox in Anchora diſcutiemus leuiora plumis. Quæſt. uerò 5. arbitrati illum conformiter ſuæ promiſſioni, noſtro ſenſui reſponſurum, videmus eũ repente à Superiore deuolutionis, vno ſaltu, ad Summi Pont. abſolutã poteſtatẽ tranſilire, ibiq; c. vnic. talem mox formare concluſionem in tit. *Quòd Pontifex bona deſtitutorũ Monaſteriorum, aliis alterius Ordinis Religioſis, ſeminariis conferre* POSSIT. Quo capite, quæſtiones collocat ſequentes. Videli. nu. 4. Primo *an Pontifex talia Monaſteria, alterius Ord. Religioſis dare* POSSIT. Secundo n. 5. *Qua poteſtate alterius Ord. Religioſis, talia Pontifex cõferre* POSSIT. Tertio nu. 8. *An & qua poteſtate talia Monaſteria Pont. Clericorũ ſeminariis applicare* POSSIT. Quarto n. 9. *Vtrum iuſta intercedat cauſa, quando Monaſteria quadã Monialiũ, talibus Seminariis conferũtur*. Quinto n. 10. *An quando his caſib. fit translatio Monaſteriorũ,* cenſe- 90.

Cruſius uno ſaltu à ſuperiore deuolutionis tranſit ad poteſtatem Summi Pontificis.

cenſeātur voluntates defunctorū mutari, uel uerò per Epykiam interpretari.

Omnibus his quæſitis, iam in *Aſtro* abundè ſatisfactū eſt; Quæ de nouo Cruſius hîc inſpergit, aliud non ſunt, quàm falſæ Iurium & Dd. allegationes, inferiùs in ipſo horto Cruſiano, in Solem producendæ.

91. Sed amabò, cur Cruſius in luce non ambulat? cur non agnoſcit iuris communis diſpoſitionem? cur illo neglecto, Superiorē deuolutionis prætérit? cur adulatoriè per ſaltum, pleno impetu, ad poteſtatis Papalis plenitudinē fertur? cur hanc quæſtionem ab actu Superioris, ad potentiā Summi Principis euocat, niſi quia diſpoſitionē iuris communis ſubterfugere, & immediatis ac mediatis Superioribus Prælatis, Abbatibus, Epiſcopis & Archiepiſcopis, ius deuolutionis à Sacris Canonibus conceſſum, auferre cupit, ſperans Romę ſibi Deū magis fore propitiū? id quod nō eſt Epiſcopos defendere, ſed ſpoliare. Satis p ſe notū, & inter Catholicos indubiū eſt, nec niſi exercitii gratia in ſcholis controuertitur, quòd Sum̄us Princeps, ſuo loco & tempore, ſaluis ſaluandis, ob legitimā neceſſitatē, non tantùm rem propriā, ſed & alienam ad ſubditum ſpectantē, in aliū vſum transferre poſſit: Ita vt huiuſmodi quæſtiones, ſint uel otioſæ, uel ad inuidiam & captionē antiquorum Religioſorū concinnatæ, ac ſi hîc de Principum honore (cui nemo bonorū reſiſtit) ageretur, quemq; Ordines illis uel negarent, uel in dubium vocarent, vt hoc mantello, quæſitū proprium commodū, fortè commodius tegatur.

Cruſius uult ſubterfugere ius commune.

92. Poſſent viciſſim etiā proponi quæſtiones aliquę. Vt primo an ſi Societatis vocationi, effectus & induſtria non vbiq; reſpondeat, Summus Pont. POSSIT aliqua Collegia pro bono publico alteri Ordini ad maiorem Dei gloriam conferre. Secundo an & qua poteſtate Pontifex in transferendis eiuſmodi Collegiis vtatur. Tertio quādo propter Collegiorum multitudinem, ſi, quod Deus auertat, aliqua noua hęreſis è Societate oriretur, ſicut olim Lutherus ex Auguſtianis, & illa propter omnimodam exemptionem Societatis, eiuſq; propriū Monarchicū regimen, à locorum Ordinariis non poſſet compeſci, (quam ipſiſſimā cauſā ſubitò exuberantis Lutheraniſſimi fuiſſe, Laymannús ingenuè fatetur in ſua Iuſta defenſ.) an ad præueniendū huiuſmodi malum, poſſit Pontifex aliqua Collegia dare antiquis Ordinibus, etiam non exemptis, & à quibus, propter independentiam inter ſe, & tot ſæculorū in Eccleſia vtiliſſimè pręſtitos labores, nihil ſimile timendum.

Iuſta defenſionis fol. 337.

Quarto an in ſimilibus caſib. & trāslationibus, cenſeātur voluntates Fundatorū mutari, an uerò p benignā interpretationē potius declarari. Quinto an ad huiuſmodi falſas Societatis doctrinas, de Monaſteriorū extinctione, & p importunitatē extortas Principū interceſſiones, expediat Eccleſiæ Catholicæ, Monaſteria contra Concordata Germaniæ, in antiquorū Ordinum nihil delinquentium irreparabile præiudicium, ad Societatem mox transferre, alterâ parte nō auditâ. &c.

Certè non virtus, ſed furor eſt, omnia facere quæ potes; ac ſaltē prudentiæ lex docet, nō omnia eſſe facienda quæ quis poteſt, nō omnia dāda 93.

 quæ

Non, quicquid Principis poteſtati permittitur, iuris mox neceſſitati ſubmittitur.

quæ quis habet, nec omnia quæ ſcit dicenda eſſe: neque enim quicquid Principis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubiicitur l. nō quicquid. ff. de iudiciis. l. 1. C. quomodo & quando Iudex. l. ſæpe. cum ſeqq. ff. de offic. præſid. Nec omne quod licet, honeſtum eſt. l. non omne. ff. de reg. iur. & l. ſemper in conuentionibus. eod. tit. l. ſemper. ff. de ritu nupt. Quin etiam

Obſeruat prudens hanc munificentia legem,
Ne quod dat meritis, ſubtrahat immeritis.

Cruſii ſententia in iure inaudita eſt.

In quo etiam Cruſius magis adhuc exorbitat, dicendo, tranſlationes huiusmodi Monaſteriorum, adeoque extinctiones antiquarum fundationum & ea quæ largitione fidelium, ad certum Religioſorum vſum piè deſtinata ſunt. cap. quia contingit. Clem. de relig. dom. à Pontifice LIBERE in alium vſum, & alterius Ordinis Regularibus conferri, adeoque ultimas teſtatorum ſeu Fundatorum voluntates, pro libitu mutari poſſe; nam vt ſuprà dictum, uerbum LIBERE excludit omnem cauſam. Quæ ſententia, in Iure inaudita eſt, & talis, quæ ne pro adulatione quidem in Curia Romana acceptabitur, cùm ſit ſcandaloſa, piarum aurium offenſiua, vlteriorum fundationū impeditiua, iuri naturali & gentium, teſtatorū & Fundatorum libertati, Sacris Canonibus & Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 6. de reform. contraria, adeoque apertè falſa. Vt etiam Paulus Layman, iuſt. defenſ. fol. 374. *Vltro fatemur*, dicat, *uiolari ius gentium, atq; eſſe contra naturalem æquitatem, ſi pia legata aut quomodocunque à Fundatoribus diſpoſita ad certum vſum pium, aliò ſine iuſta cauſa applicentur. quod etiam rectè docuit Vincent. Filliucius.* Eadem docet Card. Mantica, tr. de coniect. vlt. uolunt. libr. 11. tit. 7. n. 19. allegans d. Clem. & Bald. conſ. 287. ad fin. vol. 2. vbi addit. *Fauorabilibus perſonis & cauſis ſic debitores ſumus, vt aliis iniuſtitia non committatur. c. ex tenore. de foro comp. & c. nuper. de donat. inter vir. & uxor.* Vide Petrum Ant. de Petra. de iure quæſit. non tollendo, per tot. nominatim cap. 32. dubit. 2. principali. nu. 45. Molinam tract. 2. de iure & iuſtit. diſp. 29. Adam. Conzen lib. 6. politic. Bellarmin. in admonitione ad Nepotem. in ſexta controuerſia. de multiplic. benef. S. Bernardum in libr. de conſiderat. ad Eugenium Papam. Vinc. Filliuc. Io. de Caſtillo, Sarmient. Riminald. Simonem de Prettis, Crauettam, Deciſiones Rotæ Rom. alioſq; claſſicos authores. Hinc & Menoch. lib. 1. præſumpt. q. 1. num. 22. ait. *ſpectandum non eſſe, quid Romæ actum fuerit, ſed quid agi, fieriq; debuerit.* per l. ſed licet. ff. de offic. præſid. Coraſ. li. 2. miſcellan. iuris. c. 5. n. 3. Sed iam ad Anchoram tranſeamus.

Aula Eccleſiaſticæ paries Occidentalis.

Ex præmiſſis inferimus, & clarè demonſtramus, Ordines Regulares antiquos, habere etiamnum ſpem Iuridicam, certam, ac proximam, ſua Monaſteria deſtituta vbiuis terrarum reparandi; eaq; perperam à Cruſio nominari EXTINCTA. Denique illo in amicitiam recepto, reflexione facta ad Concordata Nationis Germanicæ, ab Aula digreſſi,

greſſi, Hortum Cruſianum intramus.

ANCHORA.

94. Symbolum ſpei eſt; quòd Nautæ fluctibus tempeſtatis iactati, ad Anchoram confugiant, qua eiectâ, nauim eodem loco ſiſtunt, donec felicior nauigandi ſe offerat occaſio: Vnde *ſacram anchoram* prouerbio dicimus; & Spei pictores aut ſculptores, anchoram triuncam Virtuti adiungunt. De *ſpe iuridica* nonnihil hîc acturi, libenter id ſymboli ſuſcipimus; nauigantibus enim nobis, in alto Canonicarum quarundam reſolutionum Oceano, non modo uentorum procellæ ſunt infeſtæ, ſed & piratæ funibus inſidiantur, quibus anchoræ appenſæ ſpem ſalutis integram nobis fouent ac tuentur. Quos inter ſubitis Aquilonibus actus aduolat Cruſius, myoparone, ſeu naui prædatoriâ uectus, rectà anchorarium petens: quem tamen breui ſuccubiturum ſperamus, quòd nauē regat, quingentis & ampliùs foraminibus perforatam. Is in prorâ ſua, loco Magnetis, quo nauem dirigat, perpetuam *Aſtri inextincti* ſeruat Eclipſin, ac præter nauigantium morem, tenebris regitur, vt mirum non ſit, hominē enormiter impingere, nec uidere, Celocem, qua uehitur, iamiam præ copiâ illabentis marinæ, ſubmergendam. Spem noſtram iuridicam ad deſtituta Monaſteria reparanda, totis viribus quaſſat, ad vſque ſudorem; ſed quando ad manus uentum fuerit, timidus retrocedit, continuis congreſſibus inſuetus. *Pro monſtro eſt, quando qui ſudat, tremit.* ait Plaut. in aſinaria.

Anchora ſymbolum ſpei eſt.

Quæſt. 3. ſuæ Eclipſeos titulum ponit: *Vtrum Ordo habeat ſpem iuridicam, certam, ac proximam, bona Monaſteriorum emortuorum occupandi*; Iterum non de Monaſteriis, ſed de *bonis Monaſteriorum* ſolicitus eſt Cruſius, forſitā quia ipſi Monaſteria *bona* non ſunt. Nos autem ſpem Iuridicam in Monaſteria proſequimur; recuperato enim equo, etiam frænum & ephippium, & phaleras, & bullas, & ſtapedes, & antilenam & poſtilenam habebimus. Verùm, diſſimulemus volenti ſuum errorem, & pariter procedamus, num in Cretam, quod ſuſpicor, fortè ſecum nos ſit abducturus viſuri.

Spes, inquit, *ICtis duplex eſt; alia IVRIDICA, fundata uel in exigentia ſubiecti, uel in iure ad rem, ſeu in praua aliqua cauſa, aut titulo præſente. Bald. in proœm. ff. col. 2. ex Bart. in l. vxor. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult: Alia* VANA, *non iuridica (qualis eſt quæ directò pendet ab alterius voluntate; hæc enim cùm ſit cauſa libera, indeterminata, facit vt & incerta ſit omnino ſpes in ipſa fundata.* q. 1. Ecli. c. 1. nu. 12.) *Petrus Ant. de Petra. in tract. de iure quæſit. non tollendo. c. 30. n. 35. 36. 37. 38. & c. 23. in princ. n. 74. ex Aretin. & Roman.* Eclipſ. q. 3. nu. 1. 95.

Cruſius nobis negat ſpem iuridicā in Monaſteria deſtituta.

Hoc poſito fundamento, duplex poteſt formari quæſtio. 1. Vtrum hic ex parte ſubiecti, ſeu Collegii emortui, competat aliis eiuſdem Ordinis Monachis ſpes Iuridica reparandi, & bona eiuſdem Collegii occupandi. 2. Vtrum ex parte tituli, vt ex cauſa acquirendi dominii & poſſeſſionis, detur ſpes illis Iuridica Collegii reparandi, & dicta bona obtinendi. Ead. q. 3. n. 2. 96.

Primo de priori palam eſt, quod nulla Ordini ampliùs ſuperſit ex parte ſubiecti 97.

ſpes iuridica, cùm ne vnus quidem ex Collegis illis Religioſis ſuperſit, per quem poſſit reparari Collegiũ, perinde ac nullo ex gregis legato ſuperſtite, ſpes illius inſtaurandi, eſt nulla & extincta. § *grex legatus. Inſtit. de leg. Conſequenter nec ex parte ſubiecti erit Ordini ſpes iuridica, bona illa occupandi.* Ibid. n. 3.

98. *De poſteriori manet difficultas Iuridicã ſpem Ordini aſſerit F. Romanus, q. 1. n. 53. Vanam illi negat. Nos contrà, Ordini ſpem Iuridicam negamus, Vanamq́; illi concedimus.* Ibid. n. 4.

Porrò c. 2. eiuſdem q. ſua proponit argumenta Cruſius: *Quia Ordini*, inquiens, *nec ex fundatione teſtata, uel inteſtata, nec ex Sacris Canonibus, nec aliunde cõpetit ius in Monaſteria. ergò. Conſequẽter nec ſpes iuridica. Antecedens de fundatione teſtata probatur, quia in literis fundationis nihil eſt cautum, quid in caſu, quo omnes in Monaſterio inſtituti, nullo ſubmiſſo morerẽtur, ſit de bonis Monaſterii faciendũ. Si alii Monachi haberent ius ex fundatione teſtata, eſſet ideo, quia alii eſſent ſimul in teſtatoris voluntate inſtituti, uel ſubſtituti, uel Collegatarii. Nihil horum à F. Romano probari poteſt. Non primũ; quia Inſtitutio eſt ſucceſſionis primo gradu à teſtatore facta deſignatio; & quæ ſit in gradu vlteriori, in locum deficientis ſucceſſoris, vocatur ſubſtitutio. Atqui alii aliorum Monaſteriorum, non ſunt cũ emortuis primo gradu deſignati ſucceſſores. Nõ ſecundum. Quia ſi alii Monachi eſſent ſubſtituti, eſſent uel ſubſtituti directò uel obliquè. Neutrum. Non directo, patet, quia ſi eſſent ſubſtituti directò, vtique ſubſtitutione vulgari: non enim alia hic ſibi locum uendicat. At non uulgari, quia ſubſtitutio uulgaris expirat, quando directo inſtitutus, adit hæreditatem. Non obliquè, ſeu per fideicommiſſum, quia. &c.*

Mirabiles ueſpæ Bremenſes.

Fortè dices, Fideicommiſſum familiæ eſſe factum. Nota, variè à Dd. fideicommiſſum familiæ accipi. Primo vt veniunt qui mortis tempore in domo teſtatoris fuerunt. Vnde poſt propinquos dicuntur etiam uenire gener, & nurus. Secundò vt ex illo admittuntur, qui nominati ſunt, & qui ex his primo gradu procreati ſunt. Tertio vt fideicommiſſum familiæ ſimpliciter relictum ordine ſucceſſiuo. Diſſident autem Dd. inter ſe, vtrum ordo ille ſucceſſiuus, tantùm ſeruandus in linea recta, an etiam in reliquis lineis. ℞. *Primo ego demonſtrabo illud familiæ non ſimpliciter, ſed pro hoc loco relictum. Vnde reliqui, fidei commiſſo excluſi habentur. Quin etiam poſito. &c. non ideo tamen alii Monachi fideicommiſſaria ſubſtitutione erunt ſubſtituti; ſed hi, qui in hoc Monaſterio inſtitutis ſubſtituti, tanquã deſcendentes eorum habebuntur, non uerò alii collaterales. Deniq́; nec tertium, quod alii ſint horum defunctorum COLLEGATARII. quia iis nec coniunctim, nec diuiſim eadẽ res eſt legata. Non coniunctim; cùm ipſi nec ſint coniuncti uerbis, nec rebus.* 99.

Crabrones Cruſiani.

Quodſi dixerit, ex fundatione apparere, eſſe legatum familiæ. ℞. *Illo caſu idem ſtatuendum eſſe, quod de fideicommiſſo familiæ. Vide Graſ. Huc accedit, quòd quando teſtator legat aliquid ſimpliciter familiæ, intelligatur de his qui ſunt in domo, non de aliis. Vnde ſi teſtatores legarunt aliquid ſimpliciter familiæ S. Benedicti, vtique intelligendi ſunt* 100.

Oeſtra Cruſiana.

ſunt legaſſe iis, qui ſunt in hac domo, non uerò aliis, maximè cùm literæ fundatorū doceant, eiuſmodi legata pro Fratribus ſub regula S. Benedicti eo in loco procurandis, uel famulantibus facta fuiſſe.

101. *Deinde alii ex aliis Monaſteriis, nec ex fundatione inteſtata vllum ius obtendere queunt. Nam hanc F. Romanus non videtur agnoſcere. Quodſi tamen hanc etiam dari, uelit concedere, illa uel erit per donationem inter uiuos, uel mortis cauſa. Non prima. &c. Non ſecunda &c. Vnde relinquitur, aliis aliorū Monaſteriorū Monachis, aliquod ius ad dicta emortuorū eiuſdem Ordinis Monaſteriorum BONA, nec ex fundatione teſtata, nec inteſtata competere.*

102. *Deniq; ex nulla lege uel Canone, id poteſt oſtendi, quoad illa BONA. Ergo nec Ordo poteſt dici ius habere in Collegiorum eiuſdem Regulæ emortuorum à ſe inuicem non dependentium BONA. Conſequentia probatur, quia ORDO concretè ſumptus, nihil aliud dicit, quàm omnia ſimul Monaſteria eiuſdem regulæ. Igitur ſi omnia ſimul non habent ius in Monaſteria emortua eiuſdem regulæ, etiam nec Ordo in illa eadem ius habet.* Hucuſq; laborioſè Cruſius; qui & ſimilia adfert. q.6.c.2.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſtolus, *Spes non confundit.* Rom.5. ℞. dicendum.

103. In Monaſteriis deſtitutis, per mortem omnium de Collegio, ſiue per violentiam hæreticorū, Turcarum, Saracenorum, aliorumue, ſupereſt hodieque SPES IVRIDICA reparationis, quamdiu Monaſteria per Superioris authoritatem, legitimè ſuppreſſa non ſunt; homineſque eiuſdem qualitatis & Inſtituti, cuius olim demortui erant, reperiuntur.

Spes iuridica nobis vtique ſupereſt reparādi Monaſteria deſtituta.

Hæc concluſio ſequitur ex hactenus dictis, eamq; tenet inter alios Franc. Suarez, ſuprà nu 23. allegatus, & lib.8. de legib.c.5.n.7. *Quando locus,* inquiens, *non eſt ex inſtituto dirutus, ab habente ius & poteſtatem, cenſetur permanere in iure, & SPE.* Eadem enim ratio militat pro perſonis, quæ pro loco; & vice verſâ, vt ſuprà viſum. Ad cuius intelligentiam præmittendum, nos principaliter hîc non loqui, de reparatione materialis Eccleſiæ, ſeu ædificiorum Monaſterii nonnullibi collapſorum; hanc enim, poſita reſtitutione, ibique locorum, ex prouentibus annuis ipſius Monaſterii, facilè intra paucos annos fieri poſſe, nemo eſt qui rationabiliter dubitare poſſit, cùm ſpes huiuſmodi reparationis, innitatur certis prouentibus, qui quotannis ſunt præſentes & ſtabiles. Sed ſermo nobis eſt, de reparatione Monaſterii, quoad formam actualem reinducendam. Spei proinde in *Iuridicam* & vanam diuiſionem & definitionem, à Cruſio ex Dd. allatam acceptamus. Secundo acceptamus ſimiliter, quòd dicat q.3. n.1. nos hîc agere de ſpe, *non vt eſt paſſio appetitus ſenſitiui, ſed vt ſpectat ad habitū appetitus rationalis*; quod fieri poteſt dupliciter. *uel formaliter ſcil: uel obiectiuè. Formaliter, & eſt ipſe actus elicitus ſperantis, boni ardui abſentis obtinendi: Obiectiuè, eſt res ipſa arduè obtinenda, cauſis præſentibus ab obtinendum innixa. Atq; de hac obiectiua, quæ formalis uel habitualis nituntur, ambo agimus,* teſte Cruſio.q 3.n.1.

Sermo eſt de reparatione Monaſterii, quoad formā actualem reinducendam.

Spes & pes vnâ litera differunt, & pedē ſpes habere debet pręſentē, certum, non lubricum, nō arbitrariū, ſi iuri-

Spes pedem habere debet, cui inſiſtat.

iuridica uelit haberi. *Talia* enim *futura, quæ ſe habent ad eſſe & ad non eſſe merè contingentis, non ſunt ponderanda, quia non habent ſpem in aliquo uero actu, de præſenti iure fundato, ut ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſciendum. §. penult. & ff. de in litem iurando. l. 1. & ff. ex quibus cauſis maior. l. Iulianus. & extra. de iniur. c. in noſtra.* Rota in nouis. deciſ 25. ſub n. 3. in fin. de reſcr. *Quando autē ex alia cauſa præcedente, oritur ſpes firma de certo effectu, trahente conſequentiam neceſſariā, ad cauſam ipſam de proximè producendo, habetur perinde effectu ſecuto, ac ſi tēpore cauſæ fuiſſet iā productus. ut ff. ad l. Aq. l. huic ſcript. §. 1. & in l. ita vulneratus in princ. clarus textus in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infect. perinde enim eſt, uel iam de præſenti eſſe, uel de propinquo futurum fore. ut probatur per ea, quæ leg. & not. ff. de mino. l. 3. §. 1.* Rota deciſ. 21. n. 4. de præb. in nouis. Vbi in additionibus ad hanc regulam, quòd *paria ſunt, aliquid eſſe in actu, uel eſſe proximum ad actum*, allegantur undecim Dd. *Spes* enim *attenditur, quia quod eſt in ſpe, quaſi indubitatum cenſetur in actu. & ideo mulier cenſetur domina dotis, aut rei, quæ eſt in ſpe domina. arg. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. ſi fundus. C. de iure dot. l. in rebus, & ad hoc uidentur omnes concordare.* Rota deciſ. 11. nu. 3. de iure patron. in antiquis. Petr. Ant. de petra, de iure quæſ. non toll. cap. 30. nu. 46. 58. & 74. Prout in ciuilibus quoque, *qui in utero eſt, pro nato habetur, etiam in doctrina feudali. Afflict. in c. 1. nu. 22. de eo qui ſibi uel hæred. ſuis. Piſtor. 2. q. 35. nu.* 11. apud Hermann. Vulteium lib. 1. de feudis. c. 9. nu. 49. ante fin.

Deciſiones Rotæ oſtendunt bonum ius. *Rota dec. 524. n. 4. ap. Oliu. Beltr.*

Paria ſunt, aliquid eſſe in actu, & eſſe proximum ad actum.

Qui in utero eſt, pro nato habetur.

His prælibatis, demonſtramus huiuſmodi ſpem, in caſu noſtro ſupereſſe. Tunc iuridica ſpes adeſſe & haberi cenſetur, quando adſunt omnia ad huiuſmodi ſpem conſtituendam requiſita. At in præſenti caſu Monaſteriorum deſtitutorū, adſunt omnia ad huiuſmodi ſpem conſtituendam requiſita. ergò. Aſſumptum probatur. Ex *Asbeſto* noſtro conſtat, in Monaſterio deſtituto vacare & ſupereſſe de præſenti, omnia antiqua Beneficia Regularia, dignitates, iura & priuilegia Collegialia & realia; Et hæc ſunt primum requiſitum, in quo ſe ſolidè firmat primus vncus ſeu dēs Anchoræ noſtræ Iuridicæ.

Probatur noſtra ſpes iuridica.

Secundo conſtat ex noſtro *Voluolo*, ius eligendi per mortem omnium de Collegio, deuolutum eſſe ad proximum Superiorem; qui, vt *Ligata libertas* docuit, duplici vinculo obligatus eſt de præſenti, intra trimeſtre proximum, legitimè non impeditus, ſub pæna amittendi iuris deuoluti, Monaſterio deſtituto ſeu uacāti prouidere de Prælato, priſtinæ qualitatis & Ordinis. Et hoc eſt alterū requiſitū, in quo ſe firmat alter ūcus Anchoræ.

Tres anchoræ noſtra dentes.

Tertio adſunt de præſenti hodie in magna copia, Religioſi illius Ordinis & qualitatis, cuius vni prouidere tenetur Superior: Atque iſtud eſt tertium requiſitum, cui ſeſe tertius dens Anchoræ noſtræ profundiſſimè immergit; quia Ordine toto per rerum naturam, uel Superioris authoritatem extincto, mox euaneſcerent reliqui duo dentes, nimirum Beneficia Regularia talis & talis Ordinis, & eorundē deuolutio; extincto enim fine, ceſſarent media, vt ſuprà dictum.

Principali ſublato, etiā acceſſoria ad illud ſublata cenſentur. *Rota. deciſ. 1. de appell. n. 2. in nouis.*

nu.17.& 19. Conſequenter ſtantibus omnibus, adeſt hodie ſpes iuridica, certa & proxima, tale Monaſterium intra trimeſtre reparandi; cum præter hæc tria, nihil aliud ad reparationem faciendam, de jure requiratur. Et prorſus mirabile eſt, quòd & Paulus Layman in Cenſuris Aſtri inextincti. loco.1. §. aliqui. aſſerat ſpem reparationis juridicam, vnà cum OMNIVM DE COLLEGIO MORTE ſubſiſtere; per illa verba; *Diſcrimen videlicet eſſe inter hos duos caſus, quorum vnus, ſi ſacrum Collegium diſſolutum ſit, ſine ſpe reparationis, vt ſi per Superioris ſententiam ſit extinctum: Alter, ſi diſſolutum ſit, cum ſpe reparationis, VIDELICET, ſi PER MORTEM OMNIVM COLLEGIATORVM eſſe deſierit*: Et Cruſius idipſum paſſim, num. 106. allegandus aſſeueret. Et tamen dicere non poſſint, quando & vbi hæc ſpes, poſt mortẽ omnium perſeuerans, eſſe deſinat, & quid in cauſa ſit, quod expiret. Nẽpe errantes *in circuitu ambulant*, & ſtimulis acti, modo negãt, modò affirmant quæcunq; occurrũt. Dicat Cruſius cãdidè, per quid opinetur, ſpẽ iuridicã reparationis in Monaſterijs deſtitutis extinctam fuiſſe: reſponſum accipiet luce dignum. Id ſi dicere non poterit, ſilentium pro noſtræ doctrinæ conſenſu interpretabimur.

Spes iuridica reparationis, ſubſiſtit vna cum morte omnium de Collegio.

105. Nec obſtat violenta hæreticorum, Turcarum, paganorum, Saracenorũ, aliorumve detentio; Hæc enim, cùm ſit facti ſolùm, & non juris, ſicuti Monaſterijs & beneficijs Eccleſiaſticis, non potuit auferre vel extinguere ſuas dignitates, jura & privilegia; nec impedire juris devolutionem, & exinde natam conferendi obligationem (cũ hæc omnia merè ſint ſpiritualia) nec denique perſonas illius Ordinis alibi exiſtẽtes, vt oculis patet; ita nec ſpem juridicam objectivam, his tribus baſibus & fundamentis radicaliter infixam, potuit auferre vel extinguere; quantumuis aliquot ſæculis duraret hæc captiua viduitas. Prout etiam cõtingit in ſpe juridica futuri Matrimonij inter ſponſos, de qua Bart. in d. l. ſi vxor: nam licet poſt hujuſmodi ſponſalia, ſponſus det nomen militiæ, vel ab hoſtibus captiuus abducatur & detineatur pluribus annis, ſpes tamẽ illa Matrimonij, tempore non perit, donec in alterutra perſona correlatiua, talis fiat mutatio, quæ ſpem juridicam omnino tollat. Hîc autem in tribus noſtris correlatiuis ſpei juridicæ terminis & requiſitis, nulla vnquã fit mutatio, etiam data captiuitate. Nã primo Dignitates, beneficia, & jura Monaſterij, nõ extinguuntur, niſi authoritate legitima Superioris, vel per rerũ naturam, vt ſuprà demonſtrauimus. Neutrum hîc factum. Secundo. Nec perit aut moritur dignitas, cui inhęret jus electionis deuolutum, quantumcunq; ipſius indiuidua quottidie pereant. gl. in c. quoniam. de offic. & pot. jud deleg. verb. ſubſtitutum. Abbas in c. quia de judic. n. 10. & in d. quoniam. l. 4. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. c. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. vbi omnes. 12. q. 2. c. liberti. 65. Tertio. Nec Ordo Religioſus moritur vnquam, licet vna perſona Dignitatis vel Ordinis alteri ſuccedat.

Non obſtat violenta hæreticorum detentio.

Mutatio voluntatis non præſumitur, etiamſi longum tempus interceſſerit. Rota deciſ. 156. n. 6. ap. Oliueri. Beltraminum.

In triplici fundamento noſtræ ſpei iuridicæ, nulla vnquam fit mutatio.

106. Quæ cùm ita ſint acceptamus libẽter omnia, quę nobis, obtenta jam ſpe juridicâ, Cruſius (in amicitiam redire cu-

Cruſius herbã nobis liberaliter porrigit.

cupiens) liberaliter, & ſpontè, vrgente ſeu ſcientia, ſeu cõſcientia tribuit. Fatetur enim vltrò, ſi ſpes Iuridica reparationis adſit, poſt mortem omniũ de Collegio. Primo Collegium non eſſe extinctum. Eclipſeos fol. 7. col. 1. & 2. Secũdo ſed habitu manere. fol. 8. col. 2. in fin. Tertio Canonias & præbendas Monachales, extinctas non eſſe. fol. 19. col. 1. ante med. Quarto. Congretationem & Dignitatem Abbatialem, potius dormiuiſſe, quam extinctã eſſe. fol. 23. col. 1. in fin. fol. 24. col. 1. ante med. Quinto Corporalia priuilegia, ideſt, quæ Collegio, ſeu Corpori perſonarum ſunt conceſſa, etiãſi nullus ſuperſit, conſeruari, nec extingui. fol. 29. col. 2. poſt med. Sexto. Ius mytræ non eſſe extinctum. fol. 32. col. 2. conſequenter illud non competere Patribus Soc: Ieſu. Septimo Monaſterij bona, non eſſe vacantia. fol. 35. col. 1. poſt init. & col. 2. poſt init. Itemque fol. 40. col. 1. in fin. & fol. 42. col. 1. & 2. 8. Eccleſiam particularem (ideſt ipſos parietes.) eſſe dominam bonorum Collegij demortui. fol. 36. col. 2. ante med. Nono Ordinẽ S. Benedicti habere, jus, aut dominium in bonis Collegij Monaſterij. fol. 68. col. 1. poſt med. 10. Genitiuum ORDINIS, ſignificare dominium, fol. 72. col. 1. poſt med. 11. Ad immediatum Superiorẽ, deuolutione obliqua, deuolui, ius eligendi Prælatũ. fol. 120. col. poſt med. & col. 2. in med. 12. Monaſteria debere manere per Regulares ejuſdem Ordinis ordinata, iuxta c. inter quatuor. de relig. dom. fol. 127. col. 2. in med. 13. Perinde haberi, ac ſi Collegium ibi fuiſſet reſuſcitatum; cum paria ſint, aliquid iam eſſe, vel ſaltem de proximo ſperari. l. pen. ff. de milit. teſt. Cruſ. fol ſuo. 10. col. 1. in fin. 14. Eiuſdem Religionis & Ordinis homines, in talib. Monaſterijs, ſubſtituendos, & ſubrogandos eſſe, cuius olim erant demortui. fol. 196. col. 2. in med. iuncto fol. 187. col. 2. in princ. Hæc aliaque plura, poſt mortem omnium de Collegio perſeuerare, nec extincta eſſe, Cruſius conſtanter affirmat, ſi ſpes juridica illud reparandi adſit, adeoque palmam & herbam nobis totaliter porrigit: Confeſſio enim propria, eſt probatio probata. l. ult. C. de fideicommiſſ. l. generaliter. C. de non num. pec. Grammat. deciſ. 36. num. 66. Crauet. conſ. 61. nu. 3. & & conſ. 171. num. 4. Socin. Iun. conſ. 39. num. 18. vol. 2. Et ipſa facit notorium. c. vlt. de cohab. cler. & mul. Et confeſſio, præualet omnibus alijs probationibus in contrarium. Rota deciſ. 357. num. 3. & 7. vbi ampliatur, etiamſi teſtes ſint mille. deciſ. 434. n. 14. apud Oliuer. Beltramin. ſuperius etiam allegata. Adeoque Cruſio nil amodò ſupereſt, quam vt recantatâ palinodiâ, portentoſam ſuam Eclipſin flammis injiciat, & Vulcano conſecret, ac fulgens *Aſtrum* irreuerberatis oculis deinceps aſpiciat; quod libenter eum facturum ſperamus, maximè poſteaquam Hortum Cruſianum diligenter perluſtrauerit.

Cruſius hæc nobis liberaliter porrigit.

Cruſius totū nobis concedit.

Confeſſio propria, eſt probatio probata.

Qui præterea in eo quoque multum impegit, quòd identidem dixerit, *Collegium, eiuſq; iura & priuilegia, &c. non eſſe extincta, SI ſpes iuridica reparationis ſuperſit,* ac ſi ſpes iuridica in cauſa eſſet, quòd Collegium, eiuſque iura ſupereſſent; cùm contrarium ſit verum; nempe ſpem iuridicam id- 107.

Cruſius antilenam, poſtilenæ loco applicat, & vice verſa.

eo

eo ſupereſſe, quia Collegium eiuſque iura adhuc habitu ſuperſunt; hæc enim quia habitualiter exiſtunt, radix ſunt & fundamentum iuridicæ ſpei, naturaque priora, quàm ſpes; ſicuti cauſa prior eſt ſuo effectu, radix vel cæpa ſuo flore. Vnde cùm dico; Si dies eſt, lux eſt: Vel: Si luna lucet, non eſt extincta lux Solis: argumentum erit à poſteriori, ab effectu ad cauſam; non enim ideo lux eſt, quia dies eſt; nec ideo Sol lucet, quia luna micat; Vera tamen eſt vtraque enunciatio, ſi coniunctio SI, intelligatur ſpecificatiuè, quoad concomitantiam exiſtentiæ; falſa autem ſi cauſaliter. Sic & prædictæ propoſitiones Cruſianæ, intellecto illo SI concomitanter, veræ ſunt, nunquam enim dies eſt, quin ſit lux; & hoc ſenſu à nobis acceptantur; intellectà verò dicta coniunctione cauſaliter, (vt Cruſius velle videtur) omnes ſunt falſæ, & frænum Cruſius equo, poſtilenæ loco applicat. Quam nouam equitandi inuentionem vbi didicerit, nondum compertum habeo. Spes enim non eſt radix, ſed flos, debetque habere fundum, ſeu baſin, aut radicem cui inſiſtat, quandoquidem iuxta Rotam. Bal. & Cruſ. ſupracit *fundatur in aliqua cauſa exiſtente de præſenti.* Ad argumenta in contrarium allata

Spes fundatur in aliqua cauſa exiſtente de præſenti.

108. ℞. ad primũ. Adeſſe vtiq; nobis ex titulo primę fundationis, ſpem iuridicam reſtaurandi Monaſteria per mortẽ omnium deſtituta, fundatam, vt diximus, Primo. In exiſtentibus, & nondũ extinctis Dignitatibus, beneficijs, & iurib. Benedictinis. Secundo. In deuolutione electionis ad proximũ Superiorem, eiuſdemq; obligatione, talia Beneficia Regularia, non niſi Regularibus eiuſdem Ordinis conferendi. Tertio. In exiſtẽtia ſubiecti idonei, ſeu finis Cui; quippe cũ ſuperſint hodieq; Fratres ſub Regula S. Benedicti, qui eo in loco, Canonicè vocati, procurari, Deoq; famulari poſſunt ac debent: nec requiritur per ullos Canones, vt tale ſubiectum ſit in ipſo Monaſterio deſtituto, id n. hîc implicaret in terminis; ſufficit, ſi alibi inveniri poſſit, c. inter quatuor. de relig. dom Abb. & Dd. ibid. na & aliunde Abbas aſſumitur, ſi non eſt idoneus in loco, c. ne pro defectu. de elect. nedum omnibus vita functis; cæteriſq; paribus quilibet ex Ordine S. Bened. eſt ſubiectum aptũ, in quòd cadere poſſit, (in vnum verò debet) eiuſmodi Monaſterij Ordinatio. Debet verò talis Regularis primũ à Superiore deuolutionis Deum præ oculis habente, eligi: Et quia ſic elect⁹, ſine licentia ſui Superioris, electioni conſentire nõ poteſt; ſic debet pariter per Eligentem, à ſuo Superiore poſtulari. gl. in c. nullus. de elect. in 6. verb. eligatur. Laymã. in qq. Canon. de prælat. elect. q. 189. & 191. Poſteaquam verò Electus licentiam ſui Prælati obtinuerit, ex eo tempore habet integrum menſem, ſeu 30. dies, ad deliberandũ, an electionem ſibi delatam acceptare velit; aliaq; iuxta iuris communis diſpoſitionem Laym. ibid. q. 200.

Recapitulatio ſupra dictorũ.

Ad gregem quod attinet, nimis eũ coarctat Cruſius; non enim quilibet manipulus gregis, conſtituit gregem aut exercitum. Sint in oppido centũ ciues, quorũ quiſq; decem oues domi ſuæ alat: Hæ mille oues, vnicũ gregẽ conſtituunt, cũ ab vno paſtore ad paſcua educantur & regãtur. Caſu cõtingit, vt vni ciuiũ, ſuę decem moriantur, manetque afflicto homini ſua domi 109.

caula (vt Cruſius loquitur) emortua: Grex nōdum extinctus eſt, de eodem enim grege ſuum ouile reſtaurare poterit ciuis afflictus. Sic Ordo S. Benedicti vnicus grex eſt, Paſtorē & Inſtitutorem habens S. Benedictum. Hinc Venerabilis Beda, ejuſdem Ordinis Monachus Anglus, & Eccleſiæ Doctor eximius, natus anno Domini circiter. 673. in homilia de S. Scholaſtica Virgine, ſorore S. Benedicti, ante fin. ſic exclamat. *Exulta Benedicte Pater Sanctiſſime Patrum, Doctor dulciſſime Doctorum, quia conſummatis operibus ſanctis, pariter congaudetis ſuper regna polorum; Intercedite* PRO VOBIS COMMISSIS, *poſtulate pro nobis afflictis, rogate pro noſtris delictis, &c.* Ac paulò pòſt, factâ ad ſolùm S. Benedictum apoſtrophe: TU PASTOR ES, inquit, *nos verò* OVES; *audi balatus* OVIUM TUARUM, *trahe nos poſt te, & veniamus ad te, vt illic vera* PASCUA *inveniamus, vbi ſunt vera gaudia ſempiterna.* Hæc Beda. Vnde malè ſubſumit Cruſius, deſtitutus alicubi vno vel pluribus Monaſterijs, nullam de hoc gregeupereſſe ouem, per quam poſſint mandræ deſolatæ reſtaurari; quarum adhuc multa millia ſupereſſe, cùm ſua conſolatione, tota experitur Europa.

S. Benedictus, eſt ſuarum ouium paſtor, nos oues vnicũ gregem conſtituimus.

110. Quia tamen hoc loco eadem eſt ſubalternatio gregum & paſtorum, qualem de dominio tradidimus in Aſtri q. 1. num. 60. & ſeqq. ita vt non modò S. Benedictus, ſed etiam quilibet Abbas ſuorum Monachorum Paſtor nominari queat (vnde & à Græcis Archimandritæ nominantur: ſicut & quilibet Parochus, paſtor eſt animarũ ſibi commiſſarum) licet talis paſtor & oves, reſpectu altioris paſtoris S. Benedicti, ſint tantum pars integrans, faciantq; unum gregem cum toto Ordine: prout verò reſpiciunt Chriſtum Dominum, magnum illum Paſtorem ouium, aut eius in terris Vicarium, S. Petri in Romana Cathedra ſucceſſorem, cui oues paſcendæ commiſſæ fuerunt, ſic iterum confluunt in gregem vniverſaliorem, & ſunt pars integrans illius vniuerſaliſſimi gregis omnium fidelium, vbi de facto eſt vnum ouile & vnus paſtor: Si, inquam, taliter Cruſius ſumere nos velit gregē vnius Monaſterij deſolati; priuſquam textum illum juris ciuilis, § grex. legatus. Inſt. de leg. contra nos validè vſurpet, debebit demonſtrare, in ovium mandris, à quadrupedibus etiam poſſideri fundata beneficia & titulos, iura & priuilegia gregi, veluti Collegio conceſſa, acceptata & vſurpata; Ius item deuolutionis ab ouibus cum paſtore ſuo emortuis, ad immediatum Superiorem, & quidem ius (vt Cruſius nominat) obliquum, ſeu jure devoluto translatum. Si hæc & ſimilia æquè ouium gregi, ac Eccleſiaſtico Collegio competere demonſtrauerit, cauſa noſtrâ libenter ſuccumbemus. Sin' horũ nihil docere quiverit, cogitet huiuſmodi applicatione juris civilis, ad jus Canonicum, ſe tantundem nobis perſuaſurum, quantum Equiti, cui, diſuaſis calcaribus, remos in manus tradere voluerit, eâ ratione ductus, cùm proſint prouehendæ ſuæ myoparoni, proculdubio etiam equo impellendo profuturos. Sed quàm præpoſterè! A diſparibus non fit illatio, vt per ſe notum eſt. Rota deciſ. 470. num. 9. apud Oliver, Beltramin.

Grege terna

Præpoſtera Cruſii allegatio §. grex legatus.

Ad

III. Ad ſecundum negatur antecedens: Ad cuius probationem, quod in literis fundationis nihil ſit cautum, quid in caſu, quo omnes in Monaſterio inſtituti, nullo ſubmiſſo, morerentur, ſit de bonis Monaſterij faciendum. ℞. Iam ſuperiùs num. 22. nos dixiſſe, quomodo Cruſius ibi, viginti & ampliùs Doctores culpando dixerit, eos non agere vt Theologos, nec vt Iure Conſultos, ſed vt Rhetores, quòd fictionem iuris in fundo Eccleſiarum & Monaſteriorum, ipſo contrarium tenente, admiſerint; quæ tamen vt quælibet alia fictio juris, ſemper fundata eſt in æquitate. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 35. de vſucap. & tradunt ibidem omnes Dd. vt ait Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. num. 9. Ita nunc incipit accuſare Fundatores Monaſteriorũ, quaſi adeò deſides & negligentes, imo imprudentes fuerint, vt non cauerint in literis fundationis, quid faciendum de fundatis ſuis bonis, caſu quo omnes in Monaſterio morerẽtur. Fortè nec Fundatores Collegiorũ Societ: Ieſu, nec Eccleſiarum Parochialium hactenus ſatis in hac re cauti fuerunt: Vnde eâdem cenſurâ â Cruſio ferientur. *Inſcitia, mater eſt arrogantiæ.* Fundatores Eccleſiarum, prævideruntvtique fieri poſſe, idque de facili, vt omnes è Collegio à ſe introducto morerentur, nullo ſuperſtite relicto: quem caſum neceſſe non fuit in fundatione exprimere, quia quęcunque ſingillatim non expreſſerunt, iuris communis diſpoſitioni (cuius ignari fuiſſe, minimè cenſendi ſunt) reliquerunt. Ius autem cõmune diſponit, per mortem Beneficiatorum, Beneficia vacare, non extingui. Et bona taliter vacantium Eccleſiarum poſſideri ab ipſis erectis Beneficijs & Eccleſijs. Rota deciſ. 1. de reſtit. ſpol. in nov. nu. 4. & 5. & Dd. ſupra cit. nu. 22. Vnde mortuo Abbate, vacat Monaſterium, nec extinguitur; & ſi deinde ſucceſſiuè moriantur etiam reliqui de Capitulo, plus non extinguunt ſinguli, quàm concreatos ſecum titulos non numeratos, & iura ſua meriſſimè perſonalia: Titulos autem Abbatiæ, Prioratus, Cuſtodis Cellerarij, ſimiliumq; Adminiſtrationum, & jura Collegialia, ſeu realia, non extinguunt, vtpote perſonis morientium non affixa, aut cohærentia. Quo caſu docent jura, rẽ ad naturam ſuam reverti, & jus Electionis actiuæ ad Superiorem deuolui, qui debeat intra proximum trimeſtre, alteri ex eodẽ Ordine de Monaſterio deſtituto providere; per quod omnia in antiquum circulum revertuntur, vt dictum eſt. Vnde *qui dicere potuit quod non dixit, cenſetur id reliquiſſe in diſpoſitione Iuris communis, quia facilè ſibi fuiſſet id dicere, l. vnica. §. vbi autem legatarij. verſ. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. c. inter corporalia. de translat. pralat.* Rota deciſ. 48. nu. 4. apud Coccinum: Ipſeque Fundator *cenſetur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris.* Rota ibid. deciſ. 67. num. 17. per Bald. in l. 2. in fin. C. de condit. inſtir. Ruin. conſil. 169. nu. 7. lib. 2. id quod fatetur Layman in Indice Cenſurarum; *Fundator*, inquiens, *ſi nihil ſpecificè exprimat, cenſetur diſponere conformiter iuri communi, ſiue Sacris Canonibus.* Non tamen dubitamus, Fundatores, quorum voluntas olim magis factis, quàm verbis declarabatur, Menoch. lib. 1. pręſump. q. 19.

Cur in literis fundationis nihil cautum, quid in caſu, quo omnes in Monaſterio ſunt mortui, faciendum.

Quicquid non expreſſerunt Fundatores, iuris communis diſpoſitioni reliquerũt.

q.19.nu.1. omnia & ſingula expreſſuros fuiſſe, ſi præuidere potuiſſent, ſuperuenturos, qui ſuas fundationes & ius commune contrauerterent.

112. Cætera quæ ſubnectit Cruſius de fundatione teſtata & inteſtata; de Monachis inſtitutis & ſubſtitutis, vel Collegatarijs; de ſubſtitutis primo, & non primo gradu; directo, vel obliquè; ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria; de fidei commiſſo familiæ in domo teſtatoris, vbi poſt propinquos etiam veniat gener & nurus; de illis qui ex talibus primo gradu procreati ſunt; de linea recta, & obliqua; de deſcendentibus & collateralibus; de donatione inter vivos, vel mortis cauſa; aliaque quæ cit. q.3. & q.6. paſſim ex iure ciuili laborioſe conſarcinauit, plumbo ſunt hebetiora, nihilque prorſus ad rem faciunt, cum à diuerſis non fiat illatio. Rota deciſ. 179. num. 1. apud. d. Coccinum, & Ius Canonicum à iure ciuili ſibi leges huiuſmodi præſcribi minime patiatur. Videtur hoc loco Cruſius indignatus eſſe ſuæ Celoci, quòd ad Anchoram noſtram impugnandam, lentius voto ſuo progrederetur; quare, cùm viderit quondam equos calcaribus ad curſum incitari, ratus eandem vim vbique ferro ineſſe, omnibus remis & tranſtris in mare abiectis, remiges ſuos calcaribus inſtruit, eoſque in extremitatibus nauis, auerſis vultibus cumulatim ſedere, & continuo calcarium impulſu Celocem ad velocem curſum incitare præcipit. Lepidum factum! Alias leges habet ars nauigandi; alias equitandi: Alijs legibus regitur Clerus; alijs populus. Et quæ nos in *Aſtro*, de fideicommiſſo familiæ diximus, non ſunt vbique in ſenſu legiſtico, ſed accommodaticio intelligenda. Hinc totum præallegatum Cruſij diſcurſum, appoſitè ſoluit, in ſuis *Aſtri inextincti* Notis Eugenius Lauanda, verb. Theodoſius & Valent. Impp. quorum textum nos propter paritatem rationis ibid. allegaueramus, per d. cap. inter corporalia. de tranſlat. Epiſcop. *Quæ enim*, inquiens, *convenientia iuris vel rationis, inter ſucceſſores ſanguinis, & ſubrogatos, vel quocunque modo ſubſtitutos Religioſorum eiuſdem, vel alterius Monaſterij, vel Ordinis, in priorum locum? Niſi iam velit* Cruſius, *dari & inter iſtos* generum & nurum, *quod ſine coniugibus & generatione fieri non poteſt. Vbinam gentium ſumus? Extirpandum omnino quod ratione caret. c. cor Epiſcopi. diſt.* 48. *Diſcat porro* Cruſius, *leges citatas loqui de ſucceſſione; per ſucceſſores autem intelligi deſcendentes, & qui ſunt ſucceſſores ſanguinis. l. cum acutiſſimi. ff. de fideicom. l. ex facto. §. vlt. ff. ad Trebell. vbi Doctores communiter. Socin. ſen. conſ 2. num. 1. & conſ. 249. num. 12. vol. 2. Et iun. conſ. 158. num. 10. Bald. conſ. 266. & 267. vol. 2. Et omnes intelliguntur ordine ſucceſſiuo ſubſtituti, vt com. Dd. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. At quis vnquam vidit in bonis Eccleſiaſticis & Monaſteriorum, id genus ſucceſſorum?* Hucuſque laruatus ille.

Limphatus hoc loco fuit Cruſius.

Illud poſtremò obſeruandum, quod Cruſius hoc loco, in vltima ſua conſequentia, à BONIS Monaſteriorum, iterum ſaltum faciat ad ipſa MONASTERIA; nimirum 113.

Saltantes capreas imitabitur Alpheſibœus. **Virg. Eclog. 2.**

Spe-

114\. Sperabimus tandem Lectoris deſiderio in præſenti controuerſia ſatisfactum eſſe, & *Aſtrum inextinctum*, per inextincta Monaſteria ſolidè firmatum ſubſiſtere: quo poſito, tota Cruſianæ moles Eclipſeos ſubuertitur, ac ſua ſponte corruit; præſertim & illud, quod ferè ſingulis paginis Monaſteria deſtituta, nominet EMORTUA; quod Epithetum falſum eſt, & in iure erroneum. *Ciuitas enim ad aratrum Superioris authoritate cum cauſa cognitione* OB DELICTUM *damnata, aut perpetuo bannita*. MORI DICITUR (idem de Monaſterijs per Superiorem legitimè deſtructis dicendum) *vti praclarè notat Bald. tit de pace conſtant. in verb. Imperialis. num. 8. idem, conſil. 321. & conſil. 367. num. 6. incip. Venerabilis. volum. 3. per text. in d. l. ſi vſufructus. gl. in c. paſtoralis. 7. q. 1. in verb. revertatis. Bart. in d. l. fin. ff. de colleg. illici. vbi de Collegio deſtructo loquitur, quod ob maximam capitis diminutionem, omnia privilegia & iura amittat. per text. in d. l. cognitionum. §. conſumitur. Afflict. in c. 1. nu. 12. cum ſeq. vbi de hac materia omnino vide de capit.* Contra. Gail. practic. obſervat. lib. 2. obſeruat. 61. num. 3. Quare cum deſtituta Monaſteria, de quibus ſermo, per Superioris authoritatem ob delictum damnata, bannita, ſeu extincta nunquã fuerint, nec maximam capitis diminutionem paſſa, ſed omnia ſua iura & priuilegia retinuerint; MORTUA, ſine iniuria antiquorum Ordinũ dici nullo modo poſſunt, quippe quorum anima in ſolo, ſeu fundo Monaſterij ſupereſt, & vivit, graui quamuis depreſſa ſopore. Bald. in margarita. verb. ciuitas. Eraſm. Chokier ſupra cit. Mart. Magerus c. 16. de aduocatia armat. num. 29. Eandem ſententiam tenent omnes ſupra à num. 23. ac deinceps allegati Dd. quotquot aſſerũt, deſtructâ per authoritatem Principis Eccleſiâ vel ciuitate, omnia privilegia ipſarum extingui, & Clericos aut ciues, non amplius poſſe nominari Clericos illius Eccleſiæ, vel cives illius ciuitatis: Si autem deſtruatur ab hoſtibus vel tyranno, vel omnes de Collegio morte decedant, Ius Collegij non extingui, ſed remanere in ſolo Eccleſiæ, &c.

Cruſius Monaſteria deſtituta, falſo nominat **emortua.**

115\. *Et ex his tollitur etiam diſtinctio facta ex adverſo, inter Monaſteria in Congregationem redacta, & non redacta, quæ nullo iure probatur. §. conſideremus. auth. de trient. & ſemiſſ. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim. cum ſimilibus. Et reprobatur expreſſe. l. cum per loca. ff. de reli. & ſumpt. fun. iuxta gl. in c. paſtoralis. verb. revertatis. verſ. ſed contra. 7. q. 1. Et Canones indiſtincte pracipiunt & permittunt Ordini Religioſo, ſuorum Monaſteriorum ex ſuo Ordine reformationem, & ordinationem. c. relatum. c. inter quatuor. & indiſtinctè prohibent ea tunc fieri ſacularia habitacula. c. qua ſemel. 19. q. 3. ſiue Clericorum, ſive Laicorum. c. pervenit. il. 2. & intrat vulgata regula: Vbi lex aut Canon non diſtinguit, &c. l. 3. in fin. ff. de offic. praſ. l. de pretio ff. de publ. in rem act.* inquit Ioan. Honorius, in *Aſtro* allegatus. quæſt. 1. numero. 21.

Impertinens hoc loco eſt diſtinctio, inter Monaſteria in Congregationem redacta, & non redacta.

116\. Eximitur hinc deniq; dubium nonnullis, de quibus meminit Cæſareus Orator Romæ, Princeps Savellius in literis ſuis ad Imperatorẽ Ferdinandũ II. datis Romæ, 26. Ian. Anno 1630. Offi-

Officiales Romanos reſpondiſſe: poſſe ſe habere dubium, an non futuræ ſint in contrarium difficultates, quòd dicant ſe reperiſſe multa illorum Monaſteriorum, priuſquam eſſent occupata ab hæreticis, non fuiſſe vnita & incorporata cuiquam Religioſorum Ordini, ſed gubernata per ſe. In quo caſu ſi applicentur Ordinibus qui ea prætendunt, non reſtituentur, ſed DONABVNTVR. Præter reſponſum, quod huic dubio dedimus *in Aſtro*.q.4.num.33. §.quod autem.addimus hoc loco, fundationes Monaſteriorum, dignitates, titulos, & privilegia ſupradicta, fuiſſe inſtituta pro talibus certi Ordinis Religioſis, ad quorum conſeruationem nil attinet, ſiue Monaſteria fuerint gubernata per ſe, ſiue per aliquam Congregationē Ordinis: tales enim Congregationes, poſterioribus ſæculis per accidens ſuperuenerunt fundatis olim Cœnobijs S. Auguſtini & S. Benedicti. Cùm ergo demonſtrauerimus, ejuſmodi jura & privilegia in talibus etiam per ſe gubernatis Monaſterijs illæſa remanſiſſe, eorumque collatio non ſit libera, ſed neceſſaria; ſequitur, hujuſmodi Monaſteria ſuis antiquis Ordinibus non donari, ſed tanquam dignitates & Beneficia Regularia vacantia, illius Ordinis Regularibus, ſecundum primæuas fundationes & Decreta Sacri Conc. Trid. debitè, & de jure conferri. Seſſ. 25. c.5.&.c.21.de regular.&.c. vn. de ſuppl. neglig. præl. in 6. Eaque nihilominus, vnita & incorporata fuiſſe ſuo Ordini, tametſi per ſe fuerint gubernata. Monaſterium enim per ſe gubernari, non excludit Ordinis ejuſdem incorporationem, cùm talis incorporatio reſpiciat identitatem ejuſdem Inſtituti & Regulæ; gubernatio verò de per ſe, reſpiciat independentiam gubernationis ſub eâdē Regula; quæ independentia eſt de jure communi antiquiore, vt patet ex Regulis SS. Benedicti & Auguſtini. Simile eſt, in Epiſcopalibus totius Mundi, qui per ſe ab Epiſcopis & Capitulis Cathedralibus gubernantur, ac nihilominus Vniuerſali Eccleſiæ, velut vnius myſtici corporis membra, ſunt vniti & incorporati: Vnde ſi deſtitutus Epiſcopatus quiſpiā alicubi reſtauretur, is Vniuerſali Eccleſiæ nō donatur, ſed RESTITVITUR. Idem ibi dicendū.

Monaſteria ſeorſim gubernata, an Ordini ſuo donētur, ſi eidem reſtituantur.

Monaſterium per ſe gubernari, & eſſe incorporatum ſuo Ordini, ſtant ſimul.

Docetur exemplo.

117\. Atq; ex hactenus dictis in hac Aula Eccleſiaſtica, quiſque prudens intelligere poterit, quàm leviter, & nulla data cauſa, Cruſius ipſiuſque aſſeclę paſſim ſcripſerint, detrahi authoritati aut poteſtati Sedis Apoſtolicæ, per hoc, quòd doceamus Monaſteria ſeu Collegia Eccleſiaſtica per mortem omniū deſtituta, non eſſe eſſentialiter, ſiue quoad habitū extincta, jura Collegialia etiamnum durare, electionem ſucceſſoris Abbatis, deuolutam eſſe ad immediatum Superiorem, qui intra debitum tempus teneatur ejuſdem qualitatis & Ordinis perſonam ſubſtituere, &c. cùm tamen authoritas ſeu poteſtas Apoſtolicæ Sedis, quæ ſuprema ſemper eſt & manet, ac ſemper excepta intelligitur, nec à nobis, nec ab vllo Doctorum ſupra citatorū vnquā in dubiū vocata fuerit, neq; lædi poſſit, veluti quæ ſublimior eſt omni iure poſitivo, de quo nobis ſermo. Si ſacros Canones defendere non licet, vt quid Gregor. IX. voluit, vt cōpilatione Decretaliū, ſuis auſpicijs in ordinē redacta, in judicijs & ſcholis vniuerſi vteren-

Inepta illationes Io. Cruſii.

rentur? cur ſecundùm eos Eccleſia regitur & gubernatur? Et quo pacto detraherem authoritati & poteſtati Pontificiæ, qui voluntatem Sedis Apoſtolicæ per Canones & Decretales Summorum Pontificum nobis declaratam, una cum claſſicis allegatis Doctoribus, inter quos non pauci S. R. E. Cardinales, Epiſcopi, ipſique Patres Societatis, &c. tueri ac defendere intendo? An quando quempiam Canonem, eiusq; interpretes, contra impugnatores propugno, Pontificem ſupra illum Canonem eſſe nego, aut negavi unquam? Tam non deliro. Sed Opponentium cauſa tam infirma eſt, ut victoriæ ſpem non habeant, niſi impoſturis ruinas ſuas fulciant, & nos iniuſto odio denigratos, novo adulationis genere, in Vrbe & Orbe circumferant, ſummo omnium Iudici Deo, ad cuius tribunal tendimus, ſeveriſſimam olim rationem redditurі.

118. Inter cætera demum, quæ nobis obtenta ſpe iuridica ſponte concedit Cruſius, eſt & illud, quod fateatur iſtiuſmodi Monaſteria, Concordatis Germaniæ incluſa eſſe; ait enim ea (Concordata) *loqui de Monaſterio exiſtente, non de omnino emortuo*. q. 4. c. 2. n. 12. *& agere de proviſione devoluta & obliqua Superioris, præſupponente directam Collegij Religioſi, iure proprio competentem proviſionem*. ibi n. 15. *& agere de electione activa Monaſteriorum, adeoq; ſupponere Monaſticum Collegium adhuc ſupereſſe*, (actu vel habitu) *non vero extinctum eſſe*. q 6. c. 2. n. 22. §. ad probationem 2. partis. Quibus omnibus ipſiſſimam palmam nobis iterum præſentat, quam in *Aſtro*. q. 3. n. 5. §. ſed inſuper. & ſeqq & q. 4. n. 51. §. ad Concordata Germaniæ, citra controverſiam reportaveramus, (quo, ſtudio brevitatis Lectorem remittimus) Verba Concordatorum ſunt hæc: *Item placet nobis*, (ait Nicol. V.) *quod in Monaſteriis, immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, fiant electiones, & ſi Canonicæ fuerint, eas confirmabimus. Cæteris vero Dignitatibus & Beneficiis QVIBVSCVNQVE ſæcularibus & REGVLARIBVS VACATVRIS, iure Ordinario provideatur per ILLOS INFERIORES, AD QVOS ALIAS PERTINET*. Ex quibus cum manifeſtum fiat (inferebamus in *Aſtri* q. 3. n. 5.) proviſionem Monaſteriorum Germaniæ tam exemptorum mediatorum, quam non exemptorum, quomodocunque vacantium, non ad Papam, ſed ad inferiores Ordinarios, quibus providere incumbit, etiam iure tranſactionis ſpecialis devolutam cenſeri; ſequitur, quod Pontifex Ordinariis hocius diſpoſitionis activæ, & conſequenter Ordinibus antiquis, ius diſpoſitionis paſſivæ, cũ altero illo Activo, veluti ſuo correlativo neceſſario coniunctum, niſi in caſu graviſſimæ, & necdum demonſtratæ neceſſitatis, auferre non poſsit. Nam ſi antiquis Ordinibus auferatur ius diſpoſitionis paſſivæ, per tranſlationem Monaſteriorum ad ſcholas, Commendas, Seminaria, & Collegia Patrum Soc. Ieſu, &c. hoc ipſo per evidentem ſequelam, ILLIS INFERIORIBVS, AD QVOS ALIAS PERTINET, aufertur IVS ORDINARIVM PROVIDENDI active (cum

Monaſteria deſtituta, quia Concordatis Germaniæ ſũt incluſa, alio transferri nequeunt.

Elucidantur Concordata.

 unum

unum corelativum ſublatum, tollat alterum ab altero dependens.) ſive illi ſint Epiſcopi, ſive ſuperiores Religioſorum Ordinum: quod tamen ſalvis Germaniæ Concordatis fieri non poteſt. Hæc ibi.

119. Quibus conſentanea tradit Ioannes à Chokier, comment. in Reg. Cancellar. Apoſt. in reg. 8. Innocentii VIII. gloſſ. 11. n. 3. ubi ait. *In dictis Concordatis ſtatuitur, quod in Monaſteriis dictæ Sedi immediatè non ſubiectis, & aliis beneficiis Regularibus, ſuper quibus pro confirmatione vel proviſione, ad d. Sedem non conſuevit haberi recurſus, Electi, vel providendi, ad Curiam Rom. pro confirmatione vel proviſione venire non tenebuntur. De Monaſteriis vero Monialium eadem S. Sedes non diſponet, niſi ſint exempta, & tunc per commiſſionem ad partes. In cæteris Dignitatibus & beneficiis quibuscunque, tam ſæcularibus quam Regularibus vacaturis in menſibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Sept. & Nov. eadem S. Sedes ſibi iſta beneficia reſervat. In menſibus vero Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti Octobris & Decemb. non impediet, per quamcunq; aliam reſervationem, gratiam exſpectativam, aut quamvis aliã diſpoſitionem, per ipſam factam aut faciendam, quo minus de illis, cum vacabunt, in dictis menſibus Februarii, &c. Ordinarii vel alii inferiores liberè diſponant. EXCEPTIS tamen MAIORIBVS DIGNITATIBVS poſt Pontificiales in Cathedralibus; & PRINCIPALIBVS in Collegiatis Eccleſiis* (omnes autem Eccleſiæ Regulares, de iure communi ſunt Collegiatæ. Abb. in c. ne pro defectu. de elect. c. nobis de iure patron. Card. in Clem. ut hi. de ætat. & qual. Læl. Zecchius c. 26. de repub. Eccleſiaſt. Biſignet. deciſ. 13. n. 3. de præbend. Rota deciſ. 259. nu. apud Coccinum, & alii) *de quibus iure Ordinario erit providendum PER ILLOS INFERIORES ad quos aliàs collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet.* Hæc ille.

Ex quibus cadit 1. quod Cruſius q. 4. c. 2. n. 12. ait, *in Collegio non exempto, neglectam vel impeditam electionẽ, devolui etiam ex Concordatis Germaniæ, non ad Ordinarium, ſed ad Summum Pontificem*, cum tamen de hoc nulla, vel certe contraria fiat diſpoſitio in Concordatis, ut modo viſum: & oppoſitum demonſtravimus ſupra n. 64. & ſeqq. 120.

Cruſii figmenta aliquot cadunt.

Cadit 2. quod ibidem n. 13. inquit, *poſſe Pontificem Max. etiam in menſibus Ordinariorum conferre Monaſteria, cum Papa concurrat cum Ordinariis, etiam in illorum menſibus*, per allegatos ibid. Chokier, Gonzalez. Rotam, Rebuff. Branden, Caſſador. & Simon. Dubitari namq; poteſt, num Cruſius aliquando legerit Germaniæ Concordata: vel ubi locorum Monaſteria & Prælaturas viderit ab Ordinariis conferri, unde Pontificium concurſum cum iisdem evincat; cum ex oppoſito conſtet, omnium Monaſteriorum Prælatos à ſuis Capitulis & Conventibus canonicè eligi, ac poſtea primum ab ordinariis confirmari. Quantum autem inter ſe differant *conferre*, & *confirmare*, norunt omnes Canoniſtæ. Vnde non negamus Summum Pont. per plenitudinem poteſtatis, concurrere cum Ordinariis in eorum

eorum menſibus, id quod ſolum dicunt authores citati; ſed negamus huiuſmodi alternativam menſium in Electionibus Abbatum & Abbatiſſarum Germaniæ dari, cum neq; praxis Germaniæ, neq; Concordata quicquam horum doceant.

121. Cadit 3. quod Cruſius eod. n. 13. infert; *per Concordata Germaniæ*, in Monaſteriis, *tantum tolli gratias præventivas.* In Prælaturis enim Regularium olim tempore Nicolai V. non dabantur gratiæ præventivæ, ſed vigebant Electiones Capitulorum, iuxta Regulam S. Benedicti, & Sacrorum Canonum præſcriptum: & ſic per Concordata id tolli non potuit, quod nũquam in uſu fuit. Quid quòd nec hodie Beneficia Electiva ſubiiciuntur præventioni Papæ. Greg. Tholoſ. in inſtit. rei benefic. c. 38. n. 13. Bene vero per dicta Concordata tolluntur gratiæ præventivæ in aliis Beneficiis Eccleſiaſticis non Regularibus nec electivis.

122. Cadit 4. Quod Cruſius ibid. & q. 5. ex concurſu Pontificio cum inferioribus, inferat LIBERAM facultatem, conferendi Monaſteria cuicunque Ordini Religioſo. Tametſi enim ſubintelligere vellemus, Summo Pontifici ſemper reſervatum eſſe ius concurrendi cum Ordinariis, tamen aliud inde non concluditur, quam quod ob huiuſmodi concurſum, vi Iuris communis & concordatorum, Pontifex debeat providere Monaſteriis reſtituendis, de perſonis ſecundum iura qualificatis, ideſt, eundem Ordinem expreſſe profeſſis, veluti quibus per concordata, ius hoc quæſitum eſſe videtur: quod ipſum ratio CONCVRSVS ſecum infert, quia nemo poteſt cum altero concurrere, niſi & alter cum ipſo concurrat; iam vero liquidi iuris eſt, quod nullus inferiorũ aliter poſſit conferre Prælaturam aut Beneficium, quam natura Beneficii requirat; & clare inſinuatur verbis illis: VIRI ASSVMANTVR IDONEI, &c. qui videlicet iuxta ſacros Canones & fundationes qualificati & habiles ſint, ad recipiendas Prælaturas cuiusq; Ordinis & Monaſteriorum vacantium. gl. in c. conſtitutus de conceſſ. præb. verb. canonice. Rebuff. tr. nomination. q. 18. n. 12.

Ratio concurſus quid ſecũ inferat.

Cadit 5. quod opinetur Cruſius, ſaltem in Monaſteriis Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectis & modo deſtitutis, proviſionem ſic ad eandem devolutam eſſe, ut LIBERE poſſit illa dare cuicunq; voluerit. Nam inprimis pauca ſunt Monaſteria deſtituta (ſi tamen aliqua ſunt) quæ immediate Apoſtolicæ Sedi ſubiecta fuerunt, ſeu in quibus confirmatio ſpectabat ad Summum Pontificem, quorum ordinatio hodie per mortem omniũ de Collegio, proculdubio ad eundem veluti confirmantem devoluta eſt, cum omni ſua cauſa. At hinc plus non evincitur, quam quod Papa conferens Abbatiam huiuſmodi deſtitutam iure devoluto, debeat conferre prout ratio devolutionis, & natura vacantis Beneficii poſtulat; intrat enim & ipſe taliter in veſtigia eligentium, ut cui debebant conferre primi Electores, eidem conferre teneatur Superior devolutionis etiam Summus; quia *Papa confert devoluta ut Ordina-* 123.

Iure devolutionis conferẽs Papa, cui conferre debeat.

dinarius. Rota deciſ. 3. de offic.leg. n. 4. in novis. & ſic debet officium Ordinarii implere: non enim plus iuris aut poteſtatis tribuit Summo Pontifici devolutio, quam cuivis inferiori devolutionis Superiori. Quod ipſum, pariter locum obtinet in aliis devolutionibus ad Apoſtolicam Sedem factis, ſive gradatim fiant, ſive propter electū indignum in Eccleſiis immediatè ſubiectis, aut ob neglectū temporis lapſum, vel non ſervatum debitum eligendi modum, iuxta *cap. Quia propter. de elect.* Taliter enim eligentes vel negligentes, licet pro tūc amiſerint ius electionis activæ, non tamen perdiderunt ius Electionis paſſivæ. c. ne pro defectū. de elect. ubi gloſſ. verb. ipſius Abbas, & alii. Quod ſi aliter, & contra ius commune diſponat Pontifex, auferendo Capitulo eligentium, vel Ordini vocem quoq; paſſivam, ſeu ius electionis paſſivæ, ex fundatione & confirmationibus Apoſtolicis ſibi debitum, (ut nuper Vrbanus VIII. in Abbatia S. Maximini Treveris) id non facit ut Ordinarius, ſeu iure devolutionis, ſed ex plenitudine ſuæ poteſtatis, cauſis neceſſariis id requirentibus; quæ ſi urgentes non fuerint, videtur ſaltem finis & intentio Concordatorum Germaniæ & Fundatorum, per eiuſmodi Commendas, & quaslibet alienas incorporationes aut uniones offendi, ſi non tolli.

Monaſterium S. Maximini Treveris.

124. In exemptis autem mediatis & non exemptis Monaſteriis (qualia ſunt pleraque deſtituta) cum illorum proviſio, non ſolum de iure communi, ſed etiam ex pacto ſpeciali Concordatorum ſpectet ad inferiores Ordinarios, ad quos facta eſt devolutio, ſequitur Concordata non obſervari, ſi ablato inferioribus huiuſmodi ſuo conferēdi iure devoluto, Monaſteria etiam ad preces alicuius Principis implorati, vel obvias ob cauſas transferantur ad Societatem vel alio, Ordine Monaſtico ibidem totaliter ſuppreſſo & extincto, quia *iuſta cauſa ceſſat in Principe, concedente aliquid ad partis inſtantiam: &, in his quæ ſunt iuris divini, naturalis, vel gentium*: ut ait Menoch. lib. 2. præſumpt. 10. n. 32. per Dd. ibi allegatos, & n. 33. 34. & 53. ibid. Vnde Filliucius tract. 44. de benef. Eccleſiaſt. c. 3. n. 51. §. qua in re, ait, *Papam non poſſe tollere contractum tacitum vel expreſſum, ſive contra illum venire, invito contrahente, & ſi faciat, ad id quod intereſt obligari.* Et Paulus Layman in ſua nuncupata Iuſta defenſ. fol. 185. & 282. *Tametſi Canonica*, inquit, *& receptiſſima doctrina ſit, quod Romanus Pontifex circa Beneficia tum Regularia tum ſæcularia, liberam & abſolutam diſponendi facultatem habeat; hac tamen Regula, quæ per ſe vera eſt, per accidens & extrinſece limitari debet: videlicet primo, propter ſpecialia Nationis Concordata, quæ vim pacti habent, quibus etiam Pontifex de iure naturali, ac gentium obligatur, &c.* Et ſanè, idem infertur damnum Ordini Religioſo, & pro tanta pæna innocenti, ſive ipſius Monaſteria incorporentur menſæ Patrum Societatis, ſive alicujus Epiſcopi, utrobiq; enim tale Cænobium per translationem ſeu unionem ad alium, *iudicatur tantum ut prædium eius, cui fit unio.* Garcias tom.

Papa non poteſt tollere, nec contravenire contractui tacito vel expreſſo.

Pontifex Concordatis obligatur.

tom.2.de benefic.part.12. cap.2. n.12.

125. Concordatorum autem Germaniæ Defenſor, eſt Romanorum Imperator, prout liquet ex Brevi Clemẽtis VIII. ad Rudolphum II. Imperatorem tranſmiſſo, cujus tenor eſt talis.

Concordatorũ Germaniæ defenſor, eſt Imperator Romanorum.

Breue Clemẽtis VIII. ad Rudolphũ. II.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Superioribus diebus, cum Præpoſitura Eccleſiæ Bremenſis vacaret per obitum Theodorici à Gallen, Nos illam Apoſtolica authoritate contulimus dilecto filio VVeſſelo de Brugeneio, cognomento Haſencambo, qui literis Apoſtolicis de more expeditis, cum eas poſſeſſionis obtinendæ cauſa, Capitulo eiuſdem Eccleſiæ ritè proponendas atq; intimandas curaret, à Decano & Seniore illo Capituli conuocationem impetrare non potuit; quin etiam, vt accepimus, & factis, & verbis parum modeſtis, Apoſtolicam prouiſionem reiicere ſunt viſi, quaſi ad eos liberæ electionis ius pertineret: Immò verò vſq; eò progreſſi ſunt, vt certum quoq; hominem, vt audiuimus, elegerint, ex ducibus Luneburgenſibus, eumq; facto ipſo, quod nullo iure licuit, in poſſeſſionem immiſerint, non ſolùm graui iniuria, & detrimẽto illato eidem VVeſſelo, ſed per ſummam inobedientiam erga hanc Sanctam Sedem, in qua, Deo auctore, meritis licet impares præſidemus, & non mediocri etiam cum offenſione Cæſareæ Maieſtatis tuæ, QVÆ pro ſua inſigni æquitate, & prudentiâ SE DEFENSOREM, VT PAR EST, PROFITETVR EORVM, QVÆ IAM PRIDEM INTER HANC IPSAM SEDEM, ET NATIONEM GERMANICAM PACTA SVNT, ET CONVENTA, QVÆ CONCORDATA APPELLANTVR, in quibus nominatim cautum eſt verbis diſertis, vt eiuſmodi dignitates poſt Pontificalem maiores, reſeruata ſint, & eſſe debeant, diſpoſitioni & prouiſioni Sedis Apoſtolicæ: Quibus illud accedit, quod vltimi ſupradictæ Præpoſituræ & Dignitatis poſſeſſores, & ab Apoſtolica Sede prouiſionem obtinuerint, & eiuſdem vigore prouiſionis, à Capitulo Bremenſi ſint admiſſi, vt tantò magis eorum nunc temeritas grauis, & reprahenſibilis extiterit, quæ certè permoleſta nobis accidit, & nullo modo eſt ferenda. Quare, vt tam pernicioſi exempli ſemen quàm celerrimè euellatur, & Capitularium audacia coërceatur, Maieſtatem Tuam etiam atq; etiam hortamur in Domino, atq; ab ea efficaciter petimus, vt pro ſua ſpectata in Nos, & hanc ſanctam Sedem pietate, & Iuſtitiæ patrocinio, (CONCORDATA GERMANICA, TANTO PONDERE SANCTA, NVLLO MODO VIOLARI, AVT IMMINVI PATIATVR; immò verò, VT IVS POSTVLAT, ab ipſis Capitularibus obſeruari curet, & reipſa oſtendat, quod ab eis in hac cauſa actum eſt, & agitur, maximè Maieſtati Tuæ diſplicuiſſe, & diſplicere: & deniq; omni adiumento, & authoritate tua, eidem VVeſſelo, qui Apoſtolicam noſtram collationem & prouiſionem habet, ita benignè faueas, & propensè ſuffrageris, vt is IVS SVVM, & collata Præpoſituræ poſſeſſionem obtineat. Erit hoc dignum Virtute & magnitudine animi Maieſtatis Tuæ, & Nobis etiam valde gratum, quod Noſter etiam Apoſtolicus Nuncius, Venerabilis

Concordata, quanto pondere ſancita.

frater Archiepiſcopus Spinellus cumulatius exponet Maieſtati Tuæ, cui toto ex animo feliciſſima omnia à Patre luminũ optamus, & precamur. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris die 15. Ianuarij. M.DC.III. Pontificatus Noſtri anno Vndecimo.

126. In ſimili cauſa nuper Vrbanus VIII. Ferdinandi II. Cæſaris opem implorauit, vt refert Carolus Carafa, Epiſcopus Auerſanus, dictæ Sedis Apoſtolicæ Nuncius ad eundem, in ſuis Commentariis, de Germania Sacra reſtauratâ, fol. mihi. 178. *Eodem anno* 1624. inquiens, *Româ mihi Breue Apoſtolicum venerat ad Cæſarem, quo Sereniſſimus Dominus, Suæ Maieſtatis brachium implorabat, ad tuenda iura Sedis Apoſtolicæ, in Præpoſitura Eccleſiæ Halberſtadienſis, quam (CONTRA iura Sedis Apoſtolicæ, & CONCORDATA GERMANIÆ, Rex Daniæ, filio ſuo, etiam emptis votis ſacrilegè addixerat, admotaq; vi, propugnare ſtudebat: cuius violentiæ cùm Cæſarem monuiſſem, magna diligentiâ Tillio imperauit, vt ſatageret, iura Eccleſiæ Romanæ conſeruare.* Quando igitur Sedes Apoſtolica ſuis iuribus per Nationis Concordata quæſitis, vt par eſt, tam vigilanter & fortiter inſiſtit; ſperamus ægrè non laturam, ſi Religioſi Ordines, & Monaſteria, vtpote quæ ſtatus ſunt Imperij Romani, & membra Nationis Germanicæ, etiã ſua iura in eiſdem Concordatis vel expreſsè, vel conſecutiuè contenta, tueri voluerint. De his vide plura ſub allegat. 477. infrà, tit. Concordata Germaniæ.

Ordinibus non ſuccenſendum, quòd ſeſe Concordatis tueãtur.

127. Ex quibus omnibus infertur, eos qui talia Monaſteria concupiſcunt, & ad ſe pertrahere nituntur, peccare cõtra iuſtitiam, qua decernitur cuique reddendum eſſe, quod ſuum eſt; adeoque & contra decimum Decalogi præceptum; quia, vt ait S. Auguſtinus, *peccatum eſt appetere, quod iuſtitia vetat*: Et Nicolaus Papa. dict. 22. c. omnes. *Dubium non eſt*, inquit, *quia quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit.* Iniuſtitiam autem ex ſuo genere peccatum eſſe mortale, docet S. Thomas 12. q. 59. art. 4. &. q. 70. art. 4. & ibidem Franciſc. Syluius, aliique Theologi. Nec excuſat ignorantia Iuris, vt ibid. docet Syluius ex communi, quia *ſcire, & ſcire debere paria ſunt*: præſertim ſi ignorantia ſit craſſa, vel affectata.

Peccatum eſt appetere, quod iuſtitia vetat.

Nec reuelat intentio boni finis, vt Machiauellus volebat, citatus & refutatus ab Henrico Wagnereck lib. 2. Vindiciarum politicarum. c. 8. §. 8. &. c. 6. §. IV. tum quia *non ſunt facienda mala, vt eueniant bona*: tum quia talis concupiſcentia contrariatur legi naturali, qua ſtatuitur; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: tum denique, quia viri etiam doctiſſimi facilè falluntur in propria cauſa, in ijs præſertim, quæ ex fonte cupiditatis proficiſcuntur. c. ex parte. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Quale fuit & illud, de quo Dominus Caſparus à Queſtenberg Abbas Strahouienſis, Ord. Præmonſtratenſis, in Parænesi ad ſucceſſores ſuos, impreſsâ Pragæ, Anno 1638. *Congregatio*, inquiens, *Clericorum PP. Ieſuitarum, à Cæſare Monaſterium Strahouienſe ſibi aſſignari, in receſſum opportũnum Conuictoribus eorum*, recreationũ dieb⁹, *inſtitit, ſed Reuerendiſſimus. Dn. Abbas*

Ieſuitæ Monaſterium Strahouienſe Pragæ petiuerunt ſibi dari pro loco recreationis.

Abbas Lobelius, alieni illud iuris fieri, ſupplex Cæſari factus, arduo proceſſu cauit. quatern. M. fol. 2. fac. 2. Iſtud nimirum eſt ludere cum cauſis piis, & fundationibus antiquis, ad maiorem, vt aiunt, gloriam Dei. *Scriptum eſt enim, domus mea domus orationis vocabitur; Vos autem, &c. ſic loquebatur* olim *Rex Achab ad Naboth dicens; Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam.* 3. *Reg.* 21.

128. Profectò *Semper vtilius videri debet, quod honeſtius eſt:* Menoch. lib. 3. præſumpt. 51. nu. 3. quia *nihil poteſt eſſe verè & ſimpliciter vtile, quod repugnat honeſtati,* vt ait S. Thomas, & Cic. lib. 2. de offic. apud D. Wagnereck. lib. eod. c. 1. §. 18. Hinc rectè Conſtitutiones Societatis Ieſu: *Inſtituti noſtri eſt,* inquiunt, *SINE CVIVSQVAM OFFENSIONE, quantum fieri poteſt omnium in Domino commodis inſeruire.* Multò denique minus excuſabiles erunt, qui affectato errore (vt Cruſius & ſimiles) per falſas doctrinas & allegationes, Monaſteria transferibilia facere, & Imperatorem ſub graui peccato in conſcientia obligare nituntur, vt depoſito Defenſoris officio, & Iuſtitiæ patrocinio, Concordata tanto pondere ſancita, non ſine graui Religioſorum Ordinum Germaniæ detrimento, non imminui modò patiatur, ſed etiam iubeat, inſtet, ipſeq; in gratiam recentis Societatis eadem minuat, negligat & poſtponat.

Non poteſt eſſe vtile, quod repugnat honeſtati.

129. Quin immò, viderint tales, quando antiquos Ordines, ſuis acquiſitis iuribus exuunt, & ab effectiua conſecutione Monaſteriorum ſibi ſecundum Sacros Canones, fundationes, & Cōcordata debitorum impediunt, ne ſe reſtitutioni faciant obnoxios. *Si quis enim habet ius in re, vel ad rem,* inquit Leonh. Leſſius lib. 2. de iuſtitia. c. 12. dub 18. n. 122. *ita vt res ei ex iuſtitia ſit debita, ſcil. per iuſtam promiſſionem, ſtipulationem, venditionem,* adde, per fundationem, donationem, legatum, Sacrorum Canonum diſpoſitionem, Pontificias confirmationes, priuilegia, & Concordata, *aut alium titulum, per quem datur actio ad rem petendam, qui talem impediret, etiam ſolùm ſuadendo, ſine vi & fraude, ne res ad quam ius habet, ei detur, teneretur ad reſtitutionem.* Et cap. 30. num. 55. *quiſque tenetur damnum, quod alteri inique parauit, auertere, etiam cum pari damno ſuo, vt patet in reſtitutione famæ &c. nam in pari damno, melior cenſeri debet conditio innocentis.* Quod ipſum confirmat Laym lib. 3. Theol. moral. tract. 2. c. 7. n. 1. & per eum allegati S. Thom. Couarr. Tolet. Nauarr. Pet. Nauarr. & Molina. itemque Bartholom. à S. Fauſto, & per eum allegati Leſſ. Rebell. & Azotius, citati in *Aſtro inextincto*, q. 9. n. 27. Nec dubium eſt, ſi res concerneret ex eiſdem motiuis Collegia Patrum Societat; Ieſu, omnes vnanimiter in noſtram ſententiam pedibus & calamis ituros: nemo enim eſt, qui nō cupiat incēdium prius reſtringuere in domo ſua, quàm alienâ. *Prout artes & ſcientiæ in alium atq; alium incidunt, alios etiam atq; alios effectus producunt: ſi in malum inciderint, mirum, ſi non magis noxiæ fuerint, illumq; ex malo, multò reddiderint deteriorem;* aiebat olim Cornelius Agrippa. Nunc autem pro-

Tenentur ad reſtitutionem.

com-

Non poteſt exſpectari bonus exitus eorum, quæ malo principio ſunt inchoata.

comperto habetur, quòd exitus bonus non poſſit exſpectari eorum, quæ malo principio ſunt inchoata. Menoch. lib.1. præſumpt. q.19. n. 4. cùm nihil tam naturale ſit, quàm vt in eadem principia res quælibet reſoluatur, ex quibus nata eſt. 27. q. 2. omnis res. & quod citò fit, citò pereat neceſſe eſt.

130. At iam tempus eſt, vt ex Aula digreſſi, Hortum Cruſianum diu deſideratum ingrediamur, & animos, ſerijs diſcurſibus excuſſis, non nihil relaxemus: qua de cauſa ſolus nobiſcum intrabit Democritus. Fruamur tantiſper huius viridarij delicijs, floribus, frondibus aſpectu. Age ducentem ac præeuntem Horculanum ſequamur, honorarium daturi, cùm reuerſi exiuerimus.

HORTVS CRVSIANVS.

Quingentis & amplius floribus, herbis, arboribus, aliisq; deliciis hortenſibus exornatus.

HOC EST

IOANNIS CRVSII, E SOCIET. IESV BREMENSIS, QVINGENTÆ FALSÆ ALLEGATIONES VTRIusque Iuris, & eius Interpretum &c. quas in ſua *Eclipſi*, velut atram nubem, *Aſtro inextincto* interiecerat: è tenebris in lucem; è Cruſiana *Eclipſi*, in fulgentis *Aſtri inextincti* radios productæ & diſcuſſæ.

QVi verba alterius ſcriptoris ſe proferre aſſerit, ſingula adnumerare debet, prout alter ſcripſit; id niſi faciat, FALSVM EST, eſſe ea verba illius ſcriptoris. Henr. Wagnereck è Soc. Ieſu, Vindiciarum politic. lib. 2. c. 1. §. 13.

Doctori, etiam excellenti, nihil alleganti, non creditur; ut tradit Bald. Curt. Grat. Grammat. Sylvan. Rolandus à Valle, aliiq; paſſim, adeo quod iſta ſit communis opinio. Ant. Maria Coratius. lib. 2. de commun. opin. tit. 9. n. 129. Iam autem nihil allegare, & falſo allegare, paria ſunt.

Qui mendacia componunt, non aliorum ſcriptis conſona ſcribunt, ſed quæ ipſis lubent, confingunt. Ioan. Cruſius, Eclipſ. q. 10. n. 4.

Nulla reperiri poteſt opinio, tam bona & æqua, quæ cavillationibus eludi nequeat. Ant. Mar. Coratius. in præfat. de commun. opin. n. 22.

Nulli Doctori creditur, quantumvis eximio, ubi de rebus merè dependentibus à diſpoſitione legis poſitiva, loquuntur ſine lege ac textu, præſertim contra evidentem rationem. Valentin. Mangionius è Soc. Ieſu, Theorica q. 1. num ſuo 15.

His præmiſſis, Lector Veni, Vide, FLORES.

FALSÆ ALLEGATIONIS.

FLORES.

Inſcriptio ianuæ.
Audaces fortuna iuvat.
Qua deleta, nos ſcribimus,
Non ſemper felix temeritas.

1. Ius civile.

AMPHORA FRIGIDÆ.

Ioannes Cruſius, in ſua Eclipſi, ſive Deliquio Aſtri inextincti, Editionis Colonienſis, de Anno 1639. fol. 4. col 1. in princ. ſive q. 1. numero 2.

Ius utendi domo perſonale, extinguitur cum perſona: Ius utendi Monaſterio Ordinis, non extinguitur, niſi Ordine totaliter extincto.

Accipiens nomen *Monaſterij*, ſeu habitationis Religioſæ in eo ſenſu, *prout eſt ius utendi domo &c.* ait: *Ius illud cum perſona utentis extingui*; allegans in hunc finem *l. ſi habitatio. §. 3. ff. de uſu & habitat.* Sed mala eſt allegatio; Vlpianus enim ibi loquitur de habitatione perſonæ ſingularis, ex legato alicui conceſſa, de qua dubium non eſt, quin cum perſona ſingulari extinguatur, privilegium enim perſonæ ſingularis, ſequitur perſonam, & cum ea extinguitur. reg. iur. in 6. & ibi Dyn. Dec. in l. in omnibus. ff. de reg iur. Nos autem loquimur de habitatione, non perſonæ in individuo, ſed certi Ordinis Religioſi familiæ à fundatoribus condita & donata; qui Ordo, cum nunquam moriatur, etiam deſtituto alicubi uno vel altero Monaſterio, ſequitur ius habitandi penes familiam Ordinis reſidere, non ut tota familia, ſed ut aliqui de familia perpetim ibi habitent. Adeoq; textus ille perperam allegatur, quaſi ius familiæ utendi domo ſeu Monaſterio, extinguatur cum perſona ſingulari familiæ utentis; ea enim extincta, ius hoc tranſit ad alios de familia Religioſa: Sicut ius tenendi feudum, extincto cum ſuis deſcendētibus feudatario, tranſit ad reliquā familiam, ex prima inveſtitura feudi capacem. Accidit hoc loco Cruſio, quod nonnunquam hortos intrātibus hoſpitibus, qui ubi ſub ingreſſum ianuæ, ferrum humi iacens incautè pedibus tangunt, mox deſuper, (filo ferreo latenter amphoram pendentem movente) frigida perfunduntur. Frigidam pro extinguendo *Aſtro* paraverat noſter hortulanus, at ſeipſum plena proluit urna; nimium æſtuabat, opinor. Magni momenti eſt in omnibus rebus primordiū. Progrediamur ad dexteram; ut quid ibi flos Adonidis præſecto capite iacet?

---

2. Baldus.

FLOS ADONIDIS.

Fol. 6. Eclipſ. col. 2. in princ. Quæſt. 1. c. 1. num. 4.

Baldum mutilavit hoc loco Cruſius: Ex eo namque demonſtraturus, quod mortuis omnibus alicuius loci Collegis, dicatur illic Collegium deſinere

nere eſſe; idq; eſſentialiter; ſic Baldum inducit loquentem in l.ſicut. §.in Decurionibus. ff. quod cuiusq; univerſ. *Aut Collegium deſtruitur authoritate Superioris, aut deſtruitur caſu, puta mortalitate. Primo caſu eſſentialiter & effectualiter deſinit eſſe Collegium, & perdit privilegia. Secundo caſu, deſinit eſſe Collegium quantum ad iuris intellectum:* (ſequentia, quæ ſenſum coronant, ex Baldo Cruſius omiſit) *Unde privilegia conceſſa Collegio, adhuc durant, nec eſt neceſſe, quod iſta privilegia renoventur: ET HÆC EST IPSA VERITAS*: per quæ verba, cauſa Cruſii iugulatur; quæ forſan idcirco præteriit, quod nemo teneatur contra ſeipſum arma miniſtrare: ſed prudentius egiſſet, ſi armamentarium hoc nunquam aperuiſſet, prout videbimus alleg. 368.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Ex ſequentibus colligitur ſenſus antecedentium.

VMBRA FUGIENS.

Fol. Eclipſ. 7. col. 2. in med.

Quæſt. 1. cap. 1. num. 7.

Docet opponens quid ſit fieri de facto, & quid fieri de iure, aſſerens hæc duo, eſſe membra oppoſita, eumque in finem allegans inter cætera *cap. inter alia de ſent. excom.* in quo tamen capite, ne veſtigium huius floris apparet, adeoque umbram fugientem inſequitur Cruſius, & cum Narciſſo Narciſſum quærens evaneſcit.

3. Ius Canonicum.

SOMNUS:

Dormi ſecurè

Fol. ſuo 10. col. 1. in princ.

Quæſt. 1. c. 1. num. 14.

1. Bonus hic dormitat Homerus, & cum illo Cruſius, exiſtimans ad eſſentiam ſomni, requiri, ut quis poſtea evigilet, adeoque priuſquam evigilaverit, dormientem dici non poſſe, eo quod ſomnus deſtitutorum Monaſteriorum, à Doctoribus, illis attributus, ſecundum ipſum, neceſſariam habeat connexionem cum duobus extremis, 1. cum vigilia antecedente & conſequente, quarum ſi alterutra non eſſet poſita, nihil ſaltem veroſimiliter inferri de medio poſſe opinatur, allegans pro hac doctrina *Menoch. 6. præſumpt. 36. n. 1. & 13. & l. ſicuti. §. non ſexus. C. de præſcript. 30. ann. Bald. in c. cum acceſſiſſent, n. 15. de conſtit.* adeoque ſecundum hanc ſententiam Cruſii, Siſara Princeps Regis Iabin, non dormivit, quando Iahel clavum malleo defixit in illius cerebrum, quia nunquam deinceps evigilavit, ſed *ſoporem morti conſocians defecit, & mortuus eſt. Iudic. 4.* Similiter nec Holofernes dicetur Cruſio dormiviſſe, qui præciſo ſibi capite per Iudith, ut expergeſieret oblitus fuit. *Iudith. 13.*

4. Menoch. 5. Ius civile. 6. Bald.

Ad eſſentiam ſomni, non requiritur evigilatio ſequens.

2. Hinc apparet manifeſto, errare Cruſium opinantem, mortuis omnibus de Collegio, ius Collegii non poſſe dici dormire, vel ſopitũ eſſe, niſi poſtea

FALSÆ ALLEGATIONIS. reparatum ponatur; ad id enim ut plurimarum Eccleſiarum in Syria, Africa, vel Aſia vacantium iura dicantur dormire, non requiritur ut in actum aliquãdo reducantur, quia nec lęthargus facit, ut homo dicatur mortuus vel extinctus: ſed nec eſt abbreviata manus Domini. Ideoque falſæ ſunt allegationes Cruſianæ: & Menochius quidem cit. nu. 1. & 2. ſolum dicit, *tunc media ipſa præſumi, cum principium & finis probata ſunt*: veluti; *probato hodie aliquem poſſidere, & ante decennium poſſediſſe, præſumi medio tempore poſſediſſe, & poſſeſſionem continuaſſe.* Id quod nihil contra nos. Stulte enim ageremus, ſi, dum alterum extremum, *reſtitutionem*, petimus, illud pro motivo noſtræ petitionis poneremus: ſed nos ex durante, & per iure Conſultos agnito Monaſteriorum deſolatorum ſomno, inſtamus, ut diſcuſſo torpore, alterum extremum, nempe reſtitutio, reponatur, non quod neceſſaria ſit ad conſtituendum ſomnum præteritum; ſed quod de iure nobis competat. Proinde ſomnum agnoſcimus, nondum viſa evigilatione, id quod lippis quoque & tonſoribus non ignotum habetur: ſi ſolus Cruſius ignorat, cur veſperi dormitum vadit, nondum poſita evigilatione matutina, ſine qua negat ſe dormiviſſe? Quod ipſum & Bald. docet: & in cit. l. loquuntur Imperatores duntaxat de actionibus civilibus, quæ minori tempore non ſunt limitatæ, aiuntque eas triginta annorum præſcriptione tolli: quam tamen præſcriptionem volunt pupillis non currere, & interrumpi per miſſionem executoris. Sed quid hæc ad rem præſentem? nos flores inquirimus, non ſpinas. Gradiamur ultra.

FLOS PERVSINVS

Fol. Eclipſ. 10. col. 2. in princ.
Quæſt. 1. c. 1. n. 14. in fin.

7. Petrus de Peruſ. Peruſinum florem nobis hoc loco Cruſius exhibet. *In noſtro caſu*, inquiens, *non adeſt ſpes certa, iuridica, ac proxima, ſimilis Collegii priori illic reparandi, cum illius reparatio directè à Superioris pendeat voluntate, teſte Petro de Peruſio. tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. c. 3. n. 9.* Atqui ſi propius oculos adverterimus, depræhendemus hunc non eſſe florem ſativuum, ſed pictum, imo fictum, nam Peruſinus Cruſio nullibi concordat nec in hunc ſenſum quicqnam habet. Vnde apparet Cruſium æmulari munus omnipotentiæ divinæ, *quæ vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Rom. 4.* Sed qualem areolam à ſiniſtris aſpicio? novella germina mihi videre videor.

NOVELLA GERMINA

Fol. ſuo. 12. col. 2. in princ.
Quæſt. 1. c. 2. num. 3.

8. Ius civile. 9. Ius Canon. 1. Allegat. hic Cruſius *Novell. de mandat. prin. §. titulos, & c. 3. diſt. 70.* Vtrũq; per-

perperam; in Decreto namque, diſtinctio 70. non continet niſi duo capita: cit. verò Nouella, ne verbo quidem tractat de titulis totalibus Eccleſiarum, Collegiorum; vel ſingularibus Officiorum, dignitatum, graduum, beneficiorum, prout allegabat Cruſius; ſed de titulis aut vexillis, ſiue inſcriptionibus priuatorum NOMINVM, ad januas alienorum prædiorum, aut officinarum ad fiſcum Pertinentium, idque ſub pœna confiſcationis ſuæ ſubſtantiæ. Textus ſic habet: *Titulos autem imponere prædiis alienis, aut ergaſteriis, in ciuitatibus conſtitutis, & SVPERSCRIBERE SVA VOCABVLA, ita præſumentibus periculoſum eſſe ſcias, vt agnoſcant, quia hæc agentes, ipſi ſuam ſubſtantiam applicabunt fiſco.* Vide gl. c. conſuetudo. 16. q. 6. & l. ne quis vela ſuſpendere. C. vt nemo priuatus.

2. Paulò Pôſt, eandem Nouellam Cruſius iterum citat his verbis: *Titulos Magiſtratibus aſſignamus, per quos eorum gradus, dignitas & imperium deſignantur; licet hi pro variis ſæculis varient: d. Nouell. 12. §. titulos.* cùm tamen Nouellam 12. nunquam antè allegauerit, nec in ea talis paragraphus reperiatur. Taceo ſupradictum §. titulos. Nouella 17. (ſi fortè hanc intellexit,) tam parum ſeruit Cruſio, quàm parum roſa ſcarabæo, ſeu ceruo volanti, quem roſarum odore necati ſcrbit Ariſtoteles, de admir. c. 140. 10. Ius ciuile.

BVLLÆ.

Ibidem mox, è Iure ciuili allegat *lib. 11. C. tit. vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat, vel vela Regia ſuſpendat. Item de his, qui potentiorum nomine titulos prædiis, affigunt, vt eorum nomina in litem prætendant. &c.* ſed plurimùm ceſpitat, & bullas pueris vendit, nam toto lib. 11. Codicis, hi duo tituli non reperiuntur. 11. Ius ciuile.

FVNGI.

Fol. ſuo 15. col. 2. lin. 10.
Qu. 1. c. 2. §. neque his contrariatur.

Citat *caput ex parte. de præbend.* ſed neque toto illo titulo, tale caput inuenitur. Vt video Cruſius *ex parte* pro floribus nobis fungos *præbet.* 12. Ius Cano.

PEPONES.

Loquere parum, & fac multum.

Eod. fol. 15. col. 2. lin. 8. 13. & 18. ac ſeq. fol. 16. col. 2. lin. vlt. & antepen. iterumq; fol. 17. col. 1. lin. 3.

Adeoq; ſexties noſter Bremenſis allegat *Innocentium in c. dilectus. 19. nu. 6.* 13. Innocent.
de præb. ac ſi doceret eo loco, præbendam ex Cánonia Regulari non oriri; 14.
adeoq; in Eccleſia regulari, non dari eiuſmodi præbendas, cùm dicant aliquod 15. 16.
proprium, cuius regulares clerici non ſint capaces. Sed meros pepones ven- 17.
dit 18.

Falsæ Allegationes

dit Cruſius; nam Innocentius citato cap. diſtinguit præbendam, *in eam quæ eſt ius percipiendi prouentum diſtinctum Eccleſiæ* : & in eam, *quæ eſt ius percipiendi quamlibet rem, quæ PRÆBETVR ad ſuſtentationem vitæ.* Primam aſſerit non habere locum in Religioſis, quia dicit aliquod proprium; Secundam nō negat oriri ex Canonia regulari, cùm notorium ſit, quòd aliunde non oriatur; atq; hinc, receptus in Profeſſum regularem, mox acquirit ius ad alimoniam, ad victum & amictum, à Monaſterio vel Ordine percipiendum. Definitio itaque præbendæ in genere ſumptæ ex Hoſt. quòd ſit, *Ius percipiendi prouentus in Eccleſia, competens percipienti, tanquam vni ex Collegio*; æquè conuenit huic ſecundæ ſpeciei, ac primæ. Et ſic patet, in hoc falſas eſſe Innocentij allegationes.

Definitio præbendæ generatim ſumpta.

TRIBVLI.

Ira & cupido conſultores peſſimi.

Fol. 29. col. in med. & fol. 35. col. in med.

Quæſt. 1. c. 3. §. *pars tertia, & q.* 1. *c.* 4. *nu.* 5.

19.20. Alb. Brunius. 1. *Mortuis omnibus de Collegio.* inquit Cruſius, *IVS COLLEGII EXTIN-*
GVITVR, PEREVNTQVE EIVS PRIVILEGIA. Hoc aſſerunt abſolutè, &
21.22 Eraſm. *ſine VLLA diſtinctione, Albert. Brunus, de interit. & perempt. concl.* 5. *n.* 13. *verſ.*
Chokier. *ſic & mortuis omnibus. Eraſm. Chokier. de iuriſdict. ord. in exemptos. p.* 3. *q.* 13. *&*
23.24, Abbas *19. n. 2. Abbas in c. recolētes. de ſtat. Monach. n. 7. Archid. in c. in nullo. 18. q. 2. gl. &*
25.26. Gloſſa *Dd. in l ſicut. §. fin. ff. quod cuiuſq; Vniuerſ. Dd. in cap. cùm ex iniuncto. de nou. op.*
27.28. Doctores. *nunci. Dd. in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. verb. præd. Bald. & Angel. in l.*
29 30. Dd. *proponebantur. ff. de iudiciis, Bart. in l. vlt. n. 22. ff. de Colleg. illici.* Hucuſq; Cru-
31.32. Dd. ſius; eademq; repetit ibid. c. 4. n. 5. addens, eos docere, talium Collegiorum
33.34. Bald. bona fieri vacantia. Qui ſi cæcis loqueretur, nullo negotio perſuaderet, quip-
35.36. Angel. pe qui oculorum inopiâ, in libros & Authores inquirere non poſſent. At mo-
37.38. Bartol. dò, *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorū. Prouerb.* 1. tantam enim fidem nōdum meritus eſt hic hortulanus, vt ipſos Doctorum fontes ſcrutari non compellamur; quos vbi eruerimus, apparebit ab ipſo, non niſi tribulos in hoc puluino venditari. Sed mare clamoribus non ſedatur.

2. Eraſmus Chokier de iuriſdict. Ord. in exēptos. cit. p. 3. q. 13. hac de re nihil habet: ſed q. 19. n. 4. & ſeqq. expreſsè mentē ſuam explicat circa prius à ſe dicta: *Declaratur,* inquiens, *primò id verum, ſi deſtructio fiat authoritate iuridica Superioris:* (en diſtinctionem clariſſimam) *ſecus verò, ſi violentia, aut priuati authoritate. gl. & Franc. d. c. priuilegium. & d. c. paſtoralis. Gail. de obſeru. 61. n. 6. & 7. &c. Ratio petitur ex Baldo, quia eiuſmodi locus deſtructus, intellectu noſtro, ſine aliquo materiali corpore dicitur viuere eiuſq; anima ſine corpore extare, ac proinde priuilegia ſua OMNIA retinere, non ſecus, quàm de ciuitate dicitur, quæ extincta à tyranno vel hoſtibus, nihilominus tamen ſupreſſe cenſetur.* Similia docet idem Chokier paulò poſt. q. 20. n. 5. & ſeqq. & apud eundē citatus Albertus Brunus, d. concluſ. 5. per totum: quem etiam in hanc ſententiam allegat Barboſa collectan.

Loco per ſuperioris authoritatē deſtructo, pereunt priuilegia; ſecus ſi tantùm de facto.

lectan.in c.cùm ex iniuncto. de noui op.nu.num.4. Videatur *Aſtrum q.1.n.38. §.cui adiungimus Eraſmum.* Hîc proinde fidem requiro Cruſij, cur eiuſdem Eraſmi tam claram & lucidam diſtinctionem, tam falſa allegatione obfuſcare voluerit?

3. Porrò Abbas.in d.c.recolentes, mihi non exhibet niſi numeros 4.& tamen Cruſius allegat numerum 7. Sed quicquid ſit; Abbas eo loco, & Bart.in l. vlt. n.22. de colleg. illici. neutiquam affirmant, *mortuis omnibus de Collegio* particulari, *ius Collegij extingui, perireq́; eius priuilegia*: adeoq; falſa eſt allegatio Cruſiana; ſed ſolummodo aiunt, *Bona Collegiorum diſſolutorum, quæ non poſſunt bona poſſidere in particulari, remanere apud Superiorem Collegij, qui diſponet de illis, tanquam de vacantibus ar. in l.1.ff.de curat.bonis dand. & ſic aliàs ſeruatū eſſe, in diſſolutione COLLEGII TEMPLARIORVM.* Ex quo Templariorum exemplo, ab vtriſq; allato, colligitur manifeſtè, tam Abbatem quàm Bartolū, (cùm alibi per omnia nobiſcum ſentiant) loqui de Collegio totius Religionis, eoq; per Summi Pont. authoritatem, adeoq; de iure, vt hîc extincto. De quibus ipſis allegationibus, videatur *Aſtrum inextinctum.q.1.n.51.* nam exempla mentem ſcribentis declarant, ita vt *illud quod conſtituitur exempli gratia, trahatur ad omne SIMILE*; non autem ad diſſimile. Bart. in l. ſcire oportet.§. oportet. el.2. nu.7.ff.de excuſ.tut.& curat.

4. Neq; refert, quòd dicat Layman. Cenſurâ Aſtri. 8. §.oſtendamus, & §. audiamus. *quòd exemplū ſpeciale, non reſtringat regulam generalem, cui apponitur.* Veriſſimum id eſt; ipſiq; aſſerimus, regulam illam generalem Doctorum, non reſtringi ad ſolum Collegium Templariorum, ſed extendi ad omne ſimile Collegium Religionis Vniuerſale, v.g. Humiliatorum, Ieſuitiſſarum &c. non autem ad particulare cuiuslibet Monaſterij, ſeu diſſimile; cum à diſſimilibus non fiat illatio. Idem de Zaſio & Baldo, in eandem ſententiam per Paulum Layman, Aſtri Cenſura.6.§.1. allegatis dicendum; qui cum idem Templariorum, adde & Hoſpitalariorum exemplum adferant, nonniſi de Collegio totius Ordinis loqui poſſunt.

Exemplū ſpeciale, non reſtringit regulā generalem.

5. Archidiac. *in c.in nullo.18.q.2.* ab opponente citatus, ne veſtigium quidem continet Cruſianæ allegationi affine: nec loquitur de caſu; quando mortuis omnibus Collegium diſſoluitur; ſed quando ex vno Collegio diſſoluto, omnibus viuentibus, fiunt duo, vt eſt ibi text. tunc enim meritò quæritur, quomodo bona prius indiuiſa, deinceps inter hæc duo Collegia ſint diuidenda. Proinde idem Archidiac. in fine ſic concludit: *Ideo melius eſt*, inquiens, *vt omnia communiter diuidantur, id eſt, pro numero perſonarum.*

6. Præterea, neq; gloſſ. neq; Dd. *in l.ſicut.§.fin.ff.quod cuiſq; Vniuerſ.* vnquam aſſeuerarunt, *omnibus de Collegio mortuis, ius Collegij extingui, perireq́; priuilegia.* Et gloſſa, quidem, ne verbulo tangit *ius Collegij*, nec *priuilegia*: ſed ſolum quærit, Si nullus omnino remanſit; (videlicet in Collegio vniuerſali) in cuiuſnam bonis res Collegij ſint futuræ?

7. Baldus autem ibid. §. in decurionibus, ſic diſtinguit cum Innoc. *Aut*

Colle-

FALSÆ AL-LEGATIONES *Collegium deſtruitur auctoritate Superioris; aut deſtruitur caſu, puta mortalitate. Primo caſu, ESSENTIALITER ET EFFECTVALITER deſinit eſſe Collegium, & perdit priuilegia. Secundo caſu * deſinit eſſe Collegium, quantum ad iuris intellectum* (id eſt, nec eſſentialiter, nec effectualiter) *Vnde priuilegia conceſſa COLLEGIO, ADHVC DVRANT, nec eſt neceſſe, quòd iſta priuilegia renouentur. ET HÆC EST IPSA VERITAS.* Hucuſque Baldus: quod ipſum & alij Dd. ibid. confirmant. Verùm de his fuſius allegat. 368.

* *Mendoſa Baldi editio.*

8. Iam quòd Doctores Cruſio adſtipulentur *in c. cùm ex iniuncto. de no. op. nu.* reuera nō inuenio: contrarium enim ibi diſertè docent Innoc. n. 2. Abbas n. 5. Socin. n. 12. Barboſ. collectan. n. 4. & alij. Imò ipſummet caput *cùm ex iniuncto.* ſolummodo loquitur de deſtructione materialis Eccleſiæ, per iuris ſiue Superioris authoritatem facta, ibi: *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædificatum eſt in Eccleſia de Lamech, facias penitus demoliri.* Vnde gl. ibid. in verb. non teneat principale, quando ſubinfert, *Deſtructa re, deſtrui priuilegia.* non loquitur niſi de caſu per textum allato, i. de deſtructione facta Superioris authoritate.

9. Deniq; perperam allegat Dd. *in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Nam præcipuus Doctorum nihil habet ibi Bartolus. Baldus autem è diametro Cruſium impugnat his verbis. *Iſte text. eſt arg. quòd licet deſtruatur Monaſterium, non deſtruantur eius priuilegia. quod dic vt notat Innoc. in c. cùm ex iniuncto. de op. no. nu. vbi tenet hoc, quando deſtruitur de facto, ſecus ſi de iure.* Quod ſi Cruſius in factis pro ſe hîc & alibi Doctorum allegationibus, cauſæ ſuæ non diffidit, proferat eorum verba formalia, vt veritas per lectorem lucidè poſſit agnoſci. Quod nî fecerit, non ægrè feret, ſi generalibus eiuſdem citationibus, deinceps fidem abnuerimus: Terrent veſtigia. *Semel malus, ſemper præſumitur malus,* reg. iur. in 6.

10. Poſtremò, non potuiſſet Cruſius propriam cauſam efficacius vulnerare, quàm allegando in fin. Bald. & Ang. in l. proponebantur. ff. de iudiciis. Baldi verba ſunt hæc, n. 1. *Compromiſſum Vniuerſitatis, non finitur morte compromittentium.* Angeli verò hæc: *Compromiſſum non finitur morte compromittentium, SECVS ſi Collegium eſſet deſtructum de iure.* Et infrà. *Diſſoluto Collegio de facto, remanent priuilegia Collegij, ſecus de iure.* Minus igitur poſthac mirabimur, ſi ſæpius cum eiuſmodi ventoſis allegationibus, & marcidis floribus redierit Cruſius; mutare namq; conſuetudinem difficillimū eſt; ex iunco verò naſci roſas, impoſſibile. *Nunquid* enim *colligunt de Spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Prô, qualis hortus!

Matth. 7.

CRIBRVM.

Fol. 31. col. 1. in medio.

Quæſt. 1. c. 3 num. 5.

39. Bartol. 1. Mala eſt allegatio Bart. in l. pupilli § ſi pupilla. n. 3. ff. de ſolut. facta hic à Cru-

à Cruſio. Præterquam enim quod nullus §.incipiat *ſi pupilla*; ſed, *cum pupilla*, vel *ſi cum pupilla*, ut habet Bart. etiam aliunde vitiatur hæc allegatio. Verba Cruſii ſunt: *Actio directa non reviviſcit, ſecus tamen utilis. Bart. in l. pupilli. §. ſi pupilla. n. 3. ff. de ſolution.* Bartolus autem loco cit. loquitur in terminis de actione, quando prius receditur à tranſactione, ut eſt in text. ibid. Quod hic in Monaſteriis locum non obtinet. Potius velim obſervet Cruſius, quod ibid. ait Bart. *Si actio ſublata eſſet ipſo iure, non poſſet reſuſcitari.* ergo ſecus, ſi extincta ſolum de facto, ſeu dormiens fuerit. Porro, ordo Religioſus habet actionem ad Monaſteria ſibi fundata recuperanda nullatenus extinctam, ut opinatur Bremenſis. Videatur Bart. in l. curatoris. nu. 3. & 5. C. de negotiis geſtis. Speraveram, nos in hoc Horto florum aſpectu recreandos; ſed, ut video, ubique FALSÆ ALLEGATIONES

Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ,

nullo cribro ſeparandæ.

2. Mox ibid. rurſus haurit aquam cribro, dum eundem allegat *Bart. in d. l.* quaſi dixiſſet, *Si directa actio reviviſceret, non illa quadriennio præſcriberetur, ſed pro natura ſua, foret perpetua, ſeu 30. annorum.* Qua de re Bart. ne habet unum apicem: Sic nimirum oportet mulgere hircum, quando non adſunt capellæ. 40. Bartolus

PALEÆ.

Lętius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Fol. 148. q. 5. poſt quæſtionis titulum, hæc rubrica ponitur à Cruſio.

Calumnia eſt, Societatem agere de fundatione Virginum Ieſuitiſſarum. Quod ſi quæras, quis hanc calumniam Societati Ieſu intulerit? reſpondet Cruſius, *ſi non F. Romanum, ſaltem eius Ordinis manduconem Scioppium, Aſtri q. 3. n. 1. fol. 147. eam Societati affingere.* Plato lib. 3. de Republica, *Adminiſtrantibus Rempub.* inquit, *præcipue convenit mentiri, hoſtium vel civium cauſa, ad civitatis utilitatem; RELIQVIS, A MENDACIIS ABSTINENDVM EST.* Age formalia exſcribamus, eaq; floſculo puero, quem in horto ad evellenda lolia conduxit Cruſius, legenda & explicanda proponamus. Heus puer? adesdum; lege periodum hanc ex Aſtro deſcriptam, quæ ſic habet: *Nos prætermiſſis aliis, non ſatis aſſequimur mentem horum authorum; An puellæ (quod credibile eſt) peculiares & ſeparatos alumnatus, & quos vel quales ludimagiſtros, qui ſtudiorum exercitiis præſideant, habituræ ſint: neq; enim fas eſt opinari, viros præſertim Religioſos hanc in ſe provinciam ſuſcepturos, cum etiam Clerici non debeant docere VLLAS mulieres, etiam illuſtres nobilitate, nec illas inſtituere, ut legere, ſcribere, vel canere diſcant. ex Concil. II. Mediolan. titu. quæ ad Miſſam, decret. 32. Lal. Zech. lib. de repub. Eccleſ. tit. de Clericis verſ. 3. n. 48. Mulieres vero, quæ id muneris conſtanter & doctè obeant, per Germaniam nullas video, niſi fortè Virgines Ieſuitiſſas dictas, in hunc finem à Pontifice deſtinatas eſſe quis augure-* 41. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES *tur,ut ſcholas ea ſibi ſimilium regant, ac literas profiteantur excultiores.* Hucusq; verba *Aſtri inextincti.* Optime legiſti parvule. Sed ede, quid ſignificant hæc à te recitata verba, *Niſi fortè quis augeretur?* ſignificantne *Societatem agere de fundatione Virginum Ieſuitiſſarum*? NON. Rectè reſpondiſti Floſcule; ſtudioſius verſaſti Calepinum & Daſipodium, quam tuus Magiſter Bremenſis, qui paleas pro tritico vendere voluit. Vade modo, donec te rurſum inclamemus, & hortulano tuo dic in aurem, me hoc loco duas perperam ab ipſo factas allegationes computare potuiſſe; unam, quod non ſine calumnia de calumnia accuſaverit *Aſtrum inextinctum*; alteram, quod Sciоppium innocentem, in ius vocaverit; ſed unica me contentum fore, ut ſemper maneat mihi taurus in arvo. Ad manduconem revertemur allegat. 124. in Moloſſo.

FVNIS EX ARENA.

Fol.ſuo 38.col.2.poſt med. & lin.ult.
Quæſt.1.in append.num.2.

42.43. Ius civile. Bis adducit *l.4.& 8.C.de bonis vacant.* idq; non rectè, primo quia in eo tit. non ſunt niſi quinq; leges, ideoq; octava nulla eſt. Secundo, quia leges illæ non loquuntur niſi de bonis ſæcularibus, quæ quandoq; fiunt vere vacantia. Cruſius autem textum allegat pro bonis Eccleſiaſticis, quæ nunquam ita ſunt vacantia, quin de facto ab Eccleſia, eiusque capite Chriſto Domino poſſideantur. Iſtud nimirum eſt ex arena texere funem.

VRTICÆ.

Veritas mater eſt iuſtitiæ.
Fol.60.col.2.in fin.
Quæſt.2.ſect.2.num.6.

44. Ius Cano. Atte Pelasga tractat Cruſius hoc loco *cap.in ſingulis.de ſtatu Monach.* negatq; iurisdictionem Præſidentium, in Abbates S. Benedicti, extra Capitulum generale ſeu provinciale: *Eo quod*, inquiens, *nullus Abbas in Abbatem habeat iurisdictionem.d.c.in ſingulis. ibi. Ita tamen, quod ex hoc nullus eorum ſibi authoritatem Prælationis aſſumat.de ſtat.Monach.* Quàm autem vitioſe allegeт Cruſius hunc textum, iam in *Aſtro extincto*.q.7.n.31.in fin.declaratum fuit. Nihil enim iuriſdictionis vel authoritatis in ſubiectos Abbates & Monachos, Præſidentibus Capituli hoc loco derogatur, ſed ſolummodo prohibetur arrogantia, ne quis EX HOC, quod factus eſt Præſidens, ſibi eam auctoritatem Prælationis, in illomet officio Præſidentis ſic aſſumat, ut credat ſe mutari non poſſe cum expedierit, ſed quaſi perpetuum Præſidentem ſe velit haberi.. Hic ſenſus ex ipſa textus inſpectione clariſſimus eſt; ſic enim habet d.c.in ſingulis. *Ipſi quatuor præſint Capitulo univerſo, ita quod ex hoc, nullus eorum ſibi authoritatem Prælationis aſſumat, unde cum expedierit, provida poſſit deliberatione mutari.* Præſidentes porro eiusmodi, non ſolum durante Capitulo Provinciali, ſed etiam inter medio tempore Iuriſdictionem & poteſtatem habere excommunicandi, continetur expreſſe in cap.fin.de regular.Dd.ibid.& gl.in c, quanto. de offic. iud. ord.

Explicatur cap.in ſingulis de ſtat. Monach.

ord. verb. ſi prælati. c. ea quæ. de ſtatu Monach. facit Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de regularib. Ex quibus manifeſtum evadit, Cruſium ſine lumine umbram colorare, & urticas, florum loco plantare voluiſſe, nam & hæ igneum quid habẽt. FALSÆ ALLEGATIONES.

LAPPA MAIOR.

Bonorum ingeniorum indoles eſt, in verbis verum amare, non verba.

Fol. Eclipſ. 61. col. 1. in med.

Quæſt. 2. ſect. 2. ſub n. 6.

Omnem funem movet, ut Ordini S. Benedicti aurem evellat Cruſius, cuius Præſidentibus ex perverſa interpretatione Declarationum Cardinaliũ ſtruit hic inſidias, & Iuriſdictionem iterum exagitat. *Idem videtur colligi*, inquiens, *ex Sacra Cardinalium Congregatione; hac enim in c. 8. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regularib. declaravit, Abbates legitime congregatos, requirere poſſe & monere, non vero compellere quæcunq; Monaſteria Provinciæ. Vnde cum Abbatibus legitime congregatis, negetur vis coactiva, & concedatur TANTVM directiva, non habebunt ipſi iuriſdictionem, quæ ſine modica coërcitione, ſeu vi coactiva nulla eſt, ſed tantum notionem aliquam.* Verum hæc allegatio & interpretatio menti Sacræ Congregationis & iuri Cannnico plurimum adverſatur. Aliud quippe eſt loqui de Monaſteriis in Congregationem iam unitis, aliud de uniendis. Vnita, ſeſe de facto ſubmiſerunt ac ſubmittunt iuridictioni Capituli Provincialis, & ſacris Canonibus de eo diſponentibus; ſecus, nondum unita: Et ſic in iſta nondum unita, nulla eſt adhuc acquiſita iuriſdictio Præſidentibus, unde ſolum requiri & moneri poſſunt, ut ſe pariter coniungant, non vero cogi vel cõpelli. Illa vero, nimirum unita, compelli poſſunt ut unita maneant, & ſtatutis communibus obediant, conformiter Concil. Trid. cit. c. 8. ſeſſ. 25. de regular. ubi Præſidum eiuſmodi iuriſdictio his verbis ſtabilitur. *Ipſis autem Congregationibus conſtitutis, illarum Generalia capita, & ab illis electi Præſides, vel Viſitatores, eandem habeant auctoritatem in ſuæ Congregationis Monaſteria, ac regulares in eis commorantes, quam alii Præſides ac Viſitatores in cæteris habent Ordinibus.* Ex quibus apparet, quàm vimineas ſubſtructiones ponat Cruſius, quamq; obtorto collo invitos Eminentiſſimos Cardinales, loquentes de Monaſteriis nondum unitis, ad unita trahere moliatur. Cardinales loquuntur de prora, Cruſius de puppi: illi de malva maiore, hic de lappa maiore, adeoque pulverem in ventum portat.

45. Declarat. Cardinal. Concil. Trid interpretum

Explicatur declaratio Cardinal.

FVMVS.

Fol. ſuo 69 col. 1. lin. 1. & 2.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 1. n. 1.

Cruſius allegat *l. 148. ff. de V. S.* eamque ſic incipere ſcribit: *Id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem.* Quod ſi d. l. 148. inſpicias, videbis ne fũmum horum verborum apparere, nedum ignem. 46. Ius civile.

FALSÆ ALLEGATIONES.

ECLIPSES.

Occultans veritatem, & mendax, pari paſſu ambulant.

Fol. 70. col. 2. ante med.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 1. n. 5.

47. Weſenb. 48. Bald. 49. Menoch. 50. Gloſſ.

Deinde refutabere ex eo, inquit noſter Bremenſis, *quod bonorum Eccleſiaſticorum dominium & poſſeſſio legitima, ſupponant titulum Canonicum*, *per not. VVeſenbec. conſil. 21. n. 46. 47. Baldi in l. proprietatis. n. 4. C. de probat. per c. licet cauſam, de probation. Menoch. 15. remed. 2. recup. poſſ. n. 458. & ſeq. gl. in Clem. un. de cauſ. poſſ. & propr. per c. 1. de eo qui mittit. in poſſeſſ.* igitur Ordo Religioſus non habet dominium bonorum Monaſteriorum deſolatorum. Angulum quærit in circulo Cruſius, qua ratione neque Eccleſia univerſalis haberet dominium in omnia bona Eccleſiaſtica. Baldus loco cit. ne verbulum habet de bonis Eccleſiaſticis, aut titulo Canonico: cæteri vero non loquuntur de dominio ſummo, vel ſubalterno, quale eſt Ordinis Religioſi, aut Eccleſiæ univerſalis; ſed de dominio baſſo ſeu infimo, quale eſt Beneficiati in ſua Eccleſia. Certe Eccleſia univerſalis, nominatim non eſt inveſtita, in ſingulis bonis aut beneficiis Eccleſiaſticis totius Mundi. Adeoque loco florum, hic non viſuntur, niſi Eclipſes & nebulæ Cruſianæ: credo hominem brevi ventos venditurum cum Finnis. *Ex Olao M.*

Ad ſolum dominium & poſſeſſionem baſſam, bonorum Eccleſiaſticorum, requiritur titulus Canonicus ſeu collatio beneficii.

IVNCI;

Fol. 72. col. 2. in med.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 1. n. 9.

51. Ius Cano.

Allegat *cap. in venditionibus. 13. q. 4.* cum ea cauſa nullum caput ſic incipiat, nec habeat ultra duas quæſtiones. Iuncis multum utuntur hortulani, ultra unam æſtatem vix duraturis.

GYGES.

Fol. 73. col. 1. ante med.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 11.

52. Ius Cano.

Citat Cruſius textum *cap. concupiſcentiam. de conſtit.* Et tamen nullum caput in corpore Iuris Canonici reperitur, quod incipiat *concupiſcentiam*, præter caput Ioannis Cruſii, quod *concupiſcentia* Monaſteriorum præoccupavit. Sed quid eſt, quod toties allegat textus in rerum natura non exiſtentes? Nempe Gygen imitatur, qui, ut ſcribit Herodot. lib. 1. & Cic. lib. 3. de offic. beneficio cuiuſdam annuli, ſe ſuaq; reddebat inviſibilia: quem annulum hic induiſſe videtur Cruſius, adeo inviſibiles ſunt ipſius allegationes. Flores nimirũ ſunt coloris aërii. Exeamus ab hoc thoro pulvini; video namq; periculoſam herbam ibi conſitam, quam ex Sardinia inſula allatam, Sardoniam, alii Ranunculum nuncupant: eam quisquis ederit, riſu ſolvitur, moriturq; repentina nervorum contractione. Vt memorat Leander, & Solinus c. 9.

Gyges, beneficio annuli ſe ſuaq; reddebat inviſibilia.

SAR-

SARDONIA.

Noli ſpirare contra ventos.

Fol.75.col.1.§.quod additur.
Quæſt.2.ſect.3.c.1.ſub n.15.in contextu.

Bullæ Pij IV.Pontif.Max.ſenſum & expreſſa verba peruertit Cruſius; aſſerens *eam irritare vniones,fratrum tantùm illius loci conſilio factas.* Sed ipſa verba huc exſcribamus. *Vniones autem*,ait Pontifex, *annexiones & incorporationes, ac ſuppreſſiones & extinctiones Monaſteriorum & Prioratuum eiuſdem Ordinis ,aut fructuum ,redituum, & prouentuum, illorum diſmembrationes, & locis aliis quantulibet piis applicationes,& alia quauis perpetua illorũ alienationes, cuicunque alteri loco,ex quauis cauſa , quantumcunque honeſta,vrgenti & neceſſaria,ABSQVE SPECIALI ET EXPRESSO eiuſdem Abbatis Generalis pro tempore exiſtentis conſenſu in ſcriptis,cauſaq; priùs à Capitulo præfatis,vel aliàs ritè cognita,ETIAM PER NOS,ET SEDEM PRÆDICTAM, ETIAM DE FRATRVM CONSILIO, ac ad quorumuis,etiam Imperatoris,Regum,Reginarum,Ducum & aliorum Principum inſtantiam,DEINCEPS nullatenus fieri poſſint; & ſi aliter fiant, nullius omnino ſint roboris ,neque Ordo eiuſq; ſuperiores & perſonæ , præfatis literis deſuper conficiendis obedire debeant.* 53. 54. Bulla Pij IV. Bulla Pij IV. exponitur. Hucuſq; Pius IV. pro Ordine Ciſtercienſi. Verùm vt video, Sardoniam euulſit Democritus,& iam præ riſu pene crepat,quòd Cruſius verba Pontificis,*etiam de fratrum conſilio*, exponat de fratribus Ciſtertienſis Ordinis illius loci, quæ tamen de S.R.E. Cardinalibus intelligenda ſunt,quos Summus Pontifex, fratres nominare conſueuit. Rectè olim Stratonicus, Ptolomæo Regi ſecum de Muſica diſſerenti, *Aliud*, inquit, *eſt ô Rex ſceptrum, aliud plectrum.* aliud ſunt fratres Summi Pontificis, aliud fratres vnius Monaſterij. Deinde, vt vides Lector, hæc Bulla non irritat vniones *factas*, vt vult Cruſius; ſed *deinceps* à literarum dato faciendas. & ſic Cruſiana Pontificiæ Bullæ allegatio, bullâ citiùs euaneſcit.

TALPÆ.

Fol.34. col.2.ante fin.
Qu.1.cap.4.nu.4.

Dolendum profectò pulcherrimos hortos nonnunquam à talpis fædè ſuffodi,&per eiectionem verrucarum terreſtrium plurimùm dehoneſtari,quarũ duas hoc loco ſe vnico ictu cõfeciſſe gloriatur Cruſius. Arrodebant illæ nimirum floſculorum Cruſianorum radices, vt areſcerent: ſic enim loquitur. *F. Romanus q.1.n.48.Vacans propriè eſſe definit, quod à nemine eſt occupatũ ſeu poſſeſſum,idq; ex gloſſ.in rubr.text.ne ſede vacante,ab ipſo,n.40.& 48.citata,quæ tamen ne verbo quidem eam definitionem attingit,vel inſinuat.* Hæc ille. Verba mea ſic habebant. d. n.40. *Nam vacans propriè dicitur, quod eſt à nemine* 55. Gloſſa. 56. Aſtrum inext.

 occupa-

FALSÆ ALLEGATIONES *occupatum ſeu poſſeſſum. gloſſ. verb. vacantium. extrau. ne ſede vacant.* Numero verò 48. ſic aiebam. *Ex quibus concludo, quia vacans propriè dicitur, quod à nemine eſt occupatum ſeu poſſeſſum, d. gl. extrau. ne ſede vac.* Quibus in locis citandis Cruſius oculos vnà cum talpis perdidiſſe videtur; neq; enim allegaueram gloſſam *in rubrica textus, ne ſede vac.* Deinde, licet Typographus Aſtri, vtrobique pro *extrau.* impreſſerit *extra.* prætermiſſa vltima litera *V.* tamen eo ipſo quòd nullum caput in textu citauerim, & verbum *vacantium* apud gloſſ. nec in Decretalibus extra. nec in ſexto. ſub illo tit. inveniatur, oportuiſſet apertis oculis extra vagari, & in extrauagantibus communibus cap. illud vnicum inquirere, priuſquam me falſæ allegationis, & gloſſam non traditæ definitionis argueret; ibi enim & gloſſæ definitionem formalibus verbis expreſſam, & à me rectè allegatam, ſe verò *in ix vt talpa.* ſuam allegationem terminaſſe depræhendet.

Vide Valer. Reginald. lib. 30. tract. 3. c. 3. ſect. 22. num. 304.

ABLATIVVS CASVS.

Veritas obſcurari, ſed non tolli poteſt.

Fol. 76. col. 1. & 2.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 17. & ſeqq.

57. Vrbanus VIII. Cruſius fœdè maculat reſolutionem Vrbani Papæ VIII. datam Martino Becano; de qua in fine Aſtri, in conſilio Bergenſi. Nam primò, eam reſolutionem Pontificam, ſeu viuæ vocis oraculum, bis nominat *Bullam:* quæ tamẽ in forma Bullæ nunquam emanauit. Secundò, verba Sanctiſſimi erant hæc. *Quodſi bona illa, reditus erant alicuius RELIGIONIS Regularium, QVÆ MODO EXTAT in Congregatione VNITA, quòd illi particulari debeant reſtitui &c.* Hic Cruſius, ex Nominatiuo *vnita*, non ſine iactura veritatis, bis format Ablatiuum *vnitâ:* ac ſi daretur aliqua Congregatio non vnita; vt vel hinc appareat, Ablatiuum caſum præ cæteris Cruſio familiarem eſſe. vitium hortulanis commune.

LAMPADES.

Fol. 78. col. 2. ante med.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 21.

58. Dd apud Cæuall. Neſcio qua fide vel memoria noſter Ioannes hîc allegauerit Doctores apud Cæuall. his verbis. *Quando quæſtio iuris mouetur circa bona Eccleſiaſtica; Vtrum hæc illi Ordini vel aliis Eccleſiaſticis debeantur, vel ſint ſua; non ſpectat ad ſæcularem Iudicem, ſed Eccleſiaſticum, ſecundum Dd. apud Cauall. p. 1. communium opinion. q. 43.* Quippe cùm tota illâ q. 43. mihi ne vnus apex hac de re legatur, cuius titulus eſt ſolummodo: *Vtrum fides ſcriptura publica teſtibus annullari poſſit.* Edition. Vrſell. de Anno 1602. Bene autem docet idem Cæuall. q. 504. eod lib. Iudicem ſecularem poſſe cognoſcere in poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ. Itemque, Iudicem ſæcularem poſſe iudicare de quæſtione facti Eccleſiaſticâ

cleſiaſticâ incidenter, quando negotium principale ſine hoc expedire non poſſet. q. 403. Ex quibus elucet, Cruſium lampades accendere ſine oleo, adeoque operam perdere, non oleum, quo caret. FALSÆ ALLEGATIONES.

CORTINA.

Fol. 84. col. 1. in princ.

Qu. 2. ſect. 3. c. 2. n. 12.

Vtrum verò, ait Bremenſis, *detur hic etiam poſtliminium perſonarum, quæſtionis eſt? Aſſerit quidem F. Romanus q. 1. n. 33. ſed non probat; & refutatur ex eo, quòd Monachi qui erant ante Domini, ſint omnes extincti, ideoq; nec poſſint dici perſonæ illorum poſtliminio reſtitui: cùm non entis nullæ ſint qualitates. d. l. eius qui in Prouincia. ff. ſi certum petatur, cum ſimilibus.* In aëre Cruſius ædificat & plantat; nam in d. l. nec ſyllaba reperitur quæ de poſtliminio perſonarum appellatiuè ſumptarum faciat mentionem: nos enim loquebamur de poſtliminio perſonarum eiuſdem qualitatis & Ordinis, non eiuſdem indiuidui. Etiam *oues recuperans à lupo abreptas, tenetur eas reſtituere vero domino. l. Pomponius ſcribit. §. vlt. ff. fam. erciſſ. & l. Pomponius. ad fin. ff. de acquir. rer. dom.* Menoch. lib. 5. præſumpt. 29. n. 28. Pinxit nimirum in hoc pariete cortinam cum Apelle Cruſius tam affabrè, vt ponè nihil repoſitum inueniatur. 59. Ius ciuile

VMBRA.

Fol. 84. col. 2. in med.

Qu. 2. ſect. 3. c. 2. n. 4.

Hoc loco cælum mari confundit noſter hortulanus, quando præferuidè, ſed falsò imponit Appendici Concilii Lateranenſis tertij, ſub Alexandro III. celebrati, aſſerens ibi *tit. ne Clerici vel Monachi, VERBIS CONCEPTIS ET FORMALIBVS ſtatui*: quòd *Monachi non regulariter viuentes, per alterius debeant Ordinis inſtitutionem puniri.* Attamen cum vmbra pugnat, ſiquidem hæc verba in Appendice non leguntur, ſed tantùm in illius Indice. Depone, depone oro Cruſi, trabem ex oculo, & tubum opticum eius loco ſubſtitue, videbis in ipſiſſima Colonienſi editione, de Anno 1618. ſumptibus Antonij Hierati ſub ſigno Griphi, Conciliorum Tomo 3. p. 2. fol. 619. col. 1. lin. 4. in c. Relatum. allegatam ſententiam vtique non contineri. Poſtea reuerte, & quære fol. 570. col. 1. ibique in medio ferè Indice, ſub tit. *Ne Clericus vel Monachus.* nu. 7. ſupradictam ſententiam ſcriptam comperies. Proindeque deſine veritatem agnitam pertinaciter impugnare, deſine fugientem vmbram perſequi, ne deliquium intellectus aut voluntatis pati videaris. Sed de his fuſiùs infrà. allegatione 450. 60. Appendix Concilij Lateran. III.

FALSÆ AL-LEGATIONES

ARENA.

Fol. Ecclipſ. 84. col. 1. & 2.

Qu. 2. ſect. 3. c. 2. n. 4.

61. Hiſtoria German. Hoc loco Cruſius ſalit antequã videat, caſurus in Arena antequam libeat; non enim abſq; iniuria antiquorum Ordinum, perperam allegat ac ſupponit hiſtoriam Germaniæ prioris ſeculi, quaſi indefinitè in Monaſteriis deſtitutis, olim non vnus alterue Religioſus dundaxat, ſed Prælati & conuentus, communicato inter ſe cõſilio, à fide catholica defeciſſent. *Neq; huic*, ait Io. Cruſius, *ſufficienter occurrit F. Rom. reſp. 1. ad inſtantiã datam q. 1. n. 99. & 100. qua aſſeritur, delictum perſonæ non debere redundare in damnum Eccleſiæ vel Ordinis, cùm nemo alterius odio prægrauari debeat. de reg. iur. in 6. NAM allegata Regula tantùm locum habet in delicto vnius vel alterius perſonæ; NON verò in delictis totius Conuentus. Ant. Butr. in c. dilecta. n. 24. & 25. de exceſſ. prel. vbi ait. Delictum Capituli poteſt nocere Eccleſiæ, vt notatur de ord. cognit. c. cùm dilectus. & de reg. iur. delictum in 6. & delictum Prælati non nocet Eccleſiæ; ſecus eſt, quando totus Conuentus negligit, QVOD NOTA ET BENE TENE MENTI.*

Cruſius imponit antiquis Ordinibus.

Teneo reuera menti, & plures mecum: nec ſatis admirari poſſumus, adeò deficere argumenta noſtris impugnatoribus, & quidẽ viris Religioſis, qui etiam Societatis Ieſu nomine gloriantur, vt ad confictas inſimulationes confugere oporteat; & ſic per falſa ac ignominioſa narrata, Monaſteria ad ſeſe deriuare, & Monachos lectoribus exoſos reddere delectentur. Tubum iterum cape mi Cruſi, & lege quid in *Aſtro q. 1. nu.* 100. ſcripſerim. *His accedit*, aiebam, *quòd rariſſimum ſit Monaſterium, SI TAMEN SIT VNVM, in quo OMNES*, & quidem communicato inter ſe conſilio, *defecerint à fide.* Tuum proinde tanquam affirmantis eſt hoc probare, & talia Monaſteria ſuis nominibus exprimere: Qua in probatione ſi defeceris, ipſe videris, quo pacto te nõ tantùm ex Cretenſiũ, ſed & Calumniatorum *albo*, ſeu potiùs *nigro*, expedias.

Pro veris non vera loqui turpiſſima res eſt.

QVERCVLA.

Fol. 88. col. 2. & fol. 89. col. 1. in princ.

Quæſt. 2. ſect. 3. cap. 3. num. 2.

62. Ius ciuile Iterum lac gallinarum lectori propinat Cruſius, aſſerendo: *Bartolum in l. ſi mulieri. ff. quemadm. vſuſf. amitt. aſſerere quidem, quòd quis habitare dicatur, vbi familia ſua habitat, ſed familiam illic intelligi domeſticam, vt quæ in domini eſt miniſterio: in qua ſignificatione propoſitio eſt vera & iuridica. Verùm ab hac ſignificatione F. Romanus q. 1. n. 80. tranſit ad aliam, qua familia iure iam non proprio, ſed cõmuni appellatur, DE QVA, in l. Inter donum & munus. §. familia ff. de verb ſign.* Quodſi ius ciuile ſeu Digeſtum alleg. iam aperuerimus, nec §. *familia*, nec iota horum illic eſſe deprehendemus. En totum caput exſcribo: *Inter donum & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem, nam genus eſſe donum*

FALSÆ ALLEGATIONES

donum Labeo, à donando dictum; munus ſpeciem nam munus eſſe donum cum cauſa; utputa natalitium, nuptalitium. Sic nimirum Cruſius βλέπων ὀ βλέπει, quærit flores in quercu, ubi ne quercula quidem invenitur. Inter numerum 194. & 195. hoc intereſt, quod unus non ſit alter, niſi fallat arithmetica.

ZIZANIA.

Fol. ſuo 91. col. 1. ante med.
Quæſt. 2. ſect. 3. c. 3. num. 6.

Relictis floribus, zizaniis hic inſidet Cruſius. *Profeſſus*, inquiens, *in illo* 63. Panorm.
Ordine, ubi ſtabilitas loci ſervatur, *quaſi MATRIMONIVM ſpiritale init cū* 64. Communis Dd.
hoc Monaſterio, adeoq; ipſe ſe huic, & hoc ſe ipſi viciſſim tradendo obligat, VT DOCET EX COMMVNI PANORMITANVS in c. non eſt. n. 3. de regular. Quem locum Cruſius in Indice ſuæ Eclipſeos allegans lit. I. iterum ſic ſcribit: *Inter Monaſterium & Monachos profeſſos ſolitarios, contrahitur matrimonium ſpirituale.* Sed neque Panormitanus, neq; ullus quem viderim Doctorum, cit. cap. quicquam dicunt de matrimonio ſpirituali, alicuius Monachi privati cum ſuo Monaſterio. Imo contrarium. Cape verba eiuſdem Panorm. in c. in præſentia. de prob. num. 48. *Inter Monaſterium*, inquientis, *& Monachum, non dicitur matrimonium ſpirituale, cum SOLVS ABBAS dicatur ſponſus. de elect. c. quia propter.* Et certè ſi ſinguli Monachi contraherent matrimonium cū ſuo Monaſterio, ſequeretur, quod unica ſponſa vel uxor, haberet aliquando triginta, ſexaginta, centum aut ducentos ſponſos; quod eſt impoſſibile & abſurdum. c. ſicut in unaquaque. 21. q. 1. cum Eccleſia ſponſa duorum eſſe non poſſit. eōd. textu. & Rota deciſ. 370. n. 4. & 11. apud Oliverium Beltraminum.

Inter Monachum & Monaſterium, nō dicitur contrahi matrimonium ſpirituale.
Solus Abbas eſt ſponſus Monaſterii.

ALCEA.

Fol. 91. col. 1. in fin.
Qu. 2. ſect. 3. c. 3. n. 6.

Eiuſdem eſt farinæ, facta ibidem allegatio Iuris Canon. & eiuſdem Panormitani. *Cap. Abbate*, ait Cruſius, *& ibi Panormitanus n. 4. de verb. ſign. Gua-* 65. Abbas.
rinus Profeſſus Alciatenſis, electus in Abbatem Monaſterii S. Bertini, non admitti- 66. Ius Cano.
tur, &c. Per Deum immortalem! legi & relegi d. cap. Abbate. & Panormit. nec invenio Guarinum electum eſſe in Abbatem S. Bertini, ſed in Alciatenſem, illiuſmet nimirum Monaſterii, in quo profeſſionem emiſerat. Ad quem textum Canonis & Abbatis provoco. Bonus Cruſius præcipitantibus oculis, in veteri via novam ſemitam quæſivit. Sed ad hunc lapidem, paulo poſt redibimus, allegat. 108. hic enim præter alceam ſilveſtrem, nil ſævit olitor.

CARDVVS.

Fol. ſuo 91. col. 2. poſt med.
Quæſt. 2. ſect. 3. c. 3. num. 7.

67. Menoch. Iterum alis ſuis implicatur Icarus: *Si Ordo*, inquiens, *adhuc ciuiliter poſſidet bona emortuorum Monaſteriorũ,non poterit is agere de ſpolio;ſed TANTVM,ne in ſua turbetur poſſeſſione. per notata Menochij in pralud.recuperãd.poſſ.n.21.22. 36. & ſeqq.* Vult igitur Cruſius per notata Menochij, eum qui naturali poſſeſſione ſpoliatus fuit,ciuilem verò retinuit,non poſſe agere de ſpolio ad reſtitutionem naturalis, ſed *tantùm*, ne in ſua ciuili poſſeſſione turbetur. Meros bulbos & allia vendit hic noſter hortulanus; nam locis citt. Menochius nec apicẽ huius doctrinæ profert, nec materiam hanc attingit: Cuius mentem explorare ſi Cruſio placet, legat 15. remed. recup. n.389. vbi *ſufficit ergo ſpoliatio*, inquit, *ad ſuam fundandam intentionem, probare ſe olim poſſediſſe* naturaliter, *quia continuata poſſeſſio ſaltem ciuilis præſumitur; quare ſufficit ad conſequendam RESTITVTIONEM naturalis.* Ac paulò pòſt, nu. 391. *Ad naturalem ergo conſequendam, hæc ſola ciuilis ſufficit, iuxta text. l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas. de acquir. poſſ. Sic docuit in noſtris his terminis Bald. in l. penult. col. vlt. C. ſi non comp. iud. & probat l.1.§.interdictum. ver. ſine autem. de vi & vi arm. dum ciuiliter poſſidenti, concedit RESTITVTIONEM: at hic oſtendit ſe ciuiliter poſſediſſe, cùm recuperandi animum oſtendat.* Hucuſq; Menoch. cui iungimus Tiraquell. de iure conſtit. poſſeſſ. p.2. ampliat.11. Dyn. in c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. nu.17. idq; rectè, quia *idem eſſe dicimus recuperare poſſeſſionem, & ſpoliatum reſtitui*, vt inquit d. Menoch. in prælud. recup. poſſ. nu.2. & 3. Vide Dyn. loco cit. & Dd. communiter in ff. tit. de acquir. poſſ. contra Azonem cum Ioanne aſſerentes, naturalem & ciuilem eſſe duas poſſeſſiones ſpecie differentes, adeoq; ſpolium vnius, non inferre ſpolium alterius. Conſentit Rota deciſ. 561. n. 5. part.1. in recent. & deciſ. 649. num.10. p.2. ibid. & fuit dictum in Brixienſi Optionis. 7. Febr. 1620. coram R.D. Manzanedo, apud Oliuer. Beltramin. deciſ. 555. nu.11. Et ſic poſſidens poteſt recuperare quod perdidit, in genere diuerſo. Libanotidem coronariam ſeu Roſmarinum ſe hîc plantaſſe Cruſius opinabatur, & ecce, non niſi

Petens imiſſionẽ, ſi habet ciuilem poſſeſſionẽ, intelligitur petere immiſſionem pro naturali. *Rota. deciſ. 494. nu.6. ap. Coccinum.*

Ciuilis poſſeſſio, vera poſſeſſio dicitur, & parit veros poſſeſſionis effectus, hoc eſt, fructuum acquiſitionem. *Menoch. remed. 3. retinenda. n.31.*

Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

At forſan alibi ſinceriora germinabunt; ſequamur manuducentem hortulanum, hortos Adonidis jam nobis monſtraturum.

VEPRETVM.

Doloſè facit, qui contra bonam fidem facit. *Crauet. conſil.142. Fol. 91. col.2. in fin. & ſeq. Quæſt.2. ſect.3. c.3. num.7.*

68. Menoch.
69. Dynus.
70. Dd.
71. Tiraquell.
72. Crauet.
73. Hiſtor. German.

1. *Falſum eſt*, ait Bremenſis Opponens, *quod Ordo adhuc habeat ciuilem illorũ Monaſteriorum poſſeſſionem. Nam hæc, licet animo ſolo retineatur, tamẽ decennio elapſo, eſt perdita. Menoch. 7. remed. recup. poſſ. n.25. Dynus in c. ſine poſſeſſione. n. 32. de reg. iur. quam ſententiam ferè omnes Dd. ſunt ſecuti, ex quibus multos congeſſit Tiraquell. tract. de iure conſtit. in 3. p. limitat. 21. & latè Crauet. conſ. 235. n. 1. 2. Proinde hoc in caſu, etiam poſito, quod adhuc Monachi Monaſteriorum illorum*

ſuper-

ſupereſſent,tamen quia non decennio tantùm,ſed aliquot decenniis,bona ſua neglexerunt recuperare,non interpellando aut impetendo detentatores, ciuilem eorum perdiderunt poſſeſſionem. Hucuſq; Cruſius.

2. *Dij ueſtram fidem! itáne comparatam eſſe hominum naturam omnium aliena melius vt uideant & iudicent, quàm ſua!* inquit Terentius in Heautont. Doctores iſti,loquuntur de bonis ſæcularium; Cruſius eos allegat de bonis Eccleſiæ: Doctores nomen *poſſeſſionis* accipiunt,vt iuris nomen eſt; Cruſius de iis detentoribus loquitur, apud quos *poſſeſſio* nomen eſt meriſſimi facti: Illi de poſſeſſore bonæ fidei pronunciant; Cruſius de malæ fidei poſſeſſoribus: Illi de bonis & perſonis,in quibus locum habet præſcriptio; Cruſius ibi uult decennio præſcribi,vbi nec mille annis præſcribi poteſt. *Nam*,vt ait Menoch. loco cit. n. 13. *noſtra hac conſtitutio loquitur,cùm quis iuſto errore,uel alia IVSTA CAVSA POSSESSIONEM INVASIT.* Et num. 14. *Quæro quartò,qualis error is eſſe debeat,quo poſſit inuaſor excuſari? & arbitror eſſe intelligendum de errore iuſto,cùm & gloſsâ hîc exponat, CREDENS ESSE SVAM.* Cruſius autem loquitur de hæreticis,qui ex nulla iuſta cauſa Monaſteria & Eccleſiaſtica bona inuaſerunt.

Cruſius à mortuis tributum exigit.

3. Tiraquelli diſcurſus,totus eſt in *iure conſtituti poſſeſſorij* fundatus; in Cruſiana theſi, de tali *conſtituto* nulla fit mentio nec hypotheſis. Tiraquellus loquitur de poſſeſſore, qui naturaliter poſſidet, nomine poſſeſſoris ciuilis: *Nam vt hoc illis addas*, ait Tiraq. cit. limit. 21. n. 4. *hac poſſeſſio de qua tractamus,tenetur animo noſtro,& corpore alieno,EIVS SCILICET, qui NOSTRO NOMINE naturaliter poſſidet aut detinet. l. 3. §. ſaltus. ff. de acquir. poſſ.* Cruſius autem agit de ſtatibus acatholicis,qui bona Eccleſiaſtica non nomine Eccleſiæ,uel Religioſorum Ordinum,ſed proprio, eoque inualido detinent.

Currus bouẽ trahit.

4. Dynus inſuper, loquitur de poſſeſſore bonæ fidei,qui præſcribere poſſit: (poſſeſſor enim malæ fidei,nullo vnquam tempore præſcribit) commentatur quippe ibi in reg. iur. quòd *ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit.* Imò in fin. nu. 34. contra Cruſium expreſsè concludit: *per quod patet*, inquiens, *quòd ad præſcriptionem eſt neceſſaria ciuilis & naturalis poſſeſſio* SIMVL, *uel ciuilis ſola: naturalis autem ſola non ſufficeret eo caſu, quo poneremus alium ciuiliter poſſidere.* Eandem ſententiam cum prædictis tuentur Crauett. & Dd. citt. Aliàs enim ex Cruſij fundamentis ſequeretur, non minus vniuerſalem Eccleſiam,ciuilem poſſeſſionem ſuorum Archiepiſcopatuũ & Epiſcopatuum in Aſia, Africa, Germania, Anglia & Alibi, decennio perdidiſſe. Vnde apparet, quàm glorioſè Cruſius pro Ethnicis & hæreticis, contra Monachos & Eccleſiam vniuerſalem uelitetur, quando ipſos Principes hæreticos & gentiles detentatores, non modò ſupponit Monaſteriorum & Epiſcopatuum eſſe ueros poſſeſſores, ſed & præſcriptionem legitimam poſſeſſionis ciuilis elapſo decennio illis adiudicat.

Delphinum natare docet.

5. Præterea, alio quoque ſenſu falſæ ſunt allegationes Cruſianæ Doctorum.

ctorum, qui non dicunt, poſſeſſionem ciuilem elapſo decennio perdi; ſed (vt uerbis utar Menochy d. n. 25.) *poſſeſſionem ciuilem, qua ſolo animo detinetur,* *DECENNALI NEGLIGENTIA*, non uerò decennali violenta hoſtium detentione *amitti*: Quæ duo, toto cœlo inter ſe differunt: neque enim tempus, eſt modus perdendæ poſſeſſionis. Dyn. loc. cit. nu. 31. ſed obliuio & negligentia. Tiraq. d. l. nu. 6. quæ hoc caſu nulla fuit: Proinde rectè concludit ibid. Dynus n. 33. quòd quamdiu abſens retinet ciuilem poſſeſſionem, non inchoatur præſcriptio: imò nec inchoari poteſt in bonis Eccleſiaſticis, præſertim ab acatholicis & poſſeſſoribus malæ fidei. Quapropter Cruſius noſter, ſuis allegationibus aërem arat, factuſq; deterior licentiâ, fumum fugiens, in ignem incidit, non futurus ſalamandra. Hoc, ſcilicet, eſt *primos flores*, (quos uepretum nuncupari par eſt) offerre Cardinali Eminentiſſimo:

Hic funis nihil attrahit.

6. Præterea, falsò inſimulat Monachos deſidiæ & negligentiæ, quos ait *non decennio tantùm, ſed aliquot decennijs, bona ſua NEGLEXISSE recuperare, non interpellando aut impetendo detentatores, adeoq; ciuilem poſſeſſionem perdidiſſe.* Proh Deum immortalem iterum,

Echino aſperior.

-------- quid non mortalia pectora cogis
Clauſtri ſacra fames?

Cruſius vt Nilũ totũ ebibat, & Monachis omnes abrumpat anchoras, vt Religioſos Ordines exuat omni ſpe & poſſeſſione Monaſteriorũ deſtitutorum, & ad ſuam Societatem deriuet eorundem Cœnobia, omnia excogitat, omnia rimatur, omnia fingit; uera ſint, an falſa, ſuſque deque habet: Nec aduertit interim, ſe cauſam vniuerſalis Eccleſiæ eodem telo uulnerare. Loquitur de tempore patrati ſpolii, ac ſi coràm interfuiſſet; & nihil eorum quæ ante pedes ſunt uidet. Certè ſi hoc eſt *negligere* Monaſteria recuperanda, etiam Patres Soc: Jeſu hactenus aliquot decennijs in ſtatu Veneto *neglexerunt* recuperare ſua Collegia.

7. Tubum opticum iteratò cape Cruſi, & vtraq; manu fortiter tenendo, lege Bursfeldenſium lamentabilem Supplicationem, *Aſtri fol.* 409. Carolo V. Roman. Imperatori Anno 1545. oblatam; lege protocolla, receſſus & acta S. R. Imperij; lege querelas & grauamina Romanis Imperatoribus, à ſtatibus Catholicis Germaniæ ſæpe ſæpius propoſita; lege narrata Edicti Generalis reſtitutorij Ferdinandi II. Lege prodromum vindiciarum Eccleſiaſticarum Wirtenberg: Anno Chriſti 1636. editum Ratisbonæ; Lege documenta rediuiua Monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtenbergico exiſtentium, Tubingæ eod. anno impreſſa; Euolue denique Virginum ſacratum Monumenta; ſimiliter ibidem eodem anno typis deſcripta; lege alia plura, & noli nodum in ſcirpo quærere, noli per aërem ambulare, ſed pro certo compertum habe, Ordines antiquos in ripa fluminis non dormiuiſſe.

Ignē diſſecat.

8. Teſtibus crede omni exceptione majoribus, quatuor S. R. I. Principibus Electoribus, qui in reſponſo ad Imperatorem Ferdinandum II. ex Mülhauſen dato, 20. Sept. Añõ 1627. ſic inter cætera ſcripsêre. Vñ die Catholiſche

Stän-

Stände ohne allen zweiffel ſich deren vor dem Paſſawiſchen Vertrag / jhnen entzogner Stiffter vnd Gottshäuſer / deren Reſtitution ſie bey jedesmals Regierenden Römiſchen Käyſern NB. ſo embſig vnd viel Jahr lang geſucht / dergeſtalt nit begeben haben wurden/wann ſie ſich der übrigen halber hierdurch nit wurden verſichert/vnd vngefahrt gehaltẽ vnd gewuſt habẽ/ Ibidemq; de Monaſteriis poſt tranſactionem Paſſauienſem occupatis. Es iſt E. K. M. aber hingegen allergnädigſt bewuſt/vnd weiſen daſſelbe die verloſſene Reichshandlungen / inſonderheit die von Anno 1555. her / NB. auff allen Reichsverſamblungen von den Catholiſchen Ständen eingebrachte hochbemühſigte grauamina mit mehrerm auß/wie ſehr ſich dieſelbe beklagt vnd beſchwert/daß gleich nach auffgerichten Religion-Frieden/jhnen vnd jhres Glaubensgenoſſen Geiſt vnd Religioſen / ſo viel anſehentliche Ertz: vnd Stiffter/Clöſter vnd Güter/denſelben vnd vorigen Reichs-Abſchieden/wie auch gemeinen beſchriebnen Rechten ſchnurſtracks zuwider/ de facto entzogen / prophanirt,vnd mit ſolchem Gewalt/zu höchſter ſchmehlerung der Ehr Gottes/auch verhinderung des Catholiſchẽ Gottsdienſts vorenthalten worden. (*Neq; ſtatus Catholici,procul dubio,ante Paſſauienſem tranſactionẽ ſibi ablatis Eccleſiis & Monaſteriis,quorũ reſtitutionem apud omnes pro tempore exiſtentes Romanorum Imperatores TAM SOLICITE PLVRIMIS ANNIS vrgebant,vnquã ceſſiſſent,niſi de reliquis per hoc ſecuros,& extra omne periculum futuros ſe judicaſſent,ac ſciuiſſent.* Ibidemq; de Monaſteriis poſt tranſactionem Paſſauicam occupatis. *Viciſſim autem V.Caſ.Majeſtas Clementiſſimè nouit,idq́ præterita Imperij acta,præſertim ab Anno 1555.hucuſque, IN OMNIBVS IMPERIALIBVS COMITIIS per Catholicos Status propoſita vrgentiſſima grauamina pluribus docẽt,quantopere ij conqueſti fuerint,quòd mox poſt initã Religionis pacem,ipſis cæteriſq́ ſuæ Religionis Eccleſiaſticis & Religioſis, tot , tamq́ ſpectabiles Archiepiſcopatus & Eccleſia , Monaſteria & bona,contra illosmet , & anteriores Imperij expreſſos Receſſus,ipſumq́ Ius commune,de facto ablata , prophanata , & cum tali violentia,non ſine ſumma diuini honoris jactura,& cultus diuini Catholici remorâ,detenta fuerint.*)

Catholici ſtatus in omnib. Comitiis Imperialibus urſerunt reſtitutionem Monaſteriorum. Et apud ſingulos Romanorum Imperatores.

9. Negligẽs ille dicitur,qui nõ facit quod facere oportet. Quomodo negligẽtes eſſe potuerũt Religioſi,in ſuorũ Monaſteriorum recuperatione in Germania, Anglia,& alibi,qui contra uim & furorẽ hæreticorũ,præter lachrymas & preces,arma non habuerunt? quib. ne Cæſar quidẽ imploratus opitulari poterat, vt ablata ſibi,mox recuperarent: quis enim digito contra torrentẽ? Etſi juxta Bald. in l.1.col.2.uerſ.extra quæro. C.vnde vi. apud Tiraq. cit.limit. 21.nu.11. *tunc dicatur quiſpiam in continenti recuperare rem ablatam,quando ſe offert opportunitas.* Et *nunquã debet alicui imputari negligentia,vbi diligentia nihil proficeret.* vt ait Capell. Tholoſana.q.257.n.6. *Mora* enim *nõ dicitur,vbi ceſſatur ex probabili cauſa.* Felin.conſ.34.n.12.nec pænã meretur quod caueri nõ poteſt.

10. Quinimo tantùm abeſt , vt Ordines antiqui fuerint in hac re deſides aut negligentes,vt à nonnullis nimiæ diligentiæ incuſentur,aſſerẽtib. Religioſos ſua Monaſteria repetẽtes,acatholicorũ cõfæderatis armis, belloq; hodi-

hodierno Germanico, tam diuturno & ancipiti cauſam dediſſe ; uelut olim cauſabatur lupus, ouem ex defluente riuulo bibentem, ſcaturiginem turbaſſe. Quanquam uerò mihi minimè conſtet, ad quot Ordinum Regularium aut Epiſcoporum ſupplices libellos ac inſtantiá, Generale Reſtitutionis Edictum ab Auguſt. mem. Ferdinando II. pro cunctis Regularibus emanauerit, quippe cuius narrata nullius factæ ſupplicationis meminerunt: Non tamen inficior, poſt eius promulgationem uel notitiam, à tempore Transactionis Paſſauienſis ſpoliatos Eccleſiaſticos, reſtitutionem ſibi fieri flagitaſſe. Qua in re quid peccârint, non video, cùm & Principes Electores in ſupra citato reſponſo ad Imperatorem, & Camera Spirenſis, & Jure-Conſulti Tubingenſes Lutherani, aliique plures, etiam acatholici, reſtitutionem eam Juri communi, & Imperii Conſtitutionibus ac pactatis conſentaneam eſſe iudicauerint : adeoque nec ſupplicantes Religioſi, nec decernens Imperator, aut Electores, quicquam contra iuſtitiam admiſerunt. Sed neque in vlla hiſtoria legimus, DEVM immiſſo bello iuſtitiam petitam & adminiſtratam mulctaſſe; ſed bene neglectam. Vnde, alias iſtius belli cauſas & peccata aſſignare oportebit, quæ præ ſuis foribus nemo non copiosè reperiet.

Quid cani & balneo? 11. Vtrum autem è re Germaniæ ſit futurum, ſi (vt loquuntur) propter bonum pacis imperrandæ, neglecta pace Religionis, & transactione Paſſauienſi, ſtatus acatholici, in rerum Eccleſiaſticarum ſpolia, publica authoritate reponantur, meum non eſt definire. Multi viri prudentes, ſinceram Germaniæ pacem, uendito pacis authore, conſtare non poſſe arbitrantur. Cum tot myriadum animarum, cum tanta diuini cultûs, & rerum Deo dicatarum jactura pacē emere, dicunt nil aliud eſſe, quàm poſteris nectere flagellum. Frequenter accidit, vt patribus uuam acerbam comedentibus, filiorum *Ezechiel. 18.* dentes obſtupuerint. Judæi excidium Hieroſolimitanum, ac totius gentis ſuæ ruinam triginta argenteis emerunt, non minus rati, ſe ex duobus malis minus eligere, ſi perderent vnum, quàm ſi tota gens ſeditionibus & tumultibus exæſtuans periclitaretur. Dictum, factum. periit vnus. pacata credebantur omnia : cùm ecce, propter vnum in crucem actum, necdum elapſis annis 40. uel ipſis hoſtibus ingemiſcentibus, tota gens oppreſſa bello, pariter periit, mactata, uendita, protrita. Cum Deo nemo jocatur impunè.

12. Si *Conſul eſt qui conſulit patriæ*, quàm raros hodie Conſules numeramus ! Plures, vt ſibi rebusque ſuis conſulant, non conſulenda conſulunt: Exoleuit nempe uetus illud : Fiat juſtitia, & pereat Mundus : jam perit juſtitia, ne pereat Mundus ; perit in Deum pietas, ne pereat hæreticorum *Exodi. 10.* impietas. Nullus hîc Moyſes, qui Pharaoni liberè dicat : *Cuncti greges pergent nobiſcum ; non remanebit ex eis vngula, quæ neceſſaria ſunt in cultum Domini Dei noſtri.* Nullus hîc Laurentius, qui malit aſſari, quàm theſauros Eccleſiæ prodere tyranno, quin, crate ferrea prunisque necdum viſis, theſauros Eccleſiarum, & animarum millena millia, ipſaſque Eccleſias & altaria, Deo uiuo & uero conſecrata, ultro tradimus, extremo ludibrio liberè afficienda,

FALSÆ ALLEGATIONES.

cienda. Aliter enim iſti pacem minimè ſperant, niſi *Princeps pacis*, uelut oſculo pacis dato, tradatur in manus peccatorum, niſi Dei cælitumque cultus, & fundatum *juge ſacrificium*, tantiſper in exilium relegatum, conſpuatur, illudatur & proteratur. Verè *ſapientia hujus Mundi, ſtultitia eſt apud Deum.* *Eſai. 9.* *1. Cor. 3.*

13. Ac ſuperſunt nihilominus, qui hunc juſtiſſimi doloris ſenſum, animis Eccleſiaſticorum impreſſum, auſint auaritiæ nomine inſignire, vt ſub hoc Palladis ſcuto, ueſpertilio ſecuriùs lateat. Falluntur, heu falluntur, qui Romanum Imperium ſtabiliri credunt, ſi FIRMAMENTA REGNORVM, ueluti duæ Sampſonianæ columnæ, inter ſe collidantur. Inuito Deo paciſci, aliud non eſt, quàm ejecto Nauarcho claſſem fluctibus committere. Cuius enim *eſt terra & plenitudo ejus?* quis *hunc humiliat, & hunc exaltat?* in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura regnorum? Intantùm diligunt iſti conſultores Romanum Imperium, vt opinentur ſtatuam Nabuchodonoſoris minimè collapſuram, niſi & ipſi, luteos illius pedes egregiè perforent. *Pſ. 23.* *Pſ. 74.*

14. Plura perdidimus hucuſque paciſcendo, quàm bellando: nam Cerberus iſte vno bolo deuorato, mox alium eſurit; nec famem ſedat ingerendo, ſed auget; niſi dederis, inſurgit; ſi dederis, fortior euadit, pacem pro libitu uiolaturus. Periit noſtra in Deum fiducia, de quo ſcriptum eſt: *Non eſt Domino difficile ſaluare, uel in multis, uel in paucis.* nec jam deſideramus illam, quam Mundus dare non poteſt pacem, ſed propriam cudimus, minus duraturam. Febri nimirum æſtuamus, & frigidam bibendo refrigeramur, paulò pòſt duplò luituri. Docent ueſtigia. Sed jam ex Curia, in hortum Cruſianum, ad vlteriores flores legendos reuertamur. *Alienus ab ira, alienus à juſtitia.* *Satietas ferociam parit.* *1. Reg. 14.*

LILIA.

In herbis, uerbis, & lapidibus, latet magna uirtus.

Fol. Eclipſ. 92. col. 2. in med.
Quæſt. 2. ſect. 3. c. 3. num. 9.

1. Herbas in horto ſuo monſtrabo Cruſio, quas ſi oculis ſuis applicuerit, tollent omnes Eclipſes & Deliquia. Quæſt. ſua 2. ſect. 1. c. 3. nu. 3. meis propoſitis rationibus, ajebat, me in hunc modum argumentari, *ex interdicto de ſpolio: Nam Ordo agere poteſt de ſpolio; igitur Ordo habuit poſſeſſionem ciuilem* Monaſteriorum. Ad hoc argumentum jejuno ſtomacho propoſitum, reſpondet hîc, *Diſtinguendo antecedens, Ordo agere poteſt actione populari, vt quiuis alius DE SPOLIO, concedo. uid. Fel. in c. dilecti. n. 2. & 3. de majorit. & obed. & ibi Dd. poſt Hoſt. per text. in §. ſi autem locorum. auth. de Eccleſ. tit. quem allegat Specul. de inſtrum. edit. §. nunc aliqua uerſ. ſed nonne quilibet. Bart. in l. nequicquam. §. fin. ff. de offic. proconſ. Aretin. pulchrè in c. cum*

74. Felinus 75. Dd. 76. Hoſt. 77. Jus ciuile. 78. Specul. 79. Bart. 80. Aretin. 81. Bald.

olim

olim. 5. *col. de teſt. alleg. tex. & Bald. in l. ciuitatibus. de leg.* 1. Hæc ille. Sed ſciendum, nullum ex allegatis Dd. loqui *de ſpolio*; cùm neque uerum ſit, quemlibet actione populari de quouis ſpolio agere poſſe. Deinde, nemo Doctorum locis citt, aſſeruit, Ordinem habere actionem ſolummodo popularem, ad recuperanda ſua Monaſteria. Omnes autem loquuntur de executione vltimarum uoluntatum in cauſis piis, ajuntque quemlibet è plebe uel populo poſſe agere, vt ea mandentur executioni, quæ ad certas pias cauſas legata fuere. Quod quidem, non contra, ſed pro antiquis Ordinibus eſt: ſic enim omnes agent, vt piæ fundationes, aliquandiu intermiſſæ, ad illum Ordinem Religioſum reducantur, cui primitus ex uoluntate Fundatorum deſtinatæ fuerunt: quod ipſum in *Aſtro* docui q. 1. n. 26.

Pro executione pia uoluntatis, auditur quilibet de populo.

2. Sed en, ipſiſſima uerba Authorum. *Scito*, inquit Felin. d. n. 3. *quòd pro executione pia uoluntatis, auditur quilibet de populo, negligente Epiſcopo*, qui aliàs eſt legitimus executor. Hoc ipſum & Aretinus, & alii Dd. apud Felin. citati affirmant. In authent. de Eccleſ. tit. nullus eſt paragraphus, qui incipiat, *ſi autem locorum*: neque talem allegat Specul. ſed §. *ſi quis hoc facere.* vbi in fin. hæc leguntur. *Omni alij licentia ſit, hujuſmodi mouere quæſtionem, & ſtudere, vt modis omnibus cauſæ piæ compleantur.* de ſpolio nullum uerbum.

3. Porrò Specul. allegatus d. loco, non habet §. *nunc aliqua*: nec uerſum. *ſed nonne quilibet.* Verùm num. 66. quæſtionem ponit ſolummodo: *Nunquid quilibet de populo poteſt agere contra executorem pro talibus ad pias cauſas legatis exequendis, quaſi hæc actio ſit popularis? Et uidetur quòd ſic.* Quid hæc ad ſpolium? Bart. alleg. loc. ait. *quòd Fratribus Minoribus quoad* Ordini ſuo *relicta, conſulatur officio Iudicis, uel ad petitionem cujuſcunque potentis.* quod eſt pro nobis, contra Cruſium.

4. Baldus denique in l. ciuitatibus. ff. de legat. 1. ait: *Valet legatum ad honorem & ornatum ciuitatis, licet non conſiſtat in pecuniario commodo, h. d. Dic etiam, quòd quando relinquitur pauperibus, ſindicus ciuitatis poteſt agere, quòd detur pauperibus, tanquam pro publico intereſſe. quod eſt notand. ſecundùm Bart. Nota hîc, quòd eſt honor ciuitatis, quòd pauperes non vadant mendicando & quòd pauperes puellæ maritentur; pertinet etiam ad honorem ciuitatis facere pietantiam & eleemoſinam Fratribus Mendicantibus.* Hactenus Baldus. Nihil proinde his locis agitur de ſpolio; nihil de eo, quòd Ordo Religioſus non habeat aliam actionem pro recuperandis ſibi fundatis Monaſteriis, quàm popularem; *cùm etiam pauperes habeant actionem, ad petendum relicta pauperibus.* vt ex Accurſio ait Specul. eod. tit. §. nunc uerò aliqua. num. 77. quid ni & certæ profeſſionis Religioſi?

Pauperes quoq; actionē habent, ad petendū relicta pauperibus.

5. Quinimo, ex prædictis Cruſianis allegationibus colligo, ſecundùm ipſum, in Monaſteriis deſolatis, adhuc ſupereſſe vltimas fundatorum uoluntates, & ab ipſis factas fundationes, adeoque Monaſteria non eſſe extincta, quòd fateatur, cuiuis de populo licere actionem inſtituere, vt in ijſdem

iiſdem Monaſteriis deſtitutis, in quibus olim ſpolium interuenit, vltimæ fundatorum uoluntatis ratio habeatur. (Ingens telũ neceſſitas! pro quo doctiſſimo & ueriſſimo reſponſo, magnas Cruſio gratias habeo, & obſtupeſco, in horto Cruſiano tam candida lilia inueniri, quorum tamen odore morbum ipſe caducum haud dubiè contrahet, & cauſa cadet. *Arcum cōtra ſeipſum tēdit.*

FLOS INVISIBILIS.

Fol. ſuo 95. col. 2. poſt medium.
Qu. 2. ſect. 3. c. 3. num. 18.

1. In hoc dorſo horti, pulcherrimum nobis florem, ex Vtopia ad ſe perlatum Cruſius commonſtrat, citat enim *l. cùm hæredes. in princ. ff. de apprahend. poſſeſſ.* cùm in toto corpore Juris ciuilis, talis titulus *de apprahendenda poſſeſſione* nullibi inueniatur. Deceptus credo fuit, ex imaginata ſibi præpropera Monaſteriorum *apprahenſione*. 82. Ius ciuile.

2. Ibidem hæc ſubjungit. *Poſſeſſio quidem eſt quid juris, uerùm plurimùm habet facti, ideoq; NON CONTINVATVR, niſi animo & corpore. l. licet. C. de acquir. poſſ.* Qua tamen lege, directè contrarium docetur, illis uerbis. *Licet poſſeſſio nudo animo acquiri non poſſit, tamen SOLO ANIMO retineri poteſt.* 83. Ius ciuile. *Verberat lapidem.*

Non laudo florem qui nullum ſpirat odorem.

NVBES SINE AQVA.

Fol. 94. col. 1. ante med.
Qu. 2. ſect. 3. c. 3. num. 11.

Hortum Cruſij tam aridum & exſuccum eſſe, nemo mirabitur, qui uiderit quòd *nubes ſine aqua* totum inumbrent, nec quicquam decidui roris ipſi inſtillent. *Termini juriſdictionis ſæcularis, ait, exceduntur, ſi quando Laicus contra Clericum, uel Clericus contra Clericum, ETIAM IN POSSESSORIO, coram Principe ſæculari agit. Gail. 1. Obſeruat. 38. nu. 1. 2. vſq; ad 5.* Si res ita eſt, cur Patres Societ: Anno 1638. & 1639. in Aula Imperatoris egerunt contra ſacrum Ordinem Ciſtercienſem, in cauſa Monaſteriorum Coronæ Mariæ, & Pontis ſalutis, ejuſd. Ordinis in Palatinatu inferiori, & Domus Orterbergenſis Wormatiæ; vtrinq; ſcripturis & replicis coram tribunali Cæſareo Aulico productis? ſi tunc Ferdinandus II. Imperator, terminos ſuæ juriſdictionis exceſſit, cur eum vt Judicem legitimum agnouit Societas? cur forum incompetens non declinauit? At forſan tunc nubes rorida apparebat! Sed ad nubem Cruſij redeundo, aquam illa non habet, & falſa eſt allegatio Gailij, è diametro contrarium aſſerentis cit. num. 2. in hæc uerba: *In Camera, appellationes in caſu decimarum, in petitorio non recipiuntur; IN POSSESSORIO uerò cauſas decimarum per Iudicem ſæcularem agitari & decidi poſſe, communiter placuit, ex authoritate gl. in d. c. literas. in uerb. rebus. quæ aſſerit poſſeſſionem cujuſque rei ſpiritualis, temporalem eſſe, & cenſeri.* 84. Andr. Gail. *Poſſeſſio rei ſpiritualis, cenſetur eſſe temporalis, ideo 3; etiam*

LEGATI-ONES. Et ſub nu. 4. *Et hanc opinionem,* inquit, *Camera etiam ſequitur: quia in cauſis decimarum, quando ſuper POSSESSORIO controuerſia mouetur, citationes decernuntur, & appellationes recipiuntur. Et licet prædictam COMMVNEM opinionem impugnet Anton. de Butr. in d. c. fi. nu. 20. tamen COMMVNIS judiciorum vſus eam approbauit. vt referunt Guid. in d. deciſ. 1. & alij vbi ſuprà.* Hucuſque Gail. Eandem ſententiam tenet Couarr. à Cruſio pro ſe pariter, ſed alibi allegatus. Nam pract. quæſt. c. 25. n. 2. fatetur *quæſtionem de ſolutione decimarum, pertinere ad Iudicem laicum,* apud cit. Gail. d. n. 4. in fin. Simul aduerte Lector, eundem Bremenſem, ſuæ juriſdictionis terminos nimium excedere, quando ſeipſum ſupra altitudinem nubium & ſupra tribunal Cæſaris collocat judicem, deciditque Imperatorem (cujus nomine à Camera Spirenſi omnia decernuntur & expediuntur) toties vſurpata & non legitima poteſtate procedere, quoties in poſſeſſorio Eccleſiaſtico per d. Cameram aliqua decernuntur.

in Iudicio ſæculari agitatur & deciditur.

PAPPI VOLANTES.

Fol.* 101. *col.* 1. *in med.

***Quæſt.* 3. *c.* 1. *num.* 5.**

85. Jus *Canon.* 1. Argumentum confirmationis adducit ex *c. alterius.* 7. *q.* 1. Conſtat autem in Decreto Gratiani, nullum caput inueri, quod incipiat *alterius.* Vnde fit, vt plures flores inuiſibiles habeat Cruſius, quos tamen ueluti Cereris ſacra conſeruat.

86. Concil. Trid. 2. Ibid. n. 6. aſſerit me in *Aſtro* q. 1. n. 43. allegare Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 40. & Lælium Zechium de repub. Eccleſ. tract. de beneficia-

87. Læl. Zechius. tis. ſub n. 3. pro eâ ſententia, quaſi Summus *Pontifex OBLIGARETVR beneficia ſæcularia dare ſæcularibus, & regularia Regularibus.* cùm nec illi, nec ego iſtud dixerimus, probè ſcientes, Pontificem Maximum omni lege humana poſitiua ſuperiorem eſſe, nec earum vlla (ex ſufficienti cauſa) obligari. Ex Concil. autem Trid. ſeſſ. 14. allegaueram cap. 10. non 40. quod in rerum natura non eſt. Vna in ſufflatio, pappos volantes efficit.

DELIQVIVM.

Fol.* 106. *col.* 2. *ante fin.

***Qu.* 3. *c.* 2. *num.* 1.**

88. Ius ciuile. *Subſtitutio uulgaris expirat,* ait Cruſius, *quando directò inſtitutus adit hæreditatem. l. poſt. aditam. ff. de impub. & aliis ſubſtit.* Sed deliquium paſſus eſt hic allegator, quando in Digeſtis, neque talem legem, neque titulum inuenio. adeò apud Cruſium

Statius. ------ *malè cuncta miniſtrat*
Impetus.

PICTVRA IN DISTANS.

Fol. 102. *col.* 1. *poſt. med.*
Quaſt. 3. *c.* 1. *ſub num.* 7.

Solent nonnũnquam in parietibus hortorum pingi, & quaſi in longum extendi frondentia ambulacra, vt qui procul ingrediuntur, arbitrentur in neſcio quàm diſtàns ejuſmodi pictarum columnarum aut frondium vmbras & porticus protendi. *Perſpectiuas* corruptè nominant Germani. Ne quid ergo deſit horto Cruſiano, tales etiam picturas exhibet. Allegat enim hic Abbatem *in c. cùm Eccleſia, de elect. ſub n.* 15. cùm in illo capite Abbatis, non reperiantur plures numeri quàm duodecim; adeoque quicquid ſuprà eſt, pictura eſt vlterius producta, ad fallẽdos & oblectandos oculos excogitata. — *trahit* nimirum *ſua quemque voluptas.* 89. Panorm.

FÆNVM GRÆCVM.

1. Ibid. lin. 6. à fine, ex eodem Abbate poſt illa uerba: *Hæc omnia procedunt, niſi contrarium haberet conſuetudo, quæ in prouiſione præfertur*, omiſit iſta duo, *IVRI COMMVNI*, quæ data opera propter emphaſin in *Aſtro* q. 1. n. 6. majuſculis expreſſeram. 90. Panorm.

2. Ibid. col. 2. ante fin. n. 9. errat Cruſius; *Cum gloſſa*, inquiens, *conſpirat Panormitanus in c. Abbas.* 18. *q.* 2. *vbi ita inquit: Nota, quòd Eccleſia ſemper debeat reformari per homines ejuſdem profeſſionis.* Ex arido ligno ſuccum exprimit noſter Opponens, nam Panormit. in c. Abbas. 18. q. 2. hæc uerba non habet, imò neque commentatus eſſe creditur in hoc caput. Tametſi enim noſter Ioan. Trithemius lib. de Scriptorib. Eccleſ. affirmet Abbatem, librum vnum imperfectum ſuper Decreto ſcripſiſſe, tamen non conſtat, quouſque in eo peruenerit, cùm inter ipſius opera non reperiatur. Taceo, duo eſſe capita d. 18. q. 2. quæ incipiant *Abbas*. Verba uerò ſuperiùs Abbati imputata, leguntur apud gl. in c. inter quatuor. de relig. dom. Sic Panormitanum cum gloſſa confundit Cruſius; ratus, opinor, amicorum omnia eſſe communia. Fænum hoc è Græcia allatum, prò ſuis, nì fallor, caballis curandis plantauit Olitor. 91. Panorm.

Felin. in additionib. ad princ. opus Abbatis in Decretum, ait Abbatẽ ſuper Decreto capiſſe ſcribere, dum eſſet Baſilea, & ſcripſiſſe ſuper prima diſtinctione duntaxat.

SQVILLA.

Fol. ſuo 103. *col.* 1. *lin.* 4. & 5.
Quaſt. 3. *cap.* 1. *num.* 9.

Sequitur alius error ouo prognatus eodem; Nam ibi citat eundem Abb. *in c. cùm Eccleſia, de elect in* 6. cùm notum ſit, in toto ſexto Decratalium, nullum caput reperiri, quod ſic incipiat. Vnde non eſt, quòd hinc Cruſio caput creſcat. E ſquilla non naſcitur roſa. 92. Panorm.

MOLLVGO.

Vbique uenare tuum commodum.

Fol. 108. *col.* 1. *ante med.*

Qu. 3. *c.* 2. *num.* 4.

1. *Etiam poſito*, ait Bremenſis, *dari hoc caſu fideicommiſſum familiæ*
93. Ius ciuile *ſimpliciter, non ideo tamen alij aliorum Monaſteriorum Monachi fideicommiſſa-*
94. Cumanus. *ria ſubſtitutione erunt ſubſtituti, ſed hi, qui in hoc Monaſterio inſtitutis ſubſtituti,*
tanquam deſcendentes eorum habebuntur; non uerò alij collaterales. arg. l. cùm
95. Simon de Præt. *ita.* §. *in fideicommiſſo. ff. de legat.* 2. *& not. ibi à Cumano. Nouell.* 159. *Simon*
96 Intrigliol. *de Pratis in tract. de interpret. vlt. vol. lib. 3. ſolut. 9. Intrigliol. de ſubſtitut. cent.* 3.
97. Menoch. *q.* 830. *n.* 5. *Menoch.* 4. *præſumpt.* 88. *n.* 2. *Collaterales autem hoc caſu cenſebuntur, quotquot ex aliis Monaſteriis erunt Monachi.* Malæ & inſulſæ ſunt hæ legum allegationes, quandoquidem nihil de perſonis Eccleſiaſticis diſponunt, ſed ſolùm loquuntur de deſcendentibus teſtatoris, per generationem carnalem procreatis, & familia domeſtica, in qua ſunt vxor, filij, filiæ, ſerui, gener, nurus, &c. quorum nihil in Ordine ſeu familia Religioſa reperitur: ac proinde nullum hinc argumentum aut comparatio ad Monachos & Monaſteria trahi poteſt, cùm à diuerſis non fiat illatio. Et Cruſius quidem rem acu tangit, (ſcilicet) quando leges iſtiuſmodi ciuiles, rebus aut perſonis Eccleſiaſticis, ueluti pugnum oculo, uel capiti calceum adaptat, vt alibi diximus: præſertim cùm non obſcurè inſinuet, Monachos tantùm collaterales, Ieſuitas autem immiſſos, tanquam deſcendentes & eiuſdem ſtemmatis in Monaſteriis reſtituendis haberi.

2. Menochius citatus, & alii, expreſsè loquuntur *de familia teſtatoris, & deſcendentibus à teſtatore.* Sed amabò, quid hæc ad Monaſteria deſtituta?
Sermonem offert ſurdo. quis Monachorum, Abbatum aut Fundatorum teſtamentum aut fundationẽ condidit pro ſuis deſcendentibus, vt iſtis hodie Monaſteria debeantur? quis vnquam ſomniauit Religioſum Ordinem ſibimetipſi collateralem, aut ſucceſſorem, aut ſubſtitutum eſſe? Et Menochius quidem n. 5. ibid. à tali familia, de qua loquuntur ibi leges & Dd. diſertis uerbis Monachos & alios Religioſos excludit. Igitur ineptæ ſunt horum Dd. & legum allegationes. Quid inde mirum, ſi Cruſius Eminentiſſimo Cardinali pro *ſincera melligine*, molluginem præſentet?

MENTHASTRA.

Curioſitas, res alienas curat, ſuas negligit.

Fol. 116. *col.* 1. *ante fin.*

Qu. 3. *c.* 3. *num.* 4.

1. Noſter olitor, integrum hîc pulvinum Emin. Cardinali Barberino
98. Bonacin.
99. Ius civile offert, nullos flores, ſed meros carduos & menthaſtra germinantẽm; ait enim:
100. Graſſ. *Si facta fuit ſubinde fundatio pro Monachis. hujus illiuſuè Ordinis in genere, (vt*
101. Hoſt. *fieri poteſt validè in cauſa pia, per not. Dd. in* §. *incertis uerò Inſt. de legat.) illo caſu,*
102. Dd.

non

FALSÆ AL-LEGATIONES.

non toti Ordini , ſed certis ex Ordine Religioſis ad hunc locum euocandis, EO-RVMQVE SVBSTITVTIS facta intelligitur fundatio. Certos autem deſig-nabit Epiſcopus per notata Bonacin. in tract. de contract. diſp. 3. punct. 4. n. 4. per 103. Capra.
l. ſi quis ad deſtinandam. C. de Epiſc. & Cler. & Author. de Eccleſia. §. ſi quis autem. 104. Euerard
Nam in dubio Monachorum euocandorum, Epiſcopus aliquibus præ cæteris gra- 105. Panorm.
tificari poteſt, qui jus acquirant, per tradita à Graſſo. in §. legatum. q. 64. nu. 5. 106. Bart.
ex Hoſt. & Dd. in cap. indicante. de teſtament. & hanc communem dicit opinio-nem Capra in tract. Regular. regula. 113. n. 11. à qua in conſulendo & judicando non eſt recedendũ. Euerhard. in loc. à contrar. ſenſ. n. 43. per l. 1. in uerb. & cre-brior. ff. de offic. quæſt. l. cùm quidam. §. quod dicitur. 2. ff. de acquir. hæred. Vnde qui judicat contra communem , uenit puniendus. Pan. in c. 1. de conſtit. eò quòd judex contra communem judicans, litem faciat ſuam. Bart. in l. fin. C. de pæn. jud. qui malè jud. Hucuſque Ioan. Cruſius, qui denuò cum ſuis SVBSTITV-TIS, ex jure Ciuili, de Canonico triumphare incaſſum laborat. Deinde ſi ne-gat per fundationem Ordini in genere factam , toti Ordini jus in confuſo quæri , opponimus illi Paulum Layman in Cenſura *Aſtri.* 9. §. multa ſiclo-quentem: *Dicò primo, Ordini S. Benedicti generatim ac indeterminatè fieri poteſt* Oppoſita juxta ſe poſita, magis eluceſcunt.
legati, teſtamenti, aut fundationis alicujus diſpoſitio: ſicuti & Clero aut Ordini Sa-cerdotali generatim legari , aut teſtamento relinqui poteſt, vt iis, exempli gratia, Eccleſia & ſacrum Collegium ædificetur ac dotetur. Hoc in caſu, tametſi funda-tionis diſpoſitio , & obligatio , extendat ſe CONFVSE , ET INDETERMI-NATE, AD OMNES S. BENEDICTI RELIGIOSOS, aut omnes Clericos ſeu Sacerdotes, tamen &c. Vt videre pluribus eſt inferiùs , in Horti Cruſiani appendice. n. 19. Quòd autem certos ex Ordine introducendos nõ deſignabit Epiſcopus, ſed fundator, docuimus in Aula noſtra Eccleſiaſtica nu. 13. & 14.

2. Sed neq; veriſimile eſt, Patres Societatis (qui non magis exempti ſunt, quàm alii Ordines exempti) permiſſuros, ſi alicubi Collegiũ ipſis fundetur, le-getur, aut teſtamento offeratur, vt per Epiſcopum loci , certi Jeſuitæ , quibus præ cæteris gratificari uelit, deſignentur ad introducendum. Sicque omnes Cruſianæ Doctorum & ll. allegationes ſunt impertinentes & minimè qua-drant, quippe qui non de certi Ordinis Monachis, in fundatione expreſſi , in Monaſteria deſignandis, ſed de aliis pijs legatis, pro redemptione captiuorum & alimentatione pauperũ, *in teſtamento non ſufficienter expreſſorũ* loquuntur: Vnde Bonacina cit. n. 4. quærit, *Ad quem ſpectet executio teſtamenti , dũ teſtator nullum conſtituit executorem.* 3. Jam quale monſtrum allegationis eſt illud, Ex indice apparet horologium.
Author. de Eccleſia. §. ſi quis autem ? Volebat , opinor ex d. Bonacina allegare *Authent. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis autem pro redemptione*, Sed & illud heroicum prorſus, quòd Solem facibus juvet, aſſerens, *fundationẽ intelligi factam*, quoad ſuſtentationem, *non toti Ordini, ſed certis ex Ordine Religioſis ad hunc locum euo-candis.* Quis enim mortalium aut fundatorum aliquando Monaſteriũ Ordini Religioſo taliter fundari voluit, vt totus ibidẽ Ordo congregaretur & ſuſten-taretur? Grandi ad hoc opus eſſet Monaſterio, majori fũdatore. An cùm fun-datur Collegiũ pro Soc. Ieſu, mẽs aliquando fuit totã ibi includere Societatẽ?

Tale Collegium habere Societas nec uellet ſi poſſet, nec poſſet ſi uellet. Sed hæc Cruſius more ſuo *acutè*, vt appareat ipſum haud procul *à cote* ſedere. Quòd deniq; Iudex, qui judicat contra communem (dummodo ex alia communi uel probabili, & non contra conſcientiam judicet) ueniat puniendus, & litem faciat ſuam, nec Panorm. nec Bart. ibi aſſeruerunt. Proinde viderit, ne has vrticas & uepreta Romanis apibus, florum loco præſentet, aliàs non mel, ſed aculeum inde reportaturus: Dignum tali Ariſtæo congiariũ. Viderit etiam, ne & ipſe ueniat puniendus, qui contra communem, in cauſa extinctionis Monaſteriorum, ex nulla probabili, toties judicauit, & judici falſum ſuggeſſit.

PAPAVER.

Fol.* 118. *col.* 2. *ante med.

Quæſt. 3. *c.* 3. *nu.* 11.

107. Ant. Butr. Hic rurſus florem ἀόρατον nobis oſtendit Cruſius, allegans *Ant. de Butrio in c. vacante. n.* 3. *de elect.* nam ex. 60. capitibus, tituli de elect. extra. & 47. in 6. nullum eſt, quod incipiat *vacante.* Hinc diſcunt uenatores, apros in aëre uenari. Quanquam uenia danda eſt homini, qui ſoporiferum papauer, cum melle de ſuis fauis comedens, inter ſcribendum forſan obdormiuit.

Suauis erit ſomnus tuus.

CABALLVS.

Fol. 119. *col.* 1. *ante med. Et fol.* 184. *col.* 1. *ante fin.*

Quæſt.* 3. *c.* 8. *n.* 11. *& q.* 6. *c.* 2. §. *cùm mors.

Hoc loco docet nos Cruſius

Ludere par impar, equitare in arundine longa,

108. Ius Can. quando bis præpoſterè citat *cap. Abbate. de V. S.* his uerbis: *Nec etiam paſſiua datur iſtic* (in Monaſteriis deſtitutis) *electio* Abbatis. *Nam hac jure proprio, ex c. Abbate. de uerb. ſign. eſſet penes Monachos illius Monaſterij, vt citati Dd. docent, id eſt Monachi illius Monaſterij eſſent eligendi, modò digni ſint; uel ſi aliunde aſſumantur, tum hi illic de nouo vt profiteantur neceſſe eſt. d. c. Abbate.* Hæc ille. Nolo hic impugnare aut diſcutere ueritatem hujus aſſerti, ſed factæ ſolummodo allegationis, qua non potuiſſet incommodatior adferri, ſi quis ſtudio deſipere uoluiſſet: adeò textus Canonis, Cruſianæ aſſertioni è diametro aduerſatur, vt etiam ſuſpicer Cruſium illud c. **Abbate, uel non legiſſe, uel** non intellexiſſe.

Textus c. Abbate, de V. S. malè à Cruſio & aliis intellectus, elucidatur.

Nam 1. Cruſius ait, ex d. c. electionem paſſiuam Abbatis, jure proprio eſſe penes Monachos illius Alciatenſis Monaſterij viduati. Summus Pont. autem, in illomet c. Abbate. contrarium decidit, in uacante nimirum illa Abbatia, nullũ ex illius Monachis, ſed ex alio Monaſterio, nempe S. Bertini, tunc non uacante, eligendum eſſe. 2. Cruſius aſſerit, ſi Prælatus aliunde aſſumatur, ex d. c. neceſſe eſſe, vt de nouo profiteatur in Monaſterio, ad quod aſſumitur.

mitur. Innocentius Papa contrarium ibi decidens, ait, ad viduatum Alciatenſe Monaſterium, è Cœnebio S. Bertini Abbatem nullatenus aſſumendum eſſe, niſi priùs apud Monaſterium S. Bertini non viduatam Profeſſionem emiſerit. 3. Cruſius d. c. Abbate, vniuerſim de Monaſteriis à ſe mutuo non dependentibus allegat. Papa uerò, de duobus Monaſteriis loquitur, quorum alterum ab altero, quoad electionem paſſiuam, ex antiqua conſuetudine, & Apoſtolicis priuilegiis dependebat. 4. Cruſius. q. 2. ſect. 3. c. 3. n. 6. ait Guarinum illum Alciatenſem profeſſum, electum eſſe in Abbatem Monaſterii S. Bertini. Pontifex autem dicit, eum electum fuiſſe in Abbatem Alciatenſem. Legatur textus, obſecro. Adeoque Cruſius, à cauda caballum frænare cœpit, forſan haſtiludium, aut torneamentum aliquod poſt meridiem exhibiturus, vbi priùs etiam caput ocreis, & pedes galea muniuerit. *Arbor inuerſa.*

CENTAVRIVM MINVS.

Qui habent vitioſum ſenſum, non habent ſanum conſenſum.

Fol 120. col. 1. poſt. med.

Qu. 3. c. 3. num. 13.

Quando mortuis omnibus in Collegio non numerato, qui jus eligendi Prælatum habent, ſuperſunt alij, quibus jura eligendi non competunt, dicit Cruſius, *tale Collegium intelligi actu ſupereſſe, ex Boër. de elect.* Atqui nihil horum reperio in Boërio, cujus librum, caput, & numerum exprimere debuiſſet, more aliorum ſcriptorũ. Similiter paulò poſt, omni caucaſo abruptior, allegat eundem *Boërium de tract.* ſine cruce & luce, vt opus ſit Oedipo ad diuinandum: fortè, quia *de minimis non curat Prætor*; ideo creſcit hic centaurium *minus*. 109. Boërius 110. bis.

SCOLOPENDRIVM.

Fol. 126. col. 2. in fin.

Quæſt. 3. c. 3. n. 19. in fin.

Cruſius ſe nuper Equeſtri Ordini incorporatum ratus, plumbeum è vagina ſua gladium educit aduersùs *Aſtrum inexſtinctum*, deſcribens hoc loco verba Baldi, ac ſi eſſent formalia: *Baldus*, inquit, *in proœm. ff. n. 5. affirmat*, *Si aliqua ciuitas deſtruatur, eò quòd ejus incolatus deſeratur; ibi deinceps non eſt ponendus Epiſcopus; quia vbi ampliùs fidelium populus non eſt, non poteſt eſſe Epiſcopus.* Verùm cit. Baldus, mihi non quinto, ſed 9. & 10. num. ſic habet. *Eccleſia dicitur curata, ſi quondam ibi fuit, licet omnis populus ejus aliò ſe tranſtulerit, VEL DECESSERIT; eſt enim cum ſpe & aptitudine reparationis: ſecus uerò, ſi nulla ſit ſpes reparationis. SIC ciuitas deſtruitur, ſi ejus incolatus, NB. PERPETVO deſeritur, nec eſt ibi deinceps ponendus Epiſcopus. arg. l. pater. §. Tuſculanus, infr. de legat. 3. & ſic per deſtructionem facti, deuenitur ad deſtructionem juris, quia remoto actu & potentia, remouetur habitus, quia habitus eſſet fruſtra.* Hæc ille. Sed Cruſius noſter, vt apparet, Athenis Iuri ciuili operã dedit, adeò Græca fide Baldũ & alios allegat, vt ſua cõſolidet. Scolopendrio nimirũ turres alligat, ne uento ſubruantur, vtpote herbâ, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine. 111. Baldus. *In cælum iaculatur.*

PVTE-

PVTEVS.

Fol. 129. *col.* 1. *poſt med.*
Quæſt. 3. *c.* 3 *num.* 23.

112. Ius ciuil. Aquam in ſicco quærit jam noſter hortulanus, pro horto ſuo irrigando, cui cùm pluuię deficiant, nil aliud ſupeſt, quàm vt conſtituta pecunia puteũ fodiat, in eundẽ ex improuiſo prolapſurus. Allegat *l.* 1. *& l.* 3 *ff. de conſtuuta pecun.* qui titulus in Digeſto nõ reperitur. Fortè Codicem non bene digeſſit Cruſius. Ibid. col. 2. in med. adducit *l.* 4 *in fine de act. empt. & l.* 1. *de hæred. uend.* neque tamen inſinuat, an in Codice, Nouellis, Inſt. uel Digeſtis hæ leges & tituli reperiãtur. Hoc ſcil. eſt, *Sapienti pauca.* Sed nec in quauis nube tonitru, uel pluuia.

SOLARIVM.

Fol. 131. *col.* 2. *in fin.*
Quæſt. 3. *c.* 3. *n.* 26.

113. Ius ciuil. Intremus hîc in domum penſilem, vndique pictam, cancellis viridibus ambitam, ſub eaq; vmbrã contrã Solis æſtum nonnihil captemus. Fas eſt vtiq; bonis viris huc ingredi, cùm Cruſius frontali inſcriptione nos ab ea minimè excluſerit, quæ ſic habet: *IMPROBI HINC EXESTO.* Contra fundationes & priuilegia deſtitutorum Monaſteriorum producit eo loco Cruſius *leg. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtamẽt. delentur.* quę lex tota loquitur de teſtamẽto cancellato. Probet ergò primùm Cruſius; Monaſterium aliquod fundatum fuiſſe per teſtamentum cancellatũ, atq; ſic eidem (non cęteris) legem illam accommodet: aliàs, corium vltra crepidam extenſurus eſt. Nec obſtat, quòd ſtatutũ illud, *Vt Ordo Monaſticus, qui in aliquo Monaſterio ſecundùm Deum & B. Benedicti regulam dignoſcitur inſtitutus, perpetuis IBIDEM temporibus inuiolabiliter obſeruetur,* practicè loquendo, vt ait Cruſius, indultum fuerit Ordini Monaſtico, *HIC,* non verò alibi inſtituto & habitanti: nam allegatæ p Cruſiũ leges, non impediunt, quò minus omnibus è Collegio mortuis, alii ejuſdem Ordinis ſecundùm Deum & B. Benedicti regulã ſubſtituantur, per quos eorumque ſucceſſores, Ordo Monaſticus jam ſemel inſtitutus, perpetuis temporibus *IBIDEM* inuiolabiliter obſeruetur.

Haurit aquã cribro.

MVSCÆ DOMITIANI.

Fol. 137. *col.* 2. *in fin.*
Quæſt. 4. *c.* 2. *n.* 3.

114. Innocẽt. Pro tuendo fiſco in rebus Eccleſiaſticis, adfert Cruſius authoritatẽ Innocentij, quaſi docuiſſet, *Mortuis omnibus de Collegio Eccleſiaſtico, bona pertinere ad ſuperiorem Eccleſiæ vniuerſalis, qui eſt Papa, uel particularis, qui eſt Epiſcopus. Innoc. in c. cùm ſuper. de cauſ. poſſ. & propr. num.* 4. Sed mera hæc eſt pictura, qua in pariete Papam & Epiſcopum expreſſit Cruſius, quippe

------ *pictoribus atque poëtis*
Quidlibet, &c.

De

De his enim nihil apud Innocentium, cujus uerba cit. loco ſunt hæc: *Quantumcunque moriatur Prælatus, & omnes Clerici alicujus Eccleſiæ, tamen proprietas & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, qui uiuit in æternum, uel penes uniuerſalem*, VEL SINGVLAREM ECCLESIAM, *quæ nunquam moritur, nec vnquam eſt nulla.* Hæc Innoc. qui ſub nomine ſingularis Eccleſiæ intelligit uel cœtum aliquem ſingularem fidelium, cujus Superior quoad prouiſionem, poteſt eſſe alius etiam Prælatus inferior Epiſcopo: uel Eccleſiam materialem deſtitutam, cujus parietes, & adhuc exiſtentia Beneficia, juris intellectu, bona poſſidere dicuntur, vt notat idem Innoc. in c. in literis. de reſtit. ſpol. gl. in c. cauſa Carpenſis. de V.S. Abbas in c. dudum. 2. de elect. Bart. in l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cujuſq; uniuerſ. gl. ibid. Menoch. 13. remed. recup. poſſ. n. 74. & alij. Sed neq; de fiſco Papæ uel Epiſcopi ullus titulus in jure Canonico reperitur, licet Eccleſia quandoq; fiſco comparetur. Hinc elucet, Cruſium nonnunquam in hoc cænaculo muſcas cũ Domitiano configere. Eunuchus olim, referente Laërtio lib. 6. & Bruſon. lib. 4. c. 11. inſcripſerat ſuis ædibus, Μηδὲν κακὸν εἰσίτω. *Ne quod ingrediatur malum.* Id uidens Diogenes; *Ædium*, inquit, *Dominus quà ingreditur?* Et qua Cruſius in hoc ſolarium? FALSÆ ALLEGATIONES.

MANIPVLVS STRAMINIS.

Viro erudito cogitare, uiuere eſt.

Fol. 140. col. 2. in med.

Qu. 4. c. 2. num. 9.

1. Integrum manipulum ſtraminis, loco florum, hic nobis offert hortulanus, his uerbis: *Idem ſentiunt* (videlicet quod BONA Monaſteriorum deſtitutorum exemptorum pertineant ad Papam; non exemptorum, ad loci Epiſcopum. Eclipſ. d. q. 4. c. 2. n. 7.) *Doctores, quotquot mortuis omnibus de Collegio, tradunt prouiſionem illius deuolui, (accepto hoc uerbo prout directum eſt) ad Epiſcopum, ſi Collegium non ſit exemptum; ſin exemptum ad Pontificem. Panorm. in c. nullus in Eccleſia. nu. 10. de elect. & in c. cùm in cunctis. §. Clerici ſanè. n. 6. de elect. & in clem. quia regulares. de ſuppl. negl. prael. & in c. cùm Eccleſia. de elect. ſub. n. 9. & 10. Rebuff. in praxi benefic. de deuolutionib. n. 18. Bald. in margarita. in uerb. mortuus. Dd. in Clem. in pleriſq;. de elect. Archidiac. in c. cùm ſimus. 9. q. 3. Frid. de Seniſ. conſ. 34. &c.* Hæc ille. Sed, quot allegationes, tot falſitates & ſtramina. 115. Panorm. 116. Panor. 117. Pano. 118. Pan. 119. Rebuff. 120. Bald. 121. Dd. 122. Archid. 123. Frid. de Sen.

Nam 1. Nullus horũ Doctorum dicit BONA Monaſteriorum deſtitutorum deuolui ad Superiorem; ſed, JVS PROVIDENDI de Prælato: inter *jus* autẽ *prouidendi*, & inter *bona* temporalia, tanta eſt differentia, quanta inter corpus & ſpiritum. 2. Falſum eſt, quòd ullus Doctorum loquatur de deuolutione directa, ſeu jure proprio facta; cùm talis ſuperior prouideat jure deuoluto, vt in Aula Eccleſ. nu. 67. & ſeqq. docuimus. *Triplici funiculo ſeipſum alligat Cruſius.*

3. Nullus ex allegatis Dd. tradit, mortuis omnibus de Collegio, prouiſionem illius deuolui ad Epiſcopum, ſi Collegium non ſit exemptum; ſin exemptum, ad Pontificem: dantur enim plurima Collegia & Monaſteria exempta, quæ immediatè nec ſubſunt Diœceſanis, nec Apoſtolicæ Sedi.

2. Atque vt Lectori ueritatis amanti de ſinceritate factarum allegationum conſtet, en authorum formalia locis citt. Panorm. in c. nullus in Eccleſia. nu. 10. de elect. ſic habet: *Propter negligentiam Collegij, uel mortem omnium de Collegio, jus prouidendi deuoluitur ad eum, qui habet poteſtatem confirmandi electum, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue ſit alius Prælatus.* quales u.g. in Ordinibus Ciſtertienſi, Præmonſtratenſi, Carthuſiano & Mendicantibus ſunt ipſimet Ordinum Prælati, Viſitatores, Superiores. Idem Panorm. citatus in c. cùm in cunctis. §. Clerici ſanè. n. 6. de elect. *Poteſtas*, inquit, *inſtituendi uel eligendi, ſeu præſentandi, deuoluitur ad illum, qui habebat poteſtatem confirmandi &c. quia ille dicitur ſupplere, qui habebat poteſtatem confirmandi & inſtituendi, quia cenſetur Superior quoad beneficium, licet non ſit Superior quoad perſonas eligentium.* Idem Panor. in d. Clement. quia regulares. de ſuppl. negl. præl. n. 3. *Ex negligentia*, ait, *debentium eligere uel præſentare, deuoluitur poteſtas ad confirmantem, uel inſtituentem, ſiue ſit Diœceſanus, ſiue ſit alius: gloſſa eſt ſingularis hic in uerb. diſpoſitionem. ex qua nota, quòd poteſtas non deuoluitur ad Epiſcopū, niſi ad eum ſpectet poteſtas confirmandi uel inſtituendi. Ad hoc benefacit argumentum in c. ſi uerò. de jure patron. quod not.* Deniq; ejuſd. Pan. uerba in cit. c. cùm Eccleſia. de elect. ſub n. 9. & 10. ſunt iſta. *Quid autem ſi eſſent mortui omnes de Eccleſia Collegiata? dic quòd Superior* IMMEDIATVS *prouidebit de Prælato.*

3. Rebuffus cit. tract. de deuolution. n. 18. hæc eadē habet formalia. *Propter negligentiam Collegij*, inquiens, *uel per mortē omnium de Collegio, jus prouidendi deuoluitur ad eum, qui habebat poteſtatem confirmandi electum, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus.*

4. Baldus in Margarita. uerb. mortuus, ne vna quidem ſyllaba meminit alicujus deuolutionis prouidendi ad Epiſcopum uel Papam; ſed ſolùm diſputat, penes quē omnibus de Collegio ſublatis, ſit bonorū Eccleſię poſſeſſio.

Suo ſe telo configit Cruſius.

Leo IV. Imperator Conſtātinopolitanus, apoplexia mortuus, ex nimia ui margaritarū proueniente.

Caueat proinde Cruſius, nè ſe nimiùm oneret *margarita* Baldi, ne idem ſibi eueniat, quod Leoni IV. Conſtantinopolitano Imperatori, cui gemmatū diadema capite gerenti, illa *margaritarū* uis, & apoplexiā, & immeditatam attulit mortem, vt memorat Platina in Paulo II. Pontifice Romano, quem autumat eodem mortis genere occubiſſe, ob gemmarū vim frigidiorem: Caueat, inquam, ſibi Cruſius, à malè citata Baldi *margarita*, præſertim *in uerb. mortuus.*

5. Doctores in Clem. in pleriſq;. de elect. Archid. & Feder. de Senis, nō meminerunt Collegiorum exemptorum uel non exemptorū: nec loquuntur de deuolutione *bonorum* Monaſterij, neq; (vt dixi) de deuolutione directa, qualem in hac materia fingit Cruſius: vnde Archidiac. ibid. *quando neceſſitas imminet*, inquit, *vtputa quia mortui ſunt omnes de Eccleſia, tunc Epiſcopus eliget,* NON NOMINE SVO, *ſed nomine dictæ Eccleſiæ; adeoq; jure deuoluto, non proprio.*

Cur

Cur autem Cruſius non agnoſcat ullam devolutionem ad Superiores quarundam Religionum, qui nec ſunt Epiſcopi, nec Summi Pontifices, in promptu cauſa eſt; quia translationes Monaſteriorum deſtitutorum ad Societatem Ieſu à talibus faciendam deſperat, ideoq; huiusmodi devolutio, ceu lardum rancidum, Cruſianæ culinæ non ſervit, qui mavult eſurire, quam hos rogare.

Mavult eſurire, quam rogare.

CONCORDIA DISCORS.

Rerum concordia cuſtos.

Fol. 143. *col.* 1. *in med.*

Quæſt. 4. *c.* 2. *num.* 12.

Etiam diſcordias ex Concordatis Germaniæ Cruſius elicit, eaq; perperam allegat his verbis: *In Collegio non exempto, neglecta vel impedita electio, devolvitur etiam ex Concordatis Germaniæ, non ad Ordinarium, ut oſtendi, ſed ad Summum Pontificem; ideoq; ad hunc, non ad illum ſpectat ius providendi.* Cuperem noſſe, in quo apice Concordatorum, Cruſianum iſtud acumen contineretur, cum id non modo Concordatis, ſed & Iuri communi è diametro adverſetur. Adeo nimirum ferax deliquiorum eſt Cruſius, ut ſicubi non inveniat Eclipſin, ipſe faciat. Opus hic eſſet Commentario in Pſalm. *Credidi*: Iam enim trabes in hoc penſili ſolario crepare audio: Si placet, egrediamur in arboretum vicinum, ne minantes nos opprimant ruinæ.

124. Concordata Germaniæ.
Tenebræ palpabiles.

MOLOSSVS.

Fol. 148. *per totum.*

Quæſt. 5. *num. unic.*

1. Quis nos hic ſub ingreſſum pomarii moloſſus allatrat? *Qui me amat, & canem meum amat*, ait Cruſius. Alligatus eſt, ut video, villoſus horti Cruſiani cuſtos, Cerbero terribilior: Vt micant ei flammantes oculi! ut rictum immanè diducit! ut rauco gutture ringitur, & tantum non rumpitur: canis nimirum domi ferociſſimus: *Aſſerit*, inquiens, *Paulus Laymannus, diſſolutorum Collegiorum bona etiam poſſe aliis alterius Ordinis Religioſis conferri, non tamen, ut illi invidioſè, ſi non F. Romanus, ſaltem EIVS ORDINIS MANDVCO Scioppius. q. 3. num. 1 fol. 147. affingit, Virginibus Ieſuitiſſis conferenda. Nam quisquis noverit Societatem Ieſu, eius S. Fundatorem Ignatium, tum ipſius familiæ ſtudia, virtutes, prudentiam; tale quid haud unquam à Societate cogitatum, nedum agitatum noverit. Si lubet, potes F. Romane, omnes latebras ſuſpicionum peragrare ſcribendo; non cauſa, non locus, non facultas, non conſcius, non perficiendi, non cogitandi illius ſpes, non ratio ulla, non veſtigium tantæ à S. Fundatoris animo mutationis reperietur. Totum quod profertur, ex inimico, ex infami, ex Maſonico Scioppii proficiſcitur calamo. Societas vero, quæ novo illo auſu tentata dicitur, plena eſt integritatis, obſequii, obſervationis erga ſuum S. Fundatorem* acre-

Canis ſaviens in lapidem.

Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, ſine cauſa, reus erit iudicio. *S. Auguſt. lib. de ſerm. Domini in monte. c. 9.*

ac religionis. Proinde illi ſimile quiſquis affinxerit, Pattacione calumnioſior habendus erit. Quin etiam, uti calumnia manifeſta, Societati illata reum arguet calumniatorem Curia Romana; ita confido, ut & ipſa eandem calumniam ſit obtritura ac contuſura. Hæc Cruſius.

2. Sed profecto tantam bilem in Aſtro me irritaſſe non invenio; minus Scioppium, cuius calamus *Aſtrum* ne ſemel attigit. Nempe Cruſius ex illis eſt, quibus

> *Si quid benefacias, levior pluma eſt gratia,*
> *Si quid peccatum'ſt, plumbeas iras gerunt.*

ut ait Plautus in Pænulo. Multi ſunt calumniæ cenſores, pauci oſores. Citata q. 3. n. 1. referebam verba Laymanni dicentis, *eſſe declaratam intentionem Suæ Sanctitatis, ut ex reſtitutorum Monaſteriorum bonis, aliqua applicentur communibus VTRIVSQVE SEXVS puerorum ſcholis, cum Catholicis ac piis ludimagiſtris, qui illos INNVMEROS* (ut alter Cauſidicus nominabat) *PVEROS ET PVELLAS doceant.* Subiunxeramque *me non ſatis aſſequi, quos vel quales ludimagiſtros, qui ſtudiorum exercitiis præſideant, habituræ ſint puellæ. Neque enim fas eſt opinari*, aiebam, *viros præſertim Religioſos, hanc in ſe provinciam ſuſcepturos, cum etiam Clerici non debeant docere ullas mulieres, &c. Mulieres vero, quæ id muneris conſtanter & doctè obeant, per Germaniam nullas video, niſi fortè Virgines Ieſuitiſſas dictas, in hunc finem à Pontifice deſtinatas eſſe, quis auguretur, ut ſcholas ea ſibi ſimilium regant,* prout iam alicubi cœperant, *ac literas profiteantur excultiores.* Hæc ibi, & ſupra alleg. 41. quibus ſi tantam rabiem ab hoc melampo merui, Lector arbitretur.

Horat.

> *Quid* igitur *immerentes hoſpites vexas canis,*
> *Ignavus adverſum lupos?*

3. Nec eſt, quod Scioppium, ceu *manduconem Ordinis S. Benedicti*, vehementius impetat, qui aliquandiu ad inſtantiam Aug. Imperatoris Ferdinandi II. micas de menſa Monachorum cadentes edebat. Illos potius Ordinis noſtri *manducones* allatret, qui micis, imo menſis & marſupiis non contenti, primo ſuo ſæculo, tot iam integra Monaſteria devorarunt, ut ſi ſic etiam porro perrexerint, brevi nihil nobis ſit ſuperfuturum. Licet vero haud ignorem, in Societate eſſe, qui publice ſcribere auſi fuerint, memoratum Scioppium, etiã oſtella Benedictina auctoratum vel conductum, *Aſtrum inextinctum*, aliaq; contra Ieſuitas evulgaſſe: tamen ut iis aliiſq; conſtet, ad cuius inſtantiam, & qua de cauſa idem aliquandiu inter Benedictinos VVeingartenſes in Suevia moratus fuerit, ipſiusmet Cæſaris Ferdinandi II. literas, ad Georgium & Franciſcum Abbates VVeingartenſes datas, hic adiungo; quas nuper ex eodem Monaſterio ad me tranſmiſerat. R. P. Gabriel Buzlinus, hoc ad me præmiſſo Epiſtolio.

Errat in Ordinis S. Bened. manducone Io. Cruſius.

Litteræ P. Gabrielis Buzlini ad P. Romanum Hay 640.

4. *Reverende admodum in Chriſto P. Romane.*

Mirati ſunt omnes noſtri, eſſe qui ECLIPSIN Soli moliantur: ego vitium oculorum interpretor, & impingentibus ad tanti ASTRI radios condoleo, nunquam, niſi

perſa

perſanato oculo, illuminandis. Manduconem VVeingartenſem quod attinet, etſi manducones eiuſmodi plurimos aluerit S. P. N. Benedictus, hoc tamen, de quo queruntur illi, vix aluit magis ſobrium, vt admirationi religioſiſſimis quibusq; eſſet, tanta in homine ſæculari ſobrietas, frugali contenta prandio, cœna integrum annum nullâ, vix frigidæ ſub noctem hauſtu, & bolo panis modico, admiſſis. Grauiſſima & manifeſtiſſima mendacij iniuria eſt, ſi quis culinæ Weingartenſi delicias affingat, quæ Religioſos etiam non ſemel hoſpites auertit, vt Cœnobium præterirent, & cauponarium inuiſerent; quæ tamen tam parca non eſt, vt modeſtiæ Religioſæ memores, non ſufficienter paſcat, charitate præſertim & beneuolentiâ condimenta miſcentibus. Copias literarum Ferdinandi II. quibus Scioppium recommendat, non ſolùm accipit, ſed & alias Ferdinandi Archiducis ſimiles ad Reuerendiſſimum Georgium p.m. Abbatem datas, cum reſponſo eiuſdem: Ex quibus facilè pateat, conductum, promiſſumq; hoſpitium, longè prius quàm alienatio hæc animorum inter Ieſuitas & antiquos Ordines intercederet. Actionem perduellionis, tantum abeſt vt approbarint noſtri, vt nec quidem legerint: Atteſtaturq; ſanctè R.P. Gregorius noſter Monaſterij Bibliothecarius, ſeriò ſibi imperatum à Reuerendiſſimo p.m. Franciſco Abbate noſtro, nè vſpiam exemplar proſtare ſineret, verùm bene clauſum cũ ijs libris, quorum lectio non omnibus conduceret, cautiſſimè aſſeruaret. Librorũ qui ad menſam leguntur, & lecti ſunt omnium, accurratiſſimum à multis annis ſyllabum, iuſſu Superiorum penes ſe eſſe affirmat, quem quidem ſi opus ſit, typis editurũ, vt vniverſo conſtet, nihil eiuſmodi ad menſam Religioſorũ Weingartenſiũ admitti, quàm quæ è re omniũ eſſe videantur, & deceant menſam bonorũ Monachorum. Bene valeat, & me Numini ſubinde cõmendare meminerit. Weingarten. 6. Ianuarij. Anno 1640.

5. Copiæ literarum Sereniſſimi Ferdinandi Archiducis Auſtriæ. &c. ad Georgium Abbatem Weingartenſem.

Literæ Archiducis Ferdinãdi ad Georgium Abbatem Vinearũ.

Vnſern Gruß zuvor/Ehrwürdiger/Geiſtlicher/beſonders lieber vñ Andächtiger. Wir ſtöllen in keinen Zweiffel/Ewer Andacht werde noch vor dieſem vernommen haben/wie eifferig ſich der Röm. Käyſ. May. vnd vnſer Rath/Caſpar Scioppius, der an mehr Orthen ſinckender Catholiſchen Religion/nur mehr von vielẽ Jahren her/angenommen/vnd was er darunder von deß beſten wegen/ mit Beſchreib. vnd Edierung etlich. fürnehmer Bücher/ für ein Nutz geſchafft.

Weil er dann in ſolchem guten Fürnemmen/ zu continuiren geſinnet / vnnd eben jetziger Zeit/ ein fürnehmes Werck an der Handt / dardurch er nit wenig zu fruchten verhofft: darzu er aber eines ſolchẽ Orts bedürfftig/ da er demſelben der Nothdurfft nach/mit allẽ darzu gehörigen requiſitis, füglich vorſtehen möge: hat er Ewer Andacht berühmbtes Gottshauß / vor andern hierzu erwöhlet; ſich auch getröſtendt Jhro werde ſein dahinkunfft/ zu effectuirung ſeines wolmeinẽden intents/ſo gar nit zuwider ſeyn. Damit er aber E. Andacht deſto geneigter vñ vnbedencklicher darzu erſcheinen/ So habẽ Wir diß vnſer Schreibẽ/vorher interponiren/vñ dieſelb bittlich erſuchen wellen/dz ſie gemelten Scioppiũ, welcher von wegen ſeiner ſonderbaren Geſchickligkeit/vnd nit gemeinen Qualitäten/aller Wolthaten würdig/von vnſertwegen auff ein Zeit/die er nutzlich anlegẽ wird/ gutwillig annemẽn/vñ in gutem befelch erhalten. Daran ſie vns ein angenehmes

Gefallen erweiſen/vnd die Göttliche Ehr erweitern werden. Sein hierüber E. And. willfähriger ehiſter Antwort gewertig/vnd dero/mit aller Bereitwilligkeit zugethan. Datum Prag. den 26. Sept. im 1610. Jahr.

Ferdinand von Gottes Gnaden Ertz Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/Grave zu Tyrol vnd Görtz/rc.

Ferdinand.

Dem Ehrwürdigen Geiſtlichen/vnſerem beſonders lieben vnd andächtigen Georgen Abbten deß Gottshauß Weingarten.

Verſio Latina.

Caſpar Scioppius ab Archiduce Ferdinādo commendatur Abbati Weingartenſi

Præmiſſa noſtra ſalutatione, Venerabilis, Religioſe, plurimum dilecte, devote, Non dubitamus Devotioni Veſtræ iam antehac innotuiſſe, quam inſtanter & fervidè, Sacra Cæſ. M. & Noſter Conſiliarius Caſparus Scioppius labanti Catholicæ Religioni, à multis iam annis ſuppetias tulerit, & quantum interea ſuis in lucem editis libris & lucubrationibus fructum in Repub. Chriſtiana fecerit. Quare cum huiusmodi propoſitum etiam porro continuare ſtatuerit, & hoc ipſo tempore quoddā opus inſigne moliatur, unde plurimum fructum ſperat; ad intentum autem iſtud eiuſmodi loco opus habeat, in quo omnibus neceſſariis requiſitis inſtructus, captum laborem proſequi poſſit; Veſtræ Devotionis celebre Monaſterium, præ cæteris ad hoc ſibi delegit, firmiter ſperans, ſuum illuc adventum, ad effectum propoſiti ſui conſequendum, Ipſi minime adverſaturum. Nihilominus, ut V. Devotio eo libentius in idem conſentiat, Noſtras haſce prius interponere, & ipſam rogando requirere voluimus, ut prædictum Scioppium, qui ob ſingularem doctrinam, & qualitates haud vulgares, omnibus beneficijs dignus eſt, in gratiā Noſtri, ad tempus (quod bene collocabit) benevolè ſuſcipiat, ſibiq; commendatum habeat. Id quod Nobis gratum erit, & ad maius divinæ gloriæ cedet incrementum. Væ. Devotionis annuens reſponſum deſuper præſtolātes omni benevolentia. Eidē manemus addicti. Pragæ. 26. Sep. 1610.

Ferdinandus Dei gratia Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis & Goritiæ. &c.

Ferdinandus.

Venerabili, Religioſo, Nobis plurimum dilecto ac Devoto, Georgio Abbati Monaſterij VVeingartenſis.

Reſponſum Dn. Abbatis VVeingartenſis.

6. Quibus acceptis, Dn. Abbas Weingartenſis, ſub dato 4. Nov. in hanc ſententiam Ser^mo. reſpondit. *Licet facilè cogitare poſſit, Domino Scioppio pro ſuorum ſtudiorum proſecutione, alibi meliores occaſiones, quas eligere potuiſſet, minimè defuturas; ſe tamen ob eius laudabile propoſitum, & præſtantes qualitates cumprimis autem, ob interpoſitionem Suæ Seren. ipſius deſiderio & petitioni conſentire.*

7. Cur autem ſæpememoratus Scioppius, ad Monaſterium Vinearum ſeſe tunc non contulerit, cauſam ipſe expoſuit in literis paulò poſt ad eundem R.^mum Abbatem Auguſta datis, ut ſequitur.

Peril-

Perilluſtris & Reuerendiſſime Domine. Cùm iam in eo eſſem, vt ad Perill. & Reuerendiſſimam D.V. proficiſcerer, hoſpitio, quod mihi, litteris ad Sereniſſimum Patronum meum miſſis prolixè detulit, vſurus; opportunè me amicus monuit, copiam librorum Lutheri, Caluini ac ſimilium, quibus mihi ad inſtitutum meum opus eſſet Weingarti me nequaquā habiturum. Itaq; coactus fui hic Auguſtæ permanere, donec librum aduersùs Angliæ Regem abſoluero. Interea officij mei eſſe indicaui, Reuerendiſſimæ. Dom. Veſt. gratiſſimum meum animum profiteri, ſimulq; rogare, vt eum eſſe me exiſtimet, qui nihil magis in votis habeat, quam ſummam illam Reuerendiſſimæ Dom. Veſt. hoſpitalitatem & beneficientiam, ſi ſic res ferat, promptâ fideliq; ſtudiorum viciſſitudine remunerari. Deus Reuerendiſſimam Dom. Veſt. diutiſſimè incolumem ſeruet. Auguſtæ Vindel. 21. Ianuarij, Anni huius ineuntis, 1611. quem Reuerendiſſimæ Dom. Veſt. totiq; ipſius Monaſterio, ac nobis omnibus auſpicatiſſimum precor.

Scioppius ſuā excuſat abſentiam.

Perill^ris.^ & Reu^mæ.^ D^is.^ V^æ.^

Obſeruantiſſimus & amantiſſimus.

Caſpar Scioppius.

8. Elapſis interim prope ſeptendecim annis, mortuo quoque Abbate Georgio, ad ſucceſſorem Franciſcum, ex aula Cæſarea literæ ſequentes emanarunt.

Litera Ferdinandi II. Imperatoris ad Franciſcum Abbatem Vinearum.

Ferdinandt der Ander/erwöhlter Römiſcher Käyſer.ꝛc. Erſamer/lieber Andächtiger. Vns hat vnſer lieber getrewer/Caſpar Scioppius vnderthänigſt angelangt vnd gebetten/bey dir Vnſer Kayſ. Vorſchrifft für Jhn dahin anzuwenden/damit er in deinem anvertrawten Gottshauß/als ein alter erlebter Mann auffgenommen/darinnen gegen Zöhrung deß ſeinigen erhalten/vnd vnder deſſe/zu deines Stiffts Bibliothec/zu continuirung ſeiner Studien zugelaſſen werden möge. Wie nun gedachter Scioppius/ſeiner Geſchickligkeit vnd experientz halber gerühmbt iſt/Wir jhme auch zu ſeinem obberührten intent zugelangen/gern befürderſamb ſein wolten.

Als haben Wir jhme die gebettene Vorſchrifft an dich nit verwaigeren konnen. Begehren demnach an dich hiemit gnädigiſt/du wolleſt dir mehrgedachten Scioppium in ſolchem ſeinem Anſuchen/dardurch dir vnnd deinem Stifft/weilen er darinnen dz ſeinige zu verzöhren vhrbietig/vñ ſein Leben/neben continuation ſeiner Studien/in Ruhe vnd Gottesdienſt zu enden/einzig vorhabens/deßwegen auch von deinem nechſten Anteceſſore Jhme Vertröſtung beſchehen ſeyn ſolle/alſo recommendirt ſeyn laſſen/damit Er dieſer Vnſer Kayſ. interceſſion, fruchtbarlich genieſſen möge. So Wir gegen dir hinwider in Kayſ. Gnaden/damit du Vns gewogen haſt/zu erkennen vnvergeſſen ſeyn wollen. Wien den 21. Sept. Anno 1628.

Ferdinandt. ꝛc.

Verſio

Verſio Latina.

Ferdinandus II. Romanorum Imperator Electus. &c.

Ferdin. II. Imperator ſcribit pro recipiendo Scioppio.

Honorabilis, dilecte, deuote. Nobis humillimè ſupplicauit Noſter dilectus, fidelis Caſparus Scioppius, quatenus ad te Commendatitias pro ſe dirigeremus, eo ſenſu & fine, vt is in tuo Monaſterio, veluti jam ætate prouectior ſuſciperetur, & ibidem ſuiſmet ſumptibus ſuſtentaretur, interimq; acceſſus ad Bibliothecam tui Cœnobij, pro ſtudiorum ſuorum continuatione ſibi concederetur.

Cùm igitur prædictus Scioppius, ob doctrinam & experientiam celebris exiſtat, Noſq; conſecutionem intenti ſui promouere deſideremus, Noſtram ad te petitam recommendationem negare non potuimus. Proinde à te benigniſſimè cupimus, vt præmemoratum Scioppium, qui de ſua quadra viuere, ſimulq; vitam & ſtudia ſua, in quiete, & diuini cultus frequentatione finire ſolummodo deſiderat, prout ipſi etiam ab Anteceſſore tuo ſpes aliqua facta fuiſſe perhibetur, tibi commendatum habeas, vt hac Noſtra Interceſſione Cæſarea efficaciter frui & gaudere poſſit; Viciſſim tibi gratiam noſtram Cæſaream; qua erga te Nos inclinatos habes, offerentes. Vienna. 22. Sept. Anno 1628.

Ferdinandus.

V. t. Petrus Henr. à Stralendorf.

Ad Mandatum Sacræ Cæſ. Maieſtatis proprium

Ioannes Soldner D.

9. Elapſo ferè triennio rurſus aliæ literæ Cæſareæ ad eundem Abbatem emanarunt, ſequentis tenoris.

Ferdinandt der Ander / Erwöhlter Römiſcher Kayſer. ꝛc.

Alia littera Ferdinandi II. Imper. ad eundem Abbatem pro Scioppio.

Erſamer / lieber / Andächtiger. Vns iſt inſonderheit gerühmbt worden / was Geſtalt du Vnſern vnnd deß Reichs lieben getrewen Caſpar Scioppio, auff Vnſer demſelben an dich / noch vor dieſem / ertheilte gnädigſte Kayſerliche Recommendation, allen geneigten Willen erzeigt vnd erwieſen habeſt. Wie nun Vns ſolches zu angenehmen Gefallen gereicht / vnd Wir mit Kayſerlichen Gnaden erkennen. Als haben Wir dir / vnnd deinem anvertrawten Gottshauß / gedachten Scippio hiemit ferner beſter maſſen recommendiren wollen / mit dem gnädigſten Begehren / du denſelben wie bißhero / alſo forthin / in guter Obacht haben / dir vnnd deinem Conuent wohl befohlen ſeyn laſſen / vnd allen geneigten Willen ferner erweiſen wolleſt / Das wöllen wir / mit Kayſer-

Kayſerlichen Gnaden / damit Wir dir vnd deinem Conuent ohn das wohl gewogen / anderwerts zuerkennen vnvergeſſen ſeyn. Geben zu Wien / den 3. Martij, Anno 1632.

Ferdinandt.

V. t. P. H. von Stralendorff /

Ad Mandatum Sacræ Cæſ. M. proprium

Johann Söldner D.

Verſio Latina.

Ferdinandus II. Romanorum Imperator electus, &c.

Honorabilis, dilecte, deuote. Nobis cum ſingulari laude relatum fuit, qualiter Noſtrum & Imperij dilectum, fidelem Caſparum Scioppium, ad noſtram, ante hac ad te directam Cæſaream recommendationem, omni benevolentia proſecutus fueris; quod ſicuti Nobis ad beneplacitum ceſſit, idq́ cum gratia Cæſarea recognoſcimus, Ita tibi tuoq́ Monaſterio prædictum Scioppium iterum meliori modo recommendamus, benignè cupientes, vt eundem etiam porrò, ſicut hactenus tibi tuoq́ Conuentui commendatum habere, omniq́ beneuolentia proſequi velis. Quod tibi tuoq́ Conuentui cedet in commodum gratia Noſtra Cæſarea, qua vobis aliàs benigniſſimè inclinamur. Datæ Viennæ, 3. Martij, Anno 1632. **Recommendatio Sciopij ad Abbatem Franciſcum.**

Ferdinandus &c.

10. His iniectis ſibi bolis aut offa, Cerberus ſiue melampus noſter deſinet, opinor, aſperiùs allatrare Sciopium ceu *manduconem* Ordinis S. Benedicti, niſi & ipſum Sacratiſſimum Imperatorem allatrare velit. Sed tranſeamus modò Moloſſum, noſtra præſentia irritatum, & arboretum hoc pulcherrimum ingrediamur: Conſulo tamen, hunc viridarij Cruſiani Cuſtodem, Hippocratis vinculis arctiùs alligari, ne caſu prætereuntem hoſpitem, rupto veteri fune, morſibus improuiſis aliquando dilaniet. *Ira* enim vt ait Ennius apud Ciceronem, *eſt initium inſaniæ:* Etſi hæc natio minantium, adeò timenda non eſt, quia *muti canes mordent, timidi latrant.* **Natio minantium, timenda non eſt.**

***

FALSÆ ALLEGATIONES

POMARIVM.

POPVLVS ARBOR.

Fol. 152. col. 1. & 2.
Quæſt. 5. cap. vnic. num. 2.

125. Rebuffus 1. MVltas arbores in quincuncem diſpoſuit Cruſius, quales ſint videamus; quia ex fructu cognoſcitur arbor. Inprimis pro hac ſententia; *quòd deficientibus & extinctis ILLIVS LOCI perſonis Religioſis, legatum relictum, etiam aliis alterius Ordinis Religioſis applicari poſſit*, perperam allegat Rebuff. in praxi benef. de collationib. §. volumus. in verb. & conformitatem. Rebuffi verba hæc ſunt. *Deficientibus tamen Monachis nigris* (i. extinctis, & nullis ampliùs exiſtentibus. c. inter quatuor. de relig. dom.) *poſſunt conferri beneficia ILLIVS ORDINIS, Monachis albis, vel Canonicis.* Igitur Cruſius duo verba *illius loci*, pro *illius Ordinis* intruſit, vt Rebuffum violenter in ſuas partes pertraheret.

Audiendum eſt, ait Cruſius.

126. Io. Honor. 127. Concil. Trid. 2. Pro eadem ſententia malè citat Io. Honorium ab Axel in ſuma Decretal. de relig. dom. c. 36. n. 9. & Concilium Trident. c. admonet 8. §. quod ſi hoſpitalia. ſeſſ. 25. de reform. quaſi loquerentur de Monaſterijs in alium vſum pium transferendis, cum tamen expreſsè loquantur ſolùm de hoſpitalibus (quæ per ſe non ſunt Eccleſiaſtica beneficia, vt ſunt Prælaturæ & cæt. Garcias de benef. p. 1. c. 3.) Verba ipſiusmet Concilij Trident. cit. loco vnde exſcripſit Honorius, ſic habent: *Quod ſi HOSPITALIA hac, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, vbi ſunt dicta HOSPITALIA, ſimiles perſonæ aut perpaucæ reperiantur; mandat Sancta Synodus, vt fructus illorum, in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario, cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit; niſi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum: quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus.* Hucuſque Concil. Trident. & Honor. de quo textu plura, allegat. 496. Si jam ſubſumere velit Cruſius, Monaſteria eſſe talia *hoſpitalia*: negabitur Minor, omniſque inde facta illatio, tanquam à diſparibus facta. Extinguere enim Monaſteria eorumque Beneficia, & ſtatum Eccleſiarum mutare, ſolius eſt Maximi Pontificis vt inquit Abbas: Vnde & Paulus Layman, Aſtri Cenſura 38. §. at verò; fatetur, nullum reperiri decretum in toto corpore Iuris Canonici, quo detur poteſtas Epiſcopo, conſtituendi alterius Ordinis Regulares in Monaſterio per mortem omnium deſtituto non exempto. Cui ſi prædictus Concilij textus fauiſſet, illum procul dubio

Alexander Macedo, celeritate: Q. Fabius, cunctando: Io. Cruſius, fingendo.

dubio pro ſe allegaſſet. Væ autem modo peregrinis, infirmis, ſenibus, pauperibus, orphanis & viduis, quorum hoſpitalibus Cruſius iam etiam inſidias, *ad maiorem*, vt prætendit, *Dei gloriam*, ſtruere incipit. FALSÆ ALLEGATIONES

3. Iniquè allegat Concil. Aquiſgran. 2, ſub. Gregor. IV. Pont. & Ludouic. Imperatore habitum, quaſi c. 18. doceret, *legatum relictum, cum cauſa eſſe mutabile*. Aſſertum non impugno, ſed allegationem præpoſteram. Verba Concilij ſunt: *Monaſteria diuinis ſolummodo cultibus dicata, non debere ſæcularibus dari, & canonicà prodit authoritas, & ipſorum deſtructio locorum: ſed quia id exigit Reipub. neceſſitas, ſaltem collapſa loca erigi debent, & Clerici locis, in quibus fuerunt, reſtitui: QVOVSQVE OPORTVNITAS ID PERMITTAT EMENDARI PLENIVS.* Ex his arborum fructibus potiùs diſcat Cruſius, Monaſteria diruta vel deſolata, ab Eccleſia Catholica pro extinctis habita nunquam fuiſſe, ſed ea antiquum ſtatum vicino pede ſequi; cuiuſmodi de populo arbore tradunt. Exciderant huic menſe Decembri folia omnia; at cùm iuxta illam ſepulchro condita fuiſſet B. Gudila apud Brabantes inſignis virgo, cæpit arbor mox tota frondeſcere, perinde expanſis ramis virentibus, ac æſtate conſueuerat, idque vno momento. Deinde verò, cùm eiuſdem oſſa ad Baſilicam Morſellenſem transferentur, altera à tranſlatione die, arbor eadem ſponte ſe eodem tranſtulit, ac ſacræ Virgini ſe conſtituit proximam, cùm inde abfuiſſet decem paſſuum millibus. Ei miraculo accurrit Carolus Magnus, ac compunctione motus, locum plurimis donarijs & priuilegijs auxit: Vt habet vetuſtus author in vita S. Gudilæ apud Surium tomo. 1. menſe Ianuar.

128. Concil. Aquiſgranenſe.

Populus arbor, ſequitur corpus S. Gudilæ Virg. Brabătinæ, ad decem millia paſſuum.

FICVS ARBOR.

Fol. ſuo. 154. col. 1. init.

Quæſt. 5. cap. unic. n. 5.

1. En, vt ibi ſupra petram plantata ficus, humoris defectu paulatim areſcit! Eſt hæc arbor & allegatio Cruſiana, qua Petrum Anton. de Petra, lib. de poteſt. Princip. c. 30. num. 1. & ſeqq. ait docuiſſe; *quando Princeps in translatione alicuius rei, alicui non aufert ius plenè acquiſitum, ſeu dominium, ſed, tantùm aliquod ius ad rem, tunc in tranſmutatione & tranſlatione, ORDINARIA tantùm vti poteſtate.* Verba autem Petræ cit. n. 1. ſunt hæc: *Decimò limitatur ſupradicta concluſio, reſpectu iuris plenè nondum & perfectè quæſiti, illud enim per Principem tolli poteſt SINE CAVSA.* Vbi 1. Petrus hîc non facit mentionem de Principis poteſtate ordinaria vel abſoluta. 2. Mala eſt Petræ ad Monaſteria facta applicatio, quandoquidem Religioſi S. Benedicti, ex prima fundatione, ius habent plenè quæſitum in Monaſterijs ſibi fundatis, non ſecus ac habent in feudis, ex prima inveſtitura omnes deſcendentes primi acquirentis. 3. Ineptè fit hæc allegatio à Cruſio; nam Petra cit. num. 1. & ſeqq. refert non ſuam, ſed aliorum ſententiam &

129. Pet. Ant. de Petra.

FALSÆ ALLEGATIONES

Senſus Petræ exponitur.

obiectiones, à quibus ipſe poſtea recedit n. 10. & ſeqq. concludendo contrarium: *Sed ſic eſt*, inquiens, *quòd iſtud ius adeundi, ſiue delatum ſit ex cauſa teſtati, ſiue ex cauſa inteſtati, ſemper dicitur quæſitum de iure gentium, ergò ſine cauſa auferri poſſe non videtur. Et quòd iſtud ius delatæ hæreditatis, licet non ſit omnino & perfectè quæſitum, tamen ſit conſiderabile in hac materia; patet à fortiori, per ea quæ dicemus in d. 7. exemplo.—eò quòd ius fuit quæſitum ex teſtamento, quod eſt de iure gentium.* Et num. 25. ait: *Ius in ſpe*, ſiue ad rem, *tolli poſſe per Principem, de poteſtate abſoluta*; Ergo à contrario, non de ordinaria. Cruſ. quæſt. 5. c. un. num. 2. in fin. Rurſum Petra num. 28. ibidem, aſſerit, *Principem de Plenitudine poteſtatis, nedum poſſe præiudicare iuri alicui quæſito, ſed etiam id facere poſſe, ſine citatione ipſius.* Quibus ex verbis Cruſius cognoſcere potuiſſet, Petram non agnoſcere in vllo Principe plenitudinem poteſtatis legitimam, veluti quæ neque legi humanæ poſitiuæ, neque naturali, neque diuinæ ſe conformet, vt clarius explicamus allegat. 398.

Ficus ex arido ſaxo fructum tulit Ioanni Epiſcopo Silentiario.

2. Sed Cruſio deteriora plerumque arrident, qui, proh, quantum diſtat ab altero illo hortulano, Ioanne divo Epiſcopo Silentiario, à quo pariter ficus arbor petræ cuidam aridiſſimæ, ac inſtar parietis præruptæ impoſita fuit, quæ tamen germen emiſit, ac paulatim etiam creſcens, ad cellæ tectum pertigit, fructumque protulit, in ſignum ſpei quam in Deum conceperat; ſe nimirum æterna vita potiturum, ſi ex arido ſaxo fructū arbor protuliſſet. Scriptor hiſtoriæ tradit, ſe ad eum aliquando profectum, miraculumq; fuiſſe contemplatum, cùm in ſaxo nulla appareret rima radices arboris excipiens, neque vllus humor eas alens, obſtupefactum exclamaſſe: *O, altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. &c.* Hæc apud Metaphraſten. 13. Maij. Nos è contra, Cruſianæ ficus aridas radices contemplantes, cum Perſio exclamamus,— *O, quantum eſt in rebus inane!*

QVERCVS POMIFERA.

Fol. 154. *col.* 1. *in fin.*

Qu. 5. *cap. un. n.* 5.

130. Ius Can. Cruſius ex Decretalibus allegat caput *quia translationem. de offic. deleg.* cùm tamen illo tit. imò toto corpore iuris Canonici; nullum huiuſmodi caput inueniatur; fortè *quia tranſlationem* Monaſteriorum iura non approbant. Iſtud nimirum eſt arbores in aëre plantare, & ex quercu decutere poma.

PIRASTER.

Quod non licet, dulcius eſt.

Fol. 154. *col. circa med.*

Qu. 5. *cap. vnic. n.* 5.

131. Inno. III. 1. Innocentium III. Pont. Max. plurimarum Decretalium conditorem, bis ſub nomine *Sancti* allegat Cruſius, vtiq; maioris authoritatis ſibi conciliandæ

cauſa;

FALSÆ ALLEGATIONES

De hoc Innoc. III. lege Lilia Ciſterc. Ioannis Chryſoſt. in vita S. Luitgardis Virg.

cauſa: quem tamen ſicuti conſtat in reformandis depravatis fidelium moribus & gubernanda Eccleſia Catholica Zeloſiſſimũ Pontificem fuiſſe; ita non memini eundem hactenus canonizatum fuiſſe, præterquã à Ioanne Cruſio Bremenſi. Qui quo ducendus ſit, quod nondum canonizatum, contra Summorum Pontificum Decreta *Sanctum* proclamare præſumpſerit, docebitur ex Curia Romana, ubi eum præ foribus exſpectat Ioannes Euſebius Nierembergenſis Hiſpanus, pariter è Soc. Ieſu, qui in vita S. Ignatii Hiſpanicè impreſſa Madriti, & Cæſarauguſtæ, Anno 1631. Caniſium, Fabrum, Oviedam, Anchietam, Acebedum, Guttierez, alioſq; ſuæ Societatis optimos, & multa virtute conſpicuos viros, paſſim Sanctos vocat. Quæ omnia ipſimet ſanctæ Inquiſitionis tribunali examinanda relinquo.

132. Ius Canonicum.

2. Ibidem aſſerit Cruſius, per *Clement. quia contingit. de relig. dom.* adeoque per legem poſitivam humanam, *IVRE CONCESSAM ESSE POTESTATEM Summo Pontifici, legatum ad unum uſum pium, interveniente cauſa, convertendi in alium pium, Eccleſiæ utiliorem.* Quæ allegatio ſi vera eſt, ſequitur ante Clementem V. (cuius ille Canon eſt) nullum ex Summis Pontificibus illam poteſtatem habuiſſe *iure conceſſam*, mutandi pia legata. &c. Sed amabo Cruſi, poſſuntne leges poſitivæ humanæ (quanquam ibi reſpectu Summi Pont. hac de re nulla eſt lex, ſed reſervatio ſolum) aliquid *concedere* Papæ, quod ante non habebat? Annon ipſe conditor eſt Sacrorum Canonum? quomodo igitur Canon ille, quidpiam ſuo conditori concedere poteſt cum quicquid habet, habeat ab ipſomet ſuo conditore? Forte in ſchola Cruſii, Canones ante ſuos conditores extiterunt, & Chriſtus ante Prophetas, ut olim etiam Paulus ſimplex Anachoreta opinabatur? Poteſtatem mutandi ultimas voluntates in cauſis piis, ex cauſa, certè Papa à nullo iure ſcripto humano accepit, quia qui ſibi Regulas præſcriberet, hominẽ nunquam habuit. Quocirca iterũ á tergo in ſinum ſuum ridet Democritus, videns Cruſium pro malo Punica, in horto ſuo non niſi piraſtrum plantaviſſe.

Paulus ſimplex, diſcipulus S. Antonii Abbatis, putabat Chriſtum ante Prophetas fuiſſe.

ARBOR ADAMI.

133. Aſtrum inext.

1. Ibidem huic arbori vicina ſtat alia, non magis fertilis, qua *Covarruviã. 3. reſol. 6. n. 8.* pro ſuo errore tegendo, ceu quædam Adæ perizomata Cruſius ſibi prætendit, & applicat. In *Aſtro* q. 7. n. 31. adduxeram pro Abbatibus illud dictum Panorm. in c. in ſingulis. n. 3. de ſtat. Monach. *Iuriſdictio quæ datur à lege*, (ſeu *à Canone*, ut loquitur Innoc. in c. cum Eccleſiarum. de offic. ordin.) *eſt ordinaria*, per legem cum Panorm. & aliis intelligendo legem poſitivam humanam. Quod dictum ſolummodo locum habet in iis perſonis, quæ legi ſeu Canoni ſubiectæ ſunt; hæ enim iuriſdictionem à lege accipiunt: Princeps autem, qui legis conditor eſt, legi non ſubditur, nec à lege quam condidit, iuriſdictionem accipit.

De Principis poteſtate diſputare, nefas eſſe, accipiendum eſt de iure poſitivo. *Menoch. lib. 2. præſump 10. n. 55. & 56.*

2. Hic iam Cruſius, inſpecto obiter Covarruvia, eandem regulam ad Summum Principem ſeu Pontificem extendit, dicendo, *Iure conceſſa poteſtas ordinaria dicitur. Covarr. d. l. Atqui poteſtas, quæ legatum ad unum uſum pium, à*

Pontifice in alium pium utiliorem convertitur, eſt iure conceſſa. igitur &c. Vbi, vel hunc terminum *iure conceſſa*, aliter accipit in Maiori, & aliter in Minori; & ſic erunt in ſyllogiſmo quatuor termini: vel accipit in Minori, ſicut in Maiori, adeoq; in ſenſu citati Covarruviæ, extendendo ſignificationem nominis *Iuris*, non ſolum ad Ius poſitivum, ut nos facimus, ſed etiam ad Ius naturale ac divinum. Quo fundamento ſemel poſito, non remanebit in Summo Pontifice *poteſtas abſoluta*, ſeu plenitudo poteſtatis, niſi tyrannica; id quod eſt contra ipſummet Cruſium. Nam quicquid facit Papa legitime, ſecundum Covarruviam, id facit per poteſtatem ſibi conceſſam à lege ſeu iure humano, vel divino, vel naturali; adeoq; ſecundum iſtos, quicquid facit legitimè, facit ex poteſtate Ordinaria. Sed ipſummet Covarruviam audiamus.

Covarruvias non agnoſcit in ſūmo Pont. poteſtatem abſolutam.

3. *Nam quod Princeps*, inquit, *etiam derogando legibus humanis, IVRE NATVRALI, DIVINO ET HVMANO facere valet, id ad Ordinariam Principis poteſtatem pertinet: Iure ſiquidem conceſſa poteſtas, Ordinaria dicitur, non abſoluta; cum nihil abſolutum cuiquam, etiam Principi iure ſit permiſſum. Quod autem Princeps agere nequit IVRE HVMANO, DIVINO, NEC NATVRALI, id non ad poteſtatē Principis, quæ ex iure deducatur, ſed ad TYRANNIDEM, quæ ex iniuria oritur, pertinet.* Hæc ille, quem in hac ſententia *erroneè labi* affirmat Petr. Ant. de Petra, de iure quæſit. non tollend. c. 1. n. 9. licet eundē preſſo pede ſequatur alibi. Vides ergo lector, iuxta Covarr. & ipſi conſentientem Cruſium, non dari legitimam *poteſtatem abſolutam* in Principe, adeoque (contra communem, & Cruſii propriam ſententiam) falſam & abſurdam eſſe diſtinctionem poteſtatis in Ordinariam & abſolutam, quam tamen Layman cum aliis defendit, in iuſta defenſ. ante fol. 1. *Secundo*, inquiens, *accipitur plenitudo poteſtatis, ut idem ſit quod poteſtas abſoluta, ſeu libera à LEGE POSITIVA cum Princeps legi non ſit ſubiectus, ſed ſupra legem.* Egregiè proin, ſuum anteceſſorem Laymannum defendit Cruſius, quando cum ſuis mercibus eum ex pomario fuſte abigit ac profligat: nempe tamdiu quis eſt in pretio, quamdiu uſui eſt. Mendico ne parentes amici. Egregiè etiam, ſcilicet, Pontificis Maximi tuetur authoritatem, affirmando (conſequenter) ipſum errare, & non modo malè ſentire, ſed etiam malè loqui, quando ſe quidpiam concedere vel decernere pronunciat ex poteſtate abſoluta, ſeu plenitudine poteſtatis Papalis. Iſtud nimirum eſt, *ſinceram ex Hyblæis Panormitani, Cyrniis Benedicti de Plumbino, atq; aliis Doctorum floribus decerptam melliginem S. R. E. Cardinali offerre.* In hac arbore, apes non mellificant, ſed veſpæ Bremenſes, crabrones & œſtra. Videantur ad rem præſentem allegationes 129. 334. ac præcipuè 398.

Homo homini lupus.

4. Dices; ſaltem Cruſius non deliquit, verè allegando Covarruviam. R. deliquiſſe 1. dictum illud Abbatis in *Aſtro* relatum, à ſuo legitimo ſenſu, in ſenſum Covarruviæ & ſuum allegando, torquendo, & pervertendo. 2. peccaſſe, quod Covarruviam *erroneè labentem* ſecutus fuerit, & iuxta claudum gradiens, claudicare didicerit, qua in re tam parum eſt excuſabilis, quam parum Protoplaſtus replicando: *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & come-*

Geneſ. 3.

& comedi. Adami & Cruſii erat, ad trutinam rem reducere, nec uni credere cõtra omnes. Hoc videlicet eſt plantare lignum ſciẽtiæ boni & mali; cuius etiamnum veſtigia ſuperſunt; nam hodieq; è Palæſtina in Europam à Iudæis aliisve importantur poma, quæ *Adami poma* nominant, in quibus á natura morſus humanus inditus & impreſſus clariſſime conſpicitur, idq; non dnbito, in commiſſi tanti criminis deteſtationem ac memoriam. Certè ex quo primum pomum attigit Eva, contagioſo tactu omnes arbores per univerſum Latium infecit genere fæminino.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Adami poma, qualia.

5. Simile quid accidit in regno Bohemiæ, Monaſterio Ciſtercienſis Ordinis, Aurea Corona dicto, in ramis tiliæ, in quibus ſub ziſca Huſſitarum Duce ante ducentos annos, martyrio affecti pependerant eiuſdem Ordinis Religioſi, dum ex eo tempore, folia in formam caputii Ciſtercienſium, iubente Deo, mirabiliter degenerarunt, & quotannis eam retinentia formam, perenni miraculo, tempore verno renaſcuntur; qualia non ſemel cum admiratione contemplatus fui. Dum inter arbores ambulamus, de arboribus loquimur; excitant enim præſentia ſenſus ac memoriam.

Folia tiliæ miracula in Bohemia.

6. Admirabilius eſt, quod de alio Ciſtercienſi Monacho, antea veterano milite narratur apud Thomam Cantiprat. lib. 2. apum. c. 29. p. 9. qui ſalutationem Angelicam (quam ſolam ex omnibus precum formulis ob tarditatem ingenii addiſcere poterat) ita menti infixerat, ut eam identidem ad momenta pene ſingula recitaret. Quod clientuli officium, Deiparæ quam acceptum fuerit, tum maxime patuit, cum ſtatim ab obitu eiuſdem Monachi, arbor ex eius tumulo, & vero ab ipſius ore prodiit, cuius ſingula folia aureis literis nomen B. Virginis MARIÆ, cum primis Angelicæ ſalutationis verbis deſcriptum continebant.

Nomen Virginis Mariæ foliis arboris inſcriptum.

7. Huic affine eſt, quod de S. Ioſcione Monacho Benedictino S. Bertini Audomari; ſimilem ob cauſam referunt, è cuius defuncti capite, quinq; roſæ miræ pulchritudinis prodiere, ex ore una, (& in hac, nomen MARIA literis aureis exaratum erat) binæ ex oculis, & aliæ ex auribus binæ: Quas roſas, non modo Religioſi omnes, qui tunc Monaſterium incolebant, ſed & Epiſcopus Atrebatenſis, & Clerus, populusq; univerſus ſpectarunt, earumq; una, ex ore, educta, cæteris quatuor paulo poſt evaneſcentibus, criſtallo incluſa, & in altari repoſita, nomen Deiparæ, & ſanctitatem Ioſcionis, diu toti Mundo atteſtata eſt; ut refert Vincent. Beluac. ſpec. hiſtor. lib. 7. c. 116. anno Domini 1163. Quam mallem in tali paradiſo, verè delicioſo ac divino inambulare diutius, in quo tales flores & arbores naſcuntur! Sed inclamat importunus Cruſius, & in ſuum arboretum etiam renitentem ac invitum revocat.

Nomen Mariæ, roſæ inſcriptũ literis aureis, geſtat in ore S. Ioſcio Monachus Ord. S. Benedicti.

POMA GOMORRHÆA.

Fol. 153. *col.* 1. *in med.*

Quæſt. 5. *c. unic. n.* 3. *&* 4.

Quærit Cruſius, *An Pontifex Monaſteria certa familia fundata, poſſit deficientibus vel emortuis huius loci incolis, dare, aliis alterius Ordinis Religioſis.*

134. Declar. Cardin.
135. Thom. Et re- Zerola.

Et reſpondet, ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis publicæ Chriſtianæ id poſſe; additq; in fine: *Huc facit declaratio Cardinalium, qua Monaſteria Monialium docet authoritate Papa uniri poſſe, cauſa legitima intercedente, apud Zerol. prax. Epiſcop. verb. unio. ad 7. dub. 5.* Sed en tibi Lector, quàm mala fide Cruſius tam Zerolam quàm Declarationem Cardinalium tractet: Nam utrique loquuntur de unione Monaſteriorum Monialium inter ſeſe facienda, quando nimirum unum Monaſterium alteri Monaſterio ſimili, non autem alteri Ordini, vel Seminario unitur: quæ duo totis cælorum polis inter ſe differunt. Do verba Zerolæ, d. dub. 5. *An Epiſcopus poſſit unire Monaſterium Monalium* (ſubintellige alteri Monaſterio Monalium) *cum ſubſit cauſa? Sacra Congregatio declaratio. 221. negative cenſuit, niſi authoritate Summi Pontificis.* Et part. 2. verb. unio. dub. 4. *Vnio,* inquit, *Monaſteriorum Monalium quomodo ſit facienda? R. ex Sacra Congregationis declaratione 191. in meis, in hæc verba: VNIO MONASTERIORVM Monialium eſt facienda, cum ſubeſt aliqua cauſa legitima, accedente ad id authoritate Papa.* Et adhuc clarius idem Zerola d. p. 2. verb. translatio. ſic ſcribit: *Translatio Monaſterij Monialium, cui imminet ſcandalum, eſt facienda ad aliud Monaſterium EIVSDEM ORDINIS. nec reditus Monaſterii translati, ſunt applicandi Seminario, ſed VNIENDI Monaſterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non poſſit provideri dicto Seminario. Sacra Congreg. declar. 106. in meis. Et ita cenſeri debet in Monaſterio virorum translato, ubi per Bullam Pii V. non poſſunt commorari duodecim Regulares.* Hucusq; Zerola. Et has Cardinalium Declarationes loqui de Vnione Monaſteriorum Monialium inter ſeſe facienda, inde patet, quod hoc modo declarent caput 5. ſeſſ. 24. de Regularib. Conc. Trid. ubi ſic diſponitur. *Quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia urbis vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, ſine ulla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita; curent Epiſcopi, & alii Superiores, ſi ita videbitur expedire: ut Sanctimoniales, ex iis AD NOVA vel ANTIQVA MONASTERIA, intra urbes vel oppida frequentia reducantur.* Videantur ſupradictæ Declarationes, eid. c. 5. ſubiunctæ. n. 9. 10. 11. 12. & 13. in Editione Colonienſi, ſumptib. Anton. Hierati, ſub ſigno gryphi, Anno. 1621. fol. 548.

Declarationes Cardinalium, Concilium Trid. exponentium, elucidantur.

Ex quibus eluceſcit in horto Cruſiano paſſim eſſe poma verminoſa, aut omnino putrida; qualia dicuntur eſſe poma Gomorrhæa de quibus S. Auguſtin. de civit. Dei lib. 6. c. 30. & lib. 21. c. 5. & ante eum S. Cyprianus in excidio Sodomæ; Solinus etiam c. 36. *Sodomi,* inquiens, *poma gignuntur, quæ licet ſpeciem maturitatis habeant, mandi tamen non poſſunt; nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantum extima cutis cohibet, quæ vel levi preſſa tactu, fumum exhalat, & fatiſcit in vagum pulverem.*

LVPVS CONFESSVS.

Ea pete, quæ Princeps ſine ſuo ſumptu largiri poſſit.

Fol. 156. col. 1. & 2.

Quæſt. 5. cap. n. 9.

1. *Quæ-*

1. *Quares quarto*, pergit noſter Bremenſis, *Vtrum iuſta intercedat cauſa, quando Monaſteria quadam Monialium Conventibus orbata, aliis alterius Ordinis Religioſis iuventutem inſtruentibus, tum in literis, tum in moribus, vel Seminariis, ut inde boni Eccleſia prodeant paſtores, conferuntur? Negat quidem F. Romanus tota q.2. Contra vero affirmat Tholoſanus de inſtit. rei benef. c.20. de unionibus n.14. circa fin. Dico decimò*, inquiens, *inventa eſt iuſta cauſa unionis favor Collegiorum & inſtitutionis iuventutis, ut illis Beneficia, Prioratus maxime, & capella pingues unirentur, &c. Hanc quoq; iuſtam cauſam cenſet eſſe Petrus Ant. de Petra. de poteſt. princ. c.24 n.73 ut etiam propter illam poſſit auferri alicui ius plenè quaſitum. Petra d.l.* Hæc Cruſius, quem iurares oracula Delphica proferre, niſi experientia obſiſteret. Tholoſanus, nec reſpondet affirmativè quæſtioni Cruſianæ, nec loquitur de uniendis Societati vel Seminario Monaſteriis; ſed de beneficiis duntaxat ſimplicibus, itemq; de Prioratibus & capellis, quæ Monaſteriis non ſunt unitę, vel annexæ, convenienter Concilio Trid. c.18. ſeſſ. 23. de reformat. n.27. ibi: *Et eam portionem ſic detractam, nec non Beneficia aliquot ſimplicia* —*NB. ſine cultus divini, & illa obtinentium praiudicio, huic Collegio applicabunt & incorporabũt.* Et Declarationibus Cardinalium, quæ licet ibidem ad num.29: contineant, quod *Seminario poſſunt ac debent uniri beneficia opima, ſi venit caſus vacationis*; loquuntur tamen, non de integris Abbatiis, ſed ſolummodo de beneficiis, quorum unio ab Epiſcopis fieri poteſt: qualis non eſt Monaſteriorum à ſuo Ordine translatio & extinctio, quæ à ſolo Papa fieri poteſt. Prout conformiter ibidem declaravit Sacra Congregatio: *Non poſſe Epiſcopum, vigore huius decreti applicare, & unire Seminario beneficia qua reſidentiam requirunt, veluti Canonicatus &c. Nec ea beneficia, qua ſunt ad inferiorum collationem, nec qua commendata ſunt, nec beneficia Iuriſpatronatus, etiam Eccleſiaſtici, neq; QVÆ MONASTERIIS SVNT VNITA, VEL ANNEXA.* quanto minus ipſa integra Monaſteria? de quibus pariter Petrus Ant. de Petra d. n.73. ne meminit quidem, ſicut nec Seminarii, nec iuventutis educādæ, nec fidei Catholicæ promovendæ; ſed loquitur ſolum de, fide augenda ſervorũ erga Dominos ſuos: *Ad ſecundũ*, inquiens, *reſpondetur, cauſam ibi adeſſe iuſtiſſimã, ſcil. religioſa ſolicitudo augendi, provocandiq; fidei obſervationem CONTRA DOMINOS SVOS, ut pramio conſequenda libertatis, SERVI vindicent necem DOMINI.* Vbi, ut mihi cahinnans Democritus in aurem ſuggerit, Cruſius per *fidem ſervorum* erga ſuos Dominos, intellexit *fidem Catholicam*, eiusque augmentum & provocationem. Vide Dyn. in reg. iur. 23. in 6.

2. Perperam ergo pro ſe Doctores allegat Bremenſis Theologus, atque, ut video, tanti æſtimat integra Monaſteria, quanti unum ſimplex beneficium aut capellam: In qua æſtimatione, haud procul abludit ab illo lupo, qui de rapinis pecorum confeſſus, in mandatis acceperat à Confeſſario, ne deinceps ultra valorem ſex cruciferorum una raperet; indeq; egreſſus, obvium vitulum & vaccam, illum duobus, hanc quatuor cruciferis æſtimavit; & ſic abſq; remorſu conſcientiæ, utrumq; cum gaudio devoravit.

3. O præclarum æſtimatorem Monaſteriorum, ut aiunt, Cruſium!

FALSÆ ALLEGATIONES.

136. Tholoſanus.

137. Pet. Ant. de Petra.

Nihil intentatum relinquit Cruſius, ut panes una cum caniſtro tollat.

Quorſum hic vult gladius, cum maſculo Cicerone?

Georg. Scherer è Soc. Ieſu, cõcione 3. de Dominica V. quadrageſ.

FALSÆ ALLEGATIONES.

AVRVM THOLOSANVM.

Fol.172.col.1.poſt med.
Qu.6.c.2.num.9.

Semper idem ſaxum voluit Siſyphus noſter, dum ait: *Aſt, ait F.Romanus q.2.n.8.q.3.n.3.&c. hic non intervenit iuſta cauſa*, transferendi nimirum Monaſteria in Collegia Societatis &c. *Qui ſic F.Romane? Num pia iuventutis inſtitutio,&c. & publica Reipub. Chriſtianæ utilitas, non tibi videntur iuſta cauſa? Si ignorás, abi, & diſce à Gregorio Tholoſano. de inſtit.rei benef.c.20.n.10.&c.* Bona verba, Frater Cruſi: Corona virtutum eſt modeſtia: nam Tholoſanus d.nu. 10. ne verbum de his me docet, ubi duntaxat de ſolennitate Vnionis ſermonẽ inſtituit. Sed neq; ſequentibus numeris horum aliquid ineſſe video, niſi ad num.14. veluti ad cognitum ſibi aſylum Cruſius confugere, & illud ceu cornu altaris apprehendere velit, de quo paulo ſuperius, alleg.136. Quod ipſum tamen inſtar anguillæ è manibus elabetur, quippe, cum eo ſe tueri, aliud non ſit, quam fracta navi, de mercibus diſputare. Scuto proinde vitreo teipſum tegis mi frater. Ajo enim, iterumq; affirmo, in præſenti noſtro caſu, non extinctionis Monaſteriorum, & ubi tot alia ſuppetunt media convertendi Germaniam, ſtantibus etiam Concordatis Germaniæ, non intervenire juſtam cauſam transferendi Monaſteria ab antiquis Ordinibus ad Ieſuitas. Qui ſic Frater Cruſi? Num pia iuventutis inſtitutio & publica Reipub. Chriſtianæ per eoſdem antiquos, vel recentiores Mendicantium Ordines, aut Societatem Ieſu aliter quam per extinctionem antiquarum fundationum inducendam procuranda utilitas, non tibi videtur iuſta cauſa tuendi jus ex fundatione quæſitum ijsdem Ordinibus antiquis? An quod poteſt fieri paucioribus, DEBET fieri pluribus, & cum præjudicio tertij? Quis adhuc fuit Paterfamilias, qui dixerit ad antiquos Ordines, *quid hic ſtatis tota die otioſi? Ite & vos in vineam meam.* Ipſi potius dicunt, & conqueruntur, *Quia nemo nos conduxit*, tanta apud alios eſt laboris ambitio & præoccupatio. Verum enimvero, necdum in eas rerum anguſtias devoluti ſumus, ut Germania aliter ad fidem converti & in ea conſervari nequeat, niſi per Theatinos in aliena Monaſteria nidulantes; cum in oppoſitum adſit experientia pluſquam millium annorum. Taceo alios quoque, *piarum ſcholarum*, inveniri, frugaliores iuventutis inſtructores. Caveat autem Cruſius, ne toties allegando Tholoſanum, in aliquo tranſlato Monaſterio aurum Tholoſanum attingat; Quiſque enim faber eſt ſuæ fortunæ.

141. Tholoſanus.

Matthæi 20.

ARBVTVS.

Fol. 176. columnia 2.
Qu. 6.c.2.num.20.

FALSÆ ALLEGATIONES 142. Aventin. Monaſterium Andecenſe in Bavaria, olim fuiſſe Canonicorum ſæcularium non dubito, docetq; Cruſius ex *Aventino. fol.* 135. quo tamen loco, ne ſemel fit mentio illius Monaſterii, quantumvis duas Editiones inſpexerim. *a vento* nimium agitata hæc arbor, corruat neceſſe eſt.

CEDRUS.

Fol. 179. col. 2. in fin.
Qu. 6. c. 2. ſub num. 22.

143. Concil. Trid. Adhuc altiorem arborem ſcandit hortulanus, ut lapſu graviore ruat; allegat *ſeſſionem* 28. *Concili Trid.* quod tamen non niſi 25. ſeſſiones habuit.

ALNUS NIGRA.

Fol. 196. col. 1. poſt init.
Queſt. 7. c. 2. n. 4.

144. Ius civil. 1. Subſiſtamus nonnihil ſub *alia* arbore: Vbi Cruſius inſulsè Codicem allegat. *l. 3. C. de quib. munerib. vel præſt. nemini liceat ſe excuſare*. Vt res manifeſtior evadat, ſciendum, ibi Cruſium diſputare, quid ſit faciendum, quando omnes de Collegio Eccleſiaſtico mortui ſunt. Ego pluribus Doctorum authoritatibus in *Aſtro* q. 1. n. 13. & ſeqq. demonſtraveram, ALIOS eiusdem Ordini & profeſſionis homines, in demortuorum locum, iure devolutionis ſubſtituendos eſſe. Cruſius è contra; Doctores nonnullos à me adductos, dixiſſe ſolummodo *alios*, non autem eiuſdem profeſſionis aut Ordinis, inſpergit. *Vocem enim ALII, ſecundum Lapum, Zenzel, & Ioannem de Fannis antiquos Dd. debere intelligi de diverſis ſubſtantia & qualitate; eo quod voci ALIUS, hac ſecundũ antiquiores Dd. inſit vis, ut plane diverſum ab antecedente referat. quemadmodum patet*, pergit Cruſius, *ex iuribus, & in ea Doctorum authoritatibus: Et quidem ex l. 3. Cod. de quib. munerib. vel præſtation. nemin. lice. ſe excuſare, ibi; comparatione frumenti, ALIARUMQ; SPECIERUM. l. quidam. ff. de reb. dub. §. oportet. verſ. collatores. Auth. de mand. princ. c. ſedes. de reſcriptis. c. ſi tibi abſenti. & ibi gl. in verb. alii. c. ei qui. de præb. in 6 atq; ex exemplo à gl. 3. in d. c. ſedes. de reſcrip. allato, quo dicuntur & alii duo latrones cruci ſuffixi.* Hucusq; Cruſius, quẽ miror non adiunxiſſe illud quoq; Eſther c. 9. v. 12. *In urbe Suſan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & ALIOS decẽ filios Aman.* Qui ſi intendat docere, vocem *alius*, abſolutè & ſine addito ſumptam, ubiq; in Iuribus & Doctoribus antiquis, ſignificare *diverſum ſubſtantia & qualitate*, falſum dicit, & iniq; allegat iura & Doctorum authoritates. Sin autem concedit (prout concedere debet) d. vocẽ *alius* tam in iuribus, q̃ à Doctoribus uſurpari nonnunquam repetitivè, ſeu pro illo, q nec ſubſtantia, nec qualitatibus eſt diverſũ; ſic nihil probat, niſi clare & lucide demõſtret, allegatos à me Dd. eá vocem priori, non autẽ poſteriori modo hic & nũc intellexiſſe. Et quis credat illos Dd. adeo deſipuiſſe, ut ſenſerint, mor-

Vox alius refertur ad antecedentia ſimilia, non ad diſſimilia. Ita Compoſ. Pacis Diling. c. 11. n. 73.

Vox alius explicatur.

mortuis alicubi ſortito caſu omnib. in Monaſterio v.g. Ordinis S. Auguſtini, vel Collegio Soc. Ieſu, de iure communi *alios* diuerſæ qualitatis & ſubſtantiæ, ſeu profeſſionis homines, contra clariſſimam fundationem, aut beneficiorum ſuperſtitum naturam, ſubſtituendos eſſe? Quod non eſſet aliud, quàm omnes fundationes, leges & iura confundere. FALSÆ ALLEGATIONES

2. Proinde ad d.l.3. C. de quibus munerib. Reſpondeo, vocem *aliarum*, ideo ibi nō ſumi repetitiuè ſimilium in ſubſtantia, quòd ad diuerſa extendatur per vocem *ſpecierum*: ſicut ſi dicerem, *in comparatione Ieſuitarum, aliorumq́; Religioſorum*: vox *aliorum*, per dictionem *Religioſorum* extenditur ad alios Religioſos. Doctores autem à me citati, vocem *alij* abſolutè vſurpant, ſine addito, adeoque repetitiuè ſimilium. Vnde hæc allegatio Cruſij inutilis eſt & vana. Taceo, quòd dictam vocē *aliarumq́;*, Bart. in hac ipſa lege l.3. explicet per cōiunctionem non copulatiuam, ſed diſiunctiuam, *VEL aliarum*. Imò ſi rem penitius conſideremus, dictio *aliarum* hoc loco eſt ſignificatiua ſimilium, in certo genere; loquitur enim ibi Imperator de ſpeciebus horreaticis, (qualis etiam eſt frumentum) vide l.fin. C. de conditis in publ. horreis. ibi: *Nulli poſthac horreaticas ſpecies contingendi copia prabeatur.* & gl. ibid. l. quoties. C. vt nemini lice. in empt. ſpecierum ſe excuſar. ibi: *Quoties vrgente neceſſitate, comparationes frumenti, vel olei, aliarumq́; ſpecierum quibuſlibet Prouincijs indicuntur.* frumentum enim & oleum etiam ſunt *ſpecies*. *Explicatur leges, qua vocē alius continent.*

3. In l. quidam. contra me allegatâ. ff. de reb. dub. ibi. *ſed alius ex amicis*, verbum *alius*, iterum extēditur per coniunctū ad *amicos*, & ſic nihil cōtra me. Vellem autem Cruſius hic legeret gloſſam marginalem, in d.l. quidam, quæ ſic habet: *Alius, dictio implicatiua, aut repetitiua eſt ſimilium.* Quod nota, & bene tene menti. Sed merx iſta, non ſeruit Cruſianæ crumenæ: οὐδὲν πρὸς ἔπος. 145. Ius ciuil.

4. Simili modo præpoſterè huc allegatur §. oportet. authent. de mandat. princ. Vbi eadem vox *alius*, per ſequentia verba diſtrahitur à ſuo implicatiuo, ſeu repetitiuo ſenſu ad alios. Cùm enim eo loco mādaſſet Iuſtinianus Imp. illū puniendum eſſe qui deliquit, non autem res ipſius, quæ nihil deliquere, quas agnatis & cognatis eiuſdem generis, qui ex lege vocantur, vult relinqui: poſtea ſubdit; *At illi*, Præſides, *reciprocant*, i. inuertunt, *Ordinem, eos quidem qui digni ſunt pœna, dimittunt, illorum autem res auferunt, ALIOS pro illis punientes, quos lex forte ad illorū vocauit ſucceſſionem.* Vbi vox *alios*, iterum expreſsè diſtrahitur ad illos, *quos lex ad illorum vocauit ſucceſſionem*. Quæſo quid hęc ad illa Doctorum verba; *Mortuis omnibus in Collegio, alij ſubſtituendi ſunt*: vbi nomen *alij* ſimpliciter poſitum, ſimpliciter eſt dictio repetitiua ſimiliū? Verùm Cruſius non facilè bibit ex fonte, niſi priùs aquam, inſtar Cameli, turbauerit. 146 Ius ciuil.

5. In c. ſedes. reſcript. nihil hac de re diſſeritur, imò iſtud nomen *alius* vel *alij*, nullibi in toto eo cap. reperitur. Ita Cruſius inſtar Sciuri, per variarum arborum ramos ſaltat, vt chartas ventoſis allegationibus impleat. 147. Ius Can.

6. Pari vitio laborat allegatio capitis. ſi tibi abſenti. & ibi gl. in verb alij. de præb. in 6. En textum. *Si tibi abſenti per tuum Epiſcopum conferatur beneficium* 148. Ius Can. 149. Gloſſa.

FALSÆ ALLEGATIONES *ficium,licet per collationem huiuſmodi, donec eam ratam habueris,ius in ipſo beneficio, vt tuum dici valeat,non acquiras; ipſe tamen Epiſcopus,vel QVICVNQVE ALIVS, de ipſo beneficio,(niſi conſentire recuſes) in perſonam alterius ordinare nequibit.* Vbi gl. in verb.alius. *Puta,*inquit, *legatus de latere, qui confert beneficia vacantia. ſup. de offic. lega. c. 2. iſtud autem conferre non poterit, quia licet vacet, non tamen eſt liberum, vt infrà ſequitur.* Hæc eſt tota gloſſa illius dictionis *alius.* Cuperem jam, vt ex iſtis allegationibus Cruſius in forma ſyllogyſtica (vt aſſolet aliàs) formaret argumentum, & aſſertum ſuum neruosè demonſtraret. Neque enim dixerunt Dd.à me citati,vt mortuis omnibus de Collegio *alij quicunq;* ſeu *qualeſcunq;* ſubſtituerētur; ſed ſimpliciter *alij*,adeoque in ſenſu implicatiuo ſimilium, vt in Aula noſtra ſub n. 84. ex Rota, Felino & Abbate docuimus.

150. Ius Can. 7. Eadem prorſus eſt ratio in allegatione cap.eum qui. de præb. in 6. vbi Papa ſic reſcripſit: *Inſuper vt violenti, qui authoritate vel veriùs temeritate propria, occupare dignitates, perſonatus, aut ALIA QVECVNQVE ECCLESIASTICA BENEFICIA non verentur, pœna ſaltem formidine refrenentur. &c.* Nonne vides Lector hîc dictionem *alia*, per adiuncta, ad *quecunq; Eccleſiaſtica beneficia* extendi, & à ſenſu implicatiuo ſimilium, diſtrahi & ampliari etiam ad diſſimilia? Pari modo, ſi Dd. à me allegati,in hunc modum ſcripſiſſent: *Omnibus de Collegio Monaſtico mortuis, ALII QVICVNQVE RELIGIOSI in eorum locum ſubſtituendi ſunt:* mox genibus in terram prouolutis, herbam Cruſio porrigerem. Iam autem, quia falſis allegationibus Aſtrum inextinctum eclipſare, & veras Doctorum aſſertiones, earumq; explanationes inuertere conatur,ſuiſmet funibus conſtrictum admirabundus contemplor.

151. Gloſſa. 8.Ad Gloſſam quod attinet in d.c.ſedes.vbi dicitur,*ſuſpenſos eſſe cum Chriſto duos alios latrones nequam*; Reſpondetur,hanc allegationem nihil ad rem præſentem facere. At ſi Dd.in hunc modum ſcripſiſſent: *Mortuis omnibus de Collegio alij Ieſuitæ ſubſiſtuendi ſunt*, tum bona foret comparatio ſeu allegatio Gloſſæ. Semper enim adiectiuum *alius* modificatur & explicatur per verba ſibi cōiuncta; ſi verò nullum habet coniunctum,(vt apud Dd. per me allegatos, *ALII ſubſtituendi*, vel *ſubrogandi ſunt.&c.*) ſemper eſt ſignificatiua ſimilium. Taceo, quòd illa verba Lucæ 23.v. 32. *Ducebantur autem & alij duo,nequam,cum eo,vt interficerentur*, debeant legi & intelligi cum intercommate,ſicut & illa eiuſdem Lucæ.10.v.1.*Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos:* hinc clariùs loquitur S. Ioannis Euangelium c.19. v.18.*Vbi crucifixerunt eum, & cum eo ALIOS duos, hinc & hinc.* omnium autem clariſſimè S. Marcus. c.15.v.27.*Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris, & alium à ſiniſtris eius.* Sed ſinamus etiam intercommata apud Lucam abeſſe, loquebatur is nihilominus de Ieſu,in communi tunc habito pro malefactore & nequā,in ſenſu Iudæorū; vt impleretur Scriptura quę dicit; *Et cū iniquis reputatus eſt.* Sed & iſto dimiſſo, dicimus hanc phraſin loquendi apud Lucam, eſſe rariſſimam & extraordinariā; quare,non licet phraſin ordinariā & claram, per quamlibet extraordinariā & inuſita-

inuſitatam reſtringere vel intorquere. quia iura, ad ea, quæ ſæpe & frequenter, non ad ea quæ rarò & contingenter accidunt, adaptantur. ff. de legi. l. nam ad ea, de appell. c. ſæpe Rota deciſ. 25. n. 4. de reſcript. in nou. FALSÆ ALLEGATIONES

9. Quare per tot impertinentes allegationes, in vno faſciculo poſitas, Cruſius fruſtra laborat demonſtrare, voculam *alius*, abſolutè & ſine additò poſitam, in iuribus ſignificare diuerſum ſubſtantia & qualitate ab antecedente. Ex quibus pariter apparet, eum in hanc rem falsò quoq; allegaſſe Lapum, Zenzel, & Ioannem de Fannis, quorum verba formalia, diffidentiâ cauſæ propriæ, non auſus eſt allegare. Sed tranſeamus ab his infrugiferis arboribus, ad ad meliores, vbi 152. Lapus. 153. Zenzel. 154. Ioan. de Fannis.

Fronde ſuper viridi ſint nobis mitia poma.

QVISQVILIÆ.

Fol. 197. col. 1. in med.

Quæſt. 7. c. 2. n. 5.

1. Cruſius hîc, loco fuſtis aut ſtipitis, plumas in arborem iactat, vt poma nobis decutiat, ait enim: *Quando citati in Aſtro Dd. agunt de caſu, quo omnes de Collegio mortui ſunt; agunt de caſu, quo ſuperſunt illic Nouitij; à viuis adhuc Monachis illius loci ſubordinati, AVT certè, quo ſupereſt adhuc illius loci Prælatus. Atq; de hoc vltimo caſu Dd. agere, teſtis eſt omni exceptione maior Cardinalis Zabarella, in d. c. cùm ex iniuncto. de no. op. nunci. Quodſi, inquiens, VEL PRÆLATVS, VEL Canonici mortui, debent alij ſubrogari.* Falſa eſt hæc allegatio Cruſiana, quandoquidem Zabarella de dictis Dd. eò loci nihil omnino atteſtatur; ſed nec illius verba à Cruſio relata, vllam teſtimonii aliorum faciunt mentionem, niſi dicere velit, quempiam in cauſa vel ſententia propria, poſſe eſſe teſtem omni exceptione maiorem. Vide Barboſ. in collectan. tit. de teſtibus & atteſt. n. 6. ante cap. 1. 155. Card. Zabarella. *Nemo teſtis in propria cauſa.*

2. Quid quòd Cruſius textũ Zabarellæ vitiauit, addendo vnum *vel*. Neq; enim Zabarella dixerat, *Quodſi VEL Prælatus, vel Canonici mortui.* (hæc enim geminatio coniunctionis, maiorem diſiunctiuæ vim habere videretur) ſed: *Quodſi moreretur Prælatus vel Canonici, &c.* quo loquendi modo, adhuc dubium eſt, vtrũ coniunctio *VEL*, diſiunctiuè, an verò copulatiuè ſit accipienda. *Sæpe enim ita comparatum eſt, vt coniuncta pro diſiunctis, & diſiuncta pro coniunctis accipiantur.* l. ſæpe. de V. S. Et ratio dubitandi eſſe poteſt: quia docere, mortuo ſeorſim Prælato, *VEL* Canonicis, alios ſubſtituendos eſſe, nihil eruditionis adfert, cùm lippis & tonſoribus notum ſit, Prelato mortuo, alium à Clericis eligendum: mortuis viciſſim Clericis, alios à Prælato ſufficiendos eſſe. Verùm, ponamus Zabarellam reuera diſiunctiuè locutum fuiſſe; quid tum? Interim non negat, mortuo Prælato *ET* Canonicis, alios etiam eſſe ſubrogandos; cùm hæ duæ propoſitiones ſibi non contradicant, ſed ambæ ſimul veræ eſſe poſſint; ita vt qui alteram affirmat, alteram minimè neget. Adeoq; è niue ignem elicit Cruſius. *Cruſius textũ Zabarellæ vitiauit.*

3. Reſtat vt videamus, an allegati Dd. agant ſolummodo de caſu, quo ſuperſunt

FALSÆ ALLEGATIONES

perſunt illic Nouitij; aut certè quo ſupereſt adhuc illus loci Prælatus, Cruſius audiens *mortuis omnibus de Collegio, alios ſubſtituendos eſſe*, in omnem partem ſe verſat, vt ictum meum ſubterfugiat, aitque, Doctores hîc, nomine Collegij, non inuoluere Prælatum, adeoq; ſupponere, Prælatum adhuc ſuperſtitem eſſe: Vel, loqui de Monaſterijs eo caſu, *quo ſuperſunt adhuc Nouitij, à viuis illius loci Monachis ſubordinati*; & hos ſubmittendos eſſe. Sed reſpondeo, neutrum horum à meis Doctoribus ſubintelligi. Et quanquam Cruſij eſſet demonſtrare oppoſitum, mihi enim ceu reſpondenti, ſufficeret Cruſianam propoſitionem negaſſe; dabo tamen inſtantiam, & hanc fatiſcentem Cruſianam arborem, telo ſuppoſito, nonnihil fulciam.

156. Panorm. 157. Rebuff. 158. Paulus Layman. 159. Doctor. 160. Rochus de Curte 161. Lud. Roman. 162. Matthæ. Quadrig. 163. Franc. de Saleron.

4. In *Aſtro* meo q. 1. n. 6. trium Doctorum protuli ſententiam, Panormitani, Rebuffi, & Pauli Layman, vno ore conſpirantium in hæc verba: *Propter negligentiam Collegij, VEL PER MORTEM OMNIVM DE COLLEGIO. ius prouidendi deuoluitur ad eum, qui habet poteſtatẽ confirmandi electum, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus*. atq; hanc eſſe RECEPTAM ſententiam, affirmat Layman; pro qua Rebuffus inſuper allegat Dd. in communi. in c. fin. de elect. in 6. nominatim verò Rochum de Curte. Roman. Matthæum Quadrigar. & Franciſc. de Salerone. Vide Aulam noſtram. num. 65. His poſitis, certum eſt, allatos Dd. per mortem *omnium de Collegio*, intelligere etiam mortem ipſius Prælati; quia viuente Prælato, ius prouidendi ſeu aſſumendi alios in Collegium, non deuoluitur ad confirmantem, ſed manet penes ipſum Prælatum adhuc ſuperſtitem: Sed neq; ius prouidendi de Prælato deuoluitur, ſupponit etenim Cruſius Prælatum adhuc viuere, ideoque Prælaturam non vacare: Conſequenter à contrario, data deuolutione ad confirmantem, ſupponitur neceſſariò, per *mortem omnium de Collegio*, etiam Prælatus mortuus eſſe. Et ſic falſa eſt doctrina & allegationes Cruſij, dicentis, apud Doctores hîc nomine *Collegij*, non venire Prælatum.

164. Ant. Butrio.

5. Idem dicendum de Anton. Butrio in c. 2. de no. op. nu. n. 4. in Aſtro citato q. 1. n. 15. vbi ait: *Quandoq; deſtruitur Eccleſia præter culpam ſuam, vt quia ab hoſtibus & latronibus cauſa legitima non intercedente, & tunc retinet priuilegia & numen ſuum, & Clerici appellantur Clerici illius Eccleſiæ: & etiam OMNIBVS MORTVIS, alij eorum loco DEBENT ſubrogari*, Vbi per verba *OMNIBVS* Clericis *MORTVIS*, intelligitur Prælatus quoque mortuus, nam & is Clericus eſt: Niſi fortè Bremenſis opinetur, Prælatos Cathedralium, Collegiatarum, aut Regularium Eccleſiarum, inter Clerum non computari. Et hæc de Prælato.

De Nouitiis Monaſteriorũ, doctrina Cruſij peregrinatur.

6. De Nouitiis ℞. ſimiliter negatiuè. 1. quia nullus ex Doctoribus vllam facit mentionem de Nouitijs Religionum. 2. quia citati Dd. generaliter loquuntur de omnibus Collegijs Eccleſiaſticis, etiam Eccleſiarũ Cathedraliũ & Collegiatarũ ſæcularium, in quibus nulli ſunt Nouitij è Monachis vel Canonicis ſubordinati. 3. Omnibus de Monaſtico Collegio, mortuis, Nouitios ſubmittendos eſſe, præter Cruſium Bremenſem, nemo mortalium hucuſque docuit;

docuit; cùm id nec verum ſit. Nam hi, neq; habent vocem eligendi actiuam, (cùm hæc opponatur per mortem omnium de Collegio deuolutaeſſe ad Cõfirmantem) neq; paſſiuam: quia *non-Monachus in Prælatum Regularem eligi non poteſt*.c.cùm ad noſtram. de elect. Nouitij autem non ſunt Monachi; ſiquidem non habitus aut tonſura, ſed *profeſſio* verè *Monachum facit*. 20. q. 1.c. Monachum.c. porrectum,13.§.inquiſitioni: cum gloſſ. verb. non faciat habitus. de regular. Ideoq; c.in Magiſtrum,49.de elect. *Mandamus*,ait Papa,*quatenus cùm tales, Abbates eſſe non debeant, qui per profeſſionem Monachi & Regulares Canonici non fuerint, ad amotionem eorum, quos tales inueneris, ſublato appellationis impedimento, procedas*. Et c.nullus 28.eod. tit. in 6.*Nullus*,ait,*Religioſus ad Abbatiam ſeu Prælaturam ſuæ vel alterius Religionis de cætero eligatur, niſi antea fuerit Ordinem Regularem EXPRESSE profeſſus; quod ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum habeatur*. His adde Concil.Trid.ſeſſ 25.de regular. c.21. ibi: *Regulares perſonæ, eiuſdem Ordinis EXPRESSE profeſſæ*. Declarat. Card.in Concilij.Trid.ſeſſ.14 de reform. c.10. & in Remiſſionib. Barboſæ ibid in fin. Panor.in d.c.cùm ad noſtram.n.1.& d.c.cùm in Magiſtrũ.n.1 & ſeqq. gl. ibid. verb profeſſionem. Ancharan.in c.ex eo.de elect.in 6. n. 3. Silueſt. in Summa. verb. electio 4. num.5. Tamburin. de iure Abbatum. tomo.1. diſp.5.q.8.n.6. & 7.Suarez. de religion. tom.4 tract. 8. lib.2. c.4. n.2.Aug. Barboſam de iure Eccleſ. lib.1.c. 19. n.50. & in d.c. ex eo.n.6.& 7. & alios.

Falsæ allegationes.

Nouitij, non ſunt Monachi.

Eligi non poteſt in Abbatem, niſi qui eundem Ordinem expreſsè profeſſus eſt.

7. Ex quibus omnibus liquidò conſtat, merum eſſe figmentum, & inane effugiũ illud, quòd *mortuis omnibus de Collegio*, Cruſius Doctoribus affingit, de Nouitiis & Prælato ſuperſtite. Adeoq; meras Doctorum falſas allegationes;& infelices arbores, ac quiſquilias à Cruſio plantatas hîc eſſe, de quibus meritò queri poteſt, *Vt quid etiam terrã occupant*? Nempe quale ſemen, tales arbores. Multi ſomnia ſua, apocalipſes eſſe arbitrantur; erroresq; ſuos, & iis oppoſitã veritatem, parui æſtimant: Sed, parua non ſunt, ſine quibus magna ſtare non poſſunt.

QVERCVS RIGIDA.

Cùm poma fugiunt, tunc fiunt gratiſſima.
Fol. 198. col. 2.
Quæſt.7. c.2.num.10.

1. Milo Crotoniates, teſte Solino.c.3.tanti fuit roboris. & virtutis, vt ictu ſolùm nudæ manus, victimam faceret, bouemq; ſolidum, qua mactauerat die, ſolus, & non grauatus abſumpſerit. cui tamen nihil profuit hæc fortitudo, quãdo quercum manibus apprehenſam, diffindere nequiuit, quin potiùs ipſa in ſe rediens, adeò compreſſit Miloni manus, vt eruere nequiuerit, ſed vitã ibidem cum morte commutârit in ipſa roboris ſui virtute; vt habet Strabo lib.6. idq; narrat Maximus his verbis: *Milo Crotoniates, cum iter faciens, quercum in agro cuneis adactis fiſſam vidiſſet, acceſſit ad eam, inſertiſq; manibus diuellere conatus eſt, quas arbor, excuſſis cuneis, in ſuam naturam reuocata compreſſit, eumq;*

165. Ius Can. 166. Panorm.

Milo Crotoniates, quanti roboris homo, in robore perierit, laceratus à feris.

cum tot gymnicis palmis, lacerandum feris præbuit. Cruſio idem accidet: dum enim in *robore* veterum Monaſteriorum infringendo laborat, dum immiſſis cuneis & manibus, diſtinctionis rimas inter Monaſteria derelicta, deſerta, deſolata, & deſtituta inuenire molitur, arbor hæc diuidi neſcia, in ſuam eamque vnicam naturam reuocata, manus aggreſſori comprimet, eumq; captum omnium exponet ludibrio, qui de obtenta Victoria, velut Olympicus athleta hactenus gloriabatur.

2. Radicem huic arbori dederat caput *quia Monaſterium. de relig. dom.* vbi legimus, quòd Monaſterium quoddam ſitum erat in fundo Martiano *hoſtilitate deſolatum*, idque Papa Gregorius vniuit Monaſterio Agapiti Abbatis, cum omnibus rebus & actionibus quæ ei competebant. Hoc Monaſteriũ dicebam cum Panorm. in d. c. n. 2. fuiſſe *deſolatum ſeu deſtitutum à Religioſis*; vel cum Zabarella, *derelictum à Religioſis*, propter hoſtilitatem. Cruſius autem ait, illud fuiſſe quidem deſertum à Religioſis, ſed *non penitus deſtitutum*: *Conſequenter*, inquiens, *ſupponit Abbatem Monaſterij vniti adhuc vel actu adeſſe, vel habitu, ſcilicet in Collegio.* Et paulò poſt: *Hinc patet*, pergit Cruſius, *caſum d. c. quia Monaſterium, & in illud Panorm. eſſe à noſtro, quo omnes ſunt mortui, nulluſq; reliquus, diuerſum ac ſeparatum.* adeoque vult, per hoc cap. & Pan. non omnes fuiſſe mortuos, ſed adhuc Abbatem vel nonnullos Monachos ſuperſtites extitiſſe.

Inepta Cruſij explicatio.

3. Sed amabò, quomodo poteſt Monaſterium dici *deſolatum*, quod non eſt *penitus deſtitutum?* an *deſolatum*, & *penitus deſtitutum* ſunt diuerſa? Quænam eſt, obſecro, diſtinctio inter Monaſterium hoſtilitate à Monachis deſertum, &, à Monachis deſolatum, & à Monachis deſtitutum, &, à Monachis derelictum? Calepinũ, vt video, debebit adferre Floſculus, apud quem *Deſtituo* nil aliud ſignificat, quã derelinquo; *Deſolo*, Solũ ſeu deſertũ facio; *Derelinquo*, deſero; *Deſero*, derelinquo; *Deſertus*, deſtitutus, relictus. Præterea, ſi Monaſterium iſtud adhuc actu habuit Abbatem vel Collegium, quomodo potuit per Panor. nominari deſolatum ſeu deſtitutum à Religioſis? aut qua ratione ſubiungit ibid. Pan. *Nota vnam legitimam cauſam vniendi vnum Monaſterium alteri, ſcilicet cùm eſt deſolatum ſeu deſtitutum.* An eſt vna legitima cauſa vniendi vnum Monaſterium alteri, ſi illud ita ſit deſolatum, vt tamen actu habeat Abbatem vel Conuentum?

Floſcule, voca ex eremo Ambroſium Calepinum.

4. At at, Cruſius adacto cuneo, fingit Abbatem vel Conuentum propter hoſtilitatem ex Monaſterio in exilium ſe recepiſſe (vt his quoque annis accidit in Germania) & ſic Monaſterium reliquiſſe *deſolatum*, non tamen penitus deſtitutum ſuo Abbate vel Conuentu, quantumuis-exulante. Acutum ſanè figmentum & inuentum, cui ſi molem Arboreti ſui imponat Cruſius næ totum ædificium breui nutabit & natabit in aquis fundatum. Iterum dico, Theologo fas eſt Canones allegare, non fingere. Quod Monaſterium illud fuerit *deſolatum*, Canones rectè pronunciant; quòd autem nõ fuerit penitus deſtitutũ, ſed Abbatem vel Conuentum adhuc habuerit, figmentum eſt, non Canon.

Nunquid

Nunquid enim Monaſterium hoc, cum omnibus bonis ſuis potuit vtiliter vniri alteri Monaſterio; & non potuiſſet etiam inhabitari, vel fructus inde percipi? præſertim cùm S. Gregorius iubeat illuc Monachos deputari? Nunquid talis Abbas aut Conuentus ſuperſtes, factæ vnioni ſeſe meritò oppoſuiſſent? Annon ſaltem ſuſtentationem inde ſibi competentem reſeruaſſent? Iam autẽ, nihil horum attentatum legimus; nec ipſorũ perſonas, ſed deſolatũ duntaxat Monaſteriũ, ſeu locum, cum rebus & actionibus, alteri vnitũ eſſe cõperimus. Vnde meritò colligim⁹, ei Monaſterio nec Abbatẽ, nec Monachos ſuperfuiſſe; hos enim priùs moneri oportuiſſet, vt ad ſuum deſolatum Monaſterium redirent, idipſum reſtaurarẽt, & opus diuinum inſtituerent, quàm alteri vniretur. FALSÆ ALLEGATIONES

5. Fortè dicit Cruſius, eos fuiſſe contumaces, & inobedientes Sum̃o Pontifici, redireq; noluiſſe ad propria? At ego non quæro quid ſomniet Cruſius, ſed quid demõſtret: Quæ enim hîc Sacris Canonibus & Panormitano attribuit, mera ſomnia ſunt. Quis vnquam patriæ prætulit exiliũ? Quale eſt & illud hoc eod. loco, cum dicit: *Hoſtilitate deſolatum Monaſteriũ dicitur, quando Monachi illius VIVI, ob perpetuam hoſtium inuaſionem aliò commigrarunt. Innoc. in c. cùm ex iniuncto. de nou. op. nunci.* Cùm Innoc. cit. loc. ne verbulo inſinuet, quid ſit *hoſtilitate deſolatum* eſſe. Quaſi verò, ſi alicubi, per hoſtilem inſultum (vt factũ in Monaſterio S. Placidi, in Sicilia) Monachi omnes ad vnum trucidentur; aut profligati, ſucceſſiuè naturæ debitum ſoluant, nequeat dici Monaſterium *deſolatum hoſtilitate*? cùm vtrobique hoſtilitas ſit prima ac præcipua cauſa deſolationis? Verè, non protinus ſapiens, quiſquis eruditus eſt. 167. Innocẽt.

6. Vt autem omnem ſcrupulum Cruſio eximamus, ex Regiſtro Epiſtolarũ S. Gregorij Magni, totam hanc Decretalem deſcribamus, quæ manus huic Miloni comprimat; ea ſic habet: *Gregorius Agapito Abbati: Ne rebus venerabilibus, vel cuilibet cultui deſit obſequium, noſtra debet ſollicitè cura proſpicere: Quia igitur Monaſteriũ, quod in fundo Martiano prouinciæ Campaniæ ſitum eſt, ita hoſtilitate faciẽte, CONGREGATIONE dicitur FVNDITVS DESOLATVM, vt NEC VNVS exinde Monachus, qui aliquam illic ſollicitudinem vel curã DEBEAT adhibere, REMANSERIT; tuo illud Monaſterio, cũ omnibus rebus ſuis, vel quæ ei competunt actionibus perſpeximus vniendum; vt res eius tenendi, vel à detentoribus vindicandi, libera tibi ſit poteſtas, & ſine aliqua dubietate licentia. In quo ſtudij tui ſit, etiã Monachos deputare, qui illic, tempore quo interuallũ de hoſte fuerit, & opus Dei celebrare, & decenter deſeruire debeant: Nec aliqua illud præſumas excuſatione negligere; quod ideo curæ tuæ, vt ſollicitudinem illic debeas adhibere, committitur. Ipſum autem Monaſterium, ſic tuæ ordinationi nos commiſiſſe cognoſcas, vt non tamen iuriſdictionem illic Epiſcopus Surrentinus, in cuius ciuitate Monaſteriũ tuũ ſitum eſt, ſed Nucerinus, cuius eſt Diœceſis, habeat. Nam ſic huius loci ordinationẽ diſponimus, vt tamẽ iura ſua ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruemus.* *Lib. 9. Epiſt. 67.* *Epiſtola S. Gregorij Magni Papæ, ad Agapitum Abbatem.*

7. Hinc obſerua Lector, quàm infidelem lecturam ad hanc Decretalẽ Cruſius ediderit. S. Gregorius dicit hoc Monaſteriũ Cõgregatione Religioſa fuiſſe *funditus deſolatum*: Cruſius autem Congregatione vel Abbate non fuiſſe *penitus deſtitutum*. S. Gregorius, *nec vnum Monachum remanſiſſe* disertè ſcribit,

FALSÆ ALLEGATIONES *qui illic ſollicitudinem*, non dico adhibeat, ſed qui *debeat adhibere*: Cruſius, *Abbatem* huius *Monaſterii adhuc vel actu adfuiſſe, vel habitu, ſcilicet in Collegio*, ſeu Congregatione. Adeoq; Bremenſis iſte, non veretur ſeſe huic Decretali, eiuſque conditori S. Gregorio Magno, è diametro opponere, lectores falſa deluſione decipere, Orbi vniuerſo fucum facere, Sacris Canonibus, eorumq; defenſoribus Eclipſes obtrudere, & adhuc palàm, in profundo erroris, de veritate gloriari. Hi nimirum ſunt *Cruſiani flores, & ſincera melligines, ex hyblais Panormitani decerpta.* Saltem erubeſceret homo Religioſus! At fruſtra fatigor; nihil horum ille: *Ab aſſuetis*, vt aiunt Medici *non fit paſſio*. Mihi ſufficit, à Cruſio cauſam adeò debilem foueri, vt eam etiam figmentis fulcire oporteat. Viciſſim ex hac Decretali (ſi nil eſſet aliud) diſcant Opponentes mei, Monaſteria hoſtililate funditus deſolata, & Congregationibus deſtituta, (qualia ſunt etiam de quibus hodie loquimur in Germania Anglia & alibi) non eſſe extincta, ſed deſolata ſeu deſtituta; tamen ex mente S. Gregorij, cùm adeſt opportunitas, per deputandos Monachos reparanda, cultuque diuino priſtino reſtauranda.

Ab aſſuetis nō fit paſſio.

8. Aſpiciunt iſta, ſcio, Aduerſarij mei, ſed non vt Solem aquilæ: Vt adhuc verum ſit, nullos peiùs videre, quàm qui videre nolunt: At caueant, ne ex hoc quoque malè audiant, dum tam malè audent. Per me pergant veritatem agnitam impugnare, quantum volent, qui honeſtius eſſe credunt, falſitates conſectari, quàm ſuorum aliquem victum confiteri. Premitur Veritas, non opprimitur.

SOMNIVM SCIPIONIS.

168. Viuianus Haud abſimili fide Cruſius eod. loc. allegat. Viuianum *in cap.* 2. §. 32. *de reſcript.* quaſi aſſerentem, *quod quæſtio Panormitani* (vtrum in Monaſterio deſolato, ideoq; alteri vnito, erit ampliùs Abbas?) *inuoluat ſeu implicite quærat de continuatione Abbatis: conſequenter ſupponat Abbatem Monaſterij vniti, adhuc vel actu adeſſe, vel habitu, ſcilicet in Collegio.* Rectiùs hîc allegaſſet Cruſius ſomnium Sciopinis; nihil enim horum vſpiam ſomniauit Viuianus.

CARBONARIVS.

Falſatio, eſt adulteratio Veritatis. Bald. conſil. 323. T. 4.

Fol. 208. *col.* 2. *in princ.*

Quæſtione 8. *num.* 2.

169. Ius Can. *Ad canonicam alicuius Monachi ad aliud Monaſterium tranſlationem, vt illud adminiſtret, vel in eo officium aliquod gerat,* dicit Cruſius, *requiri authoritatem ILLIVS SEDIS ſeu loci EPISCOPI. c. cum ſingula. §. prohibemus. de preb. in 6.* Lupum auribus ſe hîc tenere Cruſius opinatur: Verùm lapidibus me obruat, ſi non leporem tenet, ſi, inquam, ex hoc cap. & §. ſuum aſſertum

tum firmare potuerit; ubi per verba *eiuſdem Sedis*, Apoſtolica Romana intelligitur, non Epiſcopalis, cuius ne mentio quidem ibi extat. Nec aliud ſtatuit ibi Papa, quàm ne Monachus, niſi canonicè translatus, alterius Monaſterii adminiſtrationem ſeu officia ſuſpiciat, abſq; *Sedis Apoſtolicæ* authoritate. A ſimilibus proinde, præpoſteris allegationibus, tantum illuſtratur Cruſius, quantum à fumo Carbonarius, cui ſemper in facie hærent Eclipſes. FALSÆ ALLEGATIONES.

ABIES.

Malum malo medicatur.

Fol.209.col.1.in med.

Quæſt.8.ſub.num.2.

170. Bonacina.

1. Ait Cruſius, *Bonacinam diſp.1. de legib. & de clauſura & pœnis eam violantibus impoſitis. q.1.punct.8.num.1.tradere, in Hiſpania quidem. ut Monialis extra ſuum Monaſterium egrediatur, ſolum Superioris licentiam ſufficere; tamen extra Hiſpaniam inter utramq; Dd. ſententiam ita intercedere, ut velit tunc Epiſcopalem requiri cauſa cognita approbationem, quando Moniales exire volunt è Monaſteriis Epiſcopo ſubiectis; vel ita exemptis, ut ſoli Papæ ſubſint, non autem ſi aliis Regularibus immediatè ſubſint.* Prior allegatio; de legib. eſt ſuſpecta, quod nullam quæſtionē, nullum punctum, nullum numerum deſignet; ne videlicet facilè deprædendi poſſit falſitas, cum ea diſputatio prope quadraginta folia in folio complectatur.

Altera de clauſura & pænis &c. tota falſa eſt. Nam Bonacina d.num.1. ne verbo quidē Hiſpaniæ meminit, quid intra, vel extra eam fiat, aut fieri debeat.

2. Similiter perperam aſſerit ibidem, *Suarezium de relig. Tom.4.c.9.n.13. tradere, in Hiſpania ſolam Superioris licentiam ſufficere.* Suarez enim ſolum allegat Emanuelem Rodericium hoc tradentem, à cuius tamen ſententia ipſe mox eod. n. recedit. 171. Franc. Suarez.

3. Ibid. col.1.& 2. adducit *Dd. apud Barboſ. de offic. Epiſcopi. alleg.102.nu.28.* aitque Barboſam illic *num.2. ab ipſorum opinione diſcedere.* Sed amabo, quomodo potuit Barboſa iam *num.2.* à Doctorum opinione diſcedere, ſi eam primum *num.28.* in medium propoſuit? An ab eis abiit, quibuſcum nondum fuerat? Forſan *Abies* ab eundo nomen habet? Quam rectè Horatius? 172. Barboſa.

---- *Sapientia prima eſt.*

Stultitia caruiſſe.

FOLLES HELIOGABALI.

Qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult.

1. Ibid. col.2. ſub eod. num. citat iterum *Barboſam in Collectam c. periculoſo. de ſtatu regular. n.17. in 6.* quaſi dicentem; *quod Moniales poteſtati Regularium ſubiecta, ſi ſine Bulla & licentia Ordinarii egreſſa fuerint Monaſterium per* 173. Barboſa.

 cenſu-

FALSÆ ALLEGATIONES. *cenſuras Eccleſiaſticas & alia Iuris remedia, debere ipſas & earum Superiores (de quorum licentia è Monaſterio fuerint egreſſa) ab eodem Ordinario puniri, non obſtantibus privilegiis quibuſcunq;.*

Diogenes cuidam ad oſtentationem ingenii, multa de rebus cæleſtibus diſſerenti; Quàm nuper, inquit, de cælo veniſti? Ego idem; Quàm nuper Barboſam legiſti Cruſi? Lego ego hodie, relego, bis terq; ſed album & nigrum invenio, nec umbram horum ex Barboſa. En ipſius verba cit. n. 17. *Sic etiam poſſunt Moniales de licentia Superioris tranſire de uno Monaſterio ad aliud, vel cauſa novæ fundationis, vel correctionis, vel reformationis, ſeu profeſſionis, ut tradunt Navarr. Fr. Emanuel. Sanch, Armendar. Zerol. Anton. Ricc. Bonaci. ego ipſe d. alleg. 102. n. 25. obſervantes ad hoc tutius eſſe, recurrere ad Sedem Apoſtolicam.* nimirum in vicinia, ubi facilè poteſt haberi talis recurſus: vel, ubi recurſus iſte uſu receptus eſt, id quod non eſt in Germania, præſertim in Ordine Ciſtercienſi. Deinde, ex conſilio alterius, nemo obligatur. Vnde & Navarr. conſ. 48. nu. 6. ait: *Illa verba Concilii Trid. intelligenda eſſe, ut nos intelleximus alia ſimilia eiuſdem in d. Comment ſcil. quod approbatio illa Epiſcopalis, requiritur quoad exitum Monialium eiſdem ſubiectarum, vel ita exemptarum, quod ſoli Papæ immediatè ſubſunt, non autem de aliis exemptis, quæ ſubſunt Prælatis aliorum Ordinum, de quibus hic agimus.* Hæc Navarrus.

Exitus Monialium è ſuo Monaſterio, quæ ſubſunt Prælatis Ordinum, non requirit approbationem Epiſcopalem.

2. Heliogabalus Imperator, teſte Lampridio, vilioribus amicis folles pro accubitis ſternebat, eosq; reflabat prandentibus illis, ita ut plerumq; ſub menſis repente invenirentur prandentes. Ita Cruſius vanis allegationibus aſſertá ſua inflat, cum autem ad rem ventum fuerit, ventum vendidiſſe deprætenditur, & exſpirante Favonio, reverenter humi ſubſidit. Paupertas excitat artes, ſed non ſemper duraturas.

MALVS PERSICA.

174. Zerola. Ibid. in fin. num. 2. ſic ſcribit Cruſius: *Zerola in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Moniales. §. 16. ASSERIT, Sacram cenſuiſſe Cardinalium Congregationem, in his caſibus, etiam ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſſe.* Mentem adverte Lector; Zerolæ verba ſunt hæc. *Monialis electa in Abbatiſſam in alio Monaſterio, poteſt exire ab illo ſuo, & ire ad illud; vel ob timorem belli ab infidelibus. Navarr. loco cit. n. 48. ver. 4. Nota tamen, in utroq; caſu VIDI practicari oppoſitum, & habitus fuit recurſus ad Sacram Congregationem.* Deus bone, quam hæc à ſuperioribus differunt! Cautius, cautius, oro mi Cruſi, ne Lectores te Cretenſem, non Bremenſem nominent;

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί

Cretenſes ſemper mendaces. &c. præſertim cum adſit expreſſa declaratio Sacræ Congregationis, in c. 7. Concilii Trid. ſeſſ. 25. de regular. *Quando in Monaſterio non ſunt Moniales, quæ habeant qualitates requiſitas à Concilio, ut in Abbatiſſam eligi poſſint, NON EST NECESSARIA facultas Apoſtolica, ut egredi poſſit illa, quæ ex alio Monaſterio eſt electa.*

Sed

Sed iam ad alia, ut tandem ex hoc pomario Cruſiano, & malogranatis, malis citrinis, cidoniis & perſicis, revera malis, ac in meriſſimas ſpinas & carduos degenerantibus emergamus. Saltum hucusq; potius vidimus horridum ac ſilveſtrem, quàm arboretum. Talis nimirum hortus, qualis hortulanus, quia iuxta Ariſtotelem, *omne agens producit ſibi ſimile*, ſecundum idæam, genium & ingenium. FALSÆ ALLEGATIONES

SPINA APPENDIX.

Noli in cælum volare, qui pedes es.

Fol. 210. *col.* 1.

Quæſt. 8. *n.* 4.

1. Bremenſis noſter Iure Conſultus, minus bene ſibiipſi conſuluit, vulnerando ſe ſpinis, & affirmando Monialem Ciſtercienſis Ordinis ex Monaſterio Toſtienburg in aliud eiuſdem Ordinis VVoltigerodenſe dimiſſam, non fuiſſe canonice tranſlatam, *eò quod ex Declarationibus Cardinalium in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 5, *in verb. extra mœnia urbis §. Monaſteria Monialium. verſ. quando vero habeatur: Quando transferuntur Moniales canonicè ex uno loco in alium, translatio illa debet fieri in aurora, ut non niſi à paucis conſpici poſſint; atq; à perſonis gravibus & honeſtis, ac proximoribus ſeu coniunctis deducantur.* Quæ hic addit Cruſius de diverticulo, pernoctatione & hoſpitio, non inveniuntur hoc loco in Declarationibus Cardinaliū, ſed ex liberalitate Cruſiana ſuperadduntur, ut dicta Monialis, in modo honeſtatis exceſſiſſe putetur. Vnde ſubdit ibid. *Hæc autem omnia in d. Monialis translatione interveniſſe ego nego.* Et infra. *Taceo reliqua de ſociabus, tempore, loco hoſpitii, itineris.* Loquitur hic multa Cruſius, quæ ſe tacere dicit, atq; utinam vel de mendacio erubeſceret, vel veritatem loco modoq; debito deponeret. Prò Moniali ſtat affirmativa præſumptio honeſtatis, donec probetur contrarium. reg. iur. in 6. *quilibet præſumitur bonus &c.* quod tamen Adverſarius Deo dicatæ Virginis necdum fecit: cui aſſerenti nec fides quidem prębenda eſt, nec auditus, *cum præſumatur eius exiſtere inimicus.* c. item. de reſtit. ſpol. Gloſſ. Pan. & alii ibidem. Verum hæc moneta Cruſio non ſervit, ut illa: *Audacter calumniare, ſemper aliquid hæret.* 175. Declar. Cardinal.

2. Sed iam ad factam Cardinalium allegationem revertendo, obſervandum eſt, loco cit. ſtatuiſſe Concilium, ut *quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia urbis, vel oppidi cōſtituta, malorum hominum præda, & aliis facinoribus ſine ulla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita; curent Epiſcopi & alii Superiores, ſi ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex iis ad Nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur.* Sacra proinde Cardinalium Concilii Trid. interpretum Congregatio, declarationem ſuam huic quinto capiti ſubiungens, utique declarare intendebat textum ipſius Concilii, quid nimirum faciendum ſit quando Monaſteria huiuſmodi, extra mœnia urbis vel oppidi cōſtituta, ipſæque Moniales ex iis ad nova vel antiqua Monaſteria intra urbes vel oppida transferuntur; quod videlicet eiuſmodi translatio fieri debeat in aurora, ut non niſi à paucis conſpiciantur: Vbi ſuppo- *Quando, & ubi translatio Monalium fieri debeat in aurora.*

FALSÆ ALLEGATIONES. ſupponitur, tales civitates & oppida, tanto itinere à Monaſteriis extra mœnia poſitis non diſtare, quin translatio ab his in illa, ſub aurora facile fieri poſſit.

3. Quod ſi iam Cruſius dictam Cardinalium Declarationem aliter declarare, & ad illam tranſmiſſionem ſupramemoratæ Monialis ac ſimiles extendere velit, ſolem in cælo, inſtar Ioſue, tantiſper ſiſtere debebit, donec iſta Monialis IN AVRORA, ex Eisfeldiæ Monaſterio Toſtienburg Moguntinæ Diœceſis, in alterum Woltigeroda prope Goſlariam in Hildeſienſi Diœceſi ſitum; vel ille Benedictinæ è Küebacenſi Bavariæ Cœnobio, ad Fuldenſe Monialium, plurium dierum itinere, ita *ut non niſi à paucis conſpici poſſint*, commigraverint. Quod ſi ſolem oriturum tam diu ſiſtere nequiverit, cogitet ſe ſiniſtra Declarationum allegatione canonicum *Deliquium* incidiſſe.

LEPVS GALEATVS.

Animo vir eſt cenſendus, non corpuſculo.

Fol. 211. col. 2.
Qu. 8. ſub. n. 6.

176. 177. Ius civile.

1. Galeatum leporem hic in medium proſilire video, & tanta quidem cum contentione, ut vel Herculi clavam è manibus extorquere velle videatur. Lepidum duellum inter me & Cruſium oboritur; Quid ſit Canonica Monachi ad aliud Monaſterium translatio. In *Aſtri* q. 7. n. 27. docebam *Canonicã translationem in eo conſiſtere, ut Monachus deſinat eſſe membrum prioris Monaſterii uel Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris*: cum autem ſolummodo abeſt à ſuo Cœnobio, ut v. g. profiteatur, aut ſtudeat ad tempus in Academia, vel ut alibi hoſpitetur, aut perſiſtat aliquandiu ex rationabili cauſa, manendo ſemper membrum ſui Monaſterii, dicebam hanc non eſſe, nec nominari *Canonicam translationem*, ſed localem ſolummodo mutationem.

Quid ſit translatio Monachi Canonica ad aliud Monaſterium.

2. Hic contra me inſurgere Cruſius, & duos mihi colaphos infringere, quorum uno meam *in iure imperitiam*, altero *fallaciam qua utar* vehemẽter inſectatur. *Quod attinet*, inquiens, *ad F. Romani in iure imperitiam, oſtenditur manifeſtè, ex iure & Dd. falſum eſſe, quod nudus tranſitus ex uno loco in alium in Iure non appelletur TRANSLATIO CANONICA*. Probat dein' ex textibus iuris civilis. Sed

Spectatum admiſſi, riſum teneatis Amici.

Ex l. ſi cui. ff. de ſervitutib. per illa nimirum verba: *Sabino quoq; videbatur, qui argumento riui utebatur, quem primo qualibet ducere licuiſſet, poſteaquam ductus eſſet, TRANSFERRE non liceret: quod & in via ſervandum eſſe, verum eſt*, cõſequenter derivatio rivi aut viæ, ſecundum Cruſium, eſt Canonica translatio; vel inde ſaltem ſumitur argumentum ad Monachi Canonicam translationem. Secundo, *ex l. ſi mandato meo. §. 1. ff. mandat.* per illum textum: *Si mandatu meo iudicium ſuſcepiſti, manente iudicio, ſine cauſa non debes mecum agere, ut TRANSFERATVR iudicium in me; nondum enim perfeciſti mandatum.*

Ergo

Ergo ſecundum Cruſium datur *Canonica translatio* iudicii à Plautio in Paulũ ergo tranſitus nudus ex uno loco in alium, in iure appellatur *translatio Canonica*: conſequenter baculus eſt in angulo, & Cruſius tondet hircum. Hæc nimirum eſt mea in iure imperitia, & fallacia qua utor. Sed bone vir, patientiam habe in me, FALSÆ ALLEGATIONIS

---- *mutato nomine, de te*

Fabula narratur.

3. Eadem fide & quadratura allegat ibid. fol. 212. col. 1. *Dd. & Rebuff. in l. mulieris. 13. §. res abeſſe. ff. de V. S. in verb. mutare. & in l. vinaria vaſa 206. verb. transferre. ff. eod. per l. cum hi. §. in cauſa. ff. de tranſact. l. prætor. in fin. ff. de edend. l. fin. §. 1. ad L. Rhod. de iact.* Nihil enim iis in locis aut legibus aſſeritur, quod vel in ſpeciem Antagoniſtæ ſervire poſſit: Nec miru m; de Clericorum *translatione Canonica*, ius decet loqui Canonicum, Civile ſilere. Sed de his fuſius alibi egimus. Proinde leporis huius inſcriptio eſt in galea, Γνῶθι σεαυτόν. 178 Doctores 179. 180. Rebuffus 181. 182. Ius ciuil. *Noſce teipſum*

4. *Ad l. vaſa vinaria* à Cruſio, mediante Rebuffo allegatam quod attinet, iãiam ſperaveramus, tam ardente ſole, nobis hauſtum vini, in horto offerendũ fore; ſed decepti domum revertimur. Omnes illius allegationes, vaſa ſunt inania quæ cum plurimum ſonent, præter aërem nil continent. Vide alleg. 400. Viel geſchrey wenig Woll.

ARBOR PROHIBITA.

Præſumitur fatuus, qui fatua loquitur.

Fol. 213. col. 1.

Quæſt. 8. n. 10.

1. *Certum eſt*, inquit Ἐκλειψιποιὸς Cruſius, *ad abſolutam translationem Monachi, requiri authoritatem, & licentiam Superioris, qui eſt Epiſcopus, quando Monachus ex Monaſterio non exempto in aliud ſimile, à priori non dependens transfertur. d. §. prohibemus. C. cum ſingula. de præbend. in 6.* Hæc ille Ego etſi legam, relegam, iterumq; legam dictum §. *prohibemus.* nihil tamen horum inde eruere poſſum. Aut igitur deſipio, aut decipitur Cruſius, mihi affingens Eclipſin, quam ipſe in fronte & naſo gerit. Sed paciſcamur inter nos: ambo manum de tabula. Heus puer heus Floſcule! adesdum: tu tertius & arbiter eſto; Viden' in hoc libro, à tuo Magiſtro ſtrictim inſertum paragraphum, *prohibemus* nuncupatum? tolle, non prohibemus; totum lege, iubemus; tuo iudicio ſtabimus & ſedebimus ambo. 183. Ius Can.

2. *Prohibemus inſuper*, inquit Bonifacius VIII. *ne Prioratus vel Eccleſiæ, aut adminiſtrationes ſeu officia unius Monaſterii conſueta per eiuſdem Monachos gubernari, committantur deinceps abſq; authoritate Sedis eiuſdem* Apoſtolicæ, *alterius Monaſterii Monachis gubernanda, nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem; ſed per eos ad quos pertinent, liberè ordinentur: Cum illis non liceat habere locum in diverſis Monaſteriis, quorum unum ab alio non dependet; nec aliorũ Monaſteriorum* (NB. Cruſii, *niſi Canonicè transferantur ad ipſa*) *Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionem præſentem, prædicta de cætero alienis Monachis commiſerint, vel dimiſerint iam com-*

FALSÆ ALLEGATIONES *miſſa, ea vice ordinandi, de ipſis ſint poteſtate privati, & de eis per Diœceſanos (ſi exempta non fuerint) alioquin per Sedem Apoſtolicam ordinentur. Ii autem qui ea ſuſcipere, vel ſuſcepta præſumpſerint detinere, reddantur ineligibiles ipſo iure.* En totus paragraphus. Rectè legiſti puer; pro munere cape malum hoc rubellianum: ſalva res eſt, etiam Magiſter tuus erubuit; cui noxam hanc omnes condonabimus, ſi recitatæ lectioni, ut par eſt, petitionem veniæ ſubiunxerit, & errorem doctrinæ ſuæ reſorpſerit.

MESPILVS.

184. Ius Can. 1. Ib. ſic fatur Cruſius: *Abbas non poteſt diſpenſare in iis, quæ ſunt quaſi de ſubſtantia Regulæ. c. Deus. de vita & honeſt. cler.* Quę de aſſerto, modo non redarguimus, ſed de falſitate & inanitate factæ allegationis. En totũ citatũ *cap. Deus* exhibemus, Lectoremq; rogamus, advertere dignetur, ſi aſſertum Cruſianum inde firmari queat: *Deus qui Eccleſiam ſuam nova ſemper prole fœcundas: Et infra: Ne igitur, ſi diſpar in vobis obſervantia fuerit, & diſſimilis habitus, apud eos quibus unum Evangelium prædicatis ſcandalum ſuſcitetur, Mandamus, quatenus eo non obſtante, quod inter vos Monachi ſunt, & Canonici Regulares, vel alii etiam regularem vitam ſub alia diſtrictione profeſſi: omnes pariter in unum regulare propoſitum, & honeſtum habitum, quantum ad hoc ſpectat officium, conformetis.* Vides hic Lector, nec iota Cruſiani dicti corroborari. Nempe ſuper ariſtas graditur homo, nec pedem ſtabilem figit, etiam cum cælum calcare ſe autumat. Meſpilos, credo, vendit, pro nucibus odoratis.

185. 2. Deliquia ſiquidem Cruſiana, ſumunt augmentum, ex tam frequenti
186. Ius Can. reciduo. Ac ſicuti motus rerum gravium circa finem ſolet eſſe velocior; ita Cruſius circa finem ſui Operis, velocior eſt ad præcipitum. Ait enim iterum præcit. n. 10. q. 8. *Sin vero Monachus ſit transferendus ex uno Monaſterio non exempto, ad aliud non exemptum, alterius Diœceſis reformandum, vel novam Congregationem introducendam, præter licentiam ſui Ordinarii unde exit, etiam opus habet authoritate & licentia Epiſcopi alterius Diœceſis, in qua ſitum Monaſteriũ, ad quod transferetur reformandum, &c. cap. cellulas 18. q. 2. c. relatum & ibi Dd.*
187. Doctor. *ne cler. vel. Monach.* Omnis generis obices excogitat Cruſius, ne Ordo S. Benedicti coniungatur aut refloreſcat. Expendamus paululum factas textuum allegationes. Caput cellulas. 18. q. 2. ſic habet: *Cellulas novas, aut Congregatiunculas Monachorum*, quæ (ut hic ait Archidiac.) fieri incipiunt, ſeu de novo ædificantur, *abſq; Epiſcopi NOTITIA prohibemus inſtitui.* Sed Monachum ex uno Monaſterio nõ exempto, ad aliud non exemptũ alterius Diæceſis reformãdũ, vel hactenus deſtitutum, tranſmittere, ſecundum Cruſianam allegationem, eſt inſtituere Cellulas aut Congregatiunculas NOVAS. (licet utrumq; Monaſteriũ, iam ante ſexcentos aut amplius annos forte fuerit fundatũ, & alterum hactenus inique ab hæreticis detentum) Ergo, ut transferatur Monachus ad tale Monaſteriũ, opus eſt licentia illius Epiſcopi. Maior eſt ipſiſſimus textus Chalcedo-

cedonenſis Concilii,c.58.3.Concluſionem antequam appræhendat Cruſius, Minorem degluciat neceſſe eſt.Quo abſurdo, ſemel admiſſo ac prælucente, quid miramur Cruſium *Aſtro inextincto* deliquia,& Eclipſes affingere,cum ex uno abſurdo, ſequantur innumera? Taceo,quod pro abſq; *NOTITIA Epiſcopi*, Cruſius ſubſtituerit *licentiam Epiſcopi.* quę duo,toto mari à ſe invicem differunt.

3. Alter textus,d.c.relatum(qui tamen per Benedictinam,iure noviore pro ipſo Ordine mitigatus fuit)eſt iſte.*Relatum eſt nobis, quod Monachi de H ſaculariter vivunt, & alios exemplo ſuo corrumpunt.Ideoq; mandamus, quatenus eos ad obſervantiam Regula,appellatione remota compellas: vel ſi tibi reſtiterint auſu temerario,eis eiectis,fratres alterius Ordinis(SI NON POTEST MONASTERIVM IN SVO ORDINE REFORMARI) in illud inducas &c.* Atqui quando Monachus ex uno Monaſterio non exempto transfertur ad aliud non exemptum alterius Diœceſis reformandum, vel hucusque deſtitutum reſtaurandum, tunc, ex allegatione Cruſii, poteſt tale Monaſterium in ſuo Ordine reformari, &c. Ergo ſi Monachus ſit transferendus ex uno Monaſterio nō exempto,ad aliud non exemptum alterius Diœceſis,opus habebit etiam authoritate & licentia alterius illius Epiſcopi Diœceſani; Et conſequenter *in Æthiopia ſunt homines ac mulieres capita non habentes, ſed oculos groſſos fixos in pectore,cætera membra æqualia nobis*; ut ait S. Auguſt.ſer. 37.ad fratres in eremo, & lib.16.de civit.Dei cap.8. Vtraq; conſequentia, vi formæ Cruſianæ legitimè infertur. Eademq; eſt ratio de Dd. quos perperam in eod.cap.relatum Cruſius allegaverat. E contra,in Benedictina diſponitur, *ut ſi aliquod Monaſterium ipſius Ordinis ſeu Religionis,lapſum in Religione vel obſervantia Regulari patiatur,&c.aſſumātur de alio Monaſterio,in cultu eiuſdē Religionis vigente, Monachi idonei, & ad dictum Monaſterium lapſum patiens tranſmittantur,inibi quamdiu expediens fuerit moraturi,per quos lapſus huiuſmodi reparetur.* Vbi nulla fit mentio de licentia ullius Epiſcopi,nulla diſtinctio ſintne Monaſteria unius aut diverſarum Diœceſium,exempta vel nō exempta&c. Vbi autem Papa non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.Rota deciſ.1.de præb.in novis.Vid.*Aſtrum.* q.7.ſub n.5. **Benedictina cap.34.**

PISCINÆ.

SEd iam tandem ex arboreto Cruſiano digreſſis,occurrunt in eodem horto piſcinæ,trutis,anguillis,auratis,luciis,mullis,ſalmonibus, aliiſq; id genus altilibus refertæ: Quin & pulcherrima,eaque decumana poma, ex pomario decidua,ibi fluctuare aſpicio,cum inſcriptione,*Nos poma natamus.* Cum ergo ſuppetat otium,& aura faveat,ſi placet,ſingulas obeamus,ſpectaturi animantia, quibus unis immunibus, nunquam maior vagandi licentia,& occaſio piſcatores illudendi conceſſa fuit,quam ubi inundāte diluvio,totum genus humanum fragili ſe ligno incluſum occuluit.Et primo quidem ſeſe offerunt.

FALSÆ ALLEGATIONIS.

ANGVILLÆ.

Fol.24.col.2.poſt.med.
Quæſt.1.c.2.num.14.

188. Vivianus 189. Ius Can. 190. Ius ciuil.

1. *Nihil mirum*, ait Cruſius, *ſi exiſtentibus adhuc ſubditis, mortuo vero capite vel Prælato, dicatur dignitas Abbatialis vel Prælatura vacare; cum caput morale virtualiter contineatur in Collegii ſubditis adhuc exiſtentibus, ab iiſq; vel eligi, vel poſtulari poſſit. Vivian. in rationali iur. c. 2. col. 15. §. 32. de reſcript. per c. ſcire. 7. q. 1. l. civibus. ff. de reb. dub.* Tres hic à Cruſio lubriciſſimæ fiunt allegationes, inſtar anguillarum è manibus capientium elapſuræ. Cruſius loquitur de occidente, Vivianus & leges de Oriente: Cruſius de Prælato mortuo, illi de vivente; Cruſius de Prælatura vacante, Vivianus & Canones de nõ vacante. *In cauſa Monaſterii*, verba ſunt Viviani, *convenitur Abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mentio de Conventu, quia tota poteſtas Monaſterii eſt penes Abbatem* (utiq; viventem) *c. nullam.* 18. *q.* 2. *Vnde Abbas ex officio ſuo tenetur Congregationum ſuarum negotia procurare. Ideo in cauſa Monaſterii non eſt neceſſe exprimere alium, quam Abbatem*, (an mortuum?) *Nomine ENIM Prælati intelligitur Eccleſia, & nomine Eccleſiæ Prælatus, cum unus eorum intelligatur eſſe in altero.*

2. Textus cap. ſcire. 7. q. 1. ſimiliter loquitur de Epiſcopo vivente, non mortuo: *Scire debes*, inquiens, *Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe, & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes, apud quoſdam communicare ſe credunt quando Eccleſia, quæ Catholica una eſt, ſciſſa non ſit, neq; diviſa*, Vbi gl. verb. ſcire debes. *Scribit*, ait, *Cyprianus ad Puppianum, quod ſolus Cornelius* Papa, (haud dubiè vivens) *eſt Epiſcopus. & ei obedientes, ſunt in Eccleſia. Novatiani verò, qui cum Sacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionem, dignitatem accipiũt, non ſunt in Eccleſia, quæ tantum una eſt, nec poteſt eſſe diviſa.* Eundem textum clarius exponens Archid. ait: *Quod qui viventi & non remoto ſubſtituitur per intruſionem, non eſt in communione Epiſcopi, & ita non eſt in Eccleſia. Et in hoc facit ad propoſitum, & loquitur de facto Novatiani; ſecundũ hoc, IN ECCLESIA, id eſt, IN VNITATE ECCLESIÆ, SICVT CAPVT IN VNITATE CORPORIS. Eccleſiam in Epiſcopo, per obedientiam & ſubiectionem, i. ei ſubeſſe, quia ſubeſt tanquam membrum capiti. Vel IN EPISCOPO, id eſt, IN GVBERNATIONE EPISCOPI, quia ab eo gubernatur & regitur.*

Quomodo Prælatus ſit in ſua Eccleſia.

3. Ex his ergo lucide colligimus, ſenſum allegatorum textuum non eſſe, quod Prælatus eligendus, virtualiter (ut vult Cruſius) contineatur in Collegio adhuc exiſtente; ſed quod iam electus, & de facto exiſtens, actualiter & reipſa ſit in ſua Eccleſia, *ſicut caput in unitate ſui corporis.* Adeoq; Cruſianæ allegationes hac vice ſine honorario domum redire poſſunt, ne nomine Cruſii, falſæ allegationes; aut nomine falſarum allegationum Cruſius intelligatur.

4. Tertia allegatio l. civibus. ff. de reb. dub. ſic ſe habet. *Civibus civitatis*

legatum

legatum vel fideicommiſſum datum, ciuitati relictum videtur. Ergo mortuo Prælato, Prælatura vacat; conſequenter Cruſius à Collegio ſuperſtite vel eligi vel poſtulari poterit. Quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit. Præſentabimus ipſi prima menſa captas has anguillas. Sed en ad manum nauiculam, in his adeò pellucidis piſcinis pergamus vltrà, cauentes, ne quis noſtrum in vndis aſellos marinos aſpiciat. FALSÆ ALLEGATIONES

SEPIA.

Non ſemper feriet, quicunque minabitur arcus. *Horat. de art. poët.*

Fol. 181. col. 1. ant. fin.

Qu. 6. c. 2. nu. 23.

1. *Vnde relinquitur*, ait Cruſius, *quòd quando Monachi alicubi non regulariter viuentes ſunt incorrigibiles, facta ijs donatio ET FVNDATIO ob ingratitudinem reuocetur. Viuian. in c. delictum. de R. I. in 6. & ibi Franc. F. Romanus q. 1. n. 59.* Quæ omnia verba, quaſi eſſent formalia, Cruſius in margine duabus lunulis notauit: cùm neque Viuianus, neque Francus, nec ego de Monachis non regulariter viuentibus, aut incorrigibilibus, nec de fundatione Monaſteriorũ reuocanda, vllam fecerimus mentionem. Legantur mea & Viuiani in *Aſtro* q. & n. prædictis, §. ſed quid ſi Prælatus, quò Cruſium remitto, præſertim ad illa Viuiani: *Sed vbi propter delictum Prælati & Capituli, Eccleſia veniret priuanda omnibus bonis ſuis* (ideſt omni FVNDATIONE) *vel maiori ex parte, ita quòd non poſſet Eccleſia ſeruiri in diuinis, vel veniret deſtruenda ipſa Eccleſia in totum, tunc delictum Prælati & Capituli NON NOCET ECCLESIÆ. Franc. hic & Specul. in tit. de donat. verb. aliquis Baro.* Vbi ſubiungit Francus & Specul. *Quodſi Baro ædificauit & ditauit Monaſterium, quòd ratione ingratitudinis Abbatis & Capituli, NON REVOCATVR talis donatio, & ſic Monaſterium non deſtruetur, nec bona reuocabuntur.* Taceo, ſub nomine ingratitudinis, quæ directè tendit contra benefactorem, per ſe loquendo, non ſignificari lapſum in diſciplina regulari. 191. Viuianus 192. Francus. 193. Aſtrum inextinctũ.

2. Verùm, vt video, Cruſius in ſuis viuarijs etiam ſepias alit, quæ teſte Æliano, cùm ſe à peritis piſcatoribus captari ſentiunt, mox innatum atramentum emittunt, quo circumfuſæ, ab oculis piſcantium remouentur, eorumq; perſtringunt oculos, cùm ſint in eorum oculis. Plin. lib. 9. c. 29. Sic effuſa caligine ſuarum allegationum Cruſius fucum facit lectoribus, ſed facilè denudandum, ne ſepia ſæpiùs illudere poſſit: Cuius & hoc eſt naturæ miraculum; nam ſi lucerna, qua ſit infuſum eius atramentum, accendatur, omnium adſtantium vultus Æthiopicos ſeu Eclipticos videri facit, Anaxilao auctore apud Plin. lib. 32. c. 10. & memorat Iſidorus lib. 12. c. 1. recolit etiam Albertus Magnus animal. lib. 24. in ſepia. Quid ergo mirum, in Cruſio, ſuoque *deliquio*, non niſi meras Eclipſes inhorreſcere, quando in eo ſcribendo, toties ſepiæ atramento vſus fuit? *Sepia piſcis, atramento ſe circumfundit ne capiatur.*

NVDVS DENVDATVR.

Plus fecit quàm potuit, ideo diſperiit. Ierem. 48.

Fol. 152. col. 1. in med.

Qu. 5. cap. un. num. 2.

Nudo veſtes hoc loco detrahit Bremenſis, citando Honorium in cap. 36. de relig. dom. ſuæ Summæ Decretal. cùm ille titulus non niſi nouem capita complectatur; id quod ſuperiùs allegat. 126. non advertebamus. Saltem honori Honorij pepercisset Cruſius. 196. Io. Honorius ab Azel.

REMORA.

Fol. 183. col. 2. in med.

Qu. 6. c. 2. poſt. n. 25. 6. deinde ſi matrimonium.

Adducit authoritatem eiuſdem Honorij, verbis iſtis: *Nam Prælatus, etiam cum conſenſu ſua Eccleſia, non poteſt ſine Papa licentia deſerere Eccleſiam. Honor. 1, Summ. Decret. t. 9. nu. 9.* At Honorius non loquitur abſolutè de omni Prælato, vt facit Cruſius, cuius indefinita, æquiualet vniuerſali. Rota deciſ. 32. circa med, de procurat. & deciſ. 19. de cauſ. poſſ. & propriet. nu. 3. in nouis. En Honorij verba. *Coram Summo Pont. debent fieri reſignationes Epiſcopatuum, & ſuperiorum dignitatum*, vt Archiepiſcopatuum, Patriarchatuum &c. *Item reſignationes beneficiorum EXEMPTORVM, &c. quia ad quem ſpectat confirmatio, ad eum ſpectat reſignationis admiſſio. c. Abbas. 18. q. 2. gl. clem. 1. verb. in manibus. de renunciat. & ibi Can.* Conſequenter Prælatus Regularis, Sede Apoſtolicæ immediatè non ſubiectus, ſed ab alio ſuam accipiens confirmationem, poteſt ſine remora ſeu licentia Papæ Prælaturam reſignare: quod ipſum & ius commune, & praxis docet Eccleſiæ. 197. Io. Honorius.

COCHLEA.

Fol. 218. lin. antepenult.

In parergis. quaſtiunc. 2.

Cruſius ait, apud Chokier de iuriſd. ord. part. 4. q. 67. nu. 4. negari Abbatibus criminalem iuriſdictionem in Monachos. Sed en, quomodo contraria contrarijs ſanentur, & vnus piſcis alterum deuoret. *Accedit*, inquit cit. loc. Chokier, *quòd Abbates VERE dicuntur Prælati, & ORDINARII MONACHORVM. c. nullus Monachus. c. nullam poteſtatem. 18. q. 2. c. quanto. & ibi Innoc. & Dd. de offic. ord.* NB. *In quos MAIOREM & pleniorem dicuntur habere poteſtatem, quàm Epiſcopus habeat in Clericos ſua Diœceſis. Abb. c. ad noſtram. num. 2. c. reprahenſibilis. & vtrobiq; Franc. de appellat. Felin. c. ſuper litteris. n. 10. de reſcript. Mandoſ. reg. Cancell. 24. quaſt. 2. num. 2. in fin.* Atqui 198. Eraſmus Chokier.

FALSÆ ALLEGATIONES Epiſcopus in ſuos Clericos habet etiam iuriſdictionem criminalem; ergò ſecundum Dd. apud Chokier allegatos, Abbatibus iuriſdictio criminalis non negatur, ſed aſſeritur & confirmatur. Cochleam pro cancro extraxit hoc loco Cruſius. Videatur idem Chokier ibid. part. 4 q. 112. n. 30. concluſ. 9.

LVCIVS.

199. Innocēt. Eod. fol. iterum nocentem facit Innocentium, allegans eundem, quaſi in cap. vt fame. n. 3. verb. Prælatorum. de ſent. excomm. negaſſet Abbatibus huiuſmodi criminalem in ſuos Monachos iuriſdictionem. Prodeat igitur ipſuſmet Innocent. & d. nu. 3. verb. prælatorum. quid ſcripſerit, in medium proferat, vt audiat Cruſius ſe memoriter locutum fuiſſe. *Prælatorum*, inquit Innoc. *ſcil. Epiſcoporum, qui quaſi merum habent imperium, ET ALIORVM, qui ordinariam poteſtatem ſuper hoc habent, vel aliam correctionem, SICVT ABBAS IN MONACHIS. Nam alij Monachi, vel Prælati*, non-Abbates Regularium, *non habent poteſtatem per ſe capiendi, nec aliis demandandi.* Legatur ibid. paulò poſt §. *Minores autem Prælati, qui iuriſdictionem non habent. &c.* quo nomine venire prælatos ſæculares, plebanos & ſimiles, teſtis eſt Abbas in c. cùm contingat. de foro compet. n. 26. & 27. Ergo liber abeat inuentus innocens Innocentius; eiuſque loco, ſuiſmet falſis allegationibus alligetur captus hic lucius, (quem nonnulli lupum nominant) diligenter aſſeruandus, donec cùm aſſatis anguillis Democritus redeat & ſatis rideat.

CANCRI.

Æquiori animo ferimus præcidi ſpem, quàm trahi.

Fol. 9. col. 1. ante med. & fol. 98. col. 1. poſt med.

Qu. 1. c. 1. n. 12. & q. 3. n. 1. §. ea igitur.

200. Ludou. Roman. Pro diſtinctione *ſpei iuridicæ*, & *non iuridicæ* ſtabilienda, vtrobique allegat *Lud. Romanum conſil. 256. incipit. approbo ſententias. per l. ſi ita ſcripſiſſet. de legat. 2.*

201. Sed præterquam quòd eo tit. de legat. 2. nulla ſit lex, quæ ab his verbis *ſi ita ſcripſiſſet* incipiat; conſtat Ludou. Roman. d. conſ. de ſpe iuridica non loqui, cùm ne ſemel quidem *ſpei*, nedum *ſpei iuridicæ* meminerit. Loquitur autem de iure quæſito purè, & iure quæſito conditionaliter, atque inter hæc diſtinguit per l. ſi ſcripſiſſet. 46. de legat. 2. quæ ſic habet: *Si ſcripſiſſet qui legabat, Quicquid mihi L. Titium dare facere oportet, Sempronio lego; nec adiecisset PRÆSENS IN DIEMVE, non dubitarem, quantum ad verborum ſignificationem attineret, quin ea pecunia comprehenſa non eſſet, cuius dies, moriente eo qui teſtamentum feciſſet, nondum veniſſet. Adjiciendo autem hæc verba, PRÆSENS IN DIEMVE, apertè mihi videtur oſtendiſſe, eam quoque pecuniam legare voluiſſe.* Et quid iſta pro Cruſio? Teſtator hic habuit

ius purè quæſitum ad ea, quæ tunc. L. Titium dare facere oportebat; ius autem quæſitum conditionaliter, habebat ad eas pecunias, quarum ſoluendarũ dies nondum aduenerat. Ergo alia ſpes eſt iuridica, & alia non iuridica? Falleris Cruſi, & reti tuo aquam hauris; Annon vtriuſq; pecuniæ ſpes eſt iuridica, vtrobique nimirum fundata in iure quæſito, ſeu in præuia aliqua cauſa legitima, & titulo præſente? pecunia enim *in diem* mihi ſoluenda, ex aliquo titulo præterito, in præſens durante, neceſſariò erit ſoluenda; alias eſſet incapax, quæ hodie à me Sempronio legaretur. Vnde manifeſtum euadit, diſtinctionem ſpei iuridicæ, & nõ iuridicæ, nullo modo ſequi diſtinctionem iuris purè quæſiti, & iuris quæſiti conditionaliter; adeoq; factas allegationes more cancrorũ retrogredi, & Cruſium in aëre piſcari. Mallem vt piſcator toties ictus & victus, denique ſaperet. FALSÆ ALLEGATIONES.

CANIS PONTICVS CLAVDVS.

Vſquequo claudicatis in duas partes? 3. Reg. 18.

Fol.* 199. *col.* 2. *ante fin.

Qu.* 2. *c.* 2. *nn.* 11. *in fin.

Adducitur à Cruſio *Goffredus de relig. dom. n.* 5. *& iterum Tholoſanus de inſtit, rei benef, c.* 20. *n.* 14. *Barboſ. lib.* 3. *de iure vniuerſ. Eccleſ. c.* 16. *de vnion. benef.* §. 2. *n.* 14. *& omnes Dd.* Verba Goffredi ſunt iſta. *Quatuor autem ſunt cauſa, propter quas vnio Eccleſiarum fieri poteſt. Propter temporis qualitatem ſeu turbationem. vt* 21. *q.* 1. *& temporis qualitas. Item duarum Eccleſiarum vicinitas, vt ibid. Item paupertas Eccleſiæ. vt* 10. *q.* 2. *vnio. circa fin. Item à Clericis vel Monachis deſolatio vel deſtitutio. vt infr. eod. quia Monaſterium.* Loquuntur autem his locis Dd. de vnione Eccleſiarum, quæ fieri poteſt per Epiſcopũ, ad eiuſdem qualitatis beneficia vel Monaſteria, adeoque vbi nulla opus eſt præuia ſuppreſſione vel extinctione Monaſteriorum, quæ à ſolo Papa fieri debet. Cruſius verò, quia fauores credit ampliandos, contra omnia iura, interpretatur allegatos Dd. loqui de inſtituenda vnione Monaſteriorum ad Societatem, cum cæteris non niſi remotiſſimè ſymbolizantem; vt videre eſt ſuprà, allegat. 136. & ſeqq. Atque in hoc ſenſu factæ allegationes magis claudicant, quàm vllus canis ponticus in aridam extractus; neque enim minus imponit, qui alienum ſenſum, quàm qui aliena verba Doctoribus imponit.
202. Goffred.
203. Tholoſ.
204. Barboſ.
205. Omnes Dd.

HALECES.

Fol.* 216. *col.* 2. *in med.

Quæſt.* 8. *in fin.

Citat Cruſius *Decium in cap. in præſe. num.* 20. *de prob.* quale caput eo titulo non reperitur. Idem Decius allegatus à Cruſio, q. 1. c. 3. num. 2. in fin. nihil prorſus habet de priuilegio reali, ſuo *nu.* 13. *in l. priuilegia ff. de reg. iur.* 206. Decius. 207.

FALSÆ ALLEGATIONES *iur.* cùm in eam Regulam, ne commentetur quidem, nec habeat numerum 1. nedum 13. adeoque in pertuſum dolium aquam ingerit Cruſius, pro ſaliendis halecibus præparatum.

Fol. 17. col. 2. in med.
Qu. 1. c. 2. num. 6.

208. Ant. Butrio. Aſſerit ibi Ioannes Bremenſis, *Antonium de Butr. in c. cùm M. Ferrarienſis. de conſtit.* docere, *vt titulus dicatur propriè in iure numeratus, requiri vt concurrant plures tituli, iiq; certi ac ſtabiles, neq; ex accidenti facilè mutabiles.* At nihil horum Butrio d. loc. ſomniauit, cùm ſolùm agat de diſtinctione & determinatione Canonicorum & præbendarum: quod indicium eſt, haleces à mari Baltico nondum appuliſſe.

MVLLVS.

Fol. 84. col. 2. in princ.
Qu. 2. ſect. 3. c. 2. n. 4.

209. Anton. Butrio. 1. Sic loquentem Cruſium inuenio. *Antonius de Butr. in c. dilecta. n. 24. & 25. de exceſſ. præl. ait: Delictum Capituli poteſt nocere Eccleſiæ, vt not. de ord. cognit. c. cùm dilectus. & de reg. iur. delictum. in 6. Et delictum Prælati non nocet Eccleſiæ; ſecus eſt, quando totus Conuentus negligit, quod nota, & bene tene menti.* Nihil ſimile cit. loco dicit Butrio, qui non habet illo capite (mihi) niſi numeros. 19. cùm à Cruſio citentur 24. & 25.

2. Contrarium autem expreſsè docet in c. ad hæc. de dolo & contumac. n. 12. vbi, *Ad ſecundum principale, an delictum Prælati & Capituli præiudicet Eccleſiæ,* hoc modo, reſpondet. *Dic in caſibus, in quibus dixi ſuprà, negligentiam vel delictum Prælati præiudicare Eccleſiæ; fortiùs præiudicabit factum Prælati & Conuentus. In caſibus in quibus dixi non præiudicare, ſcil. VBI AGITVR DE IVRE PERDENDO, ſi delictum committitur à Conuentu, non contemplatione Eccleſiæ, nec in factis Eccleſiæ, NON PRÆIVDICAT ECCLESIÆ, vt notant Dd. in c. 2. de donation. In his quæ aguntur nomine Eccleſiæ, tunc ſi delictum eſt formaliter punibile in Eccleſia vel Conuentu, punitur Conuentus potius, quàm Eccleſia. vt not. Spec. tit. de donation. §. 1. verb. Quid ſi Baro. & dixi de donation. c. fin. Ideo ſi commiſit Capitulum delictum aliquod. NON PER HOC DESTRVETVR MONASTERIVM, ſed Conuentus expelletur.* Et conſequenter alij eiuſdem Ordinis & inſtituti, ſatisfacturi fundationi Eccleſiæ ſubſtituentur. Vt video mulum pro mullo nobis apponere volebat piſcator Bremenſis. Sed ſeipſum luſit: Tali nodo, talis debetur cuneus: præſertim cùm dicat, Monaſteria talia, turpiter à Monachis per hæreſin aut apoſtaſiam amiſſa eſſe. num. 3. vbi ſuprà, Vide allegat. 61.

RHOM-

FALSÆ ALLEGATIONES

RHOMBVS.

Fol. 94. col. 1. poſt init.
Qu. 2. ſect. 3. c. 3. n. 11.

Terminiiuriſdictionis ſæcularis exceduntur, ſi quando Laicus contra Clericum, vel Clericus contra Clericum, etiam IN POSSESSORIO, coram Principe ſæculari agit. Gail. Obſeru. 38. n. 1. 2. vſq; ad 5. Couarruias. var. reſ. lib. 3. verſ. rurſus. ait Cruſius; quo tamen loco dictus Gail. contrarium è diametro docet obtinuiſſe, vt allegat. 84. demonſtrauimus. Ad Couarruuiam quod attinet, cuius tunc obliti fueramus, habet is hæc dundaxat eo verſ. *Rurſus aliis placuit, crimen vſurarium eſſe mixti fori, & ideo laicum iudicem poſſe inter laicos cauſam iſtam iudicare, Eccleſiaſticum verò inter Clericos.* Et quid hæc ad rhombum? Interim non dicit, (vt Cruſius citabat) terminos iuriſdictionis ſæcularis excedi, ſi IN POSSESSORIO coram Principe ſæculari contra Clericum agat laicus vel Clericus; cùm iſtius contradictoria, & Couarruuiæ ſententia ſimul ſtare poſſint: Adeoque ictus Cruſij, Couarruuiam non ferit, nec rhombus hoc hamo capitur. 210. Couarruuias.

OSTREA.

Fol. 25. col. 2.
Quaſt. 2. c. 2. n. 15.

Selua citatus, non habet diſtinctionem Beneficij Eccleſiaſtici in proprium & improprium; nec meminit portionis diſtinctæ; nec antonomaſticè dicti beneficij, quod ſit proprium & ſæculare. &c. pro quibus tamen rebus cit. loco à Cruſio allegabatur. 211. Io. Selua.

BOLETVS.

Fol. 184. col. 2. in med.
Qu. 6. c. 2. n. 27.

Perperam adducitur Nauarr. conſil. 3. de ſimonia: illo conſilio mihi nec apicem exhibens de Annatis, pro quibus citabatur. 212. Nauarr.

Nolo mihi ponas rhombum, mullumue bilibrem,
Nolo boletos, oſtrea nolo. Tace. *Martial. lib. 5*

HAMVS.

—ſemper tibi pendeat hamus.

Fol. 208. col. 2. in med.
Qu. 8. num. 2.

Seipſum hamo vulnerat incautior Cruſius. *Vt Monialis;* inquiens, *licet* 213. Nauarr.

 exempta,

FALSÆ AL-LEGATIONES *exempta, poſſit ſuo egredi Monaſterio, & ad aliud Monaſterium rectè transferri, quò ibid. Religionem ſuam aut introducat, aut reformet, aut reſuſcitet; requiritur præter licentiam ſui Prælati Ordinis, etiam licentia Epiſcopi, & quidem ea in ſcriptis obtenta. Nauarr. conſil. 57. n. 6. de regular. & conſ. 5. num. 3. & 6. de ſtat. Monach. Pius V. in extrau. ſeu conſtitutione Decori.* Sed malè, apud me, citantur Nauarri conſilia 5. & 57. Nam neutrobi quicquam diſputat de præſenti materia: imò conſilium. 5. mihi non exhibet niſi vnicum numerum. Conſilio autem 48. contrariam è diametro ſententiam tuetur his verbis: *Rx. illa verba Concilij intelligenda eſſe, vt nos intelleximus alia ſimilia eiuſdem in d. Comment. (videl. ſuper c. ſtatuimus. nu. 60.) ſcilicet, quod approbatio illa Epiſcopalis requiritur, quoad exitum Monialium eiſdem ſubiectarum, vel ita exemptarum, quòd ſoli Papæ immediatè ſubſunt, NON autem de alijs exemptis, quæ ſubſunt alijs Prælatis aliorum Ordinum, de quibus hic agimus; & quales ſunt Ciſtertienſium, & aliorum. Vide alleg. 173.*

LVTRA.

Fol. 154. col. 1. poſt med.
Qu. 5. c. vn. ſub. n. 5.

214. Angel. de Peruſ. Oppoſitor allegans Angelum: *Confirmatur*, inquit, *ex Angelo de Peruſio in l. ſi teſtam. C. de teſtam. vbi ait: Papa non poteſt per ſuas litteras in alium vſum conuertere pia legata, de poteſtate Ordinaria, niſi iuſta cauſa ſubſit.* Angeli verba formalia ſunt hæc, *Legata ad certos pios vſus Papa non poteſt per ſuas litteras in alterum vſum conuertere: Et eſt verum, de poteſtate Ordinaria, ſaluo, vbi iuſta cauſa ſubſit, puta, quia vſus deputatus non poteſt perfici, vel non commodè: Ex poteſtate verò abſoluta, poteſt.* intellige etiam abſque iuſta cauſa. Vnde apparet, poteſtatem Pontificiam Ordinariam & abſolutam aliter accipi in ſententia Angeli, quàm Cruſius accipiat in ſua Eclipſi, vt videre eſt allegat. 133. 334. & 398. adeoque impertinens eſt allegatio Angeli, qui cum Couarruuia illam duntaxat nominat & agnoſcit poteſtatem abſolutam in Principe, quæ ſine iuſta cauſa procedit, adeoque nec humano, nec naturali, nec diuino iuri vult alligari; quam Rebuffus & alij Tyrannicam & Diabolicam nominant, qualem Cruſius Summo Pontifici vtique non attribuet. Proinde hæc allegatio Angeli, ab angelo bono non videtur Cruſio inſpirata fuiſſe. Foras foras cum hac fœtente lutra.

PORCVLVS.

Culpam ſuam tueri, altera culpa eſt.

Fol. 208. col. 2. in med.
Quæſtione 8. nu. 2.

215. Eman. Roderiç. *Atq; ita declarauit*, ait Bremenſis, *in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. c. 5.*

Sacra

Sacra Cardinalium Congregatio; Monialibus, inquiens, poſt profeſſionem exire non licet, etiam cum cauſa probabili, niſi adſit communis conſenſus ſuperioris regularis, ET Epiſcopi illius. Vide Emanuel Rodriq. qq. regular. tom. 1. *q.* 49. *a.* 6. Eclipſin patitur hæc allegatio Roderici, nam is ſub nomine Epiſcopi, intelligit etiam Generales & Provinciales Ordinum exemptorum, quales ſunt Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Prædicatorum, Minorum &c. Ipſiusmet verba hic deſcribo, ex d. a. 6. *Prædicta Conſtitutio Cardinalium habet locum in Monaſteriis Monialium, quæ non ſolum ſubduntur Generalibus & Provincialibus, habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, ſed etiam ſubduntur Prioribus Conventualibus tali, iuriſdictione Epiſcopali carentibus. Nam in talibus Monaſteriis, non ſufficit ſuperioris immediati licentia ſed requiritur neceſſario licentia & approbatio ſuperiorum habentium Epiſcopalem iuriſdictionem. Nam REVERA, Generales & Provinciales, quoad iuriſdictionem SVNT EPISCOPI ſuorum ſubditorũ.* Porculum ſeu porcellum piſcem ſe hic cæpiſſe Cruſius opinabatur, ſed ex grunnitu porcum agnoſcimus, immundi Cameli reliquias.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Superiores Ordinum exemptorum, ſunt Epiſcopi ſuorum ſub ditorum.

XIPHIAS.

Fol. 6. *col.* 1. *in fin.*
Quæſt. 1. *c.* 1. *n.* 4.

Citat pro ſe *Bertachinum in repert. verb. Collegii*; ſed ſuo ſe gladio ſauciat improvidus Cruſius, quippe à noſtris partibus ſtante Bertachino, affirmanteq; *ſublatis perſonis deſinere Collegium, ſed eius iura remanere apud ipſam Eccleſiam Collegiatam* materialem. Omnis qui acceperit gladium; gladio peribit. 216. Bertach.

CYPRINVS.

Fol. 173. *col.* 1. *poſt med.*
Quæſt. 6. *c.* 2. *num.* 12.

Hem, ut illic ingens cyprinus ſeu carpio, noſtræ naviculæ adnatat! aſſerẽs, *Concilium Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 18. *DEFINIVISSE, quando ſeminariis Clericorum à Superiore conferuntur bona emortuorum Monaſteriorum, adeſſe illic Eccleſiæ utilitatem.* Certè Concilium Trid. eo loci, ne meminit quidem ullius Monaſterii emortui, nec agnoſcit emortua ulla ſed ſolum diſponit, *ut ex fructibus integris Abbatiarum & Prioratuũ vigentium, cuiuſcũq; Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, &c. PARTEM ALIQVAM. vel PORTIONEM detrahant Epiſcopi, & eam portionem ſic detractam, SINE CVLTVS DIVINI, & illa OBTINENTIVM PRÆIVDICIO, huic Collegio,* ſeu ſeminario *applicent & incorporent.*

217. Concil. Trident.

Exponitur. Concil. Trid.

Cruſius autem noſter, utpote bonus ſocius, mallet totum pro parte, & conceſſo ſibi digito, manum anhelat; habita manu, brachium; obtento brachio, totum. Conceſſa nimirum ab Oecumenico concilio certa portione fru-

FALSÆ ALLEGATIONES. ctuum Monaſticorum ipſa Monaſteria cupit ſeminariis incorporari, aitq; ſic *definitum* eſſe à Concilio Trid. ut demonſtret; ſe adhuc dulciſſimæ ſuæ Cretæ memorem eſſe. Lupum à cauda, carpionem à capite lauda.

LAMPETRA.

Ex nihilo nihil fit.

Fol.183.col.1.in princ.

Qu.6.c.2.poſt n.25.§.fortè quis.in fin.

218. Panorm. Noſter Antagoniſta, ſcribit *Panormitanum in c.poſtulaſti.de reſcript. bene declarare, ſtatum Beneficiorum iure poſitivo introductum fuiſſe.* Dubito num Cruſius ſemel legerit eo loco Panormitanum; potuiſſet enim pari conformitate ad idem intentum allegare caput primum libri Geneſis: adeo nihil horũ ibi meminit Abbas. Panormi nimirum tales lampetrę, dum petras lambunt, à piſcatoribus capiuntur.

MVGILES.

Fol.22.col.2.in princ.

Qu.1.c.2.num.11.

219. Hoſtienſis. Citat *Hoſtienſem in ſumma Decret.de privileg.n.3.* pro hac ſententia: *Iura & privilegia perſonalia*, in Monaſteriis caſu vel facto deſtructis, *non manent, MAXIME ſingulariter conceſſa, hæc enim cum perſona creantur & extinguuntur.* qua innuitur, iura & privilegia etiam non ſingulariter, ſed communia perſonaliter, cum perſona communi, ſeu corpore perſonatum, creari & extingui, quod fallit in deſtructione caſuali: quia in Monaſteriis, omnia iura & privilegia Congregationis particularis, ſimul ſunt conceſſa in ordine ad illum locũ, ſeu Monaſteriũ determinatũ; Privilegium autẽ cõceſſum Corpori Cõgregationis alicuius, ratione loci, cum corpore non extingui, ſed eſſe perpetuũ fatetur ipſe

220. Dd. Cruſius.q.1.c,3.ſub n.3. Et Hoſt. quidem loco cit. dicit, quod privilegium ſingulariter perſonale: Cum perſona ſingulari extinguatur non vero communiter perſonale. Ideoq; perperam ibid. à Cruſio trahuntur in eand. ſententiam Ioan. Andr. Dd, Lagus & Goffreſſus locis cit. Nempe mugiles ſeu capitones hoc loco præhendit Cruſius, exiſtimans fundulos eſſe. At hi mugiles non mugiunt.

221. Conr. Lagus.

222. Goffredus.

LABYRINTHVS.

Diuturnitate minuitur diligentia.

Fol.84.col.1.in fin.

Qu.2.ſect.3.c.2.n.4.

223. Felinus. Adfertur teſtimonium *Felini, in cap. cum præſentia. de probation. col.2. verſ. in ea. & ibid. teneat Monach.* Iam ſi quis inquirendo aperiat titulum *de probationibus*, nullum necibi, nec in univerſo corpore Iuris Canonici caput reperiet,

riet, cuius tale ſit initium. Vnde apparet in hoc horto, non modo flores & po- FALSÆ
maria, ſed etiam Labyrinthum plantatum eſſe, ubi curioſus hoſpes intromiſ- ALLEGA-
ſus, per ambages circumcurſitans, in obvium denique obicem impacto naſo TIONES.
incurrat, & in ſinum ſuum ridente Dædalo, re infecta, viam remetiatur. Quodſi Cruſii mens fuit, allegare cap. *in præſentia de probationib.* iam non ſecunda, ſed decimaquarta columnia erit inſpiciendus Felinus, ibi ſiquidem n. 32. incipit verſus. *in ea gl. ibi teneat Monachatus.* quo tamen etiam loco, non oſtendit, regulam illam *Delictum perſona. &c.* ſolummodo locum habere in delicto unius vel alterius perſonæ, uti volebat Cruſius; cum eiuſdem Regulæ ne meminerit quidem toto illo paragrapho; adeoq; rurſum impingimus. Vnde recte iam olim egit Dædalus, quod primum labyrinthum in Creta extruxerit, ubi ſinuoſos flexus & anfractus venienti peregrino non modo metiretur, ſed etiam mentiretur.

Fol. 154. col. 2. init.

Qu. 5. c. unic. n. 5.

Allegat Cruſius *Garziam de benefic. part. 12. c. 2. n. 60.* quaſi doceret, *par-* 224. Nicol.
ticulam ITA, arguere paritatem in genere ſuo. Sed in eundem revertimur Laby- Garzias.
rinthum; nam de hac particula, ſtatua taciturnior ibi eſt Garzias, cuius hæc duntaxat verba deciſiva ibid. invenio: *Ad quartum dicendum eſt, ſolum Papam poſſe vnire Epiſcopatus.* Nimio complexu parum ſtringit Cruſius, & in labyrintho diſcurrens, viarum perplexitate ſeducitur.

RASTRVM.

Magnum bonitatis ſignum eſt, audire & conſulere ſapientes.

Fol. 18. col. 1. initio. & fol. 19. col. 2.

Qu. 1. c. 2. n. 7. §. pars. tertia iuncto princ. n. 7.

1. *Mortuis omnibus*, ait Cruſius, *alicuius Monaſterii Collegis, dicto modo con-* 225. Anchar.
gregatis Dignitates, quales v. g. ſunt Abbatia, Præpoſitura, Prioratus &c. *in Ec-* 226. Gloſſ.
cleſia non numerata, omnes omnino extinctas eſſe, PROBATVR AB Anchar. Gl. 227. Card.
Panorm. Ioan. Card. Zabarella. Anton. & Bald. n. 15. in c. cum acceſſiſſent de conſtit. Zabarell.
Per Deum immortalem, Cruſi, quid facimus? Adeone debilia ſunt cauſæ tuæ 228. Anton.
fundamenta, ut ea columnis Cretenſibus fulcire oporteat? Proferantur horũ 229. Baldus.
authorum verba in medium; nec atramento, nec chartæ, nec labori parcatur quin ſingulorum accuratè, & maiuſculis expreſſa formalia producantur, & veritas eluceſcat; donec id præſtiteris, inter falſas allegationes hæc interim aſſervabimus. Saltẽ indicaſſes ubi, quo capite, quo loco illorũ ſentẽtia reperiretur.

2. Simili artificii genere mortales deludere ſolet, omnibus Cretenſibus, ipſoque Iovis parente antiquior ſerpens, protoplaſtorum infidus dapifer: Is numerat ſuis mancipiis aurum, argentum, gemmas, pleno cornu; qui cum alibi loculos & oculos aperiunt, ut epulum hoſpiti ſolvant, non niſi carbones, aut ſtercus equinum habere ſe depræhendunt. Quid iuvat malæ cauſæ peius præſtare patrocinium? Tot iniquas allegationes in meridiem proferre, quid aliud eſt, quam herbam mihi porrigere, illatam Eclipſin deprecari, & *Aſtrum* vere *inextinctum* agnoſcere? laudare, & approbare?

Quod

FALSÆ ALLEGATIONES. Quod ipſum tamen *Aſtrum*, eiuſdem generis quàm plurimis ſiniſtris allegationibus obnubilare conatus fuit, ut ex ſequentibus patebit. Vnde vereor, ne quod ſcripſi Aſtrum, *raſtrum* etiam ipſi fiat. Age diſcutiamus nebulas, ut appareant intacti radii. Cruſio volenti ac petenti non fiet iniuria.

TRVTA.

In Epiſt. dedicator. ad Cardinal. Barberin. facie 2. in fin.

230. Aſtrum inextinctum. Aſſerit Cruſius *me in Aſtro inextincto, Imperatorem Ferdin. II. periurii ac ſacrilegii inſimulare, quod obſequens Summo Pontifici, aliquorum Monaſteriorum deſolatorum bona in Collegiorum uſus applicaverit.* Neque tamen allegat locum ex *Aſtro*, nec allegare poteſt, ubi hoc dixerim. Tam non deſipio. In littore piſcatur Cruſius, pro truta capturus aſellum marinum.

GOVII FLVVIATILES.

In præfat. num. 10.

231. Aſtrum inext. Ait me *in q. 1. Aſtri num. 65. in fin. INVEHI in Laurentii Foreri Antimelandrum.* ubi nec unus apex contra Forerum legitur.

232. Aſtrum inext. Ibid. in allegato Aſtri fol. 170. nulla prorſus eſt in Forerum invectio, nulla in contextu eius mentio.

233. Aſtrum inext. Ibid. allegat Aſtri q. 3. numerum 18. cum tota illa quæſtio, non habeat niſi undecim numeros. Hos govios ſeu fundulos, veluti minoris gentium, ipſi Cruſio abſumendos præſento.

BALÆNA.

Etiam tacendo erramus.

In eadem præfat. n. 19.

234. Aſtrum inext. 1. Mutos eſſe piſces, vel ex hoc loco apparet, quod Cruſius narret me *ubiq; inculcare, Monaſteria Monachorum ſolitariorum emortua, non poſſe ſine læſione divini, naturalis ac Canonici Iuris, in alios alterius Ordinis Religioſos transferri: cum tamen conſtet, à Summis Pontificibus, quin & à S. D. N. Vrbano VIII. eiuſmodi Monaſteria tranſlata; quos omnes ex ipſius* Aſtri *doctrina, ſequeretur Ius divinum, naturale ac Canonicum læſiſſe.* In hac allegatione, Cruſius tacuit illa mea verba, *de iure communi*; & illa, *ſine ſufficienti cauſa*; quæ ſanum & legitimum ſenſum ſalvant, quæque ſæpenumero inculcavi: Sic enim mox initio quæſtionis 1. num. 1. ſcripſeram. *Reſpondeo dicendum, quod DE IVRE COMMVNI, omnia Monaſteria neceſſario debẽt reſtitui perſonis eiuſdem qualitatis & Religionis, cuius erant olim demortua.* Sicut de iure communi, quilibet Eccleſiæ Catholicæ filius, de præſcepto eiuſdẽ, ſub reatu peccati mortalis obli-

obligatur in Quadrageſima, cæteriſque diebus imperatis, ab eſu carnium abſtinere; nec celebrare matrimonium diebus & gradibus prohibitis, &c. per hoc tamen nihil obſtat, quò minus Papa diſpenſare poſſit ex cauſa legitima & ſufficienti. FALSÆ ALLEGATIONES.

2. Fundationes autem Monaſteriorum per ſe in iure diuino & naturali fundatas ac ſtabilitas eſſe, docet præter alios Vincentius Filiucius è Societ. Ieſu, cuius verba in *Aſtri* q 3. num. 5 §. quocirca exſcripſeram, nimirum: *Summus Pontifex tam ex officio, tam quaſi ex contractu cum iis, qui bona Eccleſiæ reliquerunt, obligatus eſt*, LEGE DIVINA ET NATVRALI, *tam illis*, fundatoribus, *quam iis in quorum emolumentum relicta ſunt, non alienare, quàm vt illorum voluntate permitti probabiliter præſumi poſſit*. Hanc proinde balænam, Cruſius honoris cauſa olim, nî fallor, Angliæ Regi præſentabit.

VERRICVLVM.

Ne quid nimis.

In eadem præfat. Eclipſeos Cruſianæ, num. 20

1. Hæc de me profundit Auctor: *Adhac ipſe* F. Romanus, *q.* 3. *num.* 5 *§. quocirca. & q.* 1. *n.* 60. *TRADIT, emortuorum Monaſteriorum in alios alterius Ordinis Religioſos translatione, ipſum Pontificem, Cardinales, Epiſcopos, perſequi Chriſtum: quod ſcandaloſum à piis Catholicorum auribus abhorret.* ℞. 1. me in cit. q. 3, num. 5. §. quocirca. nihil horum tradidiſſe, ideòque ad ſincerum Lectoris iudicium prouocare. ℞. 2. me q. 1, num. 60. nunquam cogitaſſe de vel minima perſecutione Chriſti, à Pontifice, Cardinalibus vel Epiſcopis facta aut facienda; neque textus à me allegati ſenſum eo dirigunt. Quod vt Lectori manifeſtius euadat, diſcurſum meum fideliſſimè referam. 235. 236. Aſtrum inext.

2. Dicto numer. 60. diſſerueram de ratione formali Fundatorum, in transferendo rerum ſuarum dominio, ad Monaſteria noviter à ſe fundata: *Quod* videlicet, *id non fecerint intuitu ſtemmatis perſonarum in indiuiduo, vel natalium ipſorum Monachorum; neq; intuitu prioris Monaſterij, in quo erant profeſſi; nec in quantum erant purè Clerici duntaxat; ſed in quantum erant Monachi, ſiue membra huius illiuſve Regulæ vel Ordinis, prout erga quemlibet Ordinem ſeſe inſpirari vel affici ſenſit. Et ſic Monaſterium cum omnibus bonis*, per mẽbra Ordinis, *fuiſſe incorporatum Ordini:* ſicuti quod datur dextræ Sempronij, ipſi Sempronio dari vel donari rectiſſimè dicimus; in membris nempe ſuis. Ad hanc doctrinam ſolidandam, allegaueram authoritatem Adriani apud Lud. Molinam tom. 1. de iuſtitia, diſp. 132. dicentis: *Quæ Eccleſiæ Chriſti intuitu collata ſunt, Chriſto ſunt collata, ſed in ſuis membris, aut in ſuo myſtico corpore, eodemq; modo facta ſunt Chriſti, iuxta illud: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et illud Chriſti ad Paulum: quid me perſequeris? in membris videlicet meis. Hæc Adrianus.* Quibus ego ſubiunxi. *Similiter & Ordini fundata ſunt Monaſteria, ſed in ſuis membris: Quia verò totus Ordo, membrum eſt Ec-* *Grauis impoſtura Cruſii refellitur.*

FALSÆ ALLEGATIONES. *cleſia Vniuerſalis, ſic iterum altius dominium tranſit ad Eccleſiam Vniuerſalem.*

3. Ex quo toto diſcurſu elucefcit, me Adriani authoritatem eâ ſolum de cauſa adhibuiſſe, vt demonſtrarem Ordini Religioſo, in ſuis membris fieri Monaſteriorum fundationem, dominiumque Fundatoris, ad Ordinem tranſire. De perſecutione autem Chriſti ab ipſo Pontifice, Cardinalibus vel Epiſcopis intentata, tam parum TRADIDI aut ſomniaui, quàm ipſe allegatus Adrianus. Quinimò, Cruſius debet prius demonſtrare, me docuiſſe, quòd Summus Pontifex, Cardinales, & Epiſcopi, perſequantur membra Chriſti, priuſquam dicat, me TRADIDISSE, ipſos perſequi Chriſtum in membris ſuis: quòd vbi demonſtrauerit, haud indonatus abibit. Ordines antiqui, non ſibi conſcij ſunt de vllis TRIBULATIONIBUS SIXTINIS, (prout alij quidam Sixti V. diſpoſitiones nominant) altiùs enim æſtimant Apoſtolicæ Sedis adorandum verticem, quàm vt illius Decreta & mandata funeſto *Tribulationum*, aut perſecutionum nomine inſignire velint, vel audeant. Accidit hoc loco Ioanni Cruſio, quod piſcatoribus apud Æſopum, verriculum trahentibus, quòd cum graue eſſet, exultabant, multum piſcium ineſſe exiſtimantes; ſed cum ipſum in littus traxiſſent, loco piſcium, grandem in eo lapidem invenerunt. Tales ſunt Salmones, rhombi & mulli Cruſiani. Qui rurſum carbaſa vertens.

PASSERES MARINI.

Duo paſſeres aſſe veneunt.

Ead præfatione, num. 21.

237. Aſtrum inext. *Quorſum ſpectat*, inquit, *quòd q. 7. num. 27. §. quapropter. & ſeq. pag. 288. 289. Monachorum exemptionem*, F. Romanus *abſolutè aſſcribit intolerabili Epiſcoporum dominij iugo?* Hîc Democritus iterum à tergo ridens, linguam exerit, quòd Cruſius cornua ſumat ad arietandum ſuum Laurentium Forerum: Huius enim, & non mea ſunt verba dicto loco à me allegata, quæ etiam ea de cauſa, inclinante typo deſcribi volui, vt conſtaret, non ex mea, ſed ex Foreri pharmacopolia catapotium illud prouenire. Tubum cape Cruſi, & attentiùs lege & intellige *Aſtrum*; ibi: *Nam & olim plurima Monaſteria in iuſtam pœnam, eo quòd Religioſi minus clementer ab aliquibus Epiſcopis tractarentur, exempta fuiſſe, teſtis eſt Laurentius Forer è Societ: Ieſu, in diſputat. de Abbatibus, theſi* 18. Tuum ergo Laurentium, me dimiſſo, criminis accuſa; imò teipſum, qui in Dedicatoria tuæ Eclipſeos rotundè fatebaris, *te cum Laurentio Forero ſtare ac viuere.* Ergo. ---*fratrem ne deſere frater.*

COLONDRINI.

Regium eſt, malè audiri, cùm benefeceris.

Ibid. num. 22.

Ait, *me q. 4. num. 10. contendere, Imperatorem Ferdinandum II. p. m. ſine*
238. Aſtrum inext. *ſacrilegio & periurio, non potuiſſe permittere,* VLLIVS *emortui Monaſterij in alios alte-*

alterius Ordinis Religioſos translationem. Sed reſpondeo, allegato num. 10. in *Aſtro* meo, nullam omnino huius rei à me fieri mentionem : vt mirum ſit, in aridas piſcinas, nos à Cruſio piſcatum deduci. An fortè piſces hinc auolarunt, vt ſolent è mari loligines, accipitres marini, & hirundines pelagiæ ? Referunt ij qui Orbem luſtrarunt, circa Africæ littora, non longè à Guinæa, gregatim, tantaque copia ſimul piſces euolare, vt procul conſpicientibus, Inſula quædam ſpectari videatur. Anton. Pigaf. Sed & iuxta Magellanicum fretum tradit idem, Colondrinos piſces, vlnæ menſurâ longos, apprimè volandi facultate valere, ijſque acerrimos hoſtes eſſe Oratas & alios piſces. In concurſu igitur, frequens cum illis, intra aquas pugna eſt. Colondrini, hoſtile iugum & iugulum vitantes, è mari exiliunt, volatu ſibi ab inſecutore conſulentes. Hoſtes, quibus nulla volandi vis eſt, intra aquas marinas, volantium vmbras perſequuntur, celerrimo curſu, illo ſenſu inſtinctuq; , vt cùm volare illi deſierint (non enim diu volare poſſunt) in mare relabentes, ipſorum præda fiant. Ant. Pigaf. Volant igitur & auolant Cruſiani piſces, fiuntque ἀόρατοι, meritò per Oratas expugnandi.

FALSÆ ALLEGATIONES.

LVPVS PISCIS.

Non curat numerum lupus.

Ibid. num. 23.

Affirmat Cruſius, *me q.2. num. 25. Societati, Monaſteriorum* (vt ſolet abuſiuè nominare) *emortuorum, ſibi à Superioribus collatorum ACCEPTRICI, Decalogi mutilationem impingere, quaſi decimum vellet abolitum præceptum.* Lupus in fabula. Friuola tamen & inanis eſt hæc allegatio, & putreſcit hic piſcis: neque enim loquebar ego de Societate *acceptrice* à ſuperioribus legitimè collatorum, ſed de *concupiſcitrice* non conceſſorum Monaſteriorum ; Eò quòd faſſus fuerit Layman, *Patres Societatis deſiderare bona Monaſteriorum* tunc nondum habitorum. De hoc deſiderio dixeram me illud *non adſtruere*, ſed aſſertum diſcutere. *Porrò*, aiebam, *ſuppoſito ſupranominato deſiderio, (quòd non adſtruimus, ſed aſſertum diſcutimus) quo feruntur nonnulli deſiderare bona Monaſteriorum, quidam inferebat, in Decalogum per illud offendi, videlicet: Non concupiſces rem proximi tui, &c.* Subiunxi poſtmodum, hoc peccatum à Laymanno & Forero negari eorumque argumenta, quibus id negant, in medium attuli, eaque ſolui, non aſſerendo Societatem in Decalogum impingere, ſed negando illam ijs rationibus, ab imputata ſibi per alium violatione Decalogi ſufficienter extricari. Id quod ab allegatione Cruſij toto mari differt; qui cum ſociis hac ratione in alto cœno defixus hæret. Homo homini lupus. *Quid enim vetus, quid carnalis homo noverit, niſi ſua retinere; aliena rapere, ſi poſſit; concupiſcere, ſi non poſſit ?* vt ait S. Gregor. hom. 32. in Evangel.

239. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES.

MVRÆNVLA.

Fol.8. Eclipſ. col. 2. in princ.
Quæſt.1.cap.1.num.10.

240. Aſtrum inext. Meo nomine format argumentum ex authoritate Baldi, *in c. cum acceſſiſſent num. 15. de conſtit. per l. ſicuti. §. non ſexus. C. de præſcript. 30. annor.* quæ tamen loca me citaſſe in applicatione Cruſij, nec murænula nouem ſuis oculis depræhendet.

SALMONES.

Turpe eſt aliud loqui, aliud ſentire. Senec. ad Lucil.

Fol. 9. col.1. in med.
Quæſt. 1. cap. 1. num. 12.

241. Aſtrum inext. 1. Sagenam iterum hoc loco trahit Cruſius, plenam magnis lapidibus: *Emortuis*, inquiens, *ante multos annos Collegis, ſpes Collegij ſimilis, de quo diſputamus, reparandi, eſt non-iuridica & remota; cum reparatio illa, FATENTE IPSOMET F. ROMANO q.1.num.6.& ſeqq. directo pendeat à Superioris voluntate. Hæc enim cum ſit cauſa libera, indeterminata, facit vt & incerta ſit omnino ſpes in ipſa fundata, eo quod aliter ſe habere poſſit.* In Solem ſtupas iaculatur Cruſius, vt ei deliquium appingat. Nam citatis locis, expreſsè contrarium aſſerueram. Poſtquam enim num. 6. ex Dd. ipſoque Laymanno demonſtraueram, mortuis omnibus de Collegio, ius eligendi deuolui ad eum ſuperiorem, cuius alias eſt ius confirmandi electum; num. 12. & ſeqq. cæpi inquirere, cuinam deberet ſuperior talis conferre. En verba mea: *Sed videamus, cui Superior debeat conferre Monaſteria vacantia, iure deuolutionis.* Adduxi mox authoritates plurimorum Dd. vnanimiter aſſerentium, reparationem huiuſmodi non pendere à libera voluntate Superioris. Verba authorum à me allegata, erant iſta.

2. Rebuffi de Collat. §. ſi quis verò. verb. qui eiſdem perſonis: *Et ſic collatio non eſt LIBERA apud eum ad quem deuoluitur, ſed tranſit cum ſuo onere, vt clem. vnic. de ſuppl. negl. prel.* Et iterum tract. nominat. q.8. num. 11. *Ecce ergo, quomodo Superior iure deuoluto TENETVR eiſdem conferre perſonis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem &c. nam Superior conferens, non poteſt aliter conferre, quam natura BENEFICII requirat.*

3. Panormitani in c. ne pro defectu. num. 5. de elect. *Subrogatus debet cenſeri eodem iure cum alio, in cuius locum ſubrogatur: hinc eſt quod TENETVR eligere de illa Eccleſia, & HOMINES ILLIVS QVALITATIS, ſicut tenebantur eligere Electores.* Et eiuſdem in c. un. de ſuppl. neglig. prælat. *Succedens in poteſtate conferendi, non poteſt LIBERE conferre cui vult, ſed cum ſuccedit in ius illius, DEBET vti eodem iure quo ille: & ſic DEBET conferre talibus perſonis, quibus primus tenebatur conferre.*

4. De-

4. Denique Azorij p. 2. inſtit. moral. lib. 6. c. 27. *Quapropter*, aientis, *ſi quis conferre debet alicui ex CERTA FAMILIA, vel gente, vel loco, is etiam ad quem ius eſt deuolutum, ei conferre IPSO IVRE COMPELLITVR.* His addi potuiſſent Pauli Laymanni verba in qq. Canon. de prælator. elect. c. 9. num. 101. à me etiam allegata Aſtri q. 4. num. 50. §. rebus itaque: *Generatim aiunt*, inquit, *quod Prælatus ad quem ius eligendi aut conferendi devolvitur, ſecundum naturam & conditiones Beneficii conferre DEBEAT, ſicut in fundatione expreſſum eſt.* Plures in hanc ſententiam pro me, dictis locis citaueram authores. Quonam igitur modo FATERI potui, huiuſmodi reparationem, directo pendere à Superioris voluntate, quæ voluntas poteſt velle, & non velle? Cuperem noſſe, in qua figura & modo, & ex quo medio. Salomon Bremenſis, hos contra me *Salmones* interret. Difficulter in hac cymba pedem firmabit homo Cretenſis, cui tamen bona verba demus oportet, ne ſubuerſo lembo nos omnes mergat. FALSÆ ALLEGATIONES.

Portitor iſte CHARON, --qui nauem impegit, ſtatim de portu egrediens.

TORPEDO.

Feſtucam quærit, vt ſibi oculum eruat.

Fol. 10. col. 2. in princ.
Qu. 1. c. 1. n. 14. in fin. 242. Aſtrum inext.

In his ipſiſſimis terminis, citatum *Aſtri* locum, iterum falsò allegat: *Hoc in caſu noſtro*, inquiens, *non adeſt ſpes certa, iuridica ac proxima Collegij ſimilis priori illic reparandi, cùm illius reparatio directè à Superioris pendeat voluntate, TESTE F. ROMANO HAY q. 1. num. 6. & ſeqq.* Vt vel hinc appareat Opticum tubum legenti Cruſio defuiſſe: qui ſi non erubuit, è diametro contrarij meis aſſertis, in *Aſtro* tam perſpicuè ac dilucidè demonſtratis me inſimulare; cogitet benevolus Lector, qua fide cæteros authores, non ita ad manũ præſentes allegauerit. Credo Torpedinis attactu piſcatorem hunc obriguiſſe, quòd *Aſtri* folia ſolertius non evoluerit. de quo piſce vide Plin. libr. 9. c. 42. Quod ſi ita eſt, vt Cruſius me inſimulat, cur ſuâ q. 3. num. 4. ait, me Ordini ſpem iuridicam attribuere? *Iuridicam ſpem*, inquiens, *Ordini vel Vnioni aſſerit F. Romanus q. 1. num. 53. vanam illi negat.* Nempe ſuper quadratos falſarum citationum lapides, fundanda erat illa ingens machina Eclipſeos Cruſianæ, vt palam conſtaret omnibus, Authorem Bremæ natum, Veritatis odium quondam cum lacte materno ſuxiſſe.

SCOMBRVS.

Fol. 10. col. 2. ante med.
Quæſt. 1. c. 1. n. 16. in princ. 243. Aſtrum inext.

In turbida piſcatur hic maritimus lintrarius, fingitque meo nomine inſtan-

 tiam,

FALSÆ ALLEGATIONES,

ſtantiam, quam nec per ſomnium in caput admiſi. *Inſtabis*; inquit; *Collegium ſeruatur in vno, Ergo & Collegia in vno S. Benedicto? Inſtantia præclara!* quam ſibiipſi ſeruet Cruſius, mali corui malum ovum, vtpote qui data opera mihi ſolet affingere abſona, vt is conſona communi ſenſui tueri videatur. Scombri in Hiſpanico mari, numero abundant, & ſub aquis ſulphureum gerunt colorem: Extracti, (vt hîc) cæteris ſunt ſimiles.

SERRA PISCIS.

Fol. 20. col. 2. in med..
Qu. 1. cap. 2. num. 8. §. 3.

244. Aſtrum inext.

Serra, piſcis eſt marinus, qui & ipſe in magnam molem augetur. Eſt illi ſerratum caput; in ſummo namque vertice, oſſeo, & in ſerræ modum dentato, vniuerſa vis illius continetur. Subit nauigia, ſecatque de induſtria, id ſuo opere exſpectans, vt aliorum naufragio ſibi eſcam conſequatur, teſte Olao lib. 11. c. 10. Alberto Magno, animal. lib. 24. in ſerra. Viuum Cruſianæ piſcationis paradigma: qui ſemper ſubiens & ſerrans vndique machinam *Aſtri inextincti*, naufragium mihi, quin & omnibus antiquis Religioſorum Ordinibus inferre molitur. Verum, quia nauigium meum ferro munitum, conatibus machinantis obſiſtit, refractis ſerræ ſuæ dentibus, vano labore conſumptus, & confuſus retrocedere cogitur. Serram aliàs artefactam, Dædali quoque primò inuentum fuiſſe tradit Plin. lib. 7. c. 56. Sed iam, capite & calamo ſuo ex inſidijs ſerrantem Cruſium audiamus. *Vlterius*, inquit, *argumentatur F. Romanus d. q. 1. num. 42. Abbatia vel Prioratus, per mortem Abbatis vel Prioris non extinguuntur, ſed vacant tantum, IGITVR nec ſi Monachi moriantur, eorum tituli ſunt extincti. Probatur conſequentia. &c. Confirmatur. &c.* Propter Deum, quid ais Cruſi? aërem ſecas, & dentes fatigas in caſſum, cum nec vnum iota huius argumentationis, probationis conſequẽtiæ, vel confirmationis, vllibi in *Aſtro* reperiatur. Non ſemper felix temeritas. Quinimo cit. q. 1. num. 42. diſerte contrarium affirmaui, aſſerens, *Monachos de Conuentu, ſucceſſiuè morientes, ſingulos non plus extinguere, quàm concreatos ſecum titulos non numeratos.* Sed iſta Cruſius non attendit, quia (vt ait Terentius) *his nunc pretium eſt; qui recta, praua faciunt.*

MVSTELA PISCIS.

Fol. 20. col. 2. ante med.
Quæſt. 1. c. 2. num. 8. §. 2.

245. Aſtrum inext.

Allegaueram in *Aſtro*. q. 1. n. 41. ex gl. in c. paſtoralis. 7. q. 1. hanc ſententiam: *Reſtituta re in priſtinum ſtatum, omnia iura reſtituuntur.* Hîc Cruſius pro *reſtituta*, ponit *ſubſtituta*: quæ duo, toto inter ſe differunt horizonte. Muſtelam terreſtrem, pro aquatica ſuppoſuit helciarius.

LV-

LVCERNA PISCIS.

Fol.20.col.1. in med.
Quæſt.1.c.2.num.8.

Cum ſerra ſua, in antiquam ſiluam pergit hoc loco Cruſius, & non ſecus, ac ſi in mandatis à me accepiſſet, meo nomine (nimium ſolicitus) his verbis argumentatur. *Obijcit Aduerſarius F. Romanus, primo. Defunctis Collegis, alij eiuſdem Ordinis ſunt ſubſtituendi.q.1.à n.1. ferè per tot.* IGITUR *eorum Monachatus, Canoniæ Monachales & prebendæ, ſeu tituli, nō erunt extincti.* Frigidius hyeme argumentum. Sed ambabo, frater Cruſi, (inter nos loquimur) cum ipſemet ego damnem hanc concluſionem, quoad concreatos cum Monachis non numeratis titulos, vt proximè viſum, allegat.244. quā ratione, pro illa defendenda conſcribam exercitum, arma induam, & ſcutum obijciā, quo defendi nolim? Rectè dixit Ariſtoteles: *Speculantem oportet phantaſmata intueri*: Hoc autē tibi ſingulare ineſt, quòd etiam vigilādo ſomnies: Numero quippe 12. & ſeqq. hæc mea fuerat argumentatio. *Superior ad quem facta fuit deuolutio per mortem omnium de Collegio, tenetur alios eiuſdem qualitatis ſeu Ordinis ſubſtituere, (Superior enim conferens, non poteſt aliter conferre, quam natura Beneficij requirat)* ERGO *collatio non eſt* LIBERA *apud eum, ad quem deuoluitur, ſed tranſit cum ſuo onere.* Si quid hîc ſerrare vel errare lubet, dentes applica. Viciſſim ego tibi, grauiſſimam Eclipſin ſuſtinenti, pro perſpicaciori lectione *Aſtri inextincti*, lucernam porrigo, eamque phaſelo noſtro præfigo: alium videlicet piſcem, de quo Plin. lib.9.c.27. *Subit*, inquiens, *in ſumma maria piſcis, ex argumento appellatur* LVCERNA, *eiuſq; lingua ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet.* vt in poſterū lingua Cruſij, tot hucuſque *deliquiis* & *Eclipſibus* aſſueta, & argutijs Vliſſianis denigrata, in lucem veritatis tandem ſeriò, (ſerò licet) aſpiret & exeratur. Sæpe de maximo malo, ſumma nata ſunt bona. 246. Aſtrum inext.

LAZARVS DORMIENS.

Lazare veni foras.
Fol.22. col.2. poſt med.
Quæſt.1 c.2.num.12.

1. Mihi & Abbati Panorm. fibulam affigit Cruſius, dicendo, *locum à me q.1. num. 40. citatum ex Panorm. in c. quia Monaſterium. num. 3. de relig. dom. ita accipiendum eſſe, de iuribus Collegij per mortem omnium dormientibus, ſicut Lazarus Ioan.11 dicebatur dormire, non obiiſſe.* Replico, & applico S. Auguſtinum; *Quid eſt quod dixiſti, ô infelix aſtutia? Tantumne deſeris lucem conſilij pietatis, & in profunda verſutia demergeris, vt hoc dicas;* Monaſteria veraciter eſſe extincta, vti fuit Lazarus; dici tamen *impropriè, & iuris fictione* dormire, vt Lazarus à Chriſto? *Verè tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutando talia ſcripſiſti.* 247. Aſtrum inext. 248. Panor. In Pſalm.61. ad verſ.7.

2. Lazarus qui nobis obiecrat, Chriſto dormiebat, cuius omnipotentiæ

FALSÆ ALLEGATIONES. tam facile erat mortuum reſuſcitare, quàm nobis dormientem expergefacere; hinc dicebat ibidem, *ſed vado, vt à ſomno excitem eum.* Ad reſuſcitanda verò iura Collegij dormientia, nulla eſt opus omnipotentia Dei; ſufficit vt Superior Eccleſiaſticus, iure devoluto, Prælatum ex eodem Ordine eligat, & hic Monachos creet; iam ſalua ſunt omnia, ipſoque iure in actum reducuntur omnia iura. Nemo prodibit hic *ligatus pedes & manus inſtitis*, niſi fortè Cruſius, qui toties inſtitit, vt Monaſteria deſtituta, cum Lazaro ſepulta crederentur, nec reputarentur dormire, niſi DEO. Atqui bone vir, Doctores illi, qui dixerunt iura Collegialia, dicto euentu, dormire, non pro diuina omnipotentia, ſed pro iure poſitiuo Eccleſiaſtico defendendo & exponendo ſcripſerunt.

3. Cur autem inter falſas allegationes Cruſium hoc loco computem, cauſa eſt, quòd neque ego, neque Abbas citatis locis, vllo verbo, de iuribus Collegij dormientibus (pro quibus allegabamur) fecerimus mentionem. Taceo, quod Chriſtum faciat *Iuriſconſultum*, (id quod lepidum eſt audire) aſſerendo, Lazarum ab ipſo dictum fuiſſe dormire *Iuris fictione.* Scopas igitur Lazari, Cruſius ſibi ſuiſque dormientibus piſcibus ſeruet, ne deſit æſtiuis caloribus flabellum. *Ioan. 11.*

TESTVDO,

Feſtina lentè.

Fol. 34. col. 2. in fin.

Quæſt. 1. cap. 4. num. 4.

1. Verè nemo ſapit omnibus horis, Cruſius vix paucis; adeò raro verum loquitur; quin, nec exciſa ſibi lingua ſilet, ſed audacter carbaſa vento committens, in Cretam navigare pergit, ipſe omni vento mobilior. Vinum meum vertit in acetum, homo πλυπεάγμων, & vt ſuis paradoxis authoritatem conciliet, in teſtem me adhibet falſitatum, ne dicam mendaciorum, vt incautus Lector Cruſio fidem tribuens, opinetur me dixiſſe, quæ nunquam ſomniaui. Familiare ſtratagema Cruſio, quo id ſe conſecuturum ſperat, vt quicunque legens viderit meipſum in oppoſita caſtra conceſſiſſe, indubiam Cruſio victoriam adſcribat. Sed capillum mihi non lædit, nec vnguem: Fumus hic, diutius non durat, quàm nucem aperiamus. Credebat, opinor, Bremenſis, me, quia Monachus ſum Ochſenhuſanus, (à boue deducta nominis ethymologia) etiam bouinum intellectum habere, Sinoniſque verſutias non aduertere, imò ſilentio ſua mox omnia confirmaturum. At quis Endymion ad tot ſtimulos non euigilet? quis miles toties prouocatus, tot ictibus petitus, à pugione ſibi temperet, niſi fungus? Lepus non ſum, qui leporem inſector, Deoque volente, in caſſes, vel reluctantem adigam. Tali nodo, vt dixi, talis debetur cuneus. Sed iam pedem pedi conferre pergamus; age. ----*telo animus præſtantior omni.*

249. Aſtrum in ext. 2. Citato loco, *Hæreditas iacens*, ait Cruſius, *ſeu non adita, nec eſt occupata*

nec

nec poſſeſſa, vt manifeſtum eſt ex terminis; & tamen hæreditas iacens, etiam SECVNDVM IPSVM F. ROMANVM *d.q.1.n.49.non eſt propriè vacans.* Verba hæc, ſolâ ſunt leuitate grauia. Atque vt hominem in flagranti dephrendamus, en mea, quibus in *Aſtro* contrarium è diametro definieram d.n.44. *Nam & hæreditas iacens, inter bona vacantia computatur.* A Vertumno vexari videtur Cruſius, qui toties vmbram pro corpore amplexatur. Hoc nimirum eſt in concauo Lunæ alere teſtudines, quæ in piſcinis natare non didicerunt. FALSÆ ALLEGATIONES.

CAPITONES.

A capite putreſcit piſcis.

Fol. 44. col. 1. & ſeqq.

Quæſt. 2. ſect. 1. c. 1. num. 1.

1. Ait hîc Oppoſitor, *me in Aſtro q.1.n.50.51.& 55. affirmare, Monaſteriorum Benedictinorum emortuorum bona, ab Ordine S. Benedicti, & Vnione eſſe de facto occupata.* Hæc aſſertio veritati multipliciter aduerſatur. 1. Quia nullum Monaſterium emortuum vnquam agnovi. 2. Nomen Vnionis, tribus illis citatis numeris, nunquam vſurpari. 3. quia nunquam vſus fui verbo *occupationis.* 4. quia falſum eſt bona Monaſteriorum reſtituendorum, ab Ordine vel Vnione iam eſſe *occupata.* nam occupatio, nomen eſt facti, ſignificans appræhenſionẽ vel detentionem. l. ſi quis multis. 14. & ibi. gl. 2. ff. de noxal. l. ſi debitor. 10. & ibi gl. 1. ff. de pignor. gl. fin. in l. qui ex donatione. 12. ff. de donatio. vbi agitur, an occupantis conditio ſit melior. 250. Aſtrum inextinct. 251. 252

2. Ibid. denuo Veritatem in exilium relegat, aſſerens me in *Aſtro* ſic argumentari: *num. 55. Ordo S. Benedicti, vel vnio aliqua, habet dominium ſeu ius in iis bonis.* ERGO *bona illa ab Ordine S. Benedicti vel Vnione ſunt* OCCUPATA. Quicquid in buccam venerit, loquitur Cruſius; & quanquam lingua vtatur latina, tamen græcè & Creticè loquitur expeditiſſime. Nam 1. ne veſtigium quidem huius ratiocinationis apud me reperitur d. num. 55. 2. Nullius *Vnionis.* 3. nullius *occupationis* ibi fit mentio. 4. Ineptiſſima eſt huius argumentationis piſcatio, per quam nulli mulli, ſed meri muli, & capitones putridi capiuntur: cum probè nouerim, à dominio ſeu proprietate, malam ad occupationem inferri conſequentiam, quippe quæ nihil inter ſe communi habeant, poſitq; dari dominium abſq; occupatione; veluti ſi quis occupet quod meum eſt. 5. Propoſitionem quam ego poſueram pro concluſione, meo nomine is malè transfert in antecedens. Verba mea hæc erant: *Gaudemus quod dominij titulum vltro nobis offerat Opponens: cum enim demonſtrauerimus Ordinem S. Benedicti, iure pro Monaſteriis ſuis agere poſſe, & ex aduerſo, ex huiuſmodi actione* DOMINIVM INFERATVR, *aut quaſi dominum, acquieſcimus libenter, & acceptamus quod dicitur.* Ex quibus longè diuerſum enthymema formare debebat Cruſius, ſi meo nomine fideliter argumentũ proponere placuiſſet. Ego ex iure agendi, per conceſſa, intuleram dominium; ille, ait me ex dominio intuliſſe occupationem. Sicque data opera, me falſis allegationibus onerat, aliter enim 253. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES. Eclipſin ſuam nemini probaret. Myropolam oportet non vera, ſed multa loqui. Vnde *cui plus licet quàm par eſt, plus vult quam licet*, vt ait A. Gellius.

MARE CRETICVM.

Nuſquam tuta fides.

Fol. 45. col. 2. poſt init.

Queſt. 2. ſect. 1 c. 1. num. 4.

254. Aſtrum inext. 1. Dubitare incipio, num Cruſius ſit è Societate IESU; non enim probabile videtur, tot errores & fallacias in Societatem ipſiſſimæ Veritatis admitti. *Adhæc*, inquit hoc loco, *F. Romanus* PROBAT *q. 1. n. 76 Ordini & quidem Præmonſtratenſi, competere dominium in bonis Monaſteriorum ſuæ Religionis; conſequenter & in bonis Monaſteriorum ſuæ Religionis emortuorum. Antecedens probat, Quia Præmonſtratenſes, ſine Domini Præmonſtratenſis, vel Capituli generalis &c. conſenſu, non poſſunt bona abalienare. Vnde colligit F. Romanus q. 1. num. 76. Ordinem Præmonſtratenſem, vel ipſius Dominum & Generalem, habere ius bonis Monaſteriorum ſuæ Religionis. Conſequenter bona illa ab Ordine ipſo, vel ipſius Prælato eſſe* OCCVPATA, *adeoq; nec mortuis omnibus alicuius Monaſterij Collegis, bona eſſe vacantia*: Iam plenis, vt video, velis in portu Cretenſi Cruſius appulit: Quæ Inſula eſt in medio Ponto, centum vrbium fama, & præſtantiſſimi vini fertilitate celebris. Noctua ibi nulla, ſed noctes & eclipſes verborum pluri mæ, quibus ſe ſplendidè ſociat meus Cruſius; rurſus meo nomine fingens argumentationem, de qua nunquam ſomniaueram.

2. Paulus Layman fol. 10. Iuſtæ defenſ. citatus in *Aſtro* q. 1. obiect. 5. fol. 27. primæ meæ edition. aiebat, *Generales & Viſitatores Ordinum Ciſtercienſis & Præmonſtratenſis*, NON NISI *in pertinentibus ad regularem diſciplinam, Prælationem aliquam habere, in ſuorum Ordinum Monaſteria*. Hoc dictum, cit. nu. 76, demonſtraui falſum eſſe, ex eo, quòd ijdem poſſint authentizare, vel irritare factas ab Ordine alienationes; id quod ad regularem diſciplinam non pertinet. Adeoque cum meras reſpondentis & negantis egerim partes, Cruſius me fingit ineptiſſime argumétantem, bona horum Monaſteriorum deſtitutorum, ob eam cauſam ab iſtis Ordinibus, vel eorundem Prælatis eſſe *occupata*.

255: Aſtrum inext. 3. Quod ipſum ibid. n. 5. dicit expreſsè, *me* PROBARE *de Ordine Ciſtercienſi, Aſtri q. 1. n. 72.* quo tamen numero Ciſtercienſem Ordinem nec ſemel nominaui. Numero verò 77. quid de ambobus Ordinibus, ad obiectionem Laymanni concluſerim, his verbis circa fin. expreſſi, *Ex quibus omnibus*, inquiens, *apparet, minime verum eſſe, quod ex aduerſo dicebatur, Generales horum Ordinũ* NON NISI *in pertinentibus ad regularem diſciplinam, Prælationem* ALIQUAM *habere*. Itaque cum ego ex d. authentizatione & irritatione intulerim negatiuam, nempe, Laymanni dictum non eſſe verum; Cruſius ab incude fugiens, ait, me, per affirmatiuam, his Ordinibus inde dominium & occupationem intuliſſe & PROBASSE: in quo conſiſtit falſitas de me factæ allegationis. Vnde au-

autem iiſdem Ordinibus competat dominium in omnia ſua bona & Monaſteria, docueram *Aſtri* q.1.n.55.& ſeqq.præcipuè n.60.& 61.

FALSÆ ALLEGATIONES.

4. Ibid.nu.ſuo 6.§.Vnde.Cruſius iterum imponit *Aſtro q.3.n.8.* quaſi ibi ex reſponſo S.D.N.Vrbani VIII. oſtendere voluerim, vnionẽ Burſfeldenſem, aut ſimilem, adhuc eſſe Dominam bonorum Monaſterij deſtituti. Aliud enim eſt Ordo, aliud Vnio. Scio, huiuſmodi Monaſterij fundationem, factam eſſe Ordini; Vnioni factam eſſe, neſcio. Hæc enim ſe per accidens habet reſpectu fundationis. Bene autem ex illo oraculo concluſi, quod Layman Summũ Pont. (prout in fronte libri pollicebatur) nequaquam defendat, ſed violenter aliud affingat, quinimo arguat erroris ac falſitatis; adeoque aliud gerat in titulo, aliud in pixide; altera manu ſpongiam, altera lapidem ferens. At optimus eſt hodie, qui non eſt nimis malus. 256. Aſtrum inext.

RANÆ VIRIDES.

Quibus ne Dij quidem immortales, pares eſſe poſſint.

Iul. Cæſar in Comment.

Fol.47.col.2. in fine.

Quæſt.2.ſect.1.c.1.num.7.

1. Nautæ ſemper morti proximi: Cruſius erroribus ac figmentis: nam ſi à fingendo figuli dicti ſunt, næ Cruſius; noſter præſtãtiſſimus eſt figulus. Fingit hic loci cõmentum & confirmationem, nomine meo, eorum, quæ proximè de Vnione Burſfeldenſi intulerat. *Confirmatur* 1. aiens, *ex c.ea quæ. de ſtatu Monach vbi Congregationis Prouincialis Viſitatorib. executio mandatur, non tãtum in ſpiritualibus ſed & in temporalibus.* ERGO *multo magis ea executio permiſſa Congregationis Burſfeldenſis Præſidi, idq; ex vi ipſius priuilegij. F.Roman.q. 6.n. 11.& ſeq.iunct.n.*19.31. Sed amabo, vbi terrarũ hoc argumenti genus produxi? *vbi caput.ea quæ.de ſtat.Mon.* in hunc finem aliquando allegaui? vbi ab ijs, quæ Viſitatoribus eo loci per Canones conceſſa ſunt, ad Præſidem Congregationis extendendo argumentatus fui? cùm citt.numer.11,12, & 19. nihil ſimile ſcripſerim. 257. Aſtrum inext.

2. Vbi itidem vi priuilegij, ſeu Confirmationis eiuſdem Vnionis à Pio II. impertitæ, & in *Aſtro* q.6.n.11.à me partim relatæ, intuli, Præſidi multo magis competere executionem in ſpiritualibus & temporalibus, quam Viſitatoribus? cum illa Confirmatio ſeu priuilegium, hac de re nihil exprimat. 258. Aſtrum inext.

3. Denique vt *omne trinum* ſit *perfectum*, Cruſius ex *Aſtro* vbi ſupra, allegat num.31.q.6.cùm ea quæſtio non habeat numeros niſi triginta. Vellet, opinor, Bremenſis nos iterum à piſcatione in Labyrintum abducere: Sed, quod res eſt fateor, ita mihi ſapiunt piſciculi Cruſiani, (quia rari) vt in gyrum nonnihil adhuc diducta nauicula, delectet etiam reſiduos perſcrutari; præſertim cum tam canoram Muſicam, ſuis hoſpitibus Cruſius exhibeat, vt credam, omnes Sueuiæ ranas, in noſtri gratiam, ad Comitia Horti Cruſiani conueniſſe. 259. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES.

TESTVDO LVTARIA.

Anſa trahit anſam: error errorem.

Fol. 48. *col.* 1.

Quæſt. 2. *ſect.* 1. *c.* 1. *num.* 8.

260. Aſtrum inext. Aliud ex alio malum. *Confirmatur ſecundo*, ait Cruſius, *à F. Romano q. 6. n. 11. ex authoritate Pij Pontificis Rom. qui Anno* 1458. *Pontificatus ſui primo pridie Nonas Martij, in diplomate ſuo, Incip. Regis pacifici, cuius inſcrutabili prouidentia &c. Vnionem Bursfeldenſem confirmat.* Sed, Neptunus me tridente feriat, ſi non Cruſius hic pro piſce, lutariam teſtudinem tenet, affirmans hac authoritate Pij II. me Congregationi Burſfeldenſi, eiuſue Præſidenti aſſeruiſſe vel confirmaſſe poteſtatem in bonis Monaſteriorum ſuæ Vnionis deſolatorum, ac conſequenter, bona illa non eſſe vacantia. Piſcibus indoctiorem me opinatur, Lectorem verò cæciorem omni Eclipſi; quaſi nemo ex *Aſtri* vel modica inſpectione Cruſium eſſet depræhenſurus, & de fallacia, ſeu potiùs pſeudologia caſtigaturus! Toto illo num. 11. nec vmbra continetur illius à me facti diſcurſus: quò Lectorem Veritatis amantem invito, etiam invito Cruſio; Et hac quidem cum conditione, vt quamprimum cauſa cecidero, mox in aquam proijciar, piſcibus Cruſianis eſca futurus: Sin; ipſe luat. O, Cruſi, quàm iucundum eſt mare ex terra intueri!

THERMÆ DIOCLETIANÆ.

Fol. 50. *col.* 1. *in med.*

Quæſt. 2. *ſect.* 1. *c.* 2. *num.* 3. §. *reſpond.* 2.

261. Aſtrum inext. Bene lotus prodit Cruſius; nec ſi centum eſſent Democriti, ſatis hic riſuri. At vereor, ne lauerimus æthiopem, plenum adhuc alijs maculis & Eclipſibus, quibus abluendis, ne thermæ quidem Diocletianæ ſufficiunt. Adducto §. citat ex *Aſtro* numerum 10. *quæſt.* 13. cum notum ſit, non niſi nouem quæſtiones inibi contineri. Videtur bonus homo non ſatis ſtuduiſſe Arithmeticæ, cùm nec proprios errores numerare poſſit, quorum tot ſunt, quot à recto calle digreſſus.

CETE.

Fol. 50. *col.* 2. *lin.* 4.

Quæſt. 2. *ſect.* 1. *c.* 2. *num.* 4.

262. Aſtrum inextinct. Quando olim Monaſteria quædam certis ex cauſis, ab Ordine S. Benedicti ad alios Ordines fuerunt tranſlata, dicit hîc Cruſius, *donationem & collationem illam valuiſſe, quia Ordo S. Benedicti non contradixit.* Pro quo aſſerto mihi

263. imputato allegat *Aſtri q.* 2. *num.* 8. 12. *&* 19. adeoque ter Veritatem præterit,

264. cùm tribus his numeris, nec iota poſuerim iſtius rationis. Proinde Ordo S. Benedicti non contradicet, tametſi Cruſius hos mugiles ipſe deuorauerit, nam, vt ait M. Varro, *piſces ſæpe minutos magnus comeſt.*

FALSÆ ALLEGATIONES.

LEO PISCIS.

Inſaniam demens, mentis ſanitatem putat.

Fol.51. col.1.

Quæſt.2.ſect.1.c.3. init.

1. Ad monſtra marina deuenimus. Martino. IV. Summo Pont. 265. 'Aſtrum inext.
menſe Februario, ex vrbe veteri delatus perhibetur Leo piſcis, villoſa cute,
breuioribus pedibus, leonem cauda, capite, auribus, ore, ac lingua, referens; 266.
ſpectatuſque eſt ab omni vrbana multitudine. Eductus mari, velut vlulatum 267.
emiſit; idcirco ad Pontificem, miraculi loco perlatus eſt. Martin. Chron. Bergom. Anno 1280. apud Vinc. hiſt. Eodem anno in vltima Iutiæ, Scagen vocant, captum alium, etiam Leoni perſimilem, memorat Kranzius Vandal. lib. 7.c.38.

2. Cruſianis piſcinis, eiuſmodi monſtra non deſunt: Nã cit. loco ponit hũc titulum: *Proponuntur argumenta F. Romani, quibus oſtenditur, ab Ordine vel Vnione bona Monaſteriorum illius Ordinis* EMORTVORUM, *eſſe* ADHUC *poſſeſſa.* Mox n.1. ſubiunxit: *Aſſerit F. Romanus Hay q.1.n.40.vſq. ad 100.& q.4.nu.50. ab Ordine* ADHUC *bona emortuorum Monaſteriorum poſſideri. Rationem q.1.nu. 80.* HANC ADFERT, *quod quis dicatur habitare vbi familia ſua habitat, & poſſeſſionem acquirere & retinere per familiam ſuam. Bart. in l.1. §. Municipes. de acquir poſſ. & l. ſi mulieri. ff quibus modis vſufr. amitt. n.2.*

3. Piſcis iſte, à capite ad caudam monſtroſus eſt. Nam 1. De Vnione nihil dixeram ego. 2. Nunquam agnoui, nec etiamnum agnoſcere poſſum, Monaſteria deſtituta, eſſe emortua. 3. Loquebar de poſſeſſione ciuili, quam adhuc habeat Ordo; Cruſius autem de naturali per habitationem familiæ ADHUC retenta fabulatur. *Idcirco*, dicebam cit. q.1. n. 80. *quicquid accidit parti vt parti, totum redundat in ipſum Ordinem, adeoq. ſpoliatis alicubi Monachis, rectè dicitur Ordo ſpoliatus, quippe qui per ſuam familiam* POSSEDERAT *Monaſterium: dicitur enim quis habitare, vbi familia ſua habitat; & poſſeſſionem acquirere & retinere per familiam ſuam. Bart. l.1.§. Municipes. de acq. poſſ & l. mulieri. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* Hoc igitur argumento probaueram, Religioſum Ordinem POSSEDISSE olim Monaſteria modo deſtituta, nempe per ſuam familiam. Cruſius autem, inuerſâ nauicula, ait me eo argumento docere, quòd Ordo ADHUC poſſideat (intellige naturaliter) Monaſteria deſolata; id quod implicat in adiecto: Nam ſi Monaſteria ſunt deſolata, & vacua Religioſis, quomodo fieri poteſt, vt Ordo per ſuam familiam eadem ADHUC inhabitet & poſſideat? Aut ſi per familiam ſuam ADHVC poſſidet, quomodo Monaſteria huiuſmodi poſſunt dici deſolata vel emortua?

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Virg 3. Æneid.

Helleboro digniſſimus fuiſſem, ſi iſta ratione probare voluiſſem, Ordinẽ ADHVC, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter poſſidere Monaſteria deſtituta, & vacua Religioſis.

FALSÆ ALLEGATIONES.

4. Cùm igitur mihi Cruſius imponat, & quidem tali argumentatione, qua nulla ineptior excogitari poteſt, eandem ipſi, velut authori, reſtituo, & cũ ſuo monſtroſo Leone, quinquaginta octo nummis à me donatum abire permitto. Dico quinquaginta octo; quia cum pro ſupradicto aſſerto, quaſi meo, allegat ex Aſtro q.1.num.40. vſque ad centeſimum, vtique adhuc quinquaginta octo numeros perperam allegat: eos ſingulos computando, multum augere marginales meos numeros potuiſſem, quos tamen (ſi quietus ſit) diſſimulo, hominis lepóre contentus.

5. Quibus obiter addo, quòd ibid. aſſerat me citare authoritatem Emin: Electoris Treuirenſis IOANNIS CHRISTOPHORI; quod tamen nomen nunquam citaui. Forſan opinatur Cruſius, ſuo prænomine etiam Electorem inſigniri, vt retentis vtrobique primis primorum nominum literis, quidam I. C. & fortè Ioannes Cruſius reſultet: Sed conſpicilijs eo tempore caruiſſe credendus eſt, quòd *Aſtrum* q.1.nu.32. (vbi nomen expreſſeram) inſpicere non licuerit. Præter Ioannem, plures fuere Apoſtoli, quorum vnus Philippus vocabatur. Si non alibi, ſaltem in arce S. Chriſtophori Confluentinâ, legere poterat Cruſius, ſingulis ianuis inſcriptum, *PHILIPPVS CHRISTOPHORVS.*

CANCRI MARINI.

Fortuna, non eſt omnibus vna.

Fol. 51.*col.*2.*in fin.*

Qu. 2.*ſect.* 1.*c.*3.*num.*2.

268. Aſtrum inext.

269.

Bis eodem pugno ſibimet oculos ferit incautus Cruſius. *Idem probat*, inquiens, *ex poſtliminio. Quia Ordini reſtituuntur bona emortuorum Monaſteriorum poſtliminio.q.1.nu.*80.*IGITVR Ordo habet eorum poſſeſſionem.q.1.nu.*80. Me, me ſic argumentantem inducit. Vtinam ad manum eſſet Floſculus puer, vt nobis dictum nu.80.q.1.ex *Aſtro* recitaret; quem cùm hac hora bis terve totum perlegerim, nullam tamen ibi mentionem poſtliminij, nullam demonſtratam Monaſteriorum poſſeſſionem, ex tali antecedente, reperio. Quocirca duos cancros marinos loco piſcium hîc extraxit Cruſius, eoſque tantæ magnitudinis, qui ſuis chelis, ſiue dentatis forcipibus digitos ipſi comprimendo, gratias ei referant ampliſſimas. Παθήματα, μαθήματα.

Nocumenta, documenta.

SQVILLA GIBBA.

Montes aureos pollicetur, at ne nummum profert.

Fol. 52.*col.*1.*lin*.10.

Quaſt.2.*ſect*.1.*c*.3.*nu*.3.

170. Aſtrum inext.

1. *Ordo*, inquit inſuper, *agere poteſt de ſpolio: Igitur Ordo habuit, poſſeſſionem ſaltem ciuilem. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens probatur primò ex q.*1.*num.*8. *Ex Edicto Imperatoris reſtitutorio, quod ſpolio nititur.* Gratias habeo

Cruſio,

Cruſio, quòd tam operosè colligat & proponat ea, quæ ſparſim hinc inde in *Aſtro* poſueram: quòd autem ſiniſtris allegationibus me toties flagellet, probare non poſſum. Ait, antecedens à me probari d. q. 1. n. 8. vbi tamen ne mentionem quidem vllius ſpolij, nec Edicti reſtitutorij feci. Sed, *præſtat accipere, quàm facere iniuriam*, vt ait. Cic. FALSÆ ALLEGATIONES.

2. Ibid. meo nomine pergens argumentari, *Edictum*, ait, *Ordo* IUSTE *impetrauit; atq; Imperator decreuit, vel* NON IUSTE, *Aſtrum q. 2. nu. 7.* NON *certè* INIUSTE *&c. Igitur* IUSTE *Ordinem reſtitutionem impetraſſe, atq; eandem Imperatorem* IUSTE *decreuiſſe, neceſſariò aſſerendum eſt.* Sed heus bone vir, quis Ordo impetrauit reſtitutionis Edictum? quo loco, qua pagina, qua columna, vel linea dixi, ab Ordine quopiam Edictum impetratum eſſe? Vbi talem partum de IUSTA vel INIUSTA impetratione edidi, qualem hic mihi ſupponis? Allegas equidem q. 2. n. 7. Sed, ſi vel ibi, vel alibi per totum *Aſtrum* has ſquillas gibbas inueneris, intra vnius horæ ſpatium, omnes tuas ebibam piſcinas, ſaluis tibi piſcibus, quos tunc ſola manu capere poteris. 271. Aſtrum inext.

MONSTRVM STIRENSE IN PVTEO.

Aquam in puteum fundit.

Fol. 52. col. 2. lin. 6.

Quæſt. 2. ſect. 1. c. 3. num. 4.

Hem aliud monſtrum aquaticum, idque cornutum, ex obſcuro piſcinæ Cruſianæ angulo ſubſultat. Nam & cornuti piſces comperti ſunt in regno Burnei Indici in Oriente, ſuillo capite, binis cornibus armati, toto corpore oſſeo, dorſo in ephippij formam effigiato, vt equitandi cauſa, (forte pro Neptuno) ſic à natura comparati eſſe videantur. Anton. Pigaf. apud: Sim. Maiol. in canicular. colloq. 9. de piſcibus. Quin & Stiræ in Auſtria Superiori, non ita pridem, in puteo depræhenſum animal, cornutum aut inſtar crocodili ſcutatum à pleriſque ciuibus exterritis credebatur, vt vix eſſet, qui ſeſe ad duellum cum beſtia conficiendum, etiam oblato auro, demitti pateretur. Nempe hoc ſæculo, etiam parturiunt fontes. Exorciſmos & preces adhibuerant Patres Societatis Ieſu, & alij, ſed fruſtra. Ingemiſcebant ciues & incolæ: Soli mures, deſuper intuentes puteum, id genus monſtri, (ælurus erat) ipſosque ciues ludibundè ridebant. Monſtrum autem Cruſianum, quatuor cornibus terribile, minas omnibus intentat: Cornutus nempe ſyllogiſmus (ſeu veriùs ſolœciſmus philoſophicus) quatuor terminis exardeſcens. Et hunc quidem ſuppoſito meo nomine Cruſius in hunc modum format. *Deinde q. 1. num. 96. illi datur hoc remedium d. c. redintegranda, qui ingreſſurus non admittitur ad poſſeſſionem: Atqui Ordo Benedictinus ingreſſurus Monaſteria ſub regula ſua emortua, non admittitur ad eorum poſſeſſionem: Ergo Ordo eſt ſpoliatus.* Neglecta hîc eſt cuſtos memoria; nam terminus *ſpoliatus*, infertur in concluſione, cùm in neutra fuerit præmiſſarum. Cuius tamen ſyllogiſmi nec vmbram reperias in cit. *Aſtri* q. 1. n. 96. Is proinde Cruſianus eſt, non Romanus; raſtro, non Aſtro dignus. 272. Aſtrum inext.

VITV-

FALSÆ ALLEGATIONES.

VITVLVS MARINVS,

Fol.52. col.2. in med.

Quæſt.2.ſect.1.c.3.n.4.5,deniq;.

273. Aſtrum inext. Vitulos nutrit Cruſius terra marique, non Ochſenhuſanos, ſed Bremenſes, ijq; frequentiùs & abſurdiùs boant quã noſtrates. Per proſopopœã ſæpenumero argumentatur, ac ſi ipſiſſimæ propoſitiones in *Aſtro* meo continerentur. Quòd vero nonnunquam præ deſiderio me confundendi, quænam exotica mihi imponat, ſicut in aduerſario non miror, ita in presbytero Societatis Ieſu minimè laudo.

Hoc loco, denuo me referẽs, perſonatus Cruſius, in hunc modũ ſyllogizat. *Deniq; q.1.n.94.* Aſtri, *ex d.c.reintegranda. Vel ipſi ſpoliato venit reſtituẽda poſſeſſio, vel ipſius ſucceſſori: At Monachi aliorum Monaſteriorum eiuſdem Regulæ, vel Ordo ipſe, eſt ſucceſſor in bonis Monaſteriorum. Igitur &c.* Minorem huius ſyllogiſmi, in ſenſu Cruſiano nunquam adſtruxi. Neque verum eſt, Ordinẽ Religioſum ſibiipſi ſucceſſorẽ eſſe; aut Monachos aliorũ Monaſteriorum, qua aliorũ, in bonis mox ſuccedere, niſi vnus ex illis, per ius deuolutum in Abbatẽ, cæteri canonica translatione, vel creatione, in Monachos illius Monaſterij (vt par eſt, & exigit fundatio) aſſumantur. Quo facto, hi erunt veri ſucceſſores Abbatis & Monachorum olim inibi vita functorum; cæteri non. Sicuti mortuo Abbate, nullus ex Conventu eſt ſucceſſor in Abbatia priuſquam eligatur; ex Cõuentu tamen debet eligi, ſi dignus adſit. Quoad dominium ſubalternum Ordinis, & poſſeſſionem eius ciuilem, nulla prorſus eſt hîc ſucceſſio, cùm Ordo nunquam moriatur.

RANÆ COAXANTES.

Non eſt ejusdem, & multa, & oportuna dicere.

Fol.53.col.1.lin.vlt.

Quæſt.2.ſect.1.c.3.num.5.

274. Aſtrum inext. In aliam piſcinam hic, vt video, deducimur, in qua iterum ranas audio coaxantes: *Si conſtet expreſsè,* ait Bremenſis, *de non habito mandato, poteſt agere perſona coniuncta: hæc enim admittitur cum ſatisdatione, niſi appareat de contraria voluntate ff.de procur.l.Pomponius ff.fin.l.fin.ſed & hæ perſonæ; interdum tamen in certis caſibus, admittitur etiam contra voluntatem, vt primò, pro libertate. ff.de lib.cauſa l.1.2.& 3.Secundò, pro defenſione condemnati, ff.de appell.l.non tantum. NB. inter coniunctas perſonas referuntur etiam Clerici arg.12.q.2.c.non liceat.* ITA F.ROMANUS. *q.1.n.86.* Hucuſque Cruſius, de plauſtro loquens. Sed diſperеam, ſi d.q.1.n.86. de iſtis verbum *Aſtro* meo inſerui. Meræ ſunt hic ranæ, mera & inanis, diuiniſque legibus inhibita loquacitas. Levit.19.verſ.11. *Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſq; proximum ſuum.* hæc enim hirundinum muſæa, apud probos & prudentes minimè probantur. Omnes quidem facile *Nitimur in vetitum.----*
Cruſius etiam in fœtidum, in putridas, inquam, ac ſtagnantes paludes.

AVIA-

Falſæ Allegationes.

AVIARIVM.

SEd iam tandem ſcapham ad littus, relicta hac Mephiti, ſubducamus, ne nos ranæ Ægyptiæ obruāt, & naufragium inueniamus, vbi portus credebatur. Satis piſcium vidimus. Ingrediamur bonis auibus in vicinum Auiarium, vt Cruſianas aues, dum ſub dio ſunt, nonnihil contemplemur: nam & iſtæ ab aquis, vti piſces, originem ſuam traxerunt.

GALLINA GLOCIENS.

Ouum præ gallina vult ſapere.

Fol ſuo 65. col. 2. lin. 7.

Qu. 2. ſect. 2. nu. 1. §. diſtinguit:

1. Offert ſe noſtris obtutibus primum, auis domeſtica; glociens gallina, 275.
decem pullis ſuis, veluti leuioris armaturæ præſidio ſtipata. Decies enim malè, 276.
falsèque Cruſius Aſtrum hic allegat. *Diſtinguit*, inquiens, *F. Romanus in argu-* 277. 278.
mento noſtro terminum Ordinis, & ait: Nec toti Ordini, nec aliquibus ex Ordine, 279. Aſtrum inextinct.
ſed Ordini in communi, vel Ordini VT VNIVERSALI, *ius eſſe in dictis emortuis*
Monaſteriis, q. 1, n. 27. 28. 58. 60. 61. 67. 68. 80. 82. 83. &c. Atq; ita Ordinē accipit, 280.
prout ipſe Ordo, à quibusdā tantùm mente concipitur, A SINGULARIBUS *Monaſte-* 281.
riis vel Monachis ABSTRACTUS; *non verò prout à parte rei exiſtit.* Hæc ille. Mi- 282. 283.
rum dictu, quàm à noſtratibus differat hæc gallina! neque enim plumata eſt, 284.
ſed piloſa, quam noſtri Europæi loco monſtri haberent. Scribit tamen Marcus Polus lib. 2. cap. 76. in vrbe Quentiſu Magni Cham Tartarorum, gallinas carere plumis, & pilis veſtiri, perinde ac apud nos feles & cati.

2. Sed quale monſtrum eſt, obſecro, Religioſus Ordo, *vt Vniuerſale à ſuis ſingularibus abſtractum*, conſequenter de ſingularibus prædicabile? in his. v.g. propoſitionibus, Ioañes Cruſius eſt Ordo Societatis, Valentinus Mangionius eſt Ordo Societatis, Laurentius Forer eſt Ordo Societatis, & ſic de cæteris? Et hoc quidem monſtrum mihi decies affingit, cùm Ordinem eſſe *Vniverſale à ſingularibus* perſonis vel *Monachis abſtractum*, ne ſemel quidem dixerim. Atque vt Lectori ſciendæ veritatis cupido, de veritate conſtet, en verba mea, ex citatis numeris deſcripta.

3. Num. 27. de Vniuerſali, vel Vniuerſitate ne verbum continetur. Num. 28. dicebam, *Ordo ſeu familia S. Benedicti eſt* VNIVERSITAS, *vtpote Collectio plurium corporum rationabilium, ſpeciali nomine attributo. Hoſtienſ. in Summ. de ſyndico n. 1.* Et infrà: *Vnus ſolus de* VNIVERSITATE, *poteſt ſe opponere, vt is, qui non eſt de* VNIVERSITATE, *non immiſceat ſe tractatibus* VNIVERSITATIS. Toto vultu hic denuo præ riſu rubeſcit Democritus, quòd Cruſius vel defectu ſpecilli ocularij, apud me, loco *Vniverſitatis*, legerit *Vniverſale*; vel ob *deliquium* intellectus, *Vniverſitatem*, eſſe *Vniverſale* iudicaverit. Apud noſtrates,

Eccleſia Vniuerſalis æquè eſt Vniverſitas, minimè tamen *Vniuerſale* à ſingularibus abſtractum.

4. Num. 58. Nulla fit mentio *Vniuerſalis*, nec vllius abſtractionis à ſingularibus; nec datur anſa *Vniuerſalis* inde eliciendi. Num. 60. *Similiter & Ordini*, aiebam, *fundata ſunt Monaſteria, ſed IN SVIS MEMBRIS.* Num. 61. ſubiunxi: *Quatenus vnumquodq; Monaſterium PARS eſt, & MEMBRVM totius Ordinis, dominium bonorum omnium Monaſteriorum particularium, eſt penes totum Ordinem; bona totius Ordinis, penes Eccleſiam; bona totius Eccleſiæ vniuerſalis, penes Chriſtum, vt dixi. Et ſic huiuſmodi dominia ſibi invicem ſubordinantur & ſubalternantur, vt inferius ſemper contineatur in ſuperiori, ſeu vniuerſaliori, SICVT PARS IN TOTO, non autem vice verſâ.*

Ordo Religioſus, non eſt Vniuerſale, ſed eſt Vniuerſitas.

5. Num. 67. *Negamus*, inquiebam, *Ordinem S. Benedicti non eſſe vnum corpus.* Num. 68. *Negamus Ordinem S. Benedicti tale corpus eſſe, quod capite careat.* Num. 80. *Conſtat quemlibet Ordinem Religioſum, hoc ipſo quod eſt vnus Ordo, ſeu FAMILIA vnius Religionis, vel, (vt vocat Bart.) Collegium Religionis, eſſe CORPVS ſeu perſonam repræſentatam. Idcirco quicquid accidit PARTI VT PARTI, totum redundat in ipſum Ordinem; adeoq; ſpoliatis alicubi Monachis, rectè dicitur Ordo ſpoliatus.*

6. Num. 82. *Obſervandum eſt*, aiebam, *aliud eſſe membra vt ſingula, & aliud membra vt vniverſa. Membra vt ſingula, non faciunt ſuppoſitum; hinc neq; pes eſt homo, neq; tibia, neq; manus &c. Et ſimiliter Monaſterium Schürenſe, non eſt Ordo S. Benedicti, nec Monaſterium Lorchenſe, & ſic de cæteris. Atque in hoc ſenſu verum eſt, quòd omnium ſingulariter ſumptorum ſit eadem ratio. Membra verò vt vniverſa, conſtituunt ſuppoſitum; hinc pedes, manus, brachia, caput & corpus ſimul ſumpta cum anima, faciunt hominem & ſunt homo. Similiter & Monaſteria S. Benedicti ſimul omnia ſumpta, ſunt Ordo S. Benedicti. Atq; in hoc ſenſu, non eſt verum, quòd omnium Monaſteriorum ſimul ſumptorum, ſit eadem ratio, quæ vnius aut alterius ſeorſim ſumpti; CVM cauſa VNIVERSITATIS ſeparata ſit à cauſa ſingulorum.* Num. 83. dixi, *ſciendum, quod nullus Ordo Religioſus, neq; Eccleſia vniuerſalis, extra ſua ſingularia exiſtat, ſed illa omnia ſimul complectatur: ſicut & nullum ſingulare, extra ſuum Ordinem aut Eccleſiam conſiſtit.*

7. Ex his, & oculari inſpectione *Aſtri* mei, tibi candide Lector iudicium relinquo, num dicendo, Ordinem Religioſum eſſe vnam familiam, eſſe corpus, eſſe Vniuerſitatem, in illo ceu toto, eſſe actuales partes & membra, &c. aſſeruerim hujuſmodi Ordinem eſſe *Vniuerſale, à ſingularibus abſtractum, non verò prout à parte rei exiſtit.* Abigat ergo Cruſius hirtam, hiſpidam & piloſam ſuam gallinam; quam non credo gallinam eſſe, ſed ſcropham, ne inferiori quidem Bavariâ dignam.

OVA

FALSÆ ALLEGATIONES.

OVA NOVA.

Optima ſunt ova, candida, longa, noua.

Fol. 57. col. 1. lin. 4.

Quæſt. 2. ſect. 2. num. 3.

Allegat Antiχαφεῦς, ex Aſtri q. 3. num. 23. verba (vti putat) formalia, per tredecim lineas continuas; cum tamen in propatulo ſit, illam quæſtionem ſupra vndecim numeros non habere. Aut ergo deficit vehementer viſu Cruſius, aut aliquando caupo fuit, quòd habens vndecim oua noua, bifurcatâ cretâ, computet viginti tria; in quibus tamen aſſeruandis adeo diligens eſt, vt *Ovum det nulli, niſi ſit retributio pulli.* 285. Aſtrum inext.

OVVM VRINVM.

Fol. 62. col. 1. poſt med.

Quæſt. 2. ſect. 2. nu. 9.

Non tam ouum ouo ſimile eſt, quam Ioanni Bremenſi Cruſius, adeò ne furca quidem naturam expellere iuuat. *Non paruum eſt*, Platone teſte, *etiam paruis aſſueſcere.* Quàm græcâ fide, non mea mihi rurſum adſcribat audi: *Idẽ*, inquiens, *probatur ex eo, quòd F. Romanus q. 1. num. 24. tradat, ALIOS ex aliis eiuſdem Ordinis Monaſteriis, eſſe defunctorum huius Monaſterij HÆREDES.* Suppoſititium & vrinum eſt hoc ouum. Verba mea citato loco, hæc erant. *Proinde meritò Abbates & Monachi Ord. S. Bened. adſunt, non quà intitulati in ſuis Monaſteriis, ſed quà Religioſi eiuſdem Ordinis & familiæ, quà filij S. Benedicti, repetuntq;* IVRE HÆREDITARIO, *legibus ſibi conceſſo, Parentis ſui patrimonium, ab hoſtibus direptum. Dixi iure hæreditario*, non quod vnum particulare Monaſterium ſit hæres alterius; ſed quia Ordo S. Benedicti, eſt inſtitutus hæres ac dominus bonorum temporalium primi Fundatoris, eâ conditione, vt ex illo perpetim adſint; qui fundationi, cultuique Diuino ſatisfaciant. Quod ſi porro Cruſius negauerit hodie Monaſteria eſſe patrimonium S. Benedicti, ideoque ea Monachis non deberi iure patrimonij; mox in craſtinum negare debebit etiam ſummo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ, patrimonium S. Petri; vt vocum Eccleſiaſticarũ Dictionarium nouum tantò liberius conficiat, quantò audacius ſacrorum Canonum antiquata verba, eorumque ſenſum peruertit.

286. Aſtrum inext.

Ordo Religioſus, eſt inſtitutus hæres Monaſteriorum ſuorum.

OVVM IRRITVM.

Fol. 71. col. 1. ante fin.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 1. ſub n. 6.

Nimiùm altercando, veritas amittitur; bene diſtinguendo, rurſus inuenitur. *Aditio legitima in Eccleſiaſticis*, inquit hîc Cruſius per parentheſin, *collationẽ ſuperioris inuoluit, per notata F. Romani q. 1. n. 49. & ſeqq* Verùm, ego hanc ſententiam, aut verbum *aditionis* eo numero & ſeqq. non inuenio, adeoque 287. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES, *Allegat. 195.*

ouum irritum depræhendo. Præterea, vt ſupra dictum, aliud eſt, Ordinem adire Monaſterium vt Beneficium; aliud, vt proprietatem. Prior collationem Superioris inuoluit, nō poſterior. Poteſt enim fieri, vt Ordo Religioſus, per deputatum regularem capiat Monaſterij reſtituti poſſeſſionem, non vt hic ſit, aut fiat Prælatus, ſed vt teneat & cuſtodiat illud, eiuſque iura & prouentus, donec vel reparentur ædificia Clauſtralia, vel certa ſecuritas adſit, vel ſupellex domeſtica, aliaque neceſſaria comparentur, atque tunc demum legitimus Abbas cōſtituatur, ſiue ille, ſiue alius. Hanc autem editionem iſtius Regularis, non factâ priùs per ſuperiorem collatione tituli ſeu Beneficij, ſi dixerit Cruſius non eſſe legitimam; fateri quoque compelletur, neminem e x Patribus Societatis Ieſu hactenus legitimè adijſſe poſſeſſionem vllius Collegij, eò quòd *Religioſi Societatis Ieſu, in ſuis Collegiis, nullum ius, aut titulum alicuius Beneficij habeant*: vt docet Paulus Layman, in Cenſur. Aſtri inextincti, loco. 6. §. vlt.

Aliud eſt Monaſterium ſeu Abbatia vt beneficium, aliud vt proprietas.

GALLVS GALLINACEVS.

Fol. 71. col. 2. in med.

Qu. 2. ſect. 3. cap. 1. n. 6. in fin.

288. Aſtrum inext.

Diuinabam, à gallina non procul abfuturum gallum, qui in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt; non ſecus atque Cruſius domi ſuæ ponè fornacē animo mecum duellans. Ad Petri negationem, gallus iterum iterumq; cecinit; cui ſi toties modò cantandū eſſet, quoties à Cruſio negatur veritas, dudum præ raui obmutuiſſet. Quid igitur Cruſius? Mutato typo, ac ſi mea eſſent genuina, hanc imputat mihi propoſitionem; *Quod bona ſtatim ab obitu Religioſi Conuentus, ſint ab Ordine occupata & poſſeſſa.* Sed obteſtor te, virorum laborioſiſſimè, vbi, quo folio, qua quæſtione, quo numero iſtud edixi? Monſtra, ede, digito oſtēde Religioſus Ordo, ante obitum totius Conuentus occupauerat & poſſederat iſtud Monaſterium, idque per hos ipſos Regulares modò mortuos, eorumque anteceſſores, veluti per ſua membra; eo ferè modo, quo Titius dicitur occupare & tenere, quicquid ſuâ dextrâ, ceu coniuncto membro appræhendit & detinet. Hæc totius Ordinis poſſeſſio, viventibus adhuc eo loci Monachis, fuit ciuilis & naturalis, in genere ſubalterno; iſtis omnibus vita functis, perijt naturalis, ciuilis autem Ordini in hodiernum vſque permanſit. At noſtri noui antipodes, & ciuilem nobis negant, & naturalem artibus miris præripiunt. Certè non deſipiunt; hodiernum ſibi volunt, nobis craſtinum: Poſſeſſio enim omni ſpe melior eſt: Niſi ſupereſſet vltimus iudex, quem etiam ij, qui non deſipiunt, non decipiunt.

COLVMBÆ.

Etiam cælo diſſitos coniungit amor.

Fol. 72. col. 2. in princ. & fol. 75. col. 1.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. num. 9. & 15.

289. Aſtrum inext.

Iam *vexat cenſura columbas*, quarum candidiſſimarum, nobis in oculos incur-

290.

incurrunt duo columbaria, Ciſtercienſium alterum, alterum Præmonſtratenſium: Eas autem Cruſius non auena, non tritico paſcit, ſed crambe bis cocta, quam & mihi obijcit: Ex eo, inquiens, *quòd Religioſi Conuentus Præmonſtratenſium, non poſſint bona ſua ſine Generalis conſenſu alienare,* NON SEQUITUR, *Ordinem aut illius Generalem habere ius in bonis Religioſorum ſui inſtituti Conuentuū emortuorum.* Eademq; de Ciſtercienſibus ingerit d.n.15. Sed oro quis aſſeruit EX EO *iſtud* SEQUI? Etiam Abbates S. Benedicti non exempti, nequeunt bona ſuorum Monaſteriorum citra conſenſum ſui Diœceſani alienare, cui tamē nihil iuris in bona noſtra concedimus. Fingit me Cruſius ineptè ratiocinari, vt poſteaquam talia pluribus refutauerit, omnes ipſi de victoria gratulentur, quâ Hercules iſte confecerit hydram. Sed imbellis homo, pro claua clauum gerit, iam alio clauo à me paulò ſuperiùs eliſum, allegat. 254.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Ciſtercienſes & Præmonſtratenſes defenduntur.

PAVO.

Apud ignobiles, creſcit ſupercilium.

Fol. 74. col. 1. & 2.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 14.

1. En, vt illic vario pennarum fulgore coruſcus pauo, aduerſo ſole, conchatæ ſuæ caudæ fulgentes oculos, velut in quodam ſtellifero cælo, nobis, arrecto collo commonſtrat, omnium auium pulcherrimus! vt arduus ingreditur! vt ſeipſum oculis contempl atur! vt præ gloriæ propriæ pruritu ſtrepitat! De quo rectè Ælianus lib. 5. c. 19. *Pauo*, inquit, *inaniter glorioſus, pictoribus ipſum imitari adnitentibus, ſui pingendi poteſtatem facit, & ſpectatorem conſpectu ſuo expleri facile patitur.* Sed propius accedamus, ne fallamur aſpectu. Auiarius noſter Ioannes Cruſius, ampliſſimis verbis expandit ſua, mihique multiplicia ſpecula gloriabundus exhibet, quibus inſpectis, vult vt maculas in *Aſtrum* meum, contra Summi Pontificis Conſtitutionem & regulam Ciſtercienſis Ordinis illapſas abſtergam.

291. Aſtrum inext.

Pauonis proprietates.

2. Dixeram ibi q. 1. n. 77. *Generalem Ordinis Ciſterc. alienationes bonorū mobilium & immobiliū ſui Ordinis poſſe concedere, confirmare & inualidare: Igitur verum non eſſe, quod ex aduerſo dicebatur; Generales horum Ordinum, non niſi in pertinentibus ad regularē diſciplinā, Prælationem aliquam habere.* Cruſius autē, hoc loco me ſic argumentatum fingit: *Generalis Ciſtercienſium poteſt alienationes bonorum ſui Ordinis concedere, confirmare & inualidare; ergo Ciſtercienſes poſſunt bona, villas, earumq; dominium poſſidere.* Quod inde concludo, quia d.n. 14 dicit, *ad meum argumentum, non ſe, ſed Summum Pont. Alexand. III. in c. recolentes. de ſtat. Monach. reſpondere*; vbi Papa Ciſtercienſibus inhibet, *ne contra Ordinis ſui regulam, villas, Eccleſias, & altaria poſſideant, fidelitates & hominia ſuſcipiant, Iuſtitiarias & Tributarias teneant. &c.* Cumque hanc Decretalem deſcriptam Cruſius inſeruiſſet, ſubiunxit: *Hæc Pontifex de Ordine Ciſtercienſi. At noſter F. Romanus,* CONTRA *hanc Pontificis Romani Conſtitutionem,* ASSERIT *ipſi Ordini bona,* VILLAS, EARUMQUE DOMINIUM. *Nam fortè huic Pontificis Conſtitutioni, aliquā aliā poſteriore derogatum? Sed quanam illā? edatur : Quæ enim*

non correcta invenitur, quare ſtare prohibebitur? l. ſancimus. C. de teſta. Num verò Ordinis Ciſtercienſis regula immutata, vt dominium bonorum, villarum, &c. habeant, ac poſſeſſionem? Hucuſque Cruſius.

3. Atque iſta eſt auis Iunonia, è Samio per mare Creticum aducta, nimiopere curioſa: Quæ vbi primùm pedes ſuos fuerit intuita, ſubſidentib. pennis, & collectis mercibus, humiliore capite incedet. Neque enim apparet, cur Canonẽ illum, dicti cap. recolẽtes. hîc in proſceniũ adduxerit; interimq; nihil ſolidi reſponderit ad Bullam Pij. IV. dicto n. 77. à me productam; vbi Maximus Pontifex diſpoſuit, *vt Vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones & extinctiones Monaſteriorum & Prioratuum Ordinis Ciſtercienſis; aut fructuum, redituum & proventuum illorum diſmembrationes, & locis alijs, quantumlibet pijs applicationes, & alienationes, cuicunq; alteri loco, ex quauis cauſa, quantumcunq; honeſta, vrgenti & neceſſaria, abſq; ſpeciali eiuſdem Abbatis Generalis* CONSENSV, *etiam per ſe, & Sedem Apoſtolicam, ad quorumcunq; inſtantiam, nullatenus fieri poſſint; & ſi aliter fiant, nullius omnino ſint roboris.*

Ciſtercienſes defenduntur.

4. Hanc nucem, quia Cruſius frangere non potuit, inuerſo curru, ex d. c. recolentes. in bona, villas, & dominia Ciſtercienſium inuehi cæpit, forſan opinatus, ſicut Apoſtoli relictis retibus & naui, mox Chriſtum Dominum vocantem ſunt ſecuti; ita Prælatos Ordinis Ciſtercienſis, confeſtim ad vocem ſuã, omnia bona, villas, earumq; dominia in Cruſianas manus reſignaturos, ne videlicet à prima inſtitutione declinaſſe, & cõmuni iure cenſeri viderentur. Sed heus, bone vir, Vbi Ordini Ciſtercienſi, ex poteſtate Generalis concedendi & irritandi alienationes, intuli licentiam habendi *villas, earumq; dominia, Eccleſiſias, fidelitates, hominia, Iuſtitiarias & Tributarias &c?* quarum nec mentionem vllam, vnquam, vſpiam feci?

Ad *bona* quod attinet, aſſerunt ea Ciſtercienſib. Sum̃i Pont. ipſaq; regula S. Benedicti quã ſequuntur; quæ ſi Cruſius ipſis omnino negare voluerit, fateri cogetur, Ordinẽ Ciſtercienſem primitus fuiſſe *Mendicantem*; quod falſum eſt. Videatur in *Aſtro* q. 1. n. 77. Bulla Pij II. ibi: *Omnia BONA Monaſteriorum.*

5. Porrò Cruſius curioſè quærit, *Num fortè huic Pontificis Conſtitutioni* (in d. c. recolentes. contẽtæ) *aliqua alia poſteriori ſit derogatũ? ſed quanã illã? edatur,* inquit. Sutor, nõ vltra crepidam. Magna eſt curioſitas, grande ſuperciliũ huius pauonis. quid mirũ? cùm *Cruſius & curioſus* vnica litera à ſe differant. Poſthac vbi Bullas aliquas, Summi Pontifices pro alijs Regularibus ediderint, operam dabunt, vt earum tranſumpta quamprimum Cruſio communicentur; prout ſuas quoque Societas Ieſu mox antiquis Ordinibus tranſmittit.

6. Verùm, vt ſatisfiat homini curioſo, audiat Auguſtinum Barboſam in Collectan. ſuper d. c. recolentes. n. 2. vbi, *Hodie,* inquit, *ex priuilegijs Summorũ Pontificum Ciſtercienſes Monachi, poſſunt habere caſtra, villas, molendina, poſſeſſiones, cenſus, iuriſdictiones & iura, vt refert F. Eman. qq. regular. tomo 3. q. 75. a. 1.* Audiat ipſum Emanuelem cit. loco ſic ſcribentem: *Hoc* ſtatutum Canonis, *vt experientia teſte, pro temporum varietate fuit mitigatum; ipſos enim Monachos Ciſter-*

Ciſtercienſes, vt patet ex quodam priuilegio Benedicti XII. præſupponitur poſſe habere Caſtrum & Villam, Quod etiam in alio priuilegio, Anno Domini. 1351. expedito à Clemente VI. patet manifeſtius. Et infrà. *Patet etiam ex priuilegio Innocentij VIII. conceſſo dicto Ordini, Anno Domini. 1487. in quo ſub Apoſtolica protectione recipit Monaſteria, eorumq; Vaſallos, ſicut alij Summi Pontifices eius prædeceſſores receperunt.* Hæc Rodericius. Nihil ſanè noui eſt, eiuſmodi mitigationes in antiquis Ordinibus fieri, ſeu factas eſſe; cùm etiam fiant in recentioribus, etiam, haud dubiè, in ipſa Societate Ieſu. Videatur Iacobus Aluarez de Paz, Medit. ſacrar. parte 2. c. 7. de egreſſu Mariæ Virg. ex Mundo, meditat. 6. n. 2. in fin. FALSÆ ALLEGATIONES.

7. Ex omnibus igitur allatis, pauum noſtrum pennas nonnihil demittere, ſi nō amittere; vannum plumatam colligere, & collo ſubmiſſiore incedere video. Prout alias de pauone memorat Plinius lib. 10. c. 20. eum amiſsâ caudâ pudibundum circuire, & latebras quærere, quòd gloriæ ſuæ theatrum, ſeu thronum à tergo refulgentem perdiderit. Cruſio quidem *volenti, non fit iniuria*, qui priuſquam ſciret nauigare, voluit gubernare, naufragium paſſus voluntarium, etiam præmonitus à cantu pauonis, tempeſtatis nuncio.

AQVILA.

Qui procul à Ioue, procul à fulmine.

Fol. 78. col. 2. poſt med.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 1. num 21. §. quòd verò.

1. A Iunone ad Iouem, à pauone ad aquilam tranſimus. Sapientiam Salomonis, & aſtutiam Cruſij, quis dignè penetrabit? Figulus iſte, *Aſtrum inextinctum* ſuam rotam eſſe putat, quam ad lubitum vertat, inuertat. Ibi q. 1. nu. 92. *Ex hoc ſequitur*, ajebam, *ſi Religioſus Ordo Monaſteria olim poſſedit, iam verò non, ſed alius ea per iniuriam detinet, quòd Ordo fuerit ſpoliatus: ex hoc enim apparet de ſpolio reipſa. Bald. Alex. Maſcard. & alii paulò pòſt citandi. Et quidem in communi, ex hiſtoriis & ſupplicationibus ad Imperatores diverſimodè factis; & relatione teſtium adhuc ſuperſtitum, vel teſtium de fama, aſſerimus per violentiam id accidiſſe.* Ex quibus verbis, ſole meridiano clariùs eſt, me loqui de anterioribus Imperatoribus: v.g. Carolo V. Ferdinando I. &c. quorum aquilis volantibus *antiqua ſpolia* contigerunt. 292. Aſtrum inext. 293.

2. At Cruſius hoc loco, vt mutet quadrata rotundis, aſſerit me loqui de reſcriptis Ferdinandi II. Imperatoris. *Quòd verò*, inquiens, *ex F. Romani ſuppoſitione, iteratò Imperator reſcripſit, Monaſteria emortua debere Ordini reſtitui, quia illi debita ex fundatione; vel quia bona illa Monaſteriorum, ſunt ipſius Ordinis, aut ad eam ſpectant, VTIQVE reſcripſit ad narrata Ordinis illi ſupplicantis, VT FATETVR F. ROMANVS q. 1. n. 92 q. 7. nu. 17.* Hæc ipſe. Sed, *ne quæſo*, Cruſi, *ſit iurgium inter me & te; & inter paſtores meos, & paſtores tuos; fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt; recede à me obſecro. ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.*

FALSÆ ALLEGATIONES. *pergam.* Vna terra non capit ambos. Ego loquebar de Europa, tu de India: Ego de Imperatoribus antiquioribus, tu de Ferdinando II. Ego ex ſupplicationibus antiquis, inferebam ſpolium: tu ais me intuliſſe iterata reſtitutionis Reſcripta Cæſarea. Hinc fit, quòd in iſtiuſmodi allegationibus

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur

Cruſius & Romanus, nigrum & album, falſum & verum. Taceo, quòd cit. q. 7. n. 17. nihil ſimile me fateri, quiſquis numerum illum perlegerit, facile iudicabit: Vt vel hinc appareat, Cruſium graui ophtalmia, vel Eclipſi Tobiana laborare, cui medendæ nihil vtilius, quàm collyrium ex medulla *Aſtri inextincti, &* aquilinis oculis confectum illinire & obligare.

Aquila proprium nidum & pulſos exuſſit.

3. Viderint autem Opponentes vniuerſim, etſi pullos Iouis ſe eſſe exiſtiment, ne in tam pertinaci Monaſticorum bonorum appetentia, idem ipſis accidat, quòd olim Aquilæ: Cui, videnti Ioui ſacrificium in ara ex agnina carne fieri, moxque aduolanti, ac bonam partem auferenti, carbo ignitus alis adhæſerat, quo poſtmodum & nidum & pullos, quibus prædam advexerat, improuiſo incendio conſumpſit & exuſſit.

BVBO.

Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.

Fol. 83. *col.* 2. *in fin.*

Quaſt. 2. *ſect.* 3 *c.* 2. *ſub num.* 2.

249. Aſtrum inext.

1. *Vtrum verò detur hic etiam poſtliminium perſonarum, quaſtionis eſt.* inquit Cruſius, ASSERIT *quidem F.* ROMANVS, *q.* 1. *n.* 33. *ſed non probat; & refutatur ex eo, quòd Monachi, qui erant antè Domini ſint omnes extincti, ideoq; non poſſint dici perſona illorum poſtliminio reſtitui; cùm non entis, nulla ſint qualitates.* Helleberò indiget alteruter noſtrum, Cruſi; ſi aut ego aſſerui, ad reſtituenda Monaſteria, hodie requiri reſurrectionem mortuorum, ſeu, quod idē eſt, poſtliminium perſonarum mortuarum in indiuiduo: aut Cruſius me id affirmaſſe aſſerens, in probatione ſuccubuerit. Allegat ex *Aſtro* q. 1. n. 33. vbi ex Franciſco de Rubæis, hæc verba leguntur. *Deniq; adeſt Sedes Apoſtolica, omniū mater, qua ſarta tectaq; manutenere debet iura, priuilegia, & ſtatum antiquum dictorum Monaſteriorum; quod ſanè fieri nequit, niſi illa* IVRE POSTLIMINII *in priſtinum ſtatum & ſummam reſtituat, ſubſtituendo* ALIOS ABBATES ET MONACHOS EX ORDINE S. BENEDICTI. Et infrà. *Sed vtetur d. Sedes Apoſtolica, ſolicitudine veri Generalis, & poteſtate Pontificia ordinaria, ijsdem Monaſteriis prouidendo, ſeu prouideri permittendo de* ABBATIBVS HOMOGENEIS, ET EIVSDEM INSTITVTI, *iuxta conſuetudinem Eccleſia, & ſacrorum Canonum praſcriptum.*

An detur poſtliminium in reſtitutione Monaſteriorū

2. Hæc ſunt quæ ibi ſcripſeram de poſtliminio: Ex quibus ſi Cruſius perſonarum poſtliminium in indiuiduo à me aſſertum deprǽhendere potuerit, libenter ipſi poſtliminium ſui intellectus admittam. Illud autem ſignanter aduertat velim, quòd ibid. numer. 35. in fin. ſubiunxerim: *Eſſe* videlicet *nobis ſermo-*

ſermonem de Monaſteriis reſtituendis, non de mortuis reſuſcitandis; nec de ſepultorum, ſed de rerum & Ordinis Religioſi ſuperſtitum, ſeu perſonarum Ordinis (vt Abbatis, Prioris, & Conuentualium) reponendarum poſtliminio me diſſeruiſſe: aliud enim eſt poſtliminium perſonarum ejuſdem qualitatis, & aliud poſtliminium perſonarum ejuſdem indiuidui, ſeu cujuslibet in indiuiduo. quæ omnia Cruſius ſe ſimulat non aduertere. *Poſt liminiū perſonarum duplex eſt.*

3. Vt video, ab aquila ad bubonem deflex imus, qui olim in publicis auium comitiis, cęteris ad regia Aquilæ ſeruitia & aulā pullos ſuos certatim offerentibus, ſuos & ipſe, graui (vt ſolet) vultu obtulit, ac de venuſtate pro ephebis mirum in modum commendauit: Interrogatus, cujuſnam eſſent formæ, cuius leporis & gratiæ? reſpondit, ejuſdem ſecum. Quo dicto, omnes aues in cachinnum ſolutæ, Bubonis genium & habitum exſibilarunt. Tales pullos, ſeu allegationes parit Cruſius, omnes ingenio ſuo dignas, & rotundo parenti ſimillimas: nempe ſuum cuique pulchrum. *Speculum mentis, plerumque in verbis refulget*, ut ait S. Ambroſ. 1. Offic. c. 18. Sermo enim, animi vultus eſt. *Bubonis lepor.*

Qualia verba viri, talis & ipſe vir eſt.

MVSCARIVM.

Fol. 84. col. 2. in fin.

Qu. 2. ſect. 3. c. 2. ſub n. 4.

Fuſte mihi caput inungit Opponens: *Sed hac, inquiens, ipſius F. Romani, tanquam ſacrorum CANONVM PROFESSORIS ignorantia, utrum toleranda ſit, ipſe audierit ex l. 2. §. Seruius. ff. de orig. jur.* Sacrorum me Canonum Profeſſorem ſalutat & nominat, ut cæptam telam ubiq; perficiat. Gratias mi Cruſi, pro tam eleganti muſcario; agnoſco pennas pauonias: ſed quia muſcę hac æſtate me non vexant, & uſum huius flabelli neſcio, reſtituo. Alibi hoc oleum vende. Hominem non amo, qui altera manu mihi demulceat caput, altera feriat maxillam. *Tutius eſt*, aiebat Diogenes, *incidere in coruos, quàm in adulatores*. falſa laus, conuitium eſt. 295. Aſtrum inextinctū.

PICA.

Fol. 88. col. 1 in med.

Qu. 2. ſect. 3. c. 3. n. 1.

1. Turdo me ſtolidiorem exiſtimat hoc loco Bremenſis, quaſi meiſmet verbis & nido me capiam. *Nam F. Romanus*, ait, *probaturus Ordinem adhuc poſſidere, oſtendit ejus CONTRADICTORIAM propoſitionem, Ordinem non poſſidere, ſed poſſeſſione ſpoliatum eſſe, adeoq; agere poſſe interdicto recuperandæ poſſeſſionis. At quiſquis ſpoliatus agit interdicto recuperandæ, non poſſidet. §. recuperandæ. Inſtit. de interdictis, igitur, &c.* Hæc ille, magis ſpirans fallacias quàm aërem. Vtque totus ineptire videar in adſtruendis contradictoriis, ipſe ſe in Logica, & in utroque Iure infantem ſimulat: Nimirum in contradictoriis 296. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES. ignorat requiri, ut contradictio ſit circa rem prorſus eandem; ſi enim circa diverſa ſignificata fiat contradictio, non erunt propoſitiones contradictoriæ. v. g *Homo eſt albus:* & *homo non eſt albus:* non ſunt contradictoriæ, ſi digitum hic intendam in Æthiopem, ibi in Europæum.

Datur poſſeſſio civilis, una cũ ſpolio poſſeſſionis naturalis. 2. Alia eſt poſſeſſio naturalis, alia civilis: Et fieri poteſt, ut quis ſpolietur naturali, civilem verò retineat: Talis ſpoliatus, nõ poſſidet naturaliter, ſed agit interdicto recuperandæ, quantum ad naturalem, ut l. 1. §. dejicitur. ff. de vi & vi arm. Tiraq. de jure conſtit. poſſeſſ. p. 2. ampliat. 11. Dynus in c. ſine poſſeſſione. de reg. jur. in 6. n. 17. Men. remed. 15. recup. poſſ. n. 389. & ſeqq. Hinc ait Rota, quòd *petens immiſſionẽ, ſi habet civilem, intelligitur petere immiſſionem pro naturali.* deciſ. 494. n. 6. apud Coccinum. Civilem autem cùm retineat, nec ſit eâ ſpoliatus, agere non poteſt interdicto recuperandæ civilis; niſi forſan in Logica Cruſiana, ſint etiam hæ duæ propoſitiones contradictoriæ; *Æthiops eſt niger*, ſubintelligendo quoad pellẽ; Et; *Æthiops non eſt niger*, ſi ſubaudiam dentes; quàm Logicam Æthiops exertis dentibus ridebit, ac digitũ in bicolorem picam intendet, quã in ſuo aviario Cruſius pro pſittaco venerabatur. Atq; per hanc diſtinctionem ſolvitur ipſius ſyllogiſmus, quem cit. loco n. 7. contra me formaverat. Vide quæ de hac ipſa re attulimus ſuprà, allegat. 67.

TINNVNCVLVS.

Ibid. col. 2. poſt med.

Qu. 2. ſect. 3. c. 3. num. 2.

297. Aſtrum inext. Affirmat ibi Cruſius, *à me* in Aſtro. q. 1. n. 80. *malè citari Bartolum in L. Municipes ff. de acquir. poſſ. cùm citandus ſit in l. 2. §. Municipes. ff. de acquir. poſſ.* Vnde colligitur 1. me viciſſim jure computare ſimiles ipſius allegationes, in falſa numeri aſſignatione cõſiſtentes; quo enim jure quis erga aliũ utitur, contentus eſſe debet, ut eodem aliuserga ſe utatur. 2. Elucet hinc, quòd non ſolùm ------ *quandoq; bonus dormitet Homerus*, ſed etiam Cruſius, qui me volens humo levare, ipſe in cœnum prolapſus eſt; neq; enim citanda eſt lex ſecunda, ſed prima, §. 22. Municipes. ff. de acq. poſſ. Quod & Philoſopho olim accidiſſe ferunt, qui aſtra inextincta ferventiùs cõſiderans, ſui met oblitus, incautis pedibus in foſſam, quam non adverterat, incidit. Prodeſt quandoq; etiam pedes habere oculatos; aut inſtar tinnunculi rem ſubſiſtendo attentiùs contemplari.

NOCTVA.

Fol. 89. col. 1. ſub init.

Qu. 2. ſect. 3. c. 3. num. 2.

298. Aſtrũ in extinctum. Malè allegat Cruſius *Aſtri* q. 1. n. 80. quaſi eo loco tranſirem à ſignificatione *familiæ jure proprio*, ad ſignificationem *familiæ jure communi* nuncupatæ, cùm nullo verbo tranſitus iſte ibidem inſinuetur: Imò contrarium diſertè aſſe-

aſſeruerim ead. q. 1. n. 68. his verbis: *Nec ullus hominũ hucuſq; fuit, qui negaverit Ordinem S. Benedicti, eſſe ac dici familiam S. Benedicti, fateturq; Layman fol.* 350. *Iam verò familia refertur ad corporis cujuſdam ſignificationem; Nã IVRE PROPRIO familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut naturâ aut jure ſubjectæ.* Vnde non eſt, quòd me cavillatorem nominet, & morbum ſuum in me transferre ſatagat ulceroſus Cruſius, qui paſſim *Ius commune*, (ut noctua Solem) fugiens, *Ius proprium* ac peculiare ſibimetipſi fingit, idq; aliis, arte Pelaſga, pro *jure communi* propinat. FALSÆ ALLEGATIONES

ACCIPITER.

Fol. 92. col. 1. poſt medium.
Quæſt. 2. ſect. 3. c. 3. num. 7.

Ex F. Romani mente, n. 96. d. q. 1. ABSENTIBVS vivis adhuc Monachis illorum Monaſteria occuparunt hæretici, & Monachos ad ea reverſuros noluerunt admittere: Igitur Monachi etiam vivi illorum Monaſteriorum poſſeſſionem civilem amiſerunt. Mentem meam, contra meam mentem hoc loco allegat Cruſius, quaſi ſenſerim, *ABSENTIBVS vivis adhuc Monachis, illorum Monaſteria hæreticos occupaſſe*: nam ijs præſentibus & reluctantibus, ea violenter accipitres invaſerunt, Monachos partim in exilium profligarunt, partim ad apoſtaſiã incitarunt, & reclamantes fame ac ærumnis confecerũt. Exulantib. autem, per Tranſactionẽ Paſſavienſẽ, publico Imperij pacto, ad vitãda majora Germaniæ mala, regreſſus ad multa intercluſus quidẽ fuit; ſed tali caſu, ſecundũ Tiraq. cit. limit. 21. n. 10. civilis poſſeſſio non cenſetur amiſſa juxta Rom. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. col. 1. verſ. cui adde. Ac ſaltem civilis poſſeſſio bonorum hujuſmodi Eccleſiaſticorum, penes Ordinem Religioſum, & Eccleſiam univerſalem remanſit, cùm tales accipitres, utriuſq; poſſeſſionis (ut juris nomen eſt) ſint incapaces. 299. Aſtrum inextinctum

AVES CORNVTÆ.

Fol. 93. col. 1. poſt med.
Quæſt. 2. ſect. c. 3. n. 10.

In eadem chorda ſemper Bremenſis oberrat Apollo: *Ordo*, inquiens, *teſte F. Romano ſupplicavit Imperatori pro Monaſteriis occupatis & emortuis recuperandis. q. 1. n. 92. ibi: ſupplicationibus ad Imperatorem diverſimodè factis. q. 7. n. 15. & ſeqq. ac impetravit reſcriptũ Imperatoris. d. q. 7. n. 17. & quidẽ quaſi ipſe poſſeſſione Monaſteriorũ emortuorum eſſet ſpoliatus. q. 1. n. 98. & alibi.* Crambem hanc, jam ter quaterq; coxit Cruſius, ut videre eſt allegat. 65, 271. & 293. Ego loquebar de Carolo V. Cruſius de Ferdinando II. Verba mea erant: *ex hiſtoriis & ſupplicationibus* ad *ImperatoreS. diverſimodè factis &c.* Cruſius invertit, aitq; me ſcripſiſſe de *ſupplicationibus ad Imperatore M factis.* Ego per ejuſmodi ſupplicationes probaveram antiquas Monaſteriorum ſpoliationes: Cruſius reſtitutionem eorundem recentem inde me evincere ſomniat. 300. Aſtrum inext.

Aues cornutæ

Nempe cornutas etiam aues, in auiario ſuo nutrit, (quod ab auiando auiariũ dici nemo dubitet;) quales inter Molucas Meſſana Inſula gignit; in qua ſunt aves gallinarum noſtrarum magnitudine, quibus in capite ſunt cornua, pariuntq; ova non minora anſerinis, quæ non fovent, ſed terra condunt ad ulnas tres, ſeu quatuor, indeq; pulli ſuo tempore prodeũt, ut refert Pigafetta citatus à Maiolo colloq. 6. Id ſolum præ iſtis peculiare habent aues Cruſianæ, quòd cornibus vbiq; impingant, dignæ quæ humi, foſſa tricubitali ſepeliantur, priuſquam in lucem prodeant.

STRVTHIOCAMELVS.

Fol. 93. col. 2. ſub init.

Qu. 2. ſect. 3. c. 3. nu. 10.

301. *Neceſſe eſt*, inquit avicularius Bremenſis, *ut Ordo doceat eſſe vera, quæ re-*
302. Aſtrum *tulit in preces de ſua poſſeſſione, ejusq; titulis & cauſis Imperatori exhibitis, At cùm*
303. inext. *Ordo hæc non oſtendat, nec oſtendere poſſit vera; ideo Imperatoris Reſcriptũ cenſe-*
304. *bitur ſub- & obreptitium, ex doctrina F. Romani q. 4. n. 51. §. quæ omnia. & quidem ex parte Ordinis in libello ſuo ſupplici falſas cauſas ſuggerẽtis, verasq; ſupprimẽtis, ut videre licet ex toto HOC tractatu; non verò, ut ratiocinabatur F. Romanus q. 4. n. 51. 52. q. 7. n. 13. & 22. ex parte Aulicorũ Conſiliariorum Imperatoris.* Chriſtas ſublimè erigit Cruſius, vt Struthiocamelũ adversùm me roſtro ſuo inſurgere crederes, qui etiam ferrum eſſet deuoraturus, nedum hominem. Quaterna parit ova, ſed vitello carentia, ſoloq; putamine ſpecioſa: Quatuor allegationes allatæ, nervo carent & ſucco; non enim tam criticum quàm Creticũ dictũ eſt, me ibi ratiocinatũ fuiſſe, quòd ex *parte aulicorũ Conſiliariorum Imperatoris* origo ſub- & obreptionis Reſcriptorum provenerit. Ad textum meum provoco. Chriſtas proin ſecurè demittat monſtroſum hoc (ut vocant) animal. quod volucrem dici volunt plumæ, roſtrũ & caput: verùm quia volare neſcit, volucrem eſſe negat Plinius lib. 10. c. 1. In hoc tamen Cruſio ſimillimum, quòd pedibus appræhẽſos lapides, in inſequentes jaciat. Durũ genus, & Deucalionis aut Saxonis alicujus ſtirpe prognatũ. Sed & illud pro ſe captat noſter Democritus; quòd ſcribat Cruſius, *ex HOC toto tractatu* ſuæ Eclipſeos *licere videre*, quòd Ordo ſupplicans Imperatori falſa ſuggeſſerit & vera ſuppreſſerit. Nempe Eclipſis Cruſij iam facta eſt lapis lydius. Erras, erras, bone vir, pumicem in manu geris, quingentis foraminib. favo crabronũ lõgè ſimiliorẽ, quàm lydio lapidi. Hũc priùs emẽda, quàm ex eo alia. Lux menſurã nõ recipit à tenebris.

A R D E A.

Fol. 95. col. 1. lin. 7.

Qu. 2. ſect. 3. c. 3. n. 14.

305. Aſtrum. Splendidè imponit Aſtro inextincto Cruſius, his verbis: *F. Romanus*
inext. *oſtenſurus Ordinem poſſediſſe, aut etiam poſſidere bona emortuorũ Collegiorũ Monaſticorum, illud ita probat ex d. c. redintegranda. Quia Ordo habuit antiquiorẽ*

poſſeſ-

 FALSÆ ALLEGATIONES.

poſſeſſionem. Si hoc eſt probare, neſcio quid non poſſit probari. Pro fungo Lectori vendere me vult Cruſius, quaſi idem ex eodem intuliſſem; & nec paginam, nec numerum adfert, ubi ſic fuerim argumentatus. Si non candidè, ſaltem cautè Cruſi, ne pueri noſcent te toties ex Græcia, læto Diomedæarum avium occurſu, in Cretam nauigare.

ANATES SILVESTRES.

Iniqua excuſatio, nova culpa eſt.

Fol. 95. col. 1. in med.

Quæſt. 2. ſect. 3. c. 3. n. 15.

1. Ejuſdem farinæ argumentationem mihi affingit: *Fortè dices,* inquiens, *F. Romanus ita argumentatur: Ordo ſpoliatus poteſt agere remedio d. c. redintegranda. Igitur Ordo ante poſſedit. Antecedens probatur, quia Ordo habuit poſſeſſionem, & ingreſſurus ad ſua Monaſteria non admittitur. Igitur Ordo fuit ſpoliatus, poteritq; agere dicto Remedio. F. Romanus. q. 1. n. 90. 92. 93. 94. maximè nu. 6. Præclarè ſanè. Nunquid hoc eſt in circulum ire?* Poëtam agis, mi Cruſi, & vertigine laboras. Tu circulum fingis, non ego. Vbi, quæſo, terrarum hac uſus ſum argumentatione? allegas ex *Aſtro* & numeras numeros quinque: & ego totidem tuos errores. Lectoris candorē imploro, ut allegatos numeros diligenter evolvat, judicetq; num monſtrum hujuſmodi in meo, an in Cruſii cerebro fuerit natum. Si meis vult rationibus argumentari Cruſius, utatur verbis meis, nihil affingendo, nihil detrahendo, ſed ut iacent allegando. Non dicat, *fortè dices*; ne fortè mentiatur. 306. 307. 308. 309. 310. Aſtrum inext.

2. Num. 94. poſueram ipſum caput redintegranda: nimirum, *Redintegranda eſſe omnia expoliatis vel ejectis Epiſcopis præſentialiter, & in eo loco unde abſceſſerant funditus revocanda, quacunq; cõditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia majorum, aut per quaſcunq; injuſtas cauſas, res Eccleſiæ, vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcantur &c.* Iſte Canon, erat mea propoſitio Maior: Minorem mox n. 95. ſubjeci hanc: *Cùm igitur Ordines antiqui & Eccleſia Vniverſalis, notoriè taliter ſpoliati fuerint Monaſteriis & Epiſcopatibus &c. Sequitur,* (En concluſionem!) *eosdem ante omnia, ex quacunque tandem injuſta cauſâ fuerint privati, reſtituendos eſſe.* Iſta fuerat materia, ſeu maſſa mei diſcurſus; quam ſi vel fabro ferrario in officinam tranſmiſiſſem, ſinceriores inde cudiſſet ſyllogiſmos & enthymemata, quàm Cruſius. Vt video ſilveſtres etiam anates in aviario ſuo educat aviarius noſter, ſed adeò feras, ut ad hominis adventum repentè avolent.

A L A V D Æ.

Fol. 95. col. 2. in med.

Qu. 2. ſect. 1. c. 3. n. 6. & ſect. 3. n. 18.

1. En ut hìc præ feneſtris, longo ordine, ſuſpenſis incluſæ caveis canunt 311.

 alau- 312. Aſtrum inext.

alaudæ, luſciniæ, merulæ, fringillæ, carducles, ligurini, linatiæ, citrinellæ, chlorides, & è Canarijs inſulis allatæ deliciæ Cruſianæ, de quibus fuſiùs in ſua Ornithologia Vliſſes Aldrouandus tom. 2. lib. 18. per tot. Purgatis auribus hic opus erit, ut cujuſq; cantum accuratè internoſcamus, & ex cantu volucrem. Citato nu 6, allegat *Aſtri* q. 1. n. 89. aitq; me ibi taliter argumentari. *Quartò & ultimò probatur Antecedens, quia in Ordinem CONTINVATVR poſſeſſio, ſicuti hæreditas in hæredem, eò quod jura continuentur in hæredes. l. nihil aliud. ff. de verb. ſign. Poſſeſſio autem, eſt etiam aliquod jus: ergo..* Dicto verò nu. 18. ſoluens hanc falsò mihi imputatam argumentationem, *Reſpondetur*, inquit, *inde iterum argui F. Romanum ſuæ in jure imperitiæ. quo enim jure, quáue Dd. auctoritate fultus, aſſerit poſſeſſionem ipſo jure in hæredem continuari?*

2. Sed age, deſcribamus integrum illum nu. 89. ex *Aſtri* q. 1. allegatum, ut oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant; qui ſic habet: *Ex quibus & antedictis, ne toties eadem repetamus, etiam ſeptimo argumento ſatisfactũ opinamur. Nullus enim Abbas hic praeſſe cupit pluribus Monaſteriis. Hæreditatem autem tantam patrimonij S. Benedicti DEBERI Religioſis heri profeſſis, nemo mirabitur, qui perpenderit, omnia bona Eccleſiaſtica reſtituenda, veluti patrimonium Chriſti, & antiquam poſſeſſionem, jure hæreditatis DEBERI etiam Clericis heri natis, ſeu moderno Ordini Sacerdotali. Vide & pondera c. ſignificarunt. de teſtib. gl. ibid. verb. ea ratione. & verb. recurſum.* Habes totum hîc numerum meum allegatum Lector, ubi alluſeram ad Breve Apoſtolicum Vrbani VIII. in quo, *Mira iucunditate*, dicebat Pontifex, *animum noſtrum replevit nuperũ Majeſtatis Tuæ Edictum, quo jubentur ſectari VETEREM POSSESSIONEM dimittere Eccleſiaſticorum bonorum ORDINI SACERDOTALI.*

3. Vides ergo, me loco cit. nomine *antiquæ poſſeſſionis*, non intellexiſſe actum inſiſtentiæ poſſeſſoris, ſed ipſa bona Eccleſiaſtica, ſeu poſſeſſionem objectivam. Et poſito quoq; me de ipſo actu inſiſtentiæ locutum fuiſſe, Vbi quæſo dixi, hujuſmodi *VETEREM POSSESSIONEM ipſo jure in hæredem CONTINVARI?* ubi dixi, *ſicut hæreditas in hæredem?* ubi rationem attuli, *eò quòd jura continuentur in hæredem? DEBERI, DEBERI* dicebam ego, non *continuari*. Quantum autem interſit inter verbum *deberi*, & verbum *continuari*, ex Calepino Cruſium docebit Floſculus puer, ipſumque egregiè ridebit, quòd in caveis ſuis, pro alaudis meras Vpupas nutriat; nẽpe criſtatas aves, quæ ſemper in ſordido ſuo nido, *veterem poſſeſſionem CONTINVANT*: adeò difficile eſt aſſuetos Cretenſium mores & humores deſueſcere. Sed quid adeò mirum in Cruſio, cui πᾶν τὸ σύνηθες γλυκύ. Ne tamen animo linquatur, imbibat hanc ſententiam Rotæ: *Opinio, quod poſſeſſio defuncti non continuetur, abſq; nova apprehenſione, non procedit, quando Eccleſia vel dignitas eſt in poſſeſſione, & agitur nomine Eccleſiæ, vel dignitatis.* deciſ. 490. nu. 2. apud Ioan. Bapt. Coccinum Rotæ Decanum. Applica deſtitutis Eccleſijs, & vacantibus ibidem dignitatibus, quorum nomine petitur hodie reſtitutio ſpoliatæ naturalis.

Dulceſcit, cui quis aſſueſcit.

STVR-

STVRNI.

Certi periculi parens, eſt incuria.

Fol.99.in tit. & fol.100.col.1.n.1. & fol.106.col.1.
Quæſt.3.c.1.in tit.& nu.1. & q.ead.c.2.in init.

1. Sturnatim his locis in me involat Aviarius Bremenſis, etiam uſurpato meo nomine, Vnionem cũ Ordine Religioſo confundens, & in margine ſcribens. *Concluſio F. Romani*; cùm tamen in *Aſtro* nunquam dixerim Monaſteria eſſe fundata Vnioni, ſed Ordini. Vnde non eſt quòd de philomelis ſuis glorietur, quas in Solē productas, nō niſi ſturnos eſſe deprǽhendimus. Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Apparet, Cruſio plus cordi eſſe Vniones hos, quàm has.

313. 314. 315. Aſtrum inext.

Similis ſimili gaudet.

Fol.101.col.1.poſt med.
Quæſt.3.c.1.num.6.

2. Sturnorum eſt, quemvis hominem fiſtulantem, aut canentem volucrem, imitando ſubſannare & illudere. Hoc agunt aves Cruſianæ. Cùm in *Aſtro* q.1.n.43. ex Lælio Zecchio & Concil.Trid. docuiſſem, *Beneficia ſæcularia de jure communi danda eſſe ſæcularibus, & regularia regularibus*, & quidem *TANTVM illius Ordinis.* Et q.1.num.12. præmiſiſſem, proviſionem jure devolutionis ad Superiorem pertinentem, non eſſe liberam, ſed tranſire cum ſuo onere, ita ut fieri debeat ejuſdem qualitatis & Ordinis perſonis, quibus ante devolutionem debebantur: Cruſius cantum hunc æmulatus, illudendo ſic me ceciniſſe fingit. *Confirmatur ſecundò*, ex Aſtro.*q.1.n.43.fol.52.53. & nu.12.fol.54.quia PONTIFEX OBLIGATVR, ut Beneficia ſæcularia det ſæcularibus, Regularia Regularibus.* Per omnes Turnos & ſturnos Cruſium obteſtor, ubi vel ſemel allegando jus commune, ego, vel d. Zecchius, vel etiam Concilium Trid. ex eo Pontificiæ poteſtati abſolutæ, OBLIGATIONEM injecerimus? Aliud eſt, quòd ſecundùm juris communis diſpoſitionem à Superiore devolutionis fieri debet; & aliud, quod Pontifex ſupra jus commune, ex cauſa ſufficienti & legitima diſponere poteſt. Nimirū pedicas hic mihi injicere volebat aſtutus Aviarius. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, propriâ umbrâ perſecuta. Id nempe ſapere eſt, non nimium ſapere. Deſipit ac ſeipſum decipit, quiſquis alteri cum periculo proprij nominis perperam imponit.

316. Aſtrum inext.

VESPÆ ET SCARABÆI.

Fortior eſt ratio, quàm conſuetudo.

Fol.114.col.2.ante med.
Qu.3.c.3.ſub n.1.

Cruſius hoc modo concludit. *Hinc II. colligitur F. Romanū falli, quādo negat fundationes factas intuitu illuſtriū perſonarum, cùm quotidianus uſus contrarium doceat.* At ubi, quæſo, aliter quàm de fundationibus Monaſteriorū verba feci? Verba mea in *Aſtro* q.1.n.60. hæc erant. *In fundationibus* Monasteriorvm

317. Aſtrum inext.

atten-

attendenda eſt ratio formalis fundandi. Et infrà. *Fundator igitur Monaſterij, transferendo rerum ſuarum dominium in Abbatem & Conventum introductum, non fecit illud intuitu ſtemmatis perſonarum in individuo, vel natalium ipſorum MONACHORVM, neque intuitu prioris Monaſterij, in quo erant profeſſi (aliàs incorporatio facta fuiſſet ſtemmati, vel priori Monaſterio) nec inquantum erant purè Clerici duntaxat; quia ſi hoc voluiſſet, debuiſſet purè Clericos ſæculares, non Monachos introducere. Iam autem fundator bona ſua in eos tranſtulit, inquantum erant Monachi, ſive membra hujus illiuſvè Regulæ vel Ordinis (prout erga quemlibet Ordinem ſeſe inſpirari vel affici ſenſit.) Et ſic MONASTERIVM cum omnibus bonis ſuis, fuit incorporatum Ordini.* De Monaſteriis proinde ſolùm mihi ſermo fuit, quorum nullum, intuitu ſtemmatis perſonarum nobilium fundatum eſſe, legere me memini. Redibit hac de re fuſior mentio allegat. 453. Vbi igitur negavi Eccleſiarum v. g. aliquarum Cathedralium vel Canoniſſarum, factas eſſe, vel fieri poſſe, intuitu illuſtrium perſonarũ, Deo tamen, non Mundo ſervientium? Aut fallor, aut fallit noſter Ariſtæus, in aviarium & apiarium ſuum etiam veſpas & ſcarabæos admittendo.

CICONIA.

Fol. 116. col. 1. lin. 4.
Quæſt. 3. c. 3. num. 3.

318. Aſtrũ inext. Ciconias hic ſtrepere audio, quas grues eſſe Cruſius opinabatur. *Cur F. Romanus*, inquiens, *loco cit.* q. 1. n. 60. Aſtri. *negat relicti vel legati incorporationem fieri illi Monaſterio, in quo Monachus priùs fuit profeſſus, atque ex quo ad hoc Monaſterium eſt translatus?* Cruſiana eſt hęc allegatio, cui qui fidit, Aſtrum non vidit: ubi hæc cit. loco leguntur. *Favent declarationes Cardinalium ſuper cap. 16. ſeſſ. 25. Concilij Trid. de regular. ubi: Poſt profeſſionem, inquiunt, quilibet regularis, etiam extra clauſtra degens, ſi moriatur cum habitu, IVRE omnia ſua bona mobilia & immobilia acquirit Ordini, in quo profeſſus eſt. Et Laurentius Forer in diſput. de Abbatib. theſi 153. docet, Iura, proprietates, poſſeſſiones, reditus, &c. Monaſteriorum, in perfectum Religioſi Ordinis dominium devolui.* Ecce aſſerui relictorum & legatorum incorporationem fieri Ordini: Monaſterio in quo profeſſus fuit, fieri, nunquam negaui, cùm & ipſum Monaſterium ſit incorporatum Ordini. Neque enim ſibi contrariantur dominium altum, & dominium baſſum. Talis quippe incorporatio, primùm fit Monaſterio, quod hac ratione acquirit rei dominium immediatum & utile, propter onus quod habet in ſuſtentando Religioſo: Sed quia Monaſterium eſt membrum Ordinis, ſic tranſit dominium mediatum in Ordinem; & quoniã Ordo membrum eſt Vniverſalis Eccleſiæ, ſic deniq; altum dominium & incorporatio tranſit ad Eccleſiam Vniverſalem. Inſpiciat Cruſius doctrinam hanc in *Aſtro* fuſiùs declaratam d. q. 1. n. 60. 61. 62. & 63. Planè fieri nequit, ut ipſe in tenebris & Eclipſi ſua immerſus, alijs veritatis lumen oſtendat, niſi ab *Aſtro* radij affulgeant.

FALCO

FALCO ET ARDEA.

Miſeriarum portus, eſt patientia.

Fol.118.col.1.in fin.& fol.120.col.1.in princ.
Quæſt.3.c.3 num.10.in fin.& num.13.

Iucundam luctam inter ardeam, & emiſſarium falconem hoc loco viſuri ſumus. En, ut à piſcinis Cruſianis, vix nobis eminus viſis, in altũ evolat ardea, inter ſidera, ut apparet, nidũ collocatura. *Miror hîc*, inquit Cruſius, *F. Romani ingenium, quòd cùm q.1.n.34. Canoniam Monachalem ex Azorio NEGET eſſe Beneficium, nihilominus pro Canonia defuncti Monachi extincta argumentetur.* At ego multò magis miror ingenium Cruſij, quòd ea mihi imputet, quæ nunquam dixi. Age, ſubmittamus falconem, qui ardeam Cruſianam inſectetur. Primò, errat Bremenſis allegando numerum 34. cùm allegare debuiſſet n.33. in fin. Præterea, verba mea ibi hæc erant; *Præmittendum hoc loco, quid ſit Canonia Monachalis, quam Azorius p.2.lib.3.c.26.q.7. NEGAT eſſe Beneficium Regulare, contra gloſſ. in Clement. diſpendioſam. verb. beneficiis. de judic.* Igitur non negavi eſſe regulare beneficium, ſed Azorium negantem allegavi. Si hoc eſt negare, jam & Cruſius mecum negabit ulla Monaſteria deſolata, extincta eſſe; quia in ſua Eclipſi, ſexcenties me id negantem allegat. Et ſic falcones mei, omnes ardeas Cruſianas ſublimè arreptas, ac in portum miſeriarum præcipitatas, glorioſè triumphabunt. Non ſemper felix temeritas. 319. Aſtrum 320. inext.

M I L V V S.

Fol. 122. col. 1. in med.
Quæſt. 3. c. 3. n. 16. in fin.

Imponit mihi Cruſius iſtam conſequentiam. *Quænam*, quæſo, *eſt hæc conſequentia? Eccleſia, electione activa propter negligentiam privata, retinet adhuc electionem paſſivam: Ergò Eccleſiâ aliquâ Religioſorum emortuâ, alij aliorum ejuſdem Ordinis Monaſteriorum Monachi ſeu totum aggregatum Monachorum illius Ordinis, habebit jus in dictorum Religioſorum defunctorum bona? Scopæ profectò diſſolutæ!* Vtinam & in focum conjectæ! quàm metuo, ne me virgis cædere velit hic ludimoderator, quando *ſcopas diſſolutas* jam manu tractare incipit! væ noſtris nativitatibus. Sed en, pacem offero, ſaltem ultra nouem ictus, juxta ſuas regulas, utique non infliget; adeoque mitiùs habebor Apoſtolo Paulo, qui quinquies quadragenas, una minus, accepit. In toto Aſtro, talem conſequentiam, tam infauſto ſidere in Eclipſi Cruſiana natam, nuſquam formavi. E Cruſianis tenebris, hæc *deliquia* pronaſcuntur. Ex quo autem antecedente, Ius Ordini Religioſo ad Monaſteria deſtituta aſſerverim, in *Aſtro* q.1.n.12. & ſeqq. num. 36. & ſeqq. ac alibi demonſtravi. Puer, actutum adfer tubum opticum, decumanum illum, eundemq; naſo Cruſiano per juxtapoſitionem animosè applica, ut legat in *Aſtro*, quod ſe legiſſe diſſimulat. 321. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Scopas diſſolutas prope ipſum dormientes, ne metue; bile carent & neruo. Meræ ſunt plumæ, quibus palumbem laniatam exuit miluus. Et tu in uirum, nucibus abjectis, euades olim, ne dubita:

Ex nuce fit corylus, ex glande fit ardua quercus,
Sub qua tu recubas arbore, virga fuit.

L V S C I N I A.

Otium, rubigo eſt ingenij.

Fol. 127. col. 1.

Qu. 3. c. 3. nu. 20.

1. Quod ut vitet Cruſius, iteratò mihi ſuũ Graia calliditate affingit vitioſũ ſyllogiſmum; ex cap. inter quatuor. de relig. dom. nimirũ hunc: *Monaſteriũ manebit ordinatum ex Religioſis ejuſdem Profeſſionis, quamdiu poteſt: at quamdiu ſupereſt in Orbe terrarum Monachus illius ordinis, tamdiu poteſt: Igitur quamdiu ſupererunt in Orbe terrarum Monachi illius Ordinis, tamdiu Monaſterium MANEBIT ordinatum. Ecquis enim eſt, qui non videat abſurditatem; nimirum, quòd quæ Monaſteria non ſunt ordinata*, uti ſunt deſtituta, *maneant ordinata? An aliquid quod non eſt, perſiſtere ac perdurare poteſt?* Hæc ille. Sed ecquis eſt, qui non videat abſurditatem allegationis Cruſianæ? Nam primo ſyllogiſmus hic inſulſiſſimus, in Cruſij, non meâ officina cuſus fuit; Secundo neque Canon, neque ego unquam diximus, *Monaſterium manebit ordinatum*: ſed *quamdiu Monaſteria per regulares remanere*, ſeu ſubſiſtere *potuerint ordinata.* Nec diximus, *per regulares primitus introductos*, vel, *per ejus loci profeſſos*; ſed *per Regulares* abſolutè, nimirum ejuſdem Ordinis: deinde in horum defectum, gradatim alterius Ordinis, ut rectè exponit Panorm. in cit. cap. inter quatuor.

322. Aſtrum inext.

Cruſius hoc loco, etiam Sacro Canoni imponit.

2. Loquitur autem ibi Pontifex, non per futurum *manebit*, ſeu de eo, quod futurum eſt in facto, ſed de eo quod jure fieri debeat. In Monaſterijs deſtitutis, de jure & per ſe, debebant manere Religioſi Ordinis fundati; ſed per accidens & de facto, propter violentiam hæreticorum manere non potuerunt: Quis per hanc violentiam Regularibus aſſerat jus Canonis ablatum fuiſſe? Exemplum. Sempronius teſtamento legat familiæ ſuæ domum cum fundo, per hæc verba: *Iſta domus & fundus, familia mea manebunt.* Caſu contingit poſt mortem Sempronij, & aditam à familia, hæreditatem, ut hoſtis occupet domum & fundum; An ideo ſuperſtiti familiæ nullum jus ſupererit, rem ſibi legatam opportunè recuperandi, deque ea pro libitu diſponendi, quòd Pater in teſtamento non fuerit uſus alio verbo, quàm futuro *manebit*? Fallor, aut Cruſius pro luſcinia paſſerem nutrit, & cum pijs fundatoribus & Sacris Canonibus ludit! Nam etiamſi in d. Canone poſitum expreſsè fuiſſet, futurum *manebit*, tamen intelligi deberet Iuridicè, non Grammaticè. Luſit autem Cruſius in futuro *manebit*, neſciens quid futurum eſſet. In

futu-

futuro, ſpero domi *manebit*, ne à Iure Conſultis ad *prateritum* ludum ardeatum cum falconibus, remittatur. Cruſi, deſine cum Manibus jocari; *ſerò molunt Deorum mola*, tamen feriò: Nil utilius cauta diffidentia. FALSÆ ALLEGATIONES. *Plautus.*

A P E S.

Navita de ventis, de tauris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, paſtor oves. *Propertius.*
Cruſius Eclipſes, quas parturit ipſe, recenſet.
Cretenſes aliter non didicere loqui.

Fol. 138. *col.* 2. *in med.*
Qu. 4. *c.* 2. *n.* 4. *in fin.*

Hîc ait, *me in Aſtro* q. 1. n. 2. *velle, ut bona Collegij diſſoluti, tantùm maneant* 323. Aſtrum inext.
apud Superiorem, tanquam in cuſtodia, & non tanquam verè vacantia. Atqui citato nu. 2. ne umbra iſtius dicti in *Aſtro* reperitur. Salva res eſt, jam paſtum porrigit ſuis apibus noſter Ariſtæus, ſed vrticas pro apiaſtro, fel pro melle, pro floribus fumum.

CANIS AQVATICVS.

Fol. 139. *col.* 1. *in med.*
Qu. 4. *c.* 2. *num.* 6.

In eodem valetudinario decumbens, dicit me in *Aſtri* q. 1. n. 51. & alibi 324. Aſtrum
contrariari dictis ibidem nu. 15. & 52. Diu inquiſiui in has contrarietates, 325. inext.
ſed eundem fluvium ubique manare depræhendi.

Simile his eſt, quod ibid. aſſerit, *me num.* 45. *q. ejuſd. allatrare Ripam.* Canum aquaticorum eſt, ripam allatrare. Atqui ego cit. nu. 45. nec ripam, nec Ripam allatravi, imò Ripæ ne memini quidem. Iam autem pro veritate denuo latrare juſſus, Ioannem Cruſium Bremenſem, dicto ſuo numero, Ripæ malè inſiſtentem, audacter allatro, atque ut deinceps pedem in ſuis allegationibus cautiùs figat, fidus catellus admoneo.

V V L T V R E S.

Fol. 141. *col.* 1. *& ſeqq. tribus folijs.*
Qu. 4. *c.* 2. *num.* 11. *& ſeqq. uſq; ad fin.*

1. Grandem Eclipſin in *Aſtro* depræhendit Bremenſis Galilæus, eamq; 326.
tantam, quæ totũ *Aſtrum* obnubilet, quippe quæ Summo quoq; Pontifici te- 327. Aſtrum
nebras offundat & affingat minimè tolerãdas. *Vult enim hîc F. Romanus*, verba 328. inext.
do Cruſiana, *proviſionẽ tam exemptorũ, quàm nõ exemptorũ Monaſteriorũ devo-* 329.
lutã nõ ad Papã, ſed ad Ordinarios: idq; ex ſubjectis Concordatorũ verbis exiſtimat 330. Concordata Germaniæ.
concludi. Verba ſunt hac. „ *Itẽ placet, quòd in Monaſteriis immediatè ſubjectis Se-*
di Apoſtolica fiant Electiones &c. Cateris verò dignitatib. & beneficiis quibuscunq; „

„ *ſæcularibus & Regularibus vacaturis.&c. jure Ordinario provideatur per illos in-*
„ *feriores,ad quos aliàs pertinet.* Ex his F. Romanus concludit; *proviſionem Monaſteriorum Germaniæ,tam exemptorum,quàm non exemptorum,quomodocunque vacantium,non ad Papam,ſed ad inferiores Ordinarios,quibus providere incumbit,etiam jure ſpecialis transactionis devolutam cenſeri.* Et infrà. *Cujus eſt electionem confirmare,ad illum caſu negligentiæ &c. devolvitur proviſio; ut tradit F. Romanus.q.1.nu.6.ex Panorm,in c. nullus in Eccleſia.de elect. nu.* 10. *Atqui ex recitatis Concordatorum verbis,in Monaſteriis exemptis electos confirmare, eſt Summi Pontificis. Igitur ad illum caſu negligentiæ &c. devolvetur proviſio Monaſteriorum exemptorum. Quæ concluſio directè contradicit F. Romani aſſertioni ſuprà allatæ. Sed nos modò videamus argumentum F. Romani quod ex hoc jure ſpeciali Concordatorum,ejuſmodi firmat. In Monaſteriis exemptis, ſecundùm d. Concordata fient electiones ; Ergo proviſio Monaſteriorum etiam non exemptorum , caſu quo nulli ſunt eligentes,devoluta eſt non ad Papam , ſed ad inferiores Ordinarios. Ergo Pontifex non poteſt inferioribus auferre jus providendi &c. Præclara conſequentia! quis non videt ; concluſiones omnino à præmiſſo antecedente ſeparatas ac diverſas eſſe ? An ex ſeparatis & diverſis unquam bona fiet illatio ? Conſule, MI FRATER Logicorum & IurisConſultorum regulas. Rogo te, diſcas priùs verè argumentari , quàm erroneè ſcopas diſſolutas aliis obtrudere.* Hucuſque Cruſius,ſiniſtram emunctorio, contra *Aſtrum*, ut ſibi videtur,mucoſum; dexteram ferulâ contra me armatam extendens. Sed quàm nihil emungat,quàm vafrè mea omnia invertat,quàm nullas apes, ſed meros culices & papiliones in aëre pro ſuo alueario venetur, jam Lector adverte. Non credo quòd ullus aper ſilvas aut vineta ſic vaſtaverit, ut Cruſius jura ſacra,eorumq; interpretes.

Monaſteria Germaniæ ſũt in duplici vel triplici differentia.

2. Ex verbis Concordatorum Germaniæ,& doctrina *Aſtri inextincti* q.3. n.5. §. ſed inſuper.& ſeqq. Monaſteria Germaniæ in duplici differentia reperiuntur : Quædam enim Sedi Apoſtolicæ ſunt *immediatè ſubjecta* ; & horum Abbates electi,Confirmationem à Summo Pont. accipiunt ; ut ſunt Fuldenſe,Campidonenſe,S. Galli,Melicenſe,& alia. Quædam ſunt Apoſtolicæ Sedi *non immediatè ſubjecta:* Et iſta rurſum ſunt duplicis generis: Alia enim ſubſunt locorum Epiſcopis,ut Cremiſanenſe, Weingartenſe, Ochſenhuſanum, B. V. Scotorum Viennæ,Garſtenſe,S. Petri Salisburgi,aliaque plurima; atque hæc, vulgò nuncupantur *non exempta* , licet eorundem Monachi per S. Gregorium Magnum (ut in *Aſtro* docuimus) à jugo & juriſdictione Epiſcoporum totaliter ſint exempti,& ſuo Abbati, tanquam ſuo Ordinario per omnia & in omnibus ſubjecti. Alia denique non ſubſunt Epiſcopis, veluti Ciſtercienſia,Præmonſtratenſia, Carthuſianorum , Prædicatorum &c. & hæc vocantur *exempta mediata* , quia immediatè nec ſubſunt Epiſcopis, nec Summo Pontifici,ſed Confirmationem plerumque à ſui Ordinis Superioribus accipiunt , qui & Ordinariam Epiſcopalem in eoſdem exercent juriſdictionem : Qualem etiam in ſibi ſubjectos habent Provinciales Franciſcanorum,

norum, Minorum, Obſervantium & Capuccinorum; adde Carmelitarum, Jeſuitarum &c.

3. Verùm, ad antiquos, & non-Mendicantes Ordines redeundo, tria ex prædictis colliguntur eſſe genera Monaſteriorum. Primum, quæ immediatè ſubjecta ſunt Apoſtolicæ Sedi, & in his, caſu negligentiæ, vel per mortem omnium, nunquam in *Aſtro* meo negavi, devolutionem providendi ad Summum Pontificem fieri; imò expreſsè conceſſi, docendo, *quòd ad eum devolvatur proviſio, cujus eſt aliàs electum confirmare.* Aſtri q. 1. nu. 6. & q. 3. n. 5. §. ex quibus. ubi hæc formalia poſueram. *Porrò, quamvis Concordatis non ſit repugnaturum, ſi Papa, IVS PROVIDENDI vel confirmandi, quod ipſe habet in Monaſterijs immediatè ſibi ſubjectis, à ſe abdicet &c.* Alterum genus Monaſteriorum, eſt immediatè ſubjectum Epiſcopis: & horum proviſio ſeu ordinatio, per negligentiam vel mortem omnium de Collegio, iure communi devolvitur ad Epiſcopum, qui non poteſt aliter conferre, quàm natura Beneficij & fundatio Monaſterij requirat.

Tertiũ genus eſt eorum, quæ ab Epiſcopis ſunt exempta, & tamẽ Apoſtolicę Sedi, imẽdiatè non ſubjiciuntur; adeoq; mediũ tenent locũ, & cũ utriſq; extremis quidpiã participant; cũ primis quidẽ, quòd ab Epiſcoporũ juriſdictione ſint exempta; cum alteris, quòd Apoſtolicæ Sedi, nõ ſint immediatè ſubjecta.

4. Atq; ex hac diviſione, facillimum eſt præſentes Eclipſes Cruſianas diſcutere, & falſas allegationes computare. Nam 1. imponit mihi, quòd docuerim, proviſionem tam exemptorum quàm non exemptorum Monaſteriorum, devolutam eſſe non ad Papam, ſed ad Ordinarios, idque ex verbis Concordatorũ concludi. Quod nunquam generatim, ſed cum addito, *exemptorũ mediatorum* aſſerui. Verba mea d. q. 3. n. 5. §. ex quibus. iſta fuere. *Ex quibus* Concordatis, *cùm manifeſtum fiat, proviſionem Monaſteriorum Germaniæ, tam EXEMPTORVM MEDIATORVM, quàm non exemptorũ, quomodocunq; vacantium, non ad Papam, ſed ad inferiores Ordinarios, quibus providere incumbit, etiam jure tranſactiõnis ſpecialis devolutam cenſeri; ſequitur, quòd Pontifex Ordinarÿs hoc jus diſpoſitionis activæ, & conſequẽter Ordinibus antiquis, jus diſpoſitionis paſſivæ, cum altero illo activo, veluti ſuo correlativo neceſſario conjunctum, niſi in caſu grauiſſimæ, & necdum demonſtratæ neceſſitatis, auferre non poſſit.* In qua mea ſententia referenda, Cruſius aſtutè, ſi non doloſè, vocem MEDIATORVM à me expreſsè poſitam, tacendo ſuppreſſit, ut locũ faceret impugnationi contra me animoſius ſuſcipiendæ. 2. Imponit Concordatis & mihi, quaſi pro eodem habuerimus, eſſe *exemptum*, & eſſe *Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectũ*; cùm tamen hæc ambo plurimùm inter ſe differant, & Concordata reſeruent Confirmationem Summo Pontifici, non in omnibus Monaſteriis exemptis, ſed in immediatè duntaxat Apoſtolicæ Sedi ſubjectis. 3. Imponit, ac ſi Pontifici Maximo negaſſem devolutionem providendi in Monaſterijs immediatè ſibi ſubjectis, quod falſũ eſt. 4. Affingit mihi, ſuo more, ineptiſſimã argumẽtationẽ, ex Concordatis Germaniæ: *In Monaſteriis*, inquiens, *exemptis fient*

Cruſius textũ Aſtri depravat & corrumpit.

Aliud eſt, Monaſterium eſſe exemptũ, & aliud, eſſe Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectum.

ſent electiones;ergo proviſio Monaſteriorũ etiam nõ exemptorũ,caſu quo nulli ſunt eligentes,devoluta eſt non ad Papam ſed ad inferiores Ordinarios. Hæc argumentatio inſulſa eſt,fictitia eſt,falſa eſt,ficta eſt;uno verbo,Cruſiana eſt.

5. Mea talis erat. Secundùm Concordata,dignitatibus & beneficijs *QVIBVSCVNQVE REGVLARIBVS VACATVRIS*, & Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubjectis,jure Ordinario providendum eſt per ILLOS INFERIORES,ad quos aliàs pertinet: Atqui Prælaturæ per mortem omnium deſtitutæ,tam non exemptæ,quàm exemptæ mediatæ, ſunt dignitates & beneficia vacantia, Sedi Apoſtolicæ immediatè non ſubjecta: Ergo Prælaturis per mortem omnium deſtitutis,tam non exemptis,quàm exemptis mediatis, ſecundùm Concordata,jure Ordinario providendum eſt,per ILLOS INFERIORES ad quos aliàs pertinet. Iam autem in *Aſtri* q. 1.nu. 6. ex Panorm. Rebuſto,Paulo Layman alijſq; Dd.fusè demonſtratum fuit,proviſionem hujuſmodi Monaſteriorum,jure devoluto ſpectare ad eum,qui aliàs habet poteſtatem confirmandi electum,ſive ſit Epiſcopus,ſive alius Prælatus. Ergo.

6. Proinde vaſa collige,mi Cruſi,& præclaras tuas illationes cum antecedentibus te figulo conjunctas,ipſe reſorbe. Conſule mi Frater Cruſi, Logicorum & ICtorum regulas. Rogo te, diſcas priùs argumenta mea rectè intelligere,& colligere,quàm erroneè ſcopas falſorum diſcurſuum mihi obtrudere. Heus Floſcule,cedò tubum lippienti Cruſio,ut videat in *Aſtro* q. 1.n.6.& q.3.n.5. in fin. §. ſed inſuper. magnum illud ad marginem majuſculis expreſſum NB. poſitum ad Concordata Germaniæ, non juxta Monaſteria *Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta*,ſed juxta *cætera beneficia regularia quæcunq; vacatura.* Audin' puer,audacter tubum applica, nam homo indigus eſt, etiamſi viſurus diſſimulaverit: adeò quippe vafer eſt, ut diſſimulet ſe videre, quæ videre non juvat.

7. Sed nec eſt,quòd me d.q.ſua 4.c.2.n.10.§.fortè ironicè excuſet,quaſi *propter tam varias inter q.1.& 3. Aſtri interjectas materias,non ſufficienter me reflexerim*,adeoq; defectu memoriæ cõtradictoria cõceſſerim. Magnas gratias pro condolentia,quam tamen tantam eſſe nolim,ut lipothymiam homini inducat,ne ſit opus aqua roſacea caput & frontẽ inungere,parũ equidẽ profuturâ,Neq; enim turtures,ſed vultures in aviario ſuo nutrit hic hortulanus,quæ ſi unguento roſaceo inungantur,moriũtur,ut habet Clemẽs Alexand. pædag. lib. 2.c.8,Fortè quòd cadaverum,ſeu Monaſteriorũ emortuorũ odoribus & phantaſijs delectentur quaſi delicijs,ac ob id roſa illis peſtifera ſit, naturâ (ut in ſcarabæo) in contrarium operante. Sim.Majol.in Canicul.p.1.colloq.6.

MERVLA.

Opinionis morbus, incurabilis eſt,

Fol. 146.*col.*1.*num.*3.

Quæſt. 4.*c.*3.*nu.*3.

131. Aſtrum inert. Dicit Cruſius *Bona emortuorum Monaſteriorum,remanere apud Superiorem,*

non

non tantùm velut in cuſtodia, ſed etiam quoad adminiſtrationem & diſpenſationem, ut ipſemet F. Romanus q. 1. n. 54. CONCEDIT. Verùm meis verbis inſpectis, quid cit. num. conceſſerim apparebit. *Præterea*, dixi, *Navarrus non negat, alios*, datâ temporum opportunitate, *eſſe ſubſtituendos in locum demortuorum; ſed vult ſolummodo dicere*, nondum apparente ſpe reſtitutionis, *bona hujuſmodi Eccleſiaſtica, deſtituta catholicis Adminiſtratoribus, pertinere ad ſolicitudinem & adminiſtrationem Suæ Sanctitatis, ID EST*, NB. Cruſi, *ut provideat ea reſtitui, & canonicè mediatè vel immediatè provideri.* Proſpicere ut Monaſteria juxta fundationem reſtituantur, & ijſdem canonicè provideatur, non eſt diſpenſare (& quidem *LIBERE*, ut tu vis) bona Monaſteriorum. Sed Cruſius, ex more, non multùm ſolicitus eſt de Monaſterijs, dummodo *bona Monaſteriorum*, inter ipſum ac Socios diſpenſentur; cui nullũ *bonum* eſt, niſi *utile*, atq; utinam illud ſemper *honeſtum*. Et hoc cantu, omnes illius merulæ inſtruuntur. FALSÆ ALLEGATIONES.

AVES LVCENTES.

Fol. 147. col. 1. in fine.
Quæſt. 4. c. 3. num. 4.

1. *Secundùm F. Romanum*, pergit Cruſius, *olim Sede Epiſcopali vacante, penes Regulares fuit jus vocis paſſivæ, cùm olim fuiſſent capaces electionis paſſivæ.* Obdormivit in Aviario ſuo Cruſius, ut video; mera namq; ſomnia loquitur, cùm ex *Aſtro*, nec quæſtionẽ, nec numerũ, nec folium alleget. Hoc unum ipſi in aurem ſuggero: Monachos vigore Sacrorũ Canonũ etiã hodie ad Epiſcopatus eligi poſſe, nec habere neceſſe poſtulari. Rota dec. 28. de præb. in novis. 332. Aſtrum inext.

2. Eodem loco, *Vide mi Frater*, pergit amiciſſimus Cruſius, *in quas te conjicias abſurditates. Adhuc, adeóne tua oblitus doctrina, qua q. 1. n. 49. per electionem activam actu interpoſitam, & confirmationem ſubſecutã, PRIVS dominium acquiri aſſeris, ut jam etiam ante electionem activam actu interpoſitam, & confirmationem ſecutam, verè dominium illis attribuas? Videris igne fatuo deluſus, in omnia rapi, Sed tui me miſeret.* Hæc ille, denuo plenus commiſeratione, brevi lachrymis quoq; crocodili perfundendus. 333. Aſtrum inext.

3. Sed *vide mi Frater* Cruſi, *in quas te conjicias abſurditates?* bullas in aëre vendis, à nemine præterquam à pueris æſtimatas: Nihil horum ego cit. q. 1. n. 49. dixeram aut ſcripſeram. Alibi verò, nempe nu. 59. q. ejuſd. ajebam, canonicè *electum, virtute talis electionis ſeu Ordinationis, conſtitui verum dominum, ſive Adminiſtratorem plenarium, rerum dominij*: quo mortuo, quæritur penes quem remaneat dominiũ bonorum Monaſterij? reſpondent Dd. quòd penes Collegium ſeu Conventum, paſtore viduatum, adeoq; ante ſequentẽ electionem. Quænam igitur hic verborum meorum contradictio, cùm verum vero non contradicat? De Cruſiano illo *PRIVS*, ne per ſomnium quidem cogitaui.

4. Nimirum in Hercíniæ Germaniæ ſaltu, ſunt auium genera inuſitata, qua-

FALSÆ ALLEGATIONES. *In Hercinia ſilva, ſunt aves noctè lucentes.*

quarum plumæ, ignium modo noctibus collucent, ut inquit Plin. lib. 10. c. 47. Albert. Magnus lib. 23. litera L. Idem aſſerit Solinus c. 21. *In ſaltu*, inquiens, *Hircinia aves gignuntur, quarum pennæ per obſcurum emicant & interlucent, quamvis denſa nox obtegat, & denſet tenebras. Vnde homines loci illius, plerumq; nocturnos excurſus ſic deſtinant, ut illis utantur ad præſidium itineris dirigendi, prælatis, per opaca callium, rationem viæ moderentur indicio plumarum refulgentiũ*. Hæc ille, & eadem Iſidor. l. 12. c. 7. Sinamus igitur Cruſiũ ſecũ loqui, & igne fatuo deludi, ut facem nobis præferat ad ulteriores ſuas Eclipſes detegendas.

GALLI SILVESTRES.

Fol. 153. col. 2. in fin.
Quæſt. 5. c. unic. nu. 5.

334. Aſtrum inext. 335. Dd. omnes.

1. Falſò Cruſius allegat ex *Aſtro* q. 3. n. 5. §. quocirca; quaſi ibi docuiſſem, *Summum Pontificem ordinaria tantùm uti poteſtate, quando* in translationibus Monaſteriorum *mutat ultimas teſtatorum voluntates, ex quibus necdum eſt jus in re, ſeu dominium alijs in teſtamento inſtitutis aut ſubſtitutis acquiſitum, juxta Dd. OMNES.* Mihi & omnibus -- Doctoribus hoc loco imponit genitor Eclipſeos: neque enim verum eſt, quòd omnes -- Dd. ita ſentiant, cum plures & meliores ſint in contrarium. Sed nec apud me cit. loco talis doctrina reperitur; imò contraria, quãdo ex Petro Ant. de Petra tract. de poteſt. Princ. c. 8. n. 20. hanc expreſsè ſententiam exſcripſi. *Non poteſt Princeps de poteſtate ordinaria, alterare ultimas voluntates.* Et q. 3. n. 3. §. circa. adhuc fuſius: ubi ex Emanuele Rodriquez tom. 2. qq. regular. q. 126. a. 9. hanc ſententiam attuli. *Solus Papa poteſt ultimam teſtatoris voluntatem alterare, ut dicitur in jure, quod nõ facit poteſtate ordinaria, ſed de plenitudine poteſtatis: quæ commutatio fieri non poteſt, niſi adſit juſta cauſa.* Quibus locis nec Rodericius, nec Petra diſtinguũt inter jus acquiſitũ ad rem, vel in re; quia utrumq; de jure gentiũ eſt hæredi vel legatario acquiſitũ: Vbi autẽ lex, vel Dd. nõ diſtinguũt, ibi nec nos. Videantur alleg. 129. 131. 338. & 398. Taceo, nullũ deſtitutum Monaſteriũ à Cruſio poſſe digito monſtrari, in quo Religioſus Ordo jam olim non obtinuerit jus in re.

Löffelganß *Germani nominant.*

2. Videtur proinde in Aviario ſuo habere Onocrotalos ſtrumoſos; de quibus Vliſſes Aldrouandus, ſuæ Ornithologiæ part. 3. lib. 19. c. 2. Vel alias aves illas, circa inſulam S. Bernardi, quarum guttur intantum grande eſt, ut modij capacitatem adæquet, teſte Petro Mart. Vel illas, quarum guttur adeò capax eſt, ut oppletum ſi fuerit, magnitudine reliquam corporis molem excedat, ut duo corpora eſſe videantur; iiſque nomen eſt *Galli ſilveſtres.* de quibus Olaus lib. 19. c. 12. Sim. Majol. dier. canicul. p. 1. colloq. 6. de avibus. Poſſunt enim hujuſmodi aves Cruſianæ, inhianter ſe ingurgitare, & integra Monaſteria, cum omnibus pertinentijs & reditibus, ſive ſint extincta, ſive nõ, alacriter & citra nauſeam deglutire: jus alteri, ſive ad rem, ſive in re quæſitũ, negando, animosè & immoto vultu devorare; idq; de poteſtate & facultate ordinaria: quia nemini poteſtatem abſolutam, in Aviario ſuo Cruſius noſter concedit.

Vnde

Vnde ſit, ut paulò pòſt ſint futura duo corpora; Vnum Societati Cruſianæ rectà fundatum aut legatum; Alterum, ab antiquis Ordinibus Religioſorum acceptum, cujus tanta moles eſſe incipit, ut vel ipſi Medici, vomitorium aliquod infundi conſulant FALSÆ ALLEGATIONES.

------ *ne pars ſincera trahatur.*

Fol. 160. *col.* 1. *poſt med.*

Qu. 6. *c.* 1. *n.* 1. *ante fin.*

3. Allegat Cruſius ex *Aſtro*, folium 57. cùm debuiſſet allegaſſe 37. Ibidem & ſeqq. folijs, ac paſſim in tota ſua Eclipſi, præpoſterè allegat quæſtiones, vel numeros, aut folia ejuſdem *Aſtri*, quæ tamen omnia inter falſas allegationes non computabo, ne me vim in hujuſmodi minutioribus ponere, Bremenſis arbiter arbitretur; qui exiſtimat, ſe in Eclipſi ſua urſam cepiſſe, at non niſi ſuas aures tenet.

FRINGILLÆ.

Folio. 158.

1. Titulum quæſtionis 6. in odium meum fallaciter hoc modo proponit Cretenſis Cruſius: *Quæſtio VI. Vtrum Pontifex veniat contra jus naturale & divinum, ſi Monaſteria deſtituta, alijs alterius Ordinis Religioſis, vel etiam aliqua eorum bona, ſeminarijs ſecularium Clericorum conferat?* Hîc Cruſius omiſit ex *Aſtro* addere, *ex cauſa juſta & ſufficienti*: ut hac ratione cauſam meam redderet magis odioſam. Sentit nimirum cum illis, qui 336. Aſtrum inext.

Ibant quà poterant, quà non poterant, ibi ſtabant.

2. Rurſumq; fol. 159. *Argumenta*, inquit, *quibus F. Romanus oſtendere conatur, Pontificem atque Imperatorem, contra jura naturale ac divinum acturos, ſi ille hoc approbante, Monaſteria emortua, alijs aliorum Ordinum Religioſis conferret.* 337. Aſtrum inext.

3. Deniq; fol. 164. ſeu q. 6. c. 1. n. 14. ſimilia eructat, quando meo nomine ſic concludit: *Hinc infertur, & à Pontifice, & ab Imperatore jus naturale ac divinum læſum iri, ſi alijs alterius Ordinis Religioſis Monaſteria emortua conferrentur.* Vbi vides Lector, tribus his locis, diſcurſum meum à Cruſio eò uſque extendi, quaſi docuiſſem Summum Pont. & Imperatorem contra iura naturale & divinum peccaturos, tametſi etiam ex iuſta & ſufficienti cauſa Monaſterium aliquod deſtitutum, (nam *emortua* nulla ſunt) ad alium Ordinem transferrent: quod nullibi ſomniavi: imò contrarium docui; hodieque ſentio cùm Vincentio Filliucio, & Paulo Layman, ambobus è Soc. Ieſu, in *Aſtro.* q. 2. n. 19. allegatis. 338. Aſtrum inext.

4. Quorum prior tract. 44. de alienat. bon. Eccleſ. docet, quòd *Summus Pontifex, tam ex officio, quàm quaſi ex contractu cum ijs, qui bona Eccleſiæ reliquerunt, obligatus eſt LEGE DIVINA ET NATVRALI, tam illis, quàm ijs in quorum emolumentum relicta ſunt, non alienare, quàm ut illorum voluntati per-* *Papa lege divina & naturali obligatur non alienare fundata bona Eccleſiaſtica.*

FALSÆ ALLEGATIONES.

permitti probabiliter præſumi poſſit : adeò ut ſi contrarium fiat, (ait idem c. 3. n. 20. & 43.) *injuria fiat fundatoribus, quorum voluntate legitima & rationabili non ſtatur : lædatur utilitas publica, cultusq; Religionis, cùm inde revocentur homines à ſimilibus legatis faciendis, dum rationabiliter metuunt, id ſibi ſuisq; fundationibus olim futurum, quod alijs fieri vident, &c. Fiat injuria ſucceſſoribus Religioſorum*, (pergit num. 47.) *quæ tantò major eſt, ſi præter jacturam bonorum fortunæ, famæ quoque periculum adſit; quod tunc accidit, quando bona ita SINE CAVSA auferuntur, ut detur alijs occaſio probabilis ſuſpicandi, factum id eſſe vel propter ignorantiam, inertiam, inſcitiam, vel propter vitam flagitioſam ſucceſſorum.* Vbi num. 48. ſubjungit, *TENERI Summum Pont. ex juſtitia, REPARARE id quod intereſt, tam in fama & exiſtimatione, quàm BONIS TEMPORALIBVS*, præſertim, *quando res eſt ſpecialiter obligata fideicommiſſo, ut eadem in ſpecie ſucceſſoribus tranſmittatur*: ut ait ibid. nu. 26.

5. Poſterior verò, fol. 374. Juſtæ ſuæ (ut nominat) defenſionis, ita ſcripſit. *Vltro fatemur, violari jus gentium, atque eſſe contra naturalem æquitatem, ſi pia legata, aut quomodocunque à Fundatoribus diſpoſita, ad certum uſum pium, aliò SINE IVSTA CAVSA applicentur*: præſertim, ſi id fiat contra pacta & Concordata Nationis, *quibus etiam Pontifex de jure naturali ac gentium obligatur*, ut inquit ibidem Layman fol. 185. & 282. à nobis ſuprà allegatus in Aula Eccleſiaſtica num. 124. quæ Concordata ſeu *contractum Papa tollere, ſeu contra illum venire non poteſt, invito contrahente*, ut eodem num. 124. citatus ait ſupradictus Filliucius. Quod ipſum per totum *Aſtrum* ſæpius inculcavi. Proinde ſi Cruſius, argumenta mea proponere cupit, vellem ut meis, non ſuis verbis uteretur: ſuis enim aut mea deprimit, aut extenuat, aut invertit, aut denique omiſſo nervo depravat.

Papa nō poteſt venire contra proprium contractum, invito contrahente.

6. Quodſi ipſe opinatur, Pontificem & Imperatorem, etiam ſine juſta cauſa, contra jus divinum, naturale, vel gentium, in his diſponere poſſe, uti ſentire videtur, cùm ait, hujuſmodi Monaſteria deſtituta, hodie, etiam non attenta Fundatorum ultima voluntate & diſpoſitione, poſtpoſitis Sacris Canonibus, juribus ac privilegijs, neglectis inſuper Concordatis Germaniæ &c. eſſe in LIBERA poteſtate Summi Pontificis. q. 5. Eclipſ. c. unic. n. 1. & alibi: viderit ipſe, quales alat ſtingillas; & annon loco mellis, alueario ſuo ſulphur & ignem inferat.

MERCATOR LVGDVNENSIS.

Fol. 161. col. 1.

Quæſt. 6. c. 1. n. 4.

339. Aſtrum 340. inext.

1. Feſtucas alienas, in trabes iterum hic loci convertit artifex Bremenſis, meaque dicta ad centum milliaria extendit. At verò idipſum ei acci-

accidit,quod olim mercatori Lugdunenſi,qui ut lucrum augeret,vinum aqua miſcebat,nec parum hac arte locupletatus eſt, cum aquam pro vino venderet. Navigio igitur ad emporia fluvium Ararim trajiciens, marſuppium penes ſe nummis oppletum habebat: interim dum aliquid negotiatur, pecuniam extrahit; marſuppium verò, quod è pelle confectum fuerat, cùm à milvo conſpectum,propter pilos,animal eſſe putaretur,rapitur & in ſublime fertur. At ubi milvus prædam hanc fami ſuæ ſedandæ nihil prodeſſe, nec ſibi ſtruthionis ſtomachum ineſſe comperit, marſupium dimiſit, quod in profluentem cum omni auro delapſum, ulterius conſpici nuſquam potuit. *Mercatoris Lugdunenſis infortunium.* (Crederes milvum hunc, præda carnium fruſtratum, Neptuno pro piſce comparando,paratam pecuniam numeraſſe.) Atque hoc prodigioſo eventu mercator obſtupefactus, lachrimantibus oculis culpam ſuam agnoſcens, in hæc verba prorupit: Heu me miſerum & infelicem! quantam jacturam hac hora patior? ſed juſto tamen Dei, & milvi hujus judicio: qua re peccavi, eâdem & punior: per aquam, pecuniam corraſi, in aquam omne lucrum dilapſum eſt. Gregor. Turon. de gloria confeſſ. c. 109.

2. Genuinum ſchema mercaturæ Bremenſis: nam & Cruſius noſter oinopola factus, ſuſpenſa hædera, pro vino aquam, pro vero falſum, tota ſua Eclipſi,ac præcipuè allegato loco vendere non erubeſcit. *Quod per ejuſmodi*,inquiens,*ultimarum voluntatum mutationem jus divinum lædatur, oſtendit F. Romanus d.q. 3.nu. 5.§ quocirca.& q.1 n. 60.ex Adriano.qui in 4.de reſtit. §.pro clariori.ita apud Lud. Molinam tom. 1. de juſt. diſp. 132.diſcurrit: Quæ Eccleſiæ Chriſti intuitu collata ſunt, Chriſto ſunt collata,ſed in ſuis membris, aut in ſuo myſtico corpore; eodemq; modo facta ſunt Chriſti, juxta illud: Quod uni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Et illud Chriſti ad Paulum; Quid me perſequeris? in membris videlicet meis. ITA ET DE MONASTERIIS ARGVMENTANDVM. Proinde qui aliquod Monaſterium, alicui Ordini Religioſo ſubtraxerit, aliiſque contulerit, ipſi Chriſto ſubtraxerit, eumq; in ſuis membris perſecutus fuerit.* Hucuſque Cruſius,pro libitu mutans quadrata rotundis,ut vix rotundius ingeniũ ſub quadrato bireto viderim; adeò *Aſtrũ inexſtinctum* in carbonem vertere laborat, figmento plumâ leviori: ut vel hinc appareat,nil tam rectè dici,quod non poſſit depravari.

3. Ego per allata Adriani verba, docueram fundationes Monaſteriorum fieri Religioſo Ordini, Eccleſiæ Vniverſali, & Chriſto Domino noſtro, in membris videlicet ſuis: Cruſius autem ait me ijs oſtendere,quòd Summus Pontifex Chriſtum perſequatur,& jus divinum lædat,ſi Monaſteriũ aliquod, rationabili de cauſa,ad alium Ordinem transferat,id quod nec per ſomnium, nec per vigiliam in animum meum induxi. Parce animæ tuæ Cruſi,& verba mea formalia,paulò ſuperiùs,allegat.235.in hanc ipſam rem allata relege,aquã tuam à phalerno meo ſeparatam reſorbe, & poſthac nemini fac, quod pati nolis; cogitans, quòd jactus ſemel in puteum lapis, non facilè educitur.

FALSÆ ALLEGATIONES.

CORVVS.

Fol. 164. 2. in fin.
Quæſt. 6. cap. 1. num. 17.

341. Aſtrum inext. *Denique*, pergit Cruſius, *ex his omnibus CONCLVDIT F. Romanus q. 2. n. 25. & ait, illam TRANSLATIONEM Monaſteriorum emortuorũ, pugnare cum illo Decalogi præcepto, Non concupiſces rem proximi tui.* At verò, nuſquam ego dixi *translationem*, (quæ eſt actus Summi Pontificis) ſed *concupiſcentiam rei alienæ*, (quę teſte Paulo Layman, eſt Jeſuitarum) decalogo repugnare. Imò, non ego, ſed alius aliquis iſtud citato loco dixerat. Et quandoquidem adverto Cruſium etiam *Deliquio* memoriæ laborare, ſuggero ipſi dictũ Apoſtoli, 1. Theſſalon. 4. u. 11. & 12. *Rogamus vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti ſitis, & ut veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis: & ut honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, ET NVLLIVS ALIQVID DESIDERETIS.* Et illud 1. Petri. 4. *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt ejus Spiritus, ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, AVT ALIENORVM APPETITOR.* Satis enim divitiarum eſt, nihil amplius velle; ut ait Quintilianus. Et *beatus eſt*, Auſonio teſte, *non qui habet quæ cupit; ſed qui non cupit, quæ non habet.* Optimus autem moderator cupiditatis eſt pudor; qui ubi exulat, ibi & virtus exulat. Sed Cruſius acceptatis pedibus, craſtinum roſtro corvi reſignat, hodiernum ſibi reſervans: id quod in Societate tantò fœdius eſt, quantò ſe præ cæteris viros Apoſtolicos, paupertatis profeſſores juratos, ſaluti animarum procurandæ deditiſſimos, & ſtatus Religionis perfectiſſimæ ſectatores eſſe profitentur. Vide ſuprà. alleg. 239.

Iuſta defenſ. fol. 392.

Appetentia, rerum alienarum, Chriſtianis in novo teſtamento, etiam ſeriò interdicta.

CARDVELES.

Fol. 165. columna 1. & 2.
Quæſt. 6. c. 1. num. 18.

342. 343. Aſtrum inext. 1. Ex malo in peius labitur noſter Aviarius, totus avius: Nunc etenim proponendo mea argumenta, dicit me exemplis oſtendiſſe, quòd Deo ejuſmodi translationes diſpliceant: *Quin etiam Deo*, inquiens, *ejuſmodi Monaſteriorum translationes diſplicere, oſtenditur exemplis* à F. Romano allatis. Moxq; inter alia ibid. §. 2. ex q. 3. *Aſtri* in fin. producit meo nomine exemplum de Wernero Epiſcopo Argentinenſi ſchiſmatico, qui Monaſterium Hirſaugienſe armata manu invadere, funditusque evertere properabat, quòd illius Abbas S. Wilhelmus, tota prope Germania à Gregorio VII. (non III. ut perperam allegat Cruſius) & Apoſtolica Sede deficiente, quamvis acriter ſoli-

ſolicitatus, tanquam Marpeſia cautes perſtiterit immobilis, nec latum unguem à Pontifice Romano diſceſſerit. FALSÆ ALLEGATIONES.

2. Hic Cruſius lucernam accendit orto jam Sole,& exemplum, quod ego in commendationem S. Wilhelmi, ejusque obſervantiæ erga Sedem Apoſtolicam in Oriente adduxeram, violenter ad Aquilonem torquet me invito, ac ſi eo docuiſſem, Monaſteriorum translationem Deo diſplicere: qua argumentatione nihil poteſt ineptius excogitari, cùm ibi nulla mentio, nulla intenta nec facta fuerit hujuſmodi Monaſterij translatio.

3. Declaraveram autem cit. loco, ſenſum Ordinum antiquorum in Germania, de Pontificia poteſtate, ubi ante finem iſta ſubjunxeram: *Atq; hæc eſt mens & ſententia Ordinum antiquorum de poteſtate Pontificia, quam etiam porrò ad ſanguinem uſque defendere pro viribus adlaborabunt. Hanc enim ſe olim à Majoribus obſervantiam Sedis Apoſtolicæ cum lacte ſuxiſſe profitentur: Atque ut ex ipſa Monaſteriorum reſtituendorum occaſione vicinâ ſumamus exemplum, fuit anno priori reſtitutum in Suevia celeberrimum Hirſaugienſe Cœnobium, de cujus Abbate S. VVilhelmo, ita ſcribit Matthæus Raderus è Soc. Ieſu, in ſua Bavaria pia, fol. 59. Septimo, inquit VVilhelmi anno Hirſaugienſis Præfecturæ, Chriſt.* 1076. *&c.* In cujus exempli fine ſic concluſeram. *Hucuſq; Raderus. Tanti proinde Præſulis exemplo, & Apoſtolici culminis reverentiâ, nos poſteros haud immeritò provocatos, ne latum unguem à Sedis Romanæ ſententia recedere par eſt; eidem adhærere nobis jucundum & ſalutare; ejuſdem authoritatem tueri, gratum & honorificum; pro ejuſdem fidei defenſione ac dilatatione mori, glorioſum ducimus.*

4. En Cruſi, ubi docui hoc exemplo, Monaſteriorum aut Collegiorum translationem Deo diſplicere? Revera Deo & hominibus diſplicent tot falſæ allegationes, tot pſeudologiæ, tot monſtra & paradoxa Cruſiana. Semel inſanivimus omnes; Cruſius quingenties; linx in alienis, in proprijs talpa: ac nihilominus de carduelibus ſuis, inter tot carduos gloriatur.

TITYON.

Fol. 172. *col.* 2.
Qu. 6. *c.* 2. *n.* 11.

Ait me *in q.* 2. *num.* 29. *&* 30. Aſtri, *aſſerere, illo caſu* (translationis Monaſteriorum ad Societatem;) *dari propriè dictam alienationem.* Ego verò ambobus illis locis, verbi *alienationis propriè dicta*, ne memini quidem. Vnde non omne, quod in Cruſio ſplendet, aurum eſt; cui plus eſt ſcoriæ, quàm corij. Sed unicum ex ipſo quæro; ſi cum tempore unum vel plura Collegia Societatis per legitimam authoritatem transferantur in Monaſteria Ord. S. Benedicti, an ſit futura alienatio propriè dicta, vel ſecus. Vtrobiq; compedes inveniet hic Tityon, quibus religetur. 344. Aſtrum 345. inext.

Quæ nimis apparent retia, vitat avis, non Cruſius.

FALSÆ ALLEGATIONES

LIGVRINVS.

Fol. 179. *col.* 2. *ante fin.*
Quæſt. 6. *c.* 2. *num.* 11.

346. Aſtrũ in extinctum. Affirmat idem *me* in *Aſtri* q. 1. n. 16. *ſenſiſſe, quòd Summus Pontifex inferret injuriam alijs Religioſis ejuſdem Ordinis*, ſi transferret Monaſterium aliquod ad Religioſos Societ. Jeſu; quos Cruſius *digniores & utiliores* nominat ibid. Atqui falſum eſt, me locutum fuiſſe de Summo Pont. ex juſta & ſufficienti cauſa procedente, cùm ne mentionem quidem hujus rei ibi fecerim. Sic fumos pro floribus, ſic paſſeres pro ligurinis vendit Cruſius, ut *Aſtro* imprimat Eclipſin; Sed non hæret denique nigredo, niſi in ſuo authore, l. ſancimus. C. de pœnis. Quòd autem Cruſius ſe ſuosque *digniores & utiliores* nominet cæteris Religioſis, pro quibus Monaſteria quondam fundata fuere; non admodum miror, quia in politico ſtatu, pietas extremo loco eſt: &, tribuendum eſt aliquid phariſæo, in templum, ut oraret, aſcendenti. *Luca.* 18.

Nos tamen tunc ei fidem adhibebimus, ſi à Fundatoribus noſtris literas & ſigilla, quibus hoc ipſum atteſtentur & confirment, palam exhibuerit. Ωτίων πιϛότεροι ὀφθαλμοί. Manus mihi ſunt oculatæ, credunt quod vident, non quod audiunt. Atqui evax! ſolus Cruſius ſuggerente ſibi pavone, ſcit, quid Iupiter Iunoni in aurem dixerit. *Oculi fideliores ſunt auribus.*

MVSICA CRVSIANA.

Orpheus in ſilvis, inter delphinas Arion.

Fol. 180. *col.* 1.
Qu. 6. *c.* 2. *n.* 22.

347. 348. 349. Aſtrum inext. 1. Theſin ponit eo loco Ioannes Cruſius ex declarationibus Cardinalium in ſeſſ. 23. Concilij Trid. c. 18. de reform. nu. 33. ubi inquiunt: *Ante omnia in Seminarijs eſt conducendus Grammaticus & Muſicus, qui pueros inſtruant; & ſi reperiantur Ieſuitæ, cæteris anteponendi ſunt.* *Cui loco*, ſubnectit Cruſius, *minimè ſatisfacit F. Romanus reſpondendo, quòd qui cæteris in ſeminario vult anteponi, debeat eſſe Grammaticus ET Muſicus. At Monachi, utpote qui cantui vacant, SVNT OPTIMI MVSICI, non autem Societatis homines, qui ex inſtitutione propriâ nunquam canunt: Ergò, &c. Nam Major ipſius propoſitio, QVAM VVLT F. Romanus EX IPSO CONCILIO TRID. & ad illud citato loco eſſe deſumptam, eſt falſa: Nam non unum & eundem debere eſſe Grammaticum & Muſicum, prout malè aſſerebat F. Romanus, ſed diverſos, arguit verbum pluralis numeri, inſtruant.* Bellus homo Cruſius eſt; una fidelia tres parietas, una periodo ter me denigrare molitur.

2. Nam neque verum eſt, me reſpondiſſe, Ieſuitam qui cæteris in ſemi-

ſeminario vult anteponi, debere ſimul eſſe *Grammaticum ET Muſicum*: nec verum eſt me dixiſſe, *Monachos eſſe optimos Muſicos*: nec denique verum eſt, me voluiſſe, hanc propoſitionem *ex ipſo Concilio Trid. eſſe deſumptam*. En verba mea expando: *Debet igitur juxta mentem Sacræ Congregationis, Ieſuita eſſe Muſicus &c. puerosq; inſtruere in arte Muſica &c. qui vult in ſeminario cæteris anteponi; quod utrum melius poſſint illi, qui ætatem in Choro conſumunt, & ex inſtituto cantui vacant; an illi qui ex vocatione propria nunquam canunt, Eminentiſſimi Cardinales non expreſſerunt, ſed facilè indicabunt. Quodſi verò loquamur de ijs, qui ſeminaria gubernant, victûs ac imprimis pietatis & educationis rationem habent, falſum eſt, Sacram Congregationem cenſuiſſe, Ieſuitas in hoc, cæteris Ordinibus eſſe præferendos.* Hæc in Aſtro: Vbi Cruſius, neſcio ex quo Daſipodio, ſignum *&c.* vult ſignificare *& Grammaticum.*

3. Toto cœlo exorbitas Cruſi: Quilibet verborum ſuorum eſt interpres: quare propius accede, ut te manuducam ad ſenſum illius *&c. Ieſuita*, ajebam, *debet eſſe Muſicus*, & alius Grammaticus; *puerosq; inſtruere in arte Muſica*, & alter in Grammatica; *qui vult in ſeminario* juxta Grammaticum *cæteris anteponi. Quod utrum melius poſſint illi, qui ætatem in Choro conſumunt. &c.* Quid jam ſupereſt, bone vir, quod opponas?

4. Illud hîc unice placet, quod mox ſubnectit: *Adhæc*, inquiens, *ex Societatis hominibus, etiam multi ſunt Muſici: Et apud quos magis floret Muſica, quàm apud SOCIETATIS RELIGIOSOS?* Iam cantare tandem incipient aves Cruſianæ, ſit benedictus Deus. Gratulor ex animo Societatis Religioſis, pro tam præſtanti & canora Muſica, quam tamen ab ipſorum ore manibuſve reſonantem audirem libentiſſimè; neſcio ſi quis mortalium ſe meminit audire. Et ſi ita eſt, cur, obſecro, decretis Sacræ Congregationis Cardinalium morem non gerunt? cur nullus Magiſter Jeſuita viſitur in ſeminarijs, qui pueros inſtruat in arte Muſica, quemadmodum in Grammatica? num tantæ id non eſt importantiæ? num *plures declarationes Cardinalium placent Vrbi, non Orbi?*

Muſica nullibi magis floret, quàm apud Societatis Religioſos, Cruſio teſte.

Laur. Flor. theſi 9. de Abbatib.

5. Porrò Eminentiſſimi Cardinales, ſi bene penſamus, loquentes de Muſica in ſeminarijs docenda, non utique loquuntur de cantu figurato & flexili, ſed de firmo & Gregoriano; nam hic, non prior ille, neceſſarius eſt in parochijs & Eccleſijs, ad quas pueri in ſeminarijs educantur & diſponuntur: hunc autem apud Religioſos Societatis magis florere, quàm apud alios Regulares Choro addictos, nemo hactenus affirmavit.

6. At at, tertium genus, neque figuratum, neque Gregorianum, ſed Cruſianum impugnatores antiquarum fundationum, præ cæteris omnibus mirificè oblectat, quo Orpheum imitari cupiunt, Muſicamque ſuam ita concinnant, ut integros montes, ſilvas, paſcua, prata, campos, agros & Mo-

FALSÆ ALLEGATIONES. & Monaſteria, ad magneticam ſuam tibiam, ſaltare faciant; hinc illæ *NOTÆ* Eugenij Lavanda, ſub ſcuto Palladis, tam ſuaviter accinentis. Dabitur tamen tempus aliquandiu pauſandi.

PICA BRASSILICA.

Fol. 185. *col.* 2. *in fin.*

Qu. 6. *c.* 2. *n.* 29. *in fin.*

350. Aſtrum inext. *F. Romanum*, ait Cruſius *etiam alia referre, indigna quæ illuc tranſcribat, ideoq; brevitatis cauſa illa omittere.* Verùm, quia ubi referam, non exprimit, quæque ſint illa indigna tranſcriptione, (cùm omnia Catholicis Vniverſitatibus viſa fuerint digna approbatione & commendatione) ideo ſimilia inter malè allegata refero, donec tranſcriptione indigna eſſe demonſtrentur. Picam Braſſilicam imitatur Cruſius, quæ plus habet oris & roſtri, quam corporis; de qua vide Vliſſem Aldrovandum, Ornitholog. lib. 12. c. 19. & ibi citatum Andr. Theuetum.

AVES APODES.

Fol. 187. *col* 1. *poſt med.*

Quaſt. 7. *c.* 1. *ſub num.* 2.

351. Aſtrum inext. *Idem confirmat Abbas*, inquit Bremenſis, *in c. pervenit.* 18. *q.* 2. *ubi ait*; *Oportet priùs ſervari certos gradus, cùm iſta littera indiſtinctè dicat, quamdiu*
352. Panorm. *per regulares reformari poſſunt &c. F. Romanus q.* 1. *n.* 16. Adeſdum Cruſi, & ex ore tuo te judica, cùm Abbas Pan. non fuerit commentatus in d. c. pervenit. 18. q. 2. neque ego eum unquam pro illo capite commentantem allegaverim, Mea verba d. n. 16. hæc fuere. *Illuſtris hanc ad rem locus eſt, in c. inter quatuor. de relig. dom. cujus titulus eſt : Locus Religioſus debet reformari de Religioſis duntaxat, non de ſæcularibus, niſi in defectum Religioſorum.* Inferiùs paulò pòſt ſubnexui. *Antequam autem introducantur ſæculares, oportet (inquit HIC Abbas) priùs ſervari certos gradus, cùm iſta litera indiſtinctè dicat, quamdiu per regulares, &c.* Dixi, *inquit HIC Abbas*, ideſt d. c. inter quatuor. de relig. dom. non autem dixi, inquit Abbas in c. pervenit. 18. q. 2. Iſtud enim caput pervenit, lecturam Abbatis nullam habet; ut in ſimili docuimus allegat. 91. Hæ nimirum ſunt aves illæ, in aviario Cruſiano fæcundiſſimæ, quibus, authore Nicolao de Comit. pedes non ſunt, cujuſmodi in Iava majore, Inſulâ, non majores columbis, cauda oblonga, abſque pedibus reperiuntur, ut ait Simon Majol. colloq. 6. de avibus. Nempe Cruſius hîc

Aves ſine pedibus, in Iava majore, Inſula.

Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.

MUSCÆ.

FALSÆ ALLEGATIONES.

MVSCÆ.

Fol.187.col.1.ante fin.
Quæſt.7.c.1.ſub num.2.

Bremenſis Canoniſta, eo loco mea argumenta proponens, meo nomine citat Card. Zarabellam ex Ioan. Andrea in d.c. inter quatuor. de relig. dom. cuius tamen verba, de certis gradibus illis obſervandis, in *Aſtro* me exprimere non memini. Saltem Cruſium ſuiipſius memorem magis eſſe oporteret, ne muſcas in Aviario ſuo æſtimare crederetur, quarum adeo debilis eſt memoria ut flabello centies abactæ, centies ad menſam revertantur, omnium perſecutionum immemores. 353 Aſtrum inext.

LINARIÆ.

Fol.179.col.2.ſub init.
Qu.7.c.1.ſub num.2.

1. Fiſtula dulce canit, dum *Secundum fundamentum*, ait Bremenſis auceps, *F. Romani q.1.n.15.& 20.eſt, quia Abbatibus & Monachis olim expulſis, & poſt defunctis, alii eiusdem Religionis & Ordinis ſunt ſubſtituendi & ſubrogandi.* Vino cretico nonnihil hic lymphatus, cum ſuo lituo titubat augur Bremenſis; aves non concinunt, vereor, ne ſit infauſtum augurium: nam alterum meum fundamentum non pono in allegato aſſerto; (quale namq; fundamentum eſſet, idem ex eodom inferre?) ſed in authoritate Iuris utriuſq; interpretum, (quæ tam in iure Canonico quàm civili plurimum ponderis habet) aſſertum illud clariſſimis verbis exprimentium. 354. Aſtrum inext.

2. Poſtea meo nomine ſubiungit: *Ratio petitur ex voce ALII qua utuntur Dd. citati.* Et hic aquam reti Cruſius haurit: nam neq; Dd. allegati, neque ego, rationem cur debeant *alii eiusdem Ordinis & Religionis ſubſtitui*, ponimus in voce *alii*; ſed ex ipſis limpidiſſimis fontibus & natura beneficiorum ſuperſtitum, fundationis ac devolutionis, puriſſimum laticem haurimus, de quo ſi ſuas aves Cruſius potaret, haud dubiè dulcius canerent. Videatur Rebuffus in *Aſtro* allegatus q.1.n.12. ubi dicit ex Ioan. de Selva, quod *Superior conferens*, iure devoluto, *non poteſt aliter conferre, quã natura beneficii requirat.* Quibus adde nu.13.14.15.& 16.q.eiusd.& Aulam noſtram Eccleſiaſticam, tit. ligata libertas.

ORGANVM ARISTOTELIS.

Ibidem, in confirmatione prima ſecundi fundamenti, Cruſius meo nomine, hoc argumento confirmat alios eiusdem qualitatis & Ordinis homines in Monaſteriis ſubſtituendos eſſe; quod aſſeruerim, *ſubrogatum debere ſapere natu-* 355. Aſtrum inext.

FALSÆ ALLEGATIONES *naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.* Verte folium & canta Cruſi: omnia invertis: hanc rationem ego nuſpiam applicavi Religioſis ſubſtituendis; ſed Superioribus ſubſtituturis, qui iure devolutionis & ſubrogationis tenentur eligere homines eiuſdem Ordinis & qualitatis. Iam autem inter eligentes & eligendos, inter ſubrogatos ſuperiores, & ſubrogandos regulares, inter cauſam & effectum, inter mi & fa, utique maior eſt differentia, quam ut prædicata unius ſint prædicata alterius; niſi aliter ſit in Dialectica Cruſiana. Papæ! quàm præſtans Muſicus eſt Cruſius, qui, accinentibus ſibi linariis, tam ſcite in Organo ludit Ariſtotelis. Taceo, quod allatam rationem falſo allegeť ex *Aſtri* q. 1. n. 19. cum allegare debuiſſet num, 13. Nimirum ne prior error ſolitarius eſſet, ſocium adiunxit; Vnus enim quomodo calefiet?

TVBVS OPTICVS.

Fol. 190. col. 1. poſt init,
Qu. 7. c. 1. num. 5.

356. Aſtrum inext.

Poſteaquam in titulo eiuſdem dixiſſet, *me aſſerere, veniri contra Ius Canonicum, ſi Monaſteria*, ut vocare ſolet, *emortua, aliis alterius Ordinis Religioſis conferantur*; mox n. 5. meo nomine, pro quinto meo fundamento ſtatuit *cap. quia contingit. Clement. de relig. dom.* ex *Aſtro* q. 7. n. 5. in fin. At vero, eo loco & textu, tam parum ego intenderam probare, veniri contra ius Canonicum, ſi Monaſteria deſtituta, aliis alterius Ordinis Religioſis, etiam ex ſufficienti cauſa, conferantur; quam parum Cruſius probare nititur, Collegia Societatis conferri debere Monachis. Ad textum meum & literam provoco. Mens enim & verba mea d. q. 7. n. 5. §. 111. Eodem modo non erat, ibi primum iacere fundamenta cauſæ principalis, quam in q. 1. & 2. ſufficienter ſolidaveram; ſed ſolummodo refutare Laurentium Forerum, qui perperam in caput illud Clementinæ commentatus fuerat. Patere proinde Cruſi, ut oculo tuo dextro Tubum Aſtronomicum Venetum tantiſper applicemus: ſiniſtrum interim claudere poteris; niſi forſan ambo ſiniſtre ſe habeant.

HELLEBORVS.

Fol. 190. col. 2. poſt init. uſq; ad fin. capitis.
Ead. q. 7. c. 1. num. 7. 8. 9. & 10.

357. Aſtrum inextinct.

1. Cretenſis Dædalus, iterum quatuor mihi affingit fundamenta, quibus innixus demonſtraverim, veniri contra Ius Canónicum, ſi Monaſteria deſtituta, aliis alterius Ordinis Religioſis conferantur. I. Ex diverſis decretis & Reſcriptis Imperatoris Ferdinandi. II. hoc modo: *In his reſcriptis prohibetur, ne ulla Monaſteria alteri Ordini, quàm cui dicata ſint, reſtituantur.* Igitur translationes Monaſteriorum aut Collegiorum, etiam rationabili

nabili de cauſa factæ, ſunt contra Ius Canonicum. Per Societatem tuam, & omnia tibi chara, te obteſtor Cruſi, quo loco, quo capite, qua quæſtione, qua pagina vel linea tam ſtultè fuerim argumentatus? Quod ſi feciſſem, helleboro me indiguiſſe rotundè faterer; cujus loco, tibi veratrum album ex horto tuo porrigo. Allegas equidem ex *Aſtro*. q.1.n.57. & q.2.n.14. Sed vel ego cæcus ſum, vel tu lippus, quòd iridem appræhendere coneris. 358. Aſtrum inext.

2. II. *Bona deſolatorum Monaſteriorum, pertinent ad Religioſos ejuſdem Ordinis à Superiore ibidem ſubſtituendos, nec aliis alterius Ordinis Religioſis conferenda ſunt. Facit, quòd id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri nequeat: cui nequicquam officit delictum perſonarum &c.* Ergo iterum translationes Monaſteriorũ contraveniunt Iuri Canonico. Pro quo aſſerto, Cruſius allegat Aſtri q.1.n.59. Sed mentiar & aves Cruſianæ me diſcerpant, ſi vel ſemel ex hoc fundamento, dictam ſequelam eo numero intuli. 359. Aſtrum inext.

3. III. *Pontifex Vrbanus VIII. reſpondit, ſe æquè libenter, imò libentiùs permiſſurum Monaſteria Ordinibus antiquis, ita ut ipſi ædificent inde NECESSARIAS ſcholas & ſeminaria, iiſq; præſint & doceant, quàm aliis quibuscunque.* Igitur ſi Ordines antiqui, nihil horum facere voluerint, neque fuerit alius modus reſtaurandi Germaniam, quàm per ſcholas & ſeminaria, Pontifex contra Ius Canonicum veniet, transferendo unum alterumvè Monaſterium ad Societatem Jeſu. Anathema huic philoſopho, quiſquis ita ratiocinari præſumpſerit. Hîc Cruſius ad me: *Tu es ille vir*, facem cape, & tuum incende *Aſtrum*, jamjam aliàs extinguendum. q.1.n.106. & 107. Sed heus Cruſi, ne præpropera: non facem, ſed fæcem & fucum mihi hîc obtrudis: Aſtrum adhuc abundè rutilat, nævus in lumine non invenitur; nulla ibi Eclipſis; nullum ex fumo poſitum fundamentum. Cape tubum opticum bone vir, & vide, & vade. 360. Aſtrum inext.

CORVVS LOQVENS.

4. IIII. *Translactiones Monaſteriorum olim fuerunt facta, vel ab uno ſexu in alterum, tamen intra eundem Ordinem; nec in Germania ſolùm: vel certè facta ideo, quia Ordo non contradixit, nunc verò contradicit.* Hæc Cruſius ex meis (ut opinatur) cornucopijs; qui iſtud meo nomine decimum fundamentum ponit, ex quo inferatur primitus poſita hæc concluſio: *Ergo venitur contra jus Canonicum, ſi Monaſteria deſtituta, aliis alterius Ordinis Religioſis uniantur.* Miror Cruſium hanc non etiam addidiſſe conſequentiam: Ergo *ſi bovem non poſſis, aſinum agas.* cùm eadem ex antecedenti ſit ſequela utriuſque. 361. Aſtrum inext.

5. Sunt nempe in aviario Cruſiano volucres, quæ longè aptius & accommodatius ſermocinantur; atq; ut de pſittacis, cornicibus, ſturnis & luſcinijs loquacibus modò ſileamus, Tiberio principe, corvus ſutoris adeò maturè ſermoni aſſuefactus eſt, ut omnib. matutinis evolãs in Roſtra, in forũ verſùs Tiberium,

FALSÆ ALLEGATIONES.

nabili de cauſa factæ, ſunt contra Ius Canonicum. Per Societatem tuam, & omnia tibi chara, te obteſtor Cruſi, quo loco, quo capite, qua quæſtione, qua pagina vel linea tam ſtultè fuerim argumentatus? Quod ſi feciſſem, helleboro me indiguiſſe rotundè faterer; cujus loco, tibi veratrum album ex horto tuo porrigo. Allegas equidem ex *Aſtro.* q.1.n.57. & q.2.n.14. Sed vel ego cæcus ſum, vel tu lippus, quòd iridem appræhendere coneris. 358. Aſtrum inext.

2. II. *Bona deſolatorum Monaſteriorum, pertinent ad Religioſos ejuſdem Ordinis à Superiore ibidem ſubſtituendos, nec aliis alterius Ordinis Religioſis conferenda ſunt. Facit, quòd id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri nequeat: cui nequicquam officit delictum perſonarum &c.* Ergo iterum translationes Monaſteriorũ contraveniunt Iuri Canonico. Pro quo aſſerto, Cruſius allegat Aſtri q.1.n.59. Sed mentiar & aves Cruſianæ me diſcerpant, ſi vel ſemel ex hoc fundamento, dictam ſequelam eo numero intuli. 359. Aſtrum inext.

3. III. *Pontifex Vrbanus VIII. reſpondit, ſe æquè libenter, imò libentiùs permiſſurum Monaſteria Ordinibus antiquis, ita ut ipſi ædificent inde NECESSARIAS ſcholas & ſeminaria, iisq; præſint & doceant, quàm aliis quibuscunque.* Igitur ſi Ordines antiqui, nihil horum facere voluerint, neque fuerit alius modus reſtaurandi Germaniam, quàm per ſcholas & ſeminaria, Pontifex contra Ius Canonicum veniet, transferendo unum alterumvè Monaſterium ad Societatem Jeſu. Anathema huic philoſopho, quiſquis ita ratiocinari præſumpſerit. Hîc Cruſius ad me: *Tu es ille vir*, facem cape, & tuum incende *Aſtrum*, jamjam aliàs extinguendum. q.1.n.106. & 107. Sed heus Cruſi, ne præpropera: non facem, ſed fæcem & fucum mihi hîc obtrudis: Aſtrum adhuc abundè rutilat, nævus in lumine non invenitur; nulla ibi Eclipſis; nullum ex fumo poſitum fundamentum. Cape tubum opticum bone vir, & vide, & vade. 360. Aſtrum inext.

CORVUS LOQVENS.

4. IIII. *Translactiones Monaſteriorum olim fuerunt facta, vel ab uno ſexu in alterum, tamen intra eundem Ordinem; nec in Germania ſolùm: vel certè facta ideo, quia Ordo non contradixit, nunc verò contradicit.* Hæc Cruſius ex meis (ut opinatur) cornucopijs; qui iſtud meo nomine decimum fundamentum ponit, ex quo inferatur primitus poſita hæc concluſio: *Ergo venitur contra jus Canonicum, ſi Monaſteria deſtituta, aliis alterius Ordinis Religioſis uniantur.* Miror Cruſium hanc non etiam addidiſſe conſequentiam: Ergo *ſi bovem non poſſis, aſinum agas.* cùm eadem ex antecedenti ſit ſequela utriuſque. 361. Aſtrum inext.

5. Sunt nempe in aviario Cruſiano volucres, quæ longè aptius & accommodatius ſermocinantur; atq; ut de pſittacis, cornicibus, ſturnis & luſcinijs loquacibus modò ſileamus, Tiberio principe, corvus ſutoris adeò maturè ſermoni aſſuefactus eſt, ut omnib. matutinis evolãs in Roſtra, in forũ verſus Tiberium,

FALSÆ ALLEGATIONES deinde Germanicum & Druſium Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum Romanum ſalutaret, poſtea ad tabernam remearet, ut ſcribit Plinius lib.10.c.43.

APES SCRIBERE DOCTÆ.

Fol.202.col.2.in med.
Qu.7.c.2.num.17.

362. Aſtrum inext. In ventum pulverem portat Cruſius, affirmando me in *Aſtro* q.1.n. 106. allegare Vrbanum VIII. Papam pro antiquis Ordinibus *RESCRIBENTEM*. At vero, nullius ego *Reſcripti* Pontificii uſpiam ibi memini: niſi forſan in Lexico Cruſii, idem ſit *Reſcriptum* Principis, quod *vivæ vocis oraculum*. qua ratione, & apes Barberinas hic reſcripſiſſe, nil erit exotici.

CHIRVRGVS.

Fol.204.col.1.ante fin.
Quaſt.7.c.2.num.18.

363. Aſtrum inext. 1. *Ad decimum fundamentum* F.Romani *reſpondeo*, inquit oraculum Bremenſe, *falſum eſſe, translationes Monaſteriorum, TANTVM ab uno ſexu in aliũ, intra eundem Ordinem factas eſſe: cum ex catalogo translatorum Monaſteriorũ SVPERIVS ALLATO, ſufficienter conſtet, Monaſteria etiam ab uno Ordine Religioſo, in alium eſſe translata.* Incuſat hic me Cruſius, quaſi docuiſſem q.2.n. 5. *Aſtri*, translationes Monaſteriorum olim TANTVM ab uno ſexu in alium intra eundem Ordinem factas eſſe.

2. Zeno dicere ſolebat, ſatius eſſe labi pedibus quam lingua, ſeu calamo. Cruſius etiam memoria. Nam ſi bene meminiſſet, ſciret utiq; me non locutum fuiſſe de catalogo *SVPERIVS* à ſe *ALLATO*, & triennio poſt *Aſtrum inextinctum* excuſo, fol. ſuo 176. & ſeqq. Sed de illo, quem Paulus Layman expanderat in Appendice nuncupatæ ſuæ *Iuſtæ defenſionis*, fol. 10. & ſeqq. Imo neque de toto illo Catalogo locutus eram, ſed de 56. Monaſteriis duntaxat illius catalogi. Cape verba mea Cruſi, & tua in pharetram reconde. *Porro numerantur*, aiebam, *in eo Catalogo* Laymanni, *minimum* 56. *Monaſteria, quæ Opponens computat inter Germaniæ Monaſteria, translata ab uno Ordine ad alium, QVORVM tamen NVLLVM TALITER translatum eſſe deprehendimus: ſed VEL ſunt extra Germaniam; VEL manſerunt in uno eodemq; Ordine, & translatio tantum inſtituta fuit ab uno ſexu ad alterum, nulla facta alienatione ab ipſo Ordine; VEL demum ex Eccleſiis ſæcularibus factæ ſunt regulares; idq; de iure communi. gloſſ. in c. ſtatuimus. 19. q. 3. verb. quæritur.*

3. En, ut ego ſolum de 56. Monaſteriis loquar, quæ in triplici differentia inveniri dico, nullumq; ipſorum, quod ab uno Ordine ad alium fuerit translatum. Cruſius, duabus differentiis omiſſis, tertiam unicam allegat: & inſu-

inſuper, me volens arguere mendacij, ait, Monaſteria ſaltem alia *S V I* Catalogi, ab vno Ordine Religioſo in alium translata fuiſſe. Gratias habeo Cruſi, pro doctiſſimis reſponſis, meorumque dictorum refutatione tam ingenioſa. Gratias itidem tibi benigniſſime Deus, quòd ad diſcendam Chirurgiam Cruſium non applicaueris; conquerenti namque de vulnere capitis, ipſe mox pedem obligaſſet. FALSÆ ALLEGATIONES

CITRINELLÆ.

Fol. 212. *col.* 2.
Qu. 8. *nu.* 8.

Vt aures mihi obtundunt, & cantu ſuo fatigant citrinellæ Cruſianæ! *F. Romanum imperitè dixiſſe*, ſcribit auians Auiarius, *quod tranſlatio Canonica cõſiſtat in eo, vt quis animum habeat, ad primum v.c. Monaſterium non redeundi.* 364. Aſtrum inext. Sed magis imperitè, F. Romanum, Fr. Iohannes Cruſius allegat, nihil huiuſmodi docentem. Nam ita ſonant verba F. Romani loco cit. *Tranſlatio Canonica in eo Conſiſtit, vt Monachus deſinat eſſe membrum prioris Monaſterij vel Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris* : ſiue iam habeat animum, aliquando ad primum redeundi, ſiue non. De occultis Eccleſia non iudicat, vti, Fr. Cruſius.

CHLORIDES.

Fol. 213. *col.* 1, *in init.*
Qu. 8. *nu.* 9.

Nec vera eſt diſtinctio, pergit Bremenſis ſocius, *F. Romani, quòd in tranſlatione abſoluta & perpetua tantum, ſit opus Epiſcopi licentia, non verò in tranſlatione ſecundùm quid & temporaria.* 365. Aſtrum inext. Sed per Deum immortalem, vbi ego, vel qua pagina, quo loco, qua linea, quibus verbis hanc diſtinctionem formaui? qui q. 7. n. 27. expreſsè contrarium docui, nimirum in translatione etiam perpetua ſeu Canonica, conſenſum Epiſcopi non requiri; nedum in temporaria. Ariſtoteles, vt eſt apud Laërtium, quandoque interrogatus, quid lucrifacerent mendaces. Vt, inquit, etiam vera loquentibus non credatur. Iſtud Cruſio quoque deſtinatum eſt præmium, qui toties Cretam verſus, in eâdem naui nauigat, ardeis, non chloridibus comitatus. Nauis communis, commune periculum eſt.

ONOCROTALUS.

Fol. 219. *in med.*
Quaſtiunc. 2. *in parergis. in fin.*

Proinde inanis, ait iterum Cruſius, *eſt illa F. Romani q. 7. nu.* 20. 28. *& ſeqq. diſputatio*, nimirum, *qualem & quantam Abbas in ſuos Monachos habeat* 366. Aſtrum inext. *iuriſdi-*

FALSÆ ALLEGATIONES *iuriſdictionem? an etiam criminalem?* Non ſolùm Optico tubo, ſed etiam melioribus oculis Cruſium indigere video, cùm nihil horum allegatis locis tractauerim, vſque ad num. 40. dictæ q.7. adeoque inanis eſt illa Fr. Ioannis Cruſij diſputatio.

MONEDVLA.

Ouid. 7. Metamorph.

Nigra pedes, nigris velata monedula pennis
Aduolat.

Fol. 228. col. 2.

Qu. 10. in Epilogo.

367. Aſtrum inextinct.

1. Vt finis Deliquij Cruſiani reſponderet initio & medio, noluit intermittere Cruſius, quin vltimam quoque pagellam peruerſa inficeret allegatione, & honorem nominis mei, omni monetâ & monetulâ (vnde *monedulæ* nomen) mihi chariorem, ſurripere conaretur. Do verba hominis: *Et hunc virum*, Paulum Layman, *tam præclarè de omni poſteritate, eruditione ſua promeritum*, (lauda abundè, ſemper erunt qui perferant) *Doctorem adeò perſpicacem, malè oculatus iſte Aſtrologus*, F. Romanus, *non erubeſcit è cathedra ad ſubſellia deuocare, ET MAGISTRVM ETIAM OFFERRE SE, DVCEMQVE eidem, eo in genere, in quo vix eſſe diſcipulus cæpit, audebit?* Senza cholera Cruſi. Tantum virum, ante mortem, omnes ſuos anteriores labores, tam fœda ſcriptione, & *iniuſta* ſua *defenſione* maculaſſe, omnes prudentes & docti mecum admirantur: credo plurimum etiam ſuæ exiſtimationis eâ perdidiſſe.

2. Nec verum eſt, quòd hominem è cathedra ad ſubſellia arroganter deuocauerim, aut *me Magiſtrum, ducemque eidem obtulerim*: ſed vt deſcenderet, & in ſubſelliis NOBISCVM ſederet, & aſcendenti cum ſua luce VERITATI locum cederet ROGAVI. *Quia tamen*, aiebam quæſt. 1. Aſtri. num. 35. *Seneca teſte, nemo ſibi tantùm errat, ſed alieni erroris cauſa & author eſt, cogimur omnino, (ſi quidem errori Veritatem dominari velimus) non tam ſenem in ſcholas mittere, quàm ſenem, & Doctorem, & Canonum Profeſſorem, in ipſa Canonum ſchola ROGARE, vt tantiſper è cathedra deſcendens, poſito rubore, in ſubſelliis NOBISCVM ſedeat, & attonitis auribus Reginam Orbis, è ſublimi meliora docentem audiat. Par enim eſt, aſcendenti cum ſua luce VERITATI locum cedere, & priùs diſcere, quàm docere; quia docere antequam didiceris, eſt agi ſpiritu vanitatis, vt ait Alphonſ. Rodericius tom. 3. Exercit. tract. 1. cap. 4.* Hæc ex Aſtro.

Veritas omnia vincit.

3. Quòd autem *coactus* fuerim Laymannum *rogare*, vt tantiſper deſcenderet, cauſam præbuit hominis ſupercilium, quo ſeipſum arroganter in cathedra collocauerat, *Iuſta* ſuæ dictæ *defenſionis* fol. 443. & 444. ſic è ſublimi detonans. *Valde dubito, num ſciat Aduerſarius noſter, quid ſit Monaſterium extinctum eſſe. Si enim id intellexiſſet, ipſum titulum Animaduerſionis*

in cau-

in cauſa Monaſteriorum extinctorum, non ſine reprahenſione aliqua reliquiſſet. DOCEBO ITAQVE HOMINEM, DVMMODO DOCTRINÆ CAPAX SIT. En, vt ſe non modò exaltauerit Paulus, & verba ſua, velut ex oraculo prompta æſtimari voluerit; ſed & ſcriptorem aduerſi libelli contempſerit, ac veluti pro ſtulto, qui diſciplinæ capax non ſit, habuerit. Dignum proinde tali patella, à me fuit impoſitum operculum; nec in æternum pænitebit, Veritatem erranti Laymanno præpoſuiſſe.

Sed aduerte Lector, quomodo me de cathedrâ, ad ſubſellia, non deuocet modò, ſed & deturbet Cruſius. Suprà, allegat. 295. ſalutauerat me Sacrorum Canonum Profeſſorem; hîc, *vix diſcipulum* nominare dignatur. Parum abeſt, quin exprobret, *Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?* Ioan.7.

Sed iam ſumma procul villarum culmina fumant, *Virgil.*
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ;

venit heſperus, & ex horto Cruſiano nos euocant intrantes capellæ. Meridiem combuſſimus ſine igne & bile. Si placet, etiam Horti Cruſiani Confinia viſitemus; quorum tantò maior eſt ambitus & peripheria, quantò circulus maior minorem ſuperat, & includit.

CONFINIA.

RArus eſt hortus, vbi non in ſemitas, aut ſepes vicinas, per ventum deportata ſemina, vel proiectæ radices, nonnullos flores quaſi poſthumos inexſpectatò producant. Idipſum, exuberante fertilitate, & nobis accuratiùs reuidentibus, euenit Horto Cruſiano, vbi tales meritò legi debent, ne pedibus incedentium proterantur. Pergamus igitur, dum dies eſt, DEVM imitari, cuius primum opus fuit, diuidere lucem à tenebris, & Eclipſi.

HELIOTROPIVM.

Fol. 6. col.2. in princ.
Qu.1.c.1.num.4.

Oculi tui videant æquitatem.

1. Ioannes Cruſius Bremenſis in ſua Eclipſi *Aſtri inextincti*, allegans Baldi verba formalia, in l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſque vniuerſ. ait, eum ex Innocentio ſic ſcripſiſſe. *Aut Collegium eſt deſtructum authoritate Superioris; aut caſu, puta mortalitate. Primo caſu eſſentia* 368. Baldus.

liter

liter & effectualiter deſinit eſſe Collegium, & perdit priuilegia: ***SECVNDO CASV, DESINIT ESSE COLLEGIVM, QVANTVM AD IVRIS INTELLECTVM.*** *Ita Baldus.* Hucuſque Cruſius, qui non debuiſſet dicere, *Ita Baldus*, ſed, *Ita Typographus.* Næ enim optimus frater eſt Ioannes Cruſius, vinoque Cretico digniſſimus, ſi præcipua fundamenta ſuæ ſtabiliendæ Eclipſeos, ſuper errores & menda typographorum ponere velit.

Baldus integritati ſuæ reſtituitur.

2. Verba Baldi ſunt hæc. *Aut Collegium deſtruitur authoritate Superioris, aut deſtruitur caſu, puta mortalitate. Primo caſu, eſſentialiter & effectualiter deſinit eſſe Collegium, & perdit priuilegia: Secundo caſu, NON deſinit eſſe Collegium, quantum ad iuris intellectum; Vnde priuilegia Collegio conceſſa, adhuc durant, nec eſt neceſſe, quòd iſta priuilegia renouentur. Et hæc eſt ipſa Veritas.* Ita Baldus loco cit. in editione Veneta apud Iuntas Anno, 1585. reliquis correctiore & accuratiore, quæque iam primùm nobis exhibita fuit.

3. Quæ verba, cùm pleniſſimè ſententiam Baldi, ipſamque veritatem lucidè continerent & exprimerent, Cruſius truncatè & mutilatè retulit. Nam non ſolùm vltima verba illatiua, *Vnde priuilegia &c.* quibus præcipua vis ineſt, ſtudioſè, imò ſubdolè pertranſiit, (vti ſuprà dictum allegat. 2, 33. & 34.) ſed etiam in altero diuiſionis membro, particulam negatiuam NON, (quæ totius rei baſis eſt) omnino prætermiſit, nihil veritus eadem verba grãdiuſculis literis, ac ſi eſſent ipſiſſima Baldi, exprimere; vt ita Lectori, dubitandi anſam eriperet, & Baldum in ſecundo diuiſionis membro, affirmare faceret quod negabat. Et quia huic principio, ex truncata Baldi authoritate poſito, tota Eclipſis, maiori ex parte nititur, hinc non obſcurè luceſcit, quãta ſit authoritas Ioannis Cruſij, eiusque Eclipſeos, in fundamento mox fatiſcentis. Infectâ namq; radice, omnes rami ſunt infecti.

4. Dicet fortaſſe, ſe vſum exemplari mendoſo & corrupto, (quali & nos ante hac) in quo particula negans omiſſa fuerit, cùm & alij ſimili modo decepti, illa verba retulerint. Verùm, difficile eſt credere, Cruſio accuratiorem editionem defuiſſe, in tot præſtantibus Bibliothecis ſuæ Societatis. Quicquid autem ſit, ex ipſa oppoſitione, quæ debet inueniri inter membra bonæ diuiſionis, defectum negatiuæ, facillimè depræhendere potuiſſet. Baldus enim diuerſis locis docuerat ex communi Dd. ſignanter in Margarita. verb. ciuitas. & l. ſi gtege legato. ff. de leg. 1. num. 1. Collegium de facto tantùm, aut caſu, ſeu per mortem omnium Collegiatorum diſſolutum, adhuc habere iuris intellectum, & durare ac ſupereſſe habitu, licet non actu; atque priuilegia eiuſdem Collegij & iura manere, eaq; per inſtaurationem Superioris, de habitu ad actum reduci. Secus verò eſſe, ſi Collegium de iure aut per Superiorem deſtrueretur, quo caſu, actu & habitu extingueretur, neque priuilegia eius durarent.

Baldus ex ſeipſo reſtituitur.

5. Eandem doctrinam planiſſimè & apertiſſimè tradiderat, ad l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. n. 1. in verb. ſolutum, vbi ſenſum ſuum aperuerat, explicando

cando

cando gloſſam dicentem: *ſi nemo remanſit, Collegium eſſe ſolutum*: ad quæ verba ſic Baldus commentatur. *Tu dic, quòd adhuc iuris intellectum habet, cùm non ſit de iure deſtructum: Secus ſi de iure eſſet deſtructum. de leg. 3. pater. §. Tuſculanus. Et non dicitur non exiſtere primo caſu, ſed VACARE. &c.* Et in cit. Margarita. verb. ciuitas. *Si autem*, inquit idem Baldus, *de facto opprimatur à prædonibus, vel latronibus, & tyrannis capiatur & deſtruatur Monaſterium, Eccleſia, vel ciuitas, tamen ſine vllo corpore materiali viuit QVODAM INTELLECTV, & extat anima, vt ita dicam, quaſi ſine vllo corpore, & retinet OMNIA priuilegia.* His conſentanea habet conſil. 322. n. 1. & alibi. FALSÆ ALLEGATIONES

6. Quibus lectis & intellectis, facillimum erat Cruſio, perſpicacis ingenij homini, aduertere mendum typographi, ſeu defectum negatiuæ in ſecundo diuiſionis membro; & ita Baldum à contradictione in commentatio d. legis vindicare. Sed vt Baldum ſecum ſentire incauto Lectori perſuaderet, maluit hæc omnia citata loca, & ſinceram Baldi doctrinam diſſimulando præterire, quàm errorem typographi agnoſcere. Error enim & oblectatio facilè conueniunt.

7. Simul apparet, quàm iterum imponat Baldo loco cit. quaſi doceret, Collegium morte omniū deſtructum, *deſinere eſſe ESSENTIALITER*, & tamen manere effectualiter, ſeu *quoad effectum*, vt loquitur Cruſius; cuius tamē contrarium, ex ipſiuſmet bonæ diuiſionis requiſita contrarietate, Baldus docuit; quin etiam implicat, id manere *effectualiter*, quod *eſſentialiter* eſſe deſinit, cùm non entis nulli ſint effectus. 369. Baldus.

8. Inſuper cum quanta Baldi iniuria, extruncata iſtiuſmodi ipſius doctrina inferat, Collegium per mortem omnium deſtructum, non de facto tantùm, ſed de iure deſtructum cenſeri, eò quòd ex mente Baldi, iure ſeu lege approbante, adeoque *ſecundùm iuris intellectum* deſtructum ſit eſſentialiter: cuius iterum è diametro contrarium Baldus tam expreſsè docuerat. 370. Baldus.

9. Vnde & vlterius videre licet, alibi fruſtra allegari eundem Baldum, vti & gloſſ. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſ. ad hoc, quòd Monaſterium non exiſtens in immediata ſubiectione Pontificis, cum bonis & pertinentiis tranſierit in immediatam poteſtatem & diſpoſitionem Sedis Apoſtolicæ, excluſis immediatis Superioribus, eo ipſo, quod ab hæreticis violenter occupatum, & omnes perſonæ caſu mortuæ fuerint: quod Baldus ne ſomniauit quidem; & gloſſa, communi iuris interpretum conſenſu, minimè gentium docuit. Ita aërem cædit Cruſius, dum nemini cedit, nec ipſi Veritati: ſequitur enim oculis errores ac tenebras multò accuratius, quàm vllum heliotropion Solem. 371. Gloſſa 372. Baldus.

Hh VIO-

FALSÆ ALLEGATIONES

VIOLA.

Fol. 6. col. 1. in fin.
Qu. 1. c. 1. num. 4.

373. Cardin. Zabarell. Malè applicata & immutata ſunt verba Cardinalis Zabarellæ, Clem. in pleriſque de elect. q. 2. nam cùm Cardinalis, in ratione dubitandi, in ſenſu Pauli adferret hæc verba; *Collegium eſſe deſinit, remotis perſonis illius*, ad hoc ſolùm, vt oſtenderetur Cathedralem Clero & populo nouiter expulſo, deſinere de facto, eò quòd Sacramenta ibidem non adminiſtrentur, (quod factum Clementina ponderat) non verò de iure. Cruſius verba in ratione dubitandi poſita, ſibi pro authoritate, ſeu ratione fundandæ Eclipſeos, maiuſculis iterum characteribus vſurpauit; *COLLEGIVM*, inquiens, *ESSE DESINIT, SVBLATIS PERSONIS ILLIVS*. ac ſi eſſent formalia Cardinalis, & ex mente eiuſdem allata ad hoc, vt Collegium mortuis omnibus Collegiatis diceretur eſſentialiter, ſeu de iure, & quoad habitum etiam extinctum. Cùm tamen vox *remotis*, quæ eſt apud Zabarellam, mutata fuerit à Cruſio in vocem *ſublatis*, veluti magis ſymbolizantem cum voce *mortuis*; vt hoc aſtu ſuaderetur, Cardinalem ſentire, quòd ſublatis ſeu mortuis omnibus de Collegio, illud de iure, ſeu quoad habitum ſit extinctum; cuius contrarium Cardinalis non ſolùm hîc concludendo infert, ſcilicet Eccleſiam non deſinere eſſe Cathedralem, niſi authoritate legitima Superioris ſit deſtructa; ſed & alibi, adeò expreſsè & diſertè docet, vt etiam velit in caſu, quo nulli Canonici ſint in Collegio, Superiorem non poſſe prouidere de Prælato, niſi ſeruatis terminis Iuris; ex ratione, quia non propterea extinctum eſt ius Collegij Eccleſiaſtici, quod conſeruatur in Eccleſia cui conceſſum eſt, in cuius præiudicium, non debet Superior extra terminos iuris communis aliquid facere. *Violas* nimirum in horto ſuo legit Cruſius, qui toties doctrinam aliorum *violat*: quid inde mirum, quòd cauſam ſuam filo gerat appenſam, cùm plerumque flores filo ſoleant colligari?

BVGLOSSVM.

Fol. 6. col. 1. poſt med.
Qu. 1. c. 1. num. 4.

374. Gloſſa. Eâdem fide citat gloſſ. in c. ſtatutum. de elect. in 6. verb. collegiatas. Nam cùm gloſſa expreſsè ſentiat, in caſu quo Collegium deſinit Canonicorum morte, locum eſſe Decretali, & alios habere ſubſtitui, & ſi id non faciant hi, ad quos primò pertinet intra debitum tempus, ad Superiores gradatim deuolui: in caſu verò, quo Collegium deſtruitur authoritate Superioris, non eſſe locũ Decretali; prout eiuſdem gl. verba formalia adduxeram in *Aſtro* q. 1. n. 15. Cruſius iterũ pro fundamento ſuę Eclipſeos, omiſſis vltimis verbis primi membri, & toto

&c toto ſecundo membro, aſſumit fragmentum ex primo diuiſionis membro; videlicet: *Si Collegium DESINAT IBI ESSE, puta CANONICORVM MORTE, locum habet Decretalis, quia alij habent ſubſtitui*: Maiuſculis iſtis cupiens perſuadere Lectori, ex mente gloſſæ, Collegium morte Canonicorum deſinere eſſe totaliter, & quoad actum & habitum extingui, ita vt bona ſint vacantia, non minus, ac ſi deſtructum eſſet authoritate Superioris. Cuius tamen contrarium in terminis docet non ſolùm gloſſa hîc, alium effectum tribuens deſitioni Collegij per mortem omnium, & alium deſtructioni per Superiorem factæ; ſed etiam alij Dd. communiter gloſſam allegantes & explicantes. Tam ſcitè, tam peritè, ſcilicet, gloſſam exponit & applicat Cruſius, ac ſi linguam bouis haberet; hinc in horto creſcit ipſi *bugloſſum*, à Monacho Ochenhuſano meritò decerpendum.

FALSÆ ALLEGATIONES

Ochſenzungen.

ARVNDINES.

Fol. 6. col. 1. in princip.

Qu. 1. c. 1. num. 3.

A truncata gloſſa Canonica, ad ciuilem tranſimus, quam in l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſq. vniuerſ hoc loco Cruſius adducit, quaſi doceret, mortuis omnibus Collegis, Collegium diſſolui totaliter actu & habitu. (niſi enim iſtud intendat Cruſius ibi euincere, non modò fruſtra Doctores allegat, ſed & propria fundamenta ſibi ipſi ſubruit & euertit.) Atqui gloſſa (omnium Iuris interpretum conſenſu, ipſam hic exponentium) potiùs directè contrariũ tenet: quòd, videlicet, Collegium morte ſolutum, adhuc iuris intellectũ habeat, nec dicatur non exiſtere, ſed vacare, eò quòd non ſit de iure deſtructũ; ſecus vero, ſi eſſet de iure deſtructum. Bald. cit. l. ſicut. n. 1. Item, quòd Collegij propter delictũ authoritate Superioris diſſoluti bona, vt nemora, molendina &c. velut bona vacantia pertineant ad fiſcum vel Superiorem, vt eſt Papa: diſſoluti verò per mortem omnium Collegij bona, non confiſcentur, ſed Collegium ſit renouandum. ita Angel. ff. de Colleg. illici. in rubr. n. 4. Deniq; quãdo deſtruitur Vniuerſitas caſu fortuito, aut propter mortem, deſinat quidem eſſe actu, non tamen habitu, nec pereant priuilegia, quia ſperantur alij ſubſtitui, & tunc redibit de habitu ad actum: Si autem authoritate Superioris propter delictum, tunc deſinat eſſe in actu & habitu, & omnia priuilegia pereant, etiamſi perſonæ extarent. Ita Paulus à Caſtro, in d. l. ſicut. §. in decurionibus. Ex quibus ad oculum videre licet, quæ ſit ibi ſententia Doctorum & gloſſæ, hæc enim ſi contrarium ſcripſiſſet, vtriq; à Doctoribus redarguta fuiſſet. Sed Cruſius ad hæc intelligenda, voluntariè ſaxeus, ſemper aquam falſam dulci admiſcet, & gloſsâ ſuâ extraordinariâ, bugloſſum in horto ſuo & confinibus multiplicat, dum vtramque gloſſam perperam allegat. Vnde aliud hîc non videmus, quàm arundines vento agitatas; qualibus & olim prima Veritas ac vita, per ludibrium illuſa ingemuit.

375. Gloſſa.

FALSÆ ALLEGATIONES

IGNIS MISSILIS.

Fol. 28. col. 1. in fin. & fol. 29. col. 2. ante medium. Quæſt. 1. c. 3. n. 2. 6. reale, & nu. 3. §. pars tertia.

1. Iam etiam, imminente crepuſculo veſpertino, nobis ignes miſſiles & 376. Io. Igne. 377. volantes oſtentare deſiderat Cruſius, totus incipiens igneus fieri, vt mirum ſit, eius Eclipſin non conflagrare. Bis enim præpoſterè allegat Ioannem Igneum Falſa doctrina Cruſij. his verbis: *Vnde ad perſonale* priuilegiũ *reuocatur corporale, per not. Ioan. Ignei in l. neceſſarios. §. non alias. ff. ad Sen. Syll. nu. 415. & pluribus ſeqq.* Et iterum. *Pars tertia, nimirum, quòd nullo ex Collegio ſuperſtite, priuilegium corporale pereat, eſt Ioannis Ignei. in d. l. neceſſarios. §. non alias. ff. ad Sen. Syll.* cùm tamen Ioannes Igneus, non ſolùm illam cõcluſionem in terminis loco cit. non habeat, ſed ne corporalis quidem priuilegij meminerit, ſolumq; agat nu. 415. de iure ſeu priuilegio, ita ſingulariter oſſibus Principis inhærente, vt in aliam perſonam non ſit tranſmiſſibile. Numero autem 418. & 419. agat ſolummodò de priuilegijs certo & determinato perſonarum generi, (non intuitu certi loci) & perſonæ ſingulari conceſſis; adeoque communiter & particulariter ſingularibus, quæ perſonas generis, aut perſonam ſingularem non excedere docet.

2. Quæ veriſſima ſunt; ſed cùm priuilegijs corporalibus Collegiorum Eccleſiaſticorum nihil commune habent; imò plurimùm differunt, attento quòd priora perſonalia ſint, & iure perſonali cenſeãtur; ſecus verò corporalia Collegiorum localium, quæ realia cenſentur, vtpote intuitu loci ſeu Monaſteſterij directè conceſſa: Vnde etiam eodem modo manent aut pereunt, quo ſtrictè realia; videlicet, ſi res aut Collegium deſtruatur de iure, aut per Superioris authoritatem, etiam priuilegia realia & corporalia pereunt: Si de facto tantùm, aut caſu, non pereunt, prout videre potuiſſet Cruſius apud S. Antonin. in ſumm. 1. p. tit. 19. c. 1. § 2. Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 13. tit. 3. q. 2. n. 23. ſub fin. Franc. Suarez lib. 8. de legib. c. 3. n. 4. Barboſ. in l. quia tale ff. ſoluto matrim. Bonacin. tract. de clauſur. & violat. ipſius. q. 4. puncto. 2. n. 8. Rodericium tom. 1. q. 47. a. 8. in fin. Sanchez, & alios.

3. Hinc rectè docet Paulus Layman in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. c. 23. n. 4. huiuſmodi priuilegia corporalia, multùm recedere à proprietate priuilegiorum perſonalium: è contra, multùm participare de natura realium, adeoq; Priuilegia Corporalia conceſſa loci intuitu, reuocantur ad realia. potiùs reuocari ad realia, quàm ad perſonalia. Et adhuc clariùs in qq. Canonicis. de prelat. elect. q. 1. c. 3. n. 18. *Si omnes, inquit, è Collegio vel Vniuerſitate mortui ſunt, ius eligendi & ſimilia iura ac priuilegia pereunt, ſi per ſe conceſſa ſint certæ Congregationi ſeu cohorti, v. g. militum: Secus autem eſt, ſi conceſſa ſint in Ordine ad locum, VT REALIBVS POTIVS, QVAM PERSONALIBVS IVRIBVS annumeranda ſint. TALIA SVNT iura & priuilegia, quæ conceſſa ſunt Academiæ, ciuitati, MONASTERIO, Eccleſiæ; nam OMNIBVS MORTVIS, aut fuga dilapſis, CONSERVANTVR etiam IN SOLO. Abbas c. 2. n.*

12. de

12. *de poſtul. prælat.* Ignem proinde egregiè verberat cum ſuo Igneo, Cruſius qua ratione, *Aſtrum inextinctum* non extinguet, ſed plurimum illuſtrabit. FALSÆ ALLEGATIONES

DVÆ RANÆ VESPERTINÆ.

Simili modo allegatur alibi Dominicus à S. Geminiano in c. un. de ſtat. Monach. in 6. n. 5. ad hoc, ut Monaſterium Ordinis exempti ſub uno capite, cuius perſonæ caſu mortuæ fuerint, dicatur ita eſſe extinctum, ut bona ipſius ſint vacantia, & in immediata dominatione Sedis Apoſtolicæ poſita. Cum tamen Geminianus loco cit. non agat de Monaſteriis, per mortem omnium caſu diſſolutis; ſed de reprobatis, ſeu extinctis per Superioris authoritatē; quorum tanta eſt differentia, quanta inter Zenith & Nadir. Eiuſmodi allegationes plurimas, iam ſupra vidimus: Solent enim circa crepuſculum aut conticinium Veſpertinum ranæ catervatim in lacubus & paludibus coaxare Quarum duas memorat Æſopus in palude ſimul habitaſſe; per æſtatem vero, vi caloris, ſiccata palude, aliam quæſiviſſe, inveniſſeque profundum puteum. Quo introſpecto, altera alteri dicebat: Heus tu, deſcendamus in hunc puteum; cui reſpondit altera: Si autem & hic aqua aruerit, quomodo rurſum aſcendemus? Prudentior hæc rana fuit Cruſianis, quæ in tot falſarum & areſcentium allegationum puteos hactenus prolapſæ, quo pacto ſe extricent & emergant, non inveniunt. 378. Domin. à S. Geminiano.

SPECTRVM.

Non levat delictum turba errantium.
In præfat. Eclipſeos, num. 40.

1. En, niſi me fallunt oculi, ſpectrum aliquod circa hortum Cruſianum obambulat, ita repente de loco ad locum transvolat. Senſim incipiunt ingruere tenebræ; nox nemini amica; maturemus domum, ne infida nos horroribus obruat. *Quamvis Aſtrum*, inquit Cruſius, *ut à Caſparis Scioppii exacuitur ſtylo, ac tortuoſis criminationum aculeis armatur. &c.* Et iterum q. 5. ante cap. unic. nu. 1. *Totum hoc*, ait, *quod* in Aſtro de Ieſuitiſſis *profertur*, q. 3. n. 1. fol. 147. *ex inimico, ex infami, ex Maſonico Scioppii proficiſcitur calamo.* Denique rurſum q. 10. num. 9. *Atque ut concludam*, inquit, *conſideravimus hactenus Aſtri illius portentoſi, à Scioppio & F. Romano in Orbem hunc ſublunarem invecti errores, &c.* Ac paulo poſt: *Et quis Scioppianum perinde ac Hayanum Aſtrum, excentrico negat circulo lunatice oberrare?* Et mox infra. *Et qua tandem ratione, tenebrio iſte Scioppius, ac lucifugus F. Romanus, intueri Laymanni Iuſtam defenſionem poterunt?* Quinquies hic, ut vides Lector, Scioppium allegat, quaſi is *Aſtrum* ſub incude ſua tenuiſſet. 379. Caſpar Scioppius. 380. 381. 382. 383. *Caſpar Scioppius, an ſub incude ſua tenuerit Aſtrum inextinctum.*

2. Id quod ante ipſum, Paulus quoque Layman in Cenſuris *Aſtri inextincti*

tincti aſſeruerat: *Accedit*, inquiens in primo ſuo procemio, *exſcribendi etiam ſtylo apparere, alium quendã fuiſſe, qui plurima undequaq́ʒ congeſta conſarcinarit, & Magiſtro Philoxeno Melandro*, (Caſpari Scioppio) *magis adhuc exornanda, & fraudibus fulcienda tranſmiſerit, qui* & opus illud *ſub incude ſua tenuit, & callidis adinventionibus auxit atq́ʒ adornavit; omniaq́ʒ libri excuſa folia, nominis ſui adiectione conſignavit; Caſparis Sciopii Aſtrum inextinctum.*

3. Valentinus deinde Mangionius, in præfat. ſuarum Theoricarum idipſum confirmat, aſſerens, *quicquid in Aſtro inextincto admixtum eſt furfuris, eſſe à piſtrino Scioppii*; nimirum, *innumeras fraudes, calumnias & pſeudologias toto libro diſperſas, haud dubiè à Scioppio.* Nec multo poſt. *Calumnias*, ait, *& criminationes toti operi à Scioppio admixtas non attingam.* Addit etiam ibid. Mangionius, in Introductione ſui operis, Caſparem Scioppium in Aſtrologia ſua Eccleſiaſtica *DIXISSE, lucubrationem Aſtri inextincti, à Sacerdote quodam Benedictino SIBI TRADITAM fuiſſe.*

Quatuor falſi teſtes. 4. Deniq; Eugenius Lavanda, in Epiſtola dedicatoria, qua Notas ſuas in Aſtrum inextinctum Cardinali Barberino inſcripſerat, *Ne Caſpar Scioppius*, inquit, *prorſus tenebrio crederetur, hic quoq́ʒ auctoratus, opinor, Aſtrum inextinctũ primus ipſe procudere capit; quod rude & cæcum, F. Romanus Hay in officina ſua Theologica, nihilo melius elaboravit.* Hucusque quatuor iſti Theologi Societatis Ieſu, ut crederes in ore duorum vel trium teſtium, ſtare omne verbum. Sed multitudo errantium, non patrocinatur errori.

5. Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt vivos & mortuos, hic mihi & Scioppio fieri iniuriam: Mihi; quod *Aſtrum* ut iacet, meum partum eſſe negent: Scioppio, quod affirment eius calamum acceſſiſſe. Puto me olim in ſcholis tantum didiciſſe, ut non opus habeam hodie cooperatore Grammatico, præſertim in Iuris Canonici materia ſcribenda. Proinde, ſi placet, in me convertite ferrum, operam dabo ne fungum inveniatis.

6. Sed neque verum eſt, me dictum *Aſtrum* Scioppio *transmiſiſſe*; neq; verum eſt, Scioppium *dixiſſe*, quod Aſtrum illud à Sacerdote quodam Benedictino *ſibi traditum* fuerit. En verba Scioppii: *Percommodè evenit, ut liber hic à quodam magnæ Virtutis & eruditionis Sacerdote Benedictino CONSCRIPTVS, in manus meas veniret.* Nec denique verum eſt, quod Scioppius in editione SanGeorgiana omnia libri folia *ſui nominis adiectione conſignaverit*; cum rotũde fateatur ſe authorem illius non eſſe; adeoq; error ille imperito typographo imputari debeat.

7. Vnde non ſatis compertum habeo, quis ſpiritus (veritati contrarius) dictaverit his quatuor ſcriptoribus has inſanias falſas, niſi forſan illud ſpectrũ ſeu ſpiritus, qui 3. Reg. 22. *egreſſus ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam Achab* Regem Iſrael. *Cui locutus eſt Dominus; In quo? Et ille ait; Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus; decipies & prævalebis.* Congregaverat autem Rex Achab quadringentos circiter Prophetas

FALSÆ ALLEGATIONES.

phetas,qui omnes ipſi feliciſſimū belli exitū contra Regē Syriæ prædixerant, adeò quidem fervidè,ut unus eorū ſibi cornua ferrea fecerit,dixeritq; Regi: *Hæc dicit Dominus;his ventilabis Syriā,donec deleas eam.* Sed contrariū accidit, cōmiſſo quippe prælio,Rex Achab ſagitta percuſſus inter pulmonē & ſtomachū,eo die extinctus eſt,univerſo exercitu ſuo in montibus diſtracto.Spiritus ergo qui decipere potuit quadringentos,nonne potuit & quatuor?

8. Nec eſt poſtremò,quòd me Cruſius *lucifugum* nominet,cùm Eugenius Lavanda , & Cruſio non incognitus Author Præfationis ad Notas ejuſdem, ſecundæ editionis , hunc honoris titulum ac palmam omnibus præripiant. Monſtroſam autem Laymanni *defenſionem*,tam conſtantibus oculis intueor, quàm Hercules hydram à ſe proſtratam.

A cane non magno,ſæpe tenetur aper.

BVLLA ROMANA.

Fol. 77. columna 2.
Quæſt. 2.ſect.3.cap.1.num.20.

1. Nec Summi Pontifices,ut video,tuti ſunt ab inſultibus Cruſianis,nam adducto loco Bullam Pij II. qua Congregationem Burſfeldensē confirmaverat,veluti ſpuriā Cruſius rejicit,& inſtar Bullæ puerilis exſufflat,his verbis. *Ad Confirmationem ſecundam Reſpond. Primò,illam Bullam nec à me , nec ab aliis in Bullario repertam. Deinde,citatam Bullam,à Pio II. Pontifice NON EMANASSE. Siquidem ipſa data eſt Anno 1458. prid. Non Martij , uti eam allegat F. Romanus, Atqui tunc temporis,non Pius II. ſed Calixtus. IV. adhuc Pontifex fuit ; cùm demum hic Anno 1458. 6. Auguſti obierit,ut teſtis eſt Schultetus in Chronographia ſua,ac poſtmodum ſucceſſerit Pius II. Igitur &c.* Hæc ille. 384. Bulla Pij II.

2. Graviter ſentit hunc improviſum ictum laudatiſſima Congregatio Burſfeldenſis,penes quam hæc Bulla in Originali adſervatur,qui tamē deniq; non niſi in caput Authoris recidet. Oportuiſſet Cruſium diligentius in hanc Bullam inquirere,priuſquam tam aſſeveranter ſcriberet,illam à Pio II. *NON EMANASSE*; cùm probè nôrit,quòd plerumq; res parvæ,maximas trahāt; legeritq; fol. 407. *Aſtri inextincti*,tres præcipuos ſuæ Societatis patres,in Conſilio Bergenſi, ſic inter cætera ſcripſiſſe : *CERTVM EST ſextò, Congregationem Burſfeldenſem à Pio II. fuiſſe legitimè confirmatam,anno Pontificatus ejus primo.*

3. Verùm,ut ad rem redeamus,ſciendum eſt, quamplurimas locorum eſſe Bullas Pontificias,quæ in Bullario Laërtij vel Rodericij non reperiuntur. Deinde,annos Domini,triplici modo computari : Alio enim die & menſe incipiunt anni à Nativitate Chriſti ; alio,anni à Circumciſione Chriſti ; & rurſus alio anni ab Incarnatione Chriſti. Rota deciſ. 3. & 4. de judicijs. in novis. & deciſ. 17. de judic. & deciſ. 2. de V. S. in antiquis. Natus fuit Chriſtus Dominus. 25. Decembris , quo die incipiunt anni à Nativitate ipſius.

Anni Domini, trifariā computari poſſūt.

ipſius computati: Circumciſus autem fuit Cal. Ianuarii, indeq; ſumunt initiū anni à Circumciſione numerati, qui computus hodieq; propter initium menſis Ianuarii vulgariſſimus eſt, etiam non expreſſo nomine Circumciſionis: Denique Chriſtus Dominus incarnatus fuit, in die Annunciationis Beatiſſimę Virginis Mariæ, ſeu. 25. Martii, & ab eo die ſumunt exordium, anni Incarnationis Domini nominati.

Cruſius ignorat ſtylum curia Romana.

4. Stylus autem Curiæ Romanæ (ut referunt Miniſtri Pontificii, & quotidiana praxis docet) eſt, ut in Bullis, quæ *Datum* habent ſecundum annos Incarnationis Dominicæ, uſq; ad 25. Martii, non ponatur annus ſequens, ſed præcedens. Exemplo ſint duæ aliæ Bullæ eiuſdem Pii II. à Rodericio, in ſuo Bullario, fol. 119. mihi in editione Turnonienſi, de Anno 1609. fol. 140. relatæ; quarum una menſe Decembri, altera vero ſequenti Ianuario data fuit, in utraq; tamen ponitur annus ab Incarnatione Domini 1461. & Pontificatus quartus. Prior incipit: *Cum ex ſacrorum Ordinum &c.* in fine: *Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1461. Cal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quarto.* Altera vero ſic incipit: *Etſi cunctis Eccleſiaſtici, &c.* in fine: *Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. 1461. pridie Cal. Februarii Pontificatus noſtri anno quarto.*

5. Hic Pius II. Pontificatum adierat menſe Auguſto, anno Chriſti. 1458. conſequenter ſecundus annus Pontificatus eius, incepit eodem menſe, anno ſequenti 1459. Et tertius anno. 1460. Demum quartus eodem Auguſto, anno 1461. qui & duravit uſq; ad Auguſtum anni ſubſequentis. Adeoq; poſterior ſupradicta Bulla, licet data fuerit pridie Cal. Februarii, anno à Nativitate vel Circumciſione Domini 1462. tamen iuxta ſtylum Curiæ Romanæ, revera data fuit anno Incarnationis Dominicæ. 1461. Iſte enim durabat adhuc, uſq; ad 25. diem Martii, quo ſequens annus Incarnationis incipiebat.

Bulla Pii II. defenditur.

6. Ex his facilè ſuum errorem dediſcet Cruſius, qui Bremæ de iſtis nihil audierat. Nam Bulla, qua Pius II. Congregationem Burſfeldenſem confirmaverat, his verbis incipit: *Regis pacifici, cuius inſcrutabili providentia, &c.* in fine *Datum Senis, anno Incarnationis Dominicæ. 1458. pridie Nonas Martii, Pontificatus noſtri anno primo.* quo tempore, iam quidem agebatur annus à Nativitate Domini. 1459. ſed quia nondum aderat dies 25. Martii, ideo durabat adhuc annus Incarnationis Dominicæ 1458. Adeoq; perperam ſcribit Cruſius, hanc Bullam à Pio II. *NON EMANASSE.*

7. Qui, ut eſt ingenioſus, ſi pro tuendo ſuo errore obiiciat, huiuſmodi computum & ſtylum eſſe contra rationem, quod ex eo ſequi videatur, Chriſtum Dominum tribus menſibus poſt ſuam nativitatem incarnatum fuiſſe; cum de fide ſit, quod Incarnatio novem menſibus præceſſerit Nativitatem. Reſpondeo, hac obiectione non iam me, ſed Curiam Romanam peti, quæ tali ſtylo, in hodiernum uſq; uti conſuevit; eam proinde Cruſius poterit interrogare. Imo, forſan & Floſculus noſter dubium hoc ſolvet. Interrogatus enim cur Alphabetum incipiat ab A.B.C. & non ab R.S.T. initio ſubridebit; deinde dicet, primo litterarum fundatori ſic uiſum fuiſſe; ſeq; ſemper in ſcho-

his au-

lis audiviſſe, *Magnificat* non eſſe corrigendum. Verum nos iam poſt *Magnificat*, ſubiungamus Antiphonam. *Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam quam tibi Dominus præparavit in æternum.* Videamusque quo loco apud Cruſium Deo dicatæ Virgines habeantur, qui ne à Diogenis quidem pera ſibi temperat.

PARTHENIVM, herba.

Latinis, Solis oculus.

Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat. Pſ. *93.*

Fol. 206. *& ſeqq.*
Qu. 8. *per totum.*

1. Si Cruſius unquam Eclipſin & tenebras offudit Orbi Chriſtiano, id egit hoc loco; ubi peculiarem & integram Quæſtionem per multa folia concinnavit, de Monaſterio ſacrarum Virginum inferioris Saxoniæ, Ord. Ciſtercienſis, Woltigeroda nuncupato. Vbi diſertis verbis conſtanter affirmat, Abbatem in VValkenried cum una Moniali Ordinis eiuſdem, & aliquot puellis Novitiis dictum Monaſterium, ſuperioribus annis *invaſiſſe*: Monialem illam, ex Toſtienburg Eichsfeldiæ Monaſterio, *contra voluntatem ſuæ Antiſtitæ, & Ordinarii prohibitionem, invito quoq; Ordinario Hildeſienſium* ibidē *introduxiſſe: deſerto* poſtea Monaſterio, eandem ſeſe in Frankenberg recepiſſe; atque ita *deſerti Monaſterii vacuam*, ut ait, poſſeſſionem, à Ferdinando II. Imp. per Seren. Electoris Colonienſis *Commiſſarios ſublegatos*, Societati Ieſu datam fuiſſe: *Monialem* autem illam, (ut appellat) *profugam*, cum ſuis Novitiis, Monaſterii hortum & templum ingreſſam, Societatem in ſua poſſeſſione *turbaſſe, adeoq; aliqua vi oppugnaſſe*, denique vero illam ipſam cum ſuis Novitiis, *honeſtè, decenterq;* ſedibus impoſitam, è Monaſterio, Sabbato Palmarum, anno 1631, elatam Hildeſium migraſſe. Ita Cruſius d. q. 8. fol. 206. & ſeqq. eadem planè fide, qua 4. Octob. anno 1643. ad acta Compulſoria Coloniæ retulit, Doctorum Duacenſium Cenſuram pro *Aſtro inextincto* datam, fuiſſe coactam, eo quod Benedictini negarent Academiæ Duacenæ annuos reditus, ipſi debitos, niſi ipſimet Dd. aliquam ſaltem darent Cenſuram pro *Aſtro*. *Cruſii falſa narrata de Monaſterio Woltigeroda.*

2. Ego, in ultima pagella Indicis Aſtri inextincti, littera W. rem ſtrictim pauciſſimis verbis, (tecto proceſſu) obiter ſic inſinuaveram. *Woltigeroda Monaſterium Ord. Ciſterc. Monialium; in inferiori Saxonia, Sabbato Palmarum, Anno* 1631. *violenter per manus quorundam Ieſuitarum, è templo & Monaſterio eiectis Monialibus, a P. Rectore* Goslarienſi *occupatur. q.* 1. *n.* 97. *fol.* 83. Nolebam tunc temporis, licet ad manum haberem, horribilem & inauditam facti ſpeciem fuſius enarrare, ut parcerem honori Societatis Ieſu. Atq; utinam Cruſius eidem pepercisſet, nec extremam illā Indicis fimbriam, à centeſimo Lectore non æſtimatam, attigiſſet.

FALSÆ ALLEGATIONES. 3. Teſtis eſt mihi conſcientia, quam ægre coarcter ad deſcribendum hoc Parthenium; quoties calamum, quantumvis atramentum abundantiſſimè reddentem, è manibus abiecerim; quoties, amore venerandæ Societatis, nauſeabundo ſtomacho de tabula ſurrexerim, & chartam in qua ſcriberem, averſatus fuerim. Sed quia Cruſius (ut mox videbimus) me tam audacter provocavit, & cogitare cæpi, quod bonis nocet, quiſquis malis pepercerit; idcirco tandem evicit defendendæ Veritatis inſuperabilis neceſſitas: *Iram enim Dei ſuper ſe provocat, qui Veritatem opprimi perſpiciens, eam pro viribus non defendit. 11. q. 3. c. quisque & c. nolite. Hadrian. Papa noſter. in quodlibet. q. 11. litt. f. Scrutinium. chart. 2. ubi chart. 4. quod non ſolum eſt proditor Veritatis, qui palam mendacium dicit, ſed qui liberè Veritatem non defendit. ubi plura in chart. ſeq. & char.* 133. ut ait Nevizan. lib. 5. ſilvæ nuptial. n. 117. in theſaur. comm. opin. & ſentent. fol. 76. fac. 2. & habetur 11. d. c. nolite timere eos. 86. & ibi gl. verb. proditor.

Ordo Ciſterciẽſis impulit me ad ſui defenſionem. 4. Cum etiam teſte Venerab. Beda, *utilius ſit ſcandalum naſci, quam quod Veritas relinquatur*. & S. Greg. homil. 7. in Ezechiel. atteſtetur: *ſi de veritate ſcandalum accipiatur, melius permitti, quàm ut veritas relinquatur* imo & *iudex debeat potius permittere ſcandalum, quàm veritatem relinquere. Hadrian. Papa quodlib. 1. eſt chart. 6. col. 4. & quodlib. 3. chart. 29.* apud Nevizan. d. lib. 5. num. 116. Præſertim cum ad ſcribendum ſimul me impelleret Sacer Ordo Ciſtercienſis, etiam in ſcriptis mihi totius geſtæ rei ſeriem, ab iis qui tunc temporis in Saxonia inferiori præſentes aderant, in chartas relatam, tranſmittendo; aſſerens, ſe à Cruſio iniquiſſime traductum; hinc innocentem potius defendendum eſſe, quàm parcendum nocenti, veluti qui ſibi quod imputet habeat, tantarum iniuriarum, cum licentia ſuorum Superiorum, in publicum editam impactionem: cum & rei partes, ſemper deceat eſſe favorabiliores quàm actoris. Quin & meum (addebat) honorem hoc loco periclitari, utpote cuius verba Cruſius *fabulam, aut potius calumniam* interpretetur. ſira q. 8. ante numer. 1. Quæ omnia oppreſſam Veritatem ſuæ libertati reſtituere, & falſas allegationes facti, (non minus ponderandas, quam allegationes Iuris) prout ab Ordine Ciſtercienſi accepi, candida relatione emendare me compellunt.

385. Aſtrum inext. 5. Loco proin' citato, ſic orditur Cruſius. *F. Romanus aſſerit quidem, dictum Monaſterium VVoltigerodenſe, violenter eiectis Monialibus à P. Superiore Goſlarienſi fuiſſe occupatum; at id nec literis, nec teſtibus, nec ullo probabilis argumenti indicio docet, nec docere poteſt, ideoque calumniari dicendus eſt.* Et inferius numer. 13. *Inquies, Moniales ſedibus impoſita ſunt, at ex dicto Monaſterio elata per manus Ieſuitarum. Igitur violenter Societas dictum Monaſterium occupavit. Reſpondetur Antecedens eſſe falſiſſimum, & calumnioſe ab Indicis authore confictum, nec ullo unquam tempore*

pore

pore, ab illo vel ullo alio probandum, ut ſupra oſtenſum eſt. Ideoque videat calumniarum ſtructor, quomodo calumniatoris pœna ſeſe exſolvat. Hucusque Cruſius, qui, cum nondum omnium dierum Sol occiderit, meque Calumniatorem nominet, niſi literis vel teſtibus doceam, rem ſic eveniſſe, veniam dabit utique Societas univerſa, ſi pro mea, ipſiusque Veritatis extorta defenſione, literas & teſtes produxero. Cogit me Cruſius vel invitum. Teſtes autem erunt eæ ipſæ perſonæ, quæ proceſſui interfuerunt; has audiamus ad Dn. Officialem ita ſcribentes.

Proceß

Welcher ſich mit den Geiſtlichen Cloſter-Jungfrawen den 12. Aprilis im Jahr 1631. zu Woltigeroda verloffen / welchen Sie ſelber beſchrieben vnd dem Herrn Official vberſchickt haben.

6. Vnſer demüthiges Gebett / mit wünſchung zeitlicher vnnd ewiger Wolfahrt / hochwürdiger Geiſtlicher Vatter vnd Official.

Vnſern erbärmlichen Zuſtand / können wir arme verlaſſne Wäiſen nit verhalten / wie die *TP.* der Societät am Sonnabend vor dem Palmtag / ſo vnbarmhertzig mit vns vmbgangen / dann ſie mit dem Herren Amptmann von Windela / ſambt dem alten vnnd newangenomnem Vogt / ſolche Geſellen / mit welchen man pflegt Schelmen vnnd Dieb zufangen / in vnſer Cloſter Woltigerod / in welches wir von vnſerem Geiſtlichen Vatter Herren Prelaten von Walkenried *ſubdele*girtem *Commiſſario*, dem Käyſerlichen Edict nach / zuleben / darein geſetzt / zwiſchen 6. vnnd 7. Vhren kommen / da wir noch in vnſerem Gebett auff dem Chor / von gemeldtem Amptmann vnd Jeſuiten mit Vngeſtümm auffgeforderet / wir ſolten hinauß gehn. Seynd aber nach vnſerer Ordnung in vnſerm Stülen knieend verblieben / vnd drauff geantwortet / wir weren in der Gehorſam vnſers H. Ordens / auß deſſen Befehlch wir nicht weichen dörfften.

Proceſſus cum Monialibus in VVoltigeroda, ab ipſiſmet fuſe deſcriptus

Nach dieſem hab ich Jungfraw Maria Kögel Profeſſin / den Stuel mit gefalten Händen ergrieffen / vnnd daran mit allen Kräfften mich gehalten / da haben mich obgemeldte zween / vnnd ein Jeſuiter *Novitius*, die Händ mit Gwalt abgeriſſen / mit beyden Armen ergrieffen / vnnd der Jeſuiter Noviz / mich vmb den Leib gefaſſet / vnnd alſo mit Gewalt halb getragen / halb geſchleifft / biß auff den Stuel deß Chors. Wie ich aber geſchryen / Gewalt Jeſus Gewalt / jhr werdet mich gantz ermorden / (dann ich köndte nicht mehr Athem bekommen.) haben ſie mich zum

Crudele facinus.

Chor hinauß geſchleifft / vnnd alda einen Stul bekommen. Inmittelſt / iſt vnſer Geiſtlicher Beichtvatter darzwiſchen kommen / mich auff dem Boden ſitzend vnd ſchreyend gefunden Gewalt / Sie mich mit Gewalt widerumb auffgehoben / in denſelben Stuel geſetzt vnd gehalten / nachmals durch den Creutzgang getragen / in welchem als ſie mit mir geruhet / wolte ich jhnen entlauffen / Sie haben mich aber dermaſſen wiederumb gehalten / daß ich ſchwerlich Athem ſchöpffen / vnnd mich alſo zu deß Cloſters Clauſur hinaußgetragen. Weil ich der Furcht halber bin vber die Aecker gangen / zwiſchen den Vögten biß an den Kirchhoff / habe ich mich / auß Rath meines Beichtvatters an die Mawren gelehnet / worauff ich auß Befehlch deß Herren Ambtsmanns / von bemeldten zweyen / ſo mich bey den Händen / welche ich jhnen doch nit reichen wollen / ergreiffen wolten / mit beyden Armen angefaſſet / gleich wie ein Vbelthäterin hingeführt. Vnter Wegs aber mich an ein Wagenrad gehalten / davon ſie mich mit ſolchem Gewalt geriſſen / daß ich an den Armen ein Kratz bekommen / vnnd alſo mit mir vmbgangen / daß ich deß andern Tags gantz vbel auff geweſen / vmb dieſe Orten geſchwollen / vnnd vmb die Bruſt einen innerlichen / vnnd euſſerlichen Schmertzen / ſambt zugefügtem Schrecken erlitten / vnnd habe nicht anders vermeint / ich würde ſolches nimmer vberwinden.

Nach mir iſt gefolgt die adeliche Jungfraw Anna Lucia von Dernbach / Ihr Käyſerl. Mayeſt. Herren Reichßvice Cantzlers nechſt verwandte Blutfreundin / welche ſie gleichfals in beyſein vnſers Geiſtlichen Beichtvatters, mit Gewalt auß dem Chorſtuel gezogen vnd geſchleiffet / welches der Pater widerſprochen / vnnd zu dem P. Rectori geſagt / Er hette nicht vermeynt / daß er ſo ein Mann wäre / vnd in ſo heiliger Zeit / ein ſolches Weſen anfienge / Auch zu den Vögten / ſie ſolten gedencken / daß ſie Ihr Mayeſt. Vicecantzlers nechſte Baſen angreiffen. Es hat aber nichts geholffen / ſonder ſie mit vngeſtümme fortgefahren / ſelbe auſſerhalb deß Chors in ein Stuel geſetzt / vnd durch die Kirchen biß vor das Cloſter hinauß getragen.

Die dritte / ward der obgeſetzten leibliche Schweſter / Anna Sidonia von Dernbach / welcher ſie gleichfalß die Händ mit Gewalt vom Chor loß geriſſen / vnnd hat ſie folgends der Jeſuiter Novitius auch in der Mitten gefaſſet / vnnd hinaußgeſchleifft / nachmals auch auff einen Stuel geſetzt / Als ſie ſich an die Chorthür mit beyden Händen feſt angehalten / aber bald widerumb loß geriſſen würde / iſt ſie von bemeldten dreyen Perſonen / wie die vorige jhr Schweſter / zur Kirchen hinaußgetragen worden. Vnter wehrendem tragen / ſagte ſie zum Jeſuiter / ob diß der Danck were / daß jhr Herr Vetter ſeel. beym Collegio zu Fulda ſo viel guts gethan? Wer ſie hinauß truge / der werde den Vice-Cantzler auch hinauß tragen. Es hat aber nichts geholffen.

Die vierdte/war Anna Chriſtina von Hideſen / welche ſie kniend biß zum Stuel/worauff ſie geſezt ward/getragen/vnd ebner maſſen/durch die Kirchen hinauß geſchlaifft haben.

die fünffte/ward Anna Catharina von Viſchborn/welche ſie / wie die vorigen / auß dem Chorſtuel geſchlaifft / in Stuel geſezt/ vnd alſo biß zum Cloſter hinauß getragen haben.

Dieſes können wir alles vor Gott vnd allen Heiligen bezeugen.

Nach vnſerem hinaußführen / haben ſie denen 4. angenommenen Kindern befohlen/ ſie ſolten ſich alſobald auch fort machen/ im widrigen/ jhnen auch alſo widerfahren werde.

Alſo ſeynd wir miteinander/ vnerhörter vnſer/ auß vnſerm Gottshauß verſtoſſen worden/ Vnd weil ich Anna Lucia von Dernbach / von vnſerm Gnädigen Herrn Vatter/ als eine Profeſſin bin angenommen worden /ſpricht der P. Rector, Er wiſſe auch was Profeſſ ſey/ſie köndte noch wol in die Welt gehen. Vber welches ſie geantwortet/ſolches auff jhr Gewiſſen ſie nicht nemmen wolte. Warauff der P. Rector widerumb geſagt/ Aber ewer Obrigkeit köndte das thun. Gleichfalls hat jhm die ander Schweſter Anna Sidonia fürgeworffen/ ſie ſey eben ſo wol in jhrem Gewiſſen vnd vor Gott Profeſſ. Darauff er in gemein geantwortet / ſie köndten wol widerumb in die Welt kommen / welches vns ſeltzam vorkommen / dann er vns ja vielmehr in vnſerm Fürſatz ſolte geſtärckt haben.

Als wir auch begehrten / ſie ſolten mit vns ſo lang Gedult tragen / biß daß wir ein Antwort bekommen / oder Jhr Kayſ. May. hierüber berichtet hetten/ aber nichts/ auch durch fünff Fußfäll/ auch weinende Augen erlangt/ als zween Tag / vnd wann der Herr Amptmann vns nicht acht Tag außgebracht / wurden wir mit bloſſen Füſſen ſeyn hinauß gejagt worden/ vnnd zwar durch dieſes Ort/ wo wir ins Cloſter hinein kommen. Sie haben vns auch die Milch von vnſern Kühen / wie dann auch die Schlüſſel zum Kornboden/ in Abweſenheit vnſers Beichtvatters genommen/ vnd wiewol wir ſolchen zum offtermahlen begehrt/ iſt er vns doch abgeſchlagen worden.

7. *Hoc eſt*: Proceſſus, Qui cum Religioſis Sanctimonialibus contigit. 12. die Aprilis, anno 1631. in Monaſterio Woltigeroda, ab ipſiſmet Sacris Virginibus deſcriptus, & Domino Officiali tranſmiſſus.

Humiles noſtras preces, cum voto temporalis & æternæ proſperitatis Reuerendiſſime Religioſe Pater, & Domine Officialis.

Miſerabilem noſtrum ſtatum, nos derelictæ pupillæ, non poſſumus non conqueri, quàm exoticum & immiſericordem Proceſſum Patres Societatis Sabbato Palmarum veſperi nobiſcum inſtituerint. Nam vnà cum Domino Satrapa ſeu Præfecto in Widelag, & duobus apparitoribus, talibus miniſtris, quorum opera Magiſtratus in capiendis furibus, & nebulonibus vti conſueuit, ad noſtrum Monaſterium Woltigeroda, in quo à noſtro ſpirituali Patre, Domino Prælato Walkenriedenſi, ſubdelegato Commiſſario, conformiter Edicto Reſtitutionis Cæſareo, col- *Exturbatio Sanctimonialium Ord. Ciſterc. è Woltigroda, ab ipſiſmet deſcripta, refertur.*

locata & deputatæ fueramus, intra ſextam & ſeptimam horam aduenerunt, nosq́; adhuc in templi Choro precibus noſtris perſoluendis deditas impetuosè alloquentes, vt excederemus, ipſe Satrapa & Ieſuita inſtiterunt. Manſimus autem in ſtallis noſtris genuflexæ, reſpondimusq́; nos ſub Obedientia ſacri Ordinis noſtri eſſe, cuius iniuſſu, fas non ſit nobis hinc excedere.

Poſtmodum ego Virgo Maria Kögel, Profeſſa, ſtrictis manibus apprehendens ſedilia, totis viribus iis adhæſi; ſed mox prænominati duo, & Ieſuita Nouitius, violenter mihi manus auellentes, vtrisque brachiis me comprehenderunt, & Ieſuita quidem Nouitius, ſtrictis brachiis, lumborum tenus me circumplexus eſt, atque in hunc modum violenter me partim portarunt, partim per terram traxerunt, vſque ad ſedile Chori. Cumque exclamarem VIOLENTIA, IESVS, VIOLENTIA, VOS OMNINO ME OCCIDETIS, (neque enim amplius reſpirare poteram.) extra Chorum me protraxerunt, ibiq́; ſedile portatile repererunt. Quæ dum ita gererentur, noſter Confeſſarius interueniens, humi ſedentem, & de illata violentia me exclamantem inuenit. Illi verò me rurſum eleuantes, ſedili impoſuerunt ac tenuerunt; deinde per Circuitum Monaſterij deportarunt; vbi, dum mecum aliquantulum quieſcerent, fugam meditata, nonnihil me proripui; ſed mox ab iiſdem tantopere retenta ſum, vt ægrè ſpiritũ trahere potuerim: ac ſic denique foras, extra Monaſterij clauſuram me deportarunt. Dum propter ſulcos per agrum incederem vſque ad coemiterium, media inter apparitores, ex conſilio mei Confeſſarii nonnihil ad murum me reclinaui: ſed quamprimùm iuſſu Domini Præfecti, à præfatis duobus cupientibus meas apprehendere manus, quas tamen ipſis negaui, per vtrumque brachium comprehenſa, inſtar maleficæ deducta ſum: & inter eundum, ſtantis ibidem currus rotam apprehendi, vnde tantâ me violentia abſtraxerunt, vt poſtero die prorſus malè habuerim, in illis partibus intumuerim, & circa pectus internum externumq́; dolorem, vnà cum incuſſo terrore perſenſerim, ſincerè exiſtimans, me id mali nunquam ſuperaturam.

Per ipſas lucet ærumnas decus.

Me proximè ſecuta eſt nobilis Virgo Anna Lucia à Dernbach, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Domino ViceCancellario de Stralendorf, ſanguine proximè iuncta, quam ſimiliter in præſentia noſtri Confeſſarij violenter extra Chorum protraxerunt. Quod cùm ille contradiceret, & P. Rectori exprobraret, Nunquam ſe exiſtimaſſe, talem eum eſſe virum, qui tempore tam ſacro, eiuſmodi tragœdiam inciperet: Et ad apparitores: Meminiſſent, ſe cognatam Domini ViceCancellarij S. R. Imperij comprehendere. nihil tamen omnibus actum, ſed cum impetu pergentes, eam in ſedili extra Chorum collocarunt, & per templum, vſq́; foris Monaſterij portam extulerunt.

Tertia erat prædicta germana ſoror, Anna Sidonia à Dernbach, cui pari cum violentia manus à Choro abſtraxerunt, eamq́; Ieſuita Nouitius ſimiliter ſtrictis brachiis per medium circumplexus foràs protrahens, ſedili impoſuit. Cumque ambabus manibus ianuam Chori fortiter apprehenderet, à tribus ſæpenominatis perſonis, inſtar ſuæ ſororis, per templum elata fuit. Inter portandum dicebat

bat ad Ieſuitam, An hac eſſet ipſorum gratitudo, quòd ſuus Dominus cognatus p. m. in Collegio Fuldenſi, Societati intantum benefecerit? Suam deportationem, in Dominum Imperij ViceCancellarium certò redundaturam. Sed ſurdo fabula narrata.

Quarta ſequebatur Anna Chriſtina ab Hideſen, quam genuflexam abſtrahentes, ſedili ſimiliter impoſitam, per Eccleſiam aſportarunt. *Quoniam ſuperat fortuna ſequamur.*

Quinta fuerat Anna Catharina de Viſchborn, quam, vti priores, è ſtallo Chori portractam in ſede collocarunt, & extra Monaſterium eiecerunt. Iſta poſſumus omnia coram Deo, & tota cæleſti curia teſtari.

Nobis in hunc modum foràs elatis, quatuor ſuſceptis puellis imperarunt; vt quantocius etiam exirent; id ni facerent, ſimillimo proceſſu exportandas.

Hoc modo, è Monaſterio noſtro ſimul, inaudita, exturbatæ ſumus; & quoniam ego Anna Lucia de Dernbach, à noſtro Reuerendiſſimo Domino Patre, veluti Profeſſa ſuſcepta fui; aiebat P. Rector, Se non ignorare, quid ſit eſſe Profeſſam; fas adhuc ipſi eſſe ad ſaculum reuerti. Cui reſpondit illa; ſe bona conſcientia non poſſe id in animum inducere. Replicauit P. Rector; at veſtri Superiores hoc poſſunt. Similiter & ipſi altera ſoror Anna Sidonia obiecit, ſe quoq; in ſua conſcientia, & coram Deo Profeſſam exiſtere. At ille in communi reſpondens aiebat, eas ad ſæculum redire poſſe. Id quod nobis exoticum viſum, cum multò magis decuiſſet, vt nos in noſtro regulari propoſito confortaret.

Porrò, quando petebamus, vt exturbationem noſtram tantiſper protraherent, quoad reſponſum acciperemus, vel Sacram Cæſaream Maieſtatem deſuper informaremus, nihil, etiam profuſis lachrymis quinquies in genua prouolutæ obtinuimus, præter biduum; ac niſi Dominus Satrapa nobis octiduum impetraſſet, nudis pedibus, & quidem per illummet locum per quem intraueramus, profligatæ fuiſſemus. Quin & lac de noſtris vaccis nobis negarunt; & clauem ad horreum, in abſentia noſtri Confeſſarij abſtulerunt, eandemq; ſæpius petitam, reſtituere detrectàrunt.

---

8. Copiæ

Literarum & Supplicationis Dn. Iacobi Abbatis Cæſarienſis ad Imperatorem Ferdinandum II. de dato Walkenriedt 17. April. Anno 1631.

Allerdurchleuchtigiſter/ Großmächtigiſter/ vnd Vnvberwindlichiſter Römiſcher Kåyſer. E. Kåyſerl. May. ſeynd neben meinem inſtåndigen ſchuldigiſten Gebett/ meine allervnderthånigiſte Pflicht/ ſchuldige Dienſt zuvor/ Allergnådigiſter Herr.

Wiewol E. Kåyſerliche May. ich wegen jetzigen betrübten Zeiten in einzige Klage allervnderthånigiſt anzuruffen billich Bedencken tragen ſolte/ So kan ich je demnach auß höchſter Noth deroſelben allervnderthånigiſt vngeklagt nicht laſſen/

laſſen / wie daß deß Herren Patrum Ieſuitarum Prouincialis Hermannus Gawins mit zuziehung etlicher Hildeßheimiſchen Rähten / vnd vnderm prætext eines gerühmbten / aber mir nicht zukommenen Kayſ. Mandats / den 29. Martij jetzlauffenden Jahrs in das Gottshauß Waldingeroda / ſo in Hildeßheimiſcher Diœces, ein Meil von Goßlar gelegen / vnd ich darüber von E. Kayſ. May. zu Exequirung deß Edicts die Reſtitution der Geiſtlichen Gütern betreffent / deputirter Commiſſarien zu einem Adminiſtratorn verordnet / auch mit vnſers Ordens Religioſen daſſelbe / mit groſſer Mühe vnd koſten vorlängſt widerumb beſetzt / darinn die Diuina noch fundirtem intent / biß anhero halten laſſen / vnnd alſo in geruhlicher Beſitz gehabt / eingefallen / mich gantz vnverſucht / alle Cloſters Diener in Pflicht genommen / vnd wie der Præpoſitus, ſo ein Religioſus / nicht herauß hat weichen wollen / ſondern zu letzt auff den Kirchhoff ſich begeben / zween Soldaten darumb / wer jhn davon abholen ſolte / mit Wirfflen ſpihlen laſſen / auch endlich durch einen ſo verſpihlt / herauß gezogen vnd geführet.

Vnd obwohlen der Jungfräwliche Conuent / ſich darinnen noch auffzuhalten geſinnet / ſolcher Geſtalt auß dem Cloſter ſich treiben zu laſſen / vnderſtanden haben / vnnd noch biß dato mit Abziehung der natürlichen Vnderhaltung vndernemmen denſelben erbärmlich herauß zu jagen / vnd alſo mich meiner Adminiſtration thätlich zu entſetzen.

Als aber hierdurch dero allgemeinen Rechten wohlbekandten Regul / quòd nemo inauditus poſſeſſione ſua priuandus, zuwider gelebt wird / vnnd alſo vnſers Heyligen Ciſterzienſer Ordens Priuilegia, wie auch / daß von ſolchem procedere bey den Vncatholiſchen gegebenes Scandalum vnverſchwiegen / beklagter Herrn Patrum Ieſuitarum Prouincialis gewaltſame inuaſion, nullo iure zu juſtificiren.

Demnach gelangt an E. Käyſ. May. mein aller Vnderthänigſtes Hochfleiſſiges Bitten / dieſelbe geruhen allergnädigiſt obgeſagten Herrn Prouincialn ein ſcharpffes Mandatum zuerkennen / vnd darinn anzubefehlen / daß er das Cloſter Waldingeroda alsbald widerumb verlaſſen / vnd mich in meiner poſſeſſion deſſen nit moleſtiren. Wann auch wider verhoffen / ſub- & obreptitiè ein Kayſ. Mandat außgebracht währe / mir zu meiner Gegenantwort inſinuiren / vnd ohne E. Käyſerl. May. Allergnädigſten Spruch / welchem mich vnderthänigiſt gehorſamiſt accommodiren will / ſich deß geringſten nicht weiter vnderfangen ſolle. Zu E. Käyſ. May. getröſte mich deſſen aller vnderthänigiſt / vnnd thun dieſelben Göttlicher Allmacht zu aller Käyſ. proſperitet auffs allertrewlichiſt befehlen. Datum in deß Heyl. Reichs Stifft Walkenriedt den 17. Aprilis, Anno 1631.

9. Latinè.

Sacratiſſime, potentiſſime & inuictiſſime Romanorum Imperator.

Præmiſſis debitis humillimis precibus, & obligatiſſimis ſeruitijs, Clementiſſime Domine.

Quanquam

Abbatis Caſarienſis Ordin. Ciſterc. Epiſtola ad Imperatorem, de mirabili proceſſu Societatis in Monaſterio VVoltigeroda.

Quanquam ob hodiernam perturbatam rerum faciem, meis querelis vt Sacræ Cæſar. Majeſtat. Veſtræ ſupplex prouoluar, difficulter mihi ipſi perſuadeam, ſumma tamē neceſſitas me compellit Maieſtati Veſtræ demiſſiſſimè exponere, qualiter Dominorum Patrum Ieſuitarum Prouincialis Hermannus Gavvinz, adiunctis ſibi quibuſdam Conſiliarijs Hildesheimenſibus, ſub prætextu aſſerti, ſed mihi nunquam inſinuati Mandati Cæſarei, 29. Martij, anni currentis, Monaſterium Waltingeroda, in Diœceſi Hildeſienſi, vno milliari extra Goſlariam ſitum, cuius ego à Sacra Caſ. Majeſt. Veſt. pro executione Edicti, reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum concernentis, deputatis Commiſſarijs Adminiſtrator creatus, perſonas Ordinis Religioſas ibidem non ſine ſumptibus & laboribus iam dudum introduxi, à quibus Diuinum cultum, conformiter fundatorum intentioni, hucuſque ſedulò obſeruandum curaui, adeoq; in quieta poſſeſſione fui, inuaſerit & occupârit, meq; irrequiſito omnes Monaſterij famulos homagio ſibi obſtrinxerit; cumq; Præpoſitus (Religioſus) nollet excedere, ſed poſtremò in Cœmiterium ſeſe recepiſſet, duos milites fortunam per alearum iactum experiri voluerit, vtri eorum is extrahendus deberetur; prout denique per alterum, cui minus fortunata ceciderat alea, è ſacro loco protractus & abductus fuit. Ac licet Virginalis Conuentus adhuc in loco perſiſtere cogitet, tali modo ſe de Monaſterio exturbari non ſuſtinens, tamen ſubtractione neceſſariæ ſuſtentationis, & fame eundem miſerabiliter oppugnare & eijcere, adeoq; & me Adminiſtratione mea de facto ſpoliare conati ſunt, hodieq; conantur.

Verùm quia per huiuſmodi Proceſſum, contrauenitur notiſſimæ Iuris communis regulæ, qua decernitur; quòd nemo in auditus poſſeſſione ſua priuari debeat; & reclamant ſacri noſtri Ciſtercienſis Ordinis priuilegia; ſed nec eiuſmodi Patrum Ieſuitarum Prouincialis, rei, (vt de ſcandalo omnibus acatholicis per hunc exoticum modum dato taceam) violenta inuaſio, ex vllo iure iuſtificari poteſt:

Sacræ Caſ. Majeſt. Veſt. humillimè ſupplico, dignetur clementiſſimè prædicto Domino Prouinciali per ſerium Mandatum imperare, vt præfatum Monaſterium Waltingeroda quantocius iterum deſerat, nullamq; mihi in poſſeſſione mea moleſtiam inferat; quodſi etiam præter ſpem meam, Mandatum aliquod Cæſareum ſub- & obreptitiè fuiſſet impetratum, mihi pro mea defenſione inſinuet; & citra Veſt. Caſ. Maieſtatis clementiſſimam ſententiam (cui humillimè parebo) deinceps quicquam in minimo ne attentet. Id quod Caſ. Maieſtatem Veſt. facturam demiſſiſſimè confido, Quam diuinæ omnipotentiæ, ad omnem Cæſaream proſperitatem humillimè commendo. Datum in Imperiali Monaſterio Walkenriedt, 17. Aprilis, Anno 1631.

10. Copiæ.

Litterarum eiuſdem Dn. Abbatis Cæſarienſis ad Illuſtriſſimum Dn. Petrum Henricum de Stralendorf, Sacræ Cæſ. Maieſtatis ViceCancellarium Imperij.

Abbatis Cæſarienſis litteræ ad Dn. de Stralendorf. S.R.I. Vice-Cancellarium.

Perilluſtris & Gratioſe Domine.

Quàm ſcandaloſa hinc inde oriantur diſſidia, & eò pernicioſiora, quò inconuenientiora, vtpote inter Religioſos, prô dolor, notius notis eſt. Quid verò in particulari, concernente ſacrum meum Ordinem, meq; ipſum, contigerit, literæ ad Perilluſtrem D. Veſtram ab Admodum Reuerendo Abbate Walkenriedenſi perſcriptæ patefaciunt: quam cauſam, quæ eius etiam cognatæ inuolutæ ſunt, humiliter eidem commendo. Dolendum & miſerandum eſt, Cæſarem & Electores Imperij, cum ſolertiſſima conſultiſſimorum Virorum deliberatione concluſum approbaſſe & confirmaſſe; à paucis retro nouellis, noua ſcientia ſapientulis, in tantum è primo ſui Edicti ſcopo Cæſarem dimotum fuiſſe, vt contra præclariſſima Ordinum priuilegia ad aliam diſpoſitionem tranſierit; dum alii quiduis, ne dicam rapiunt, capiunt, ad communem gloriæ Dei maſſam, quæcunq; obuia proijciendo. O, gloria Dei! an ſoli illi gloriæ Dei ſectatores. Ah quanta miſeria, quam lamentando deploro! Ego certè primus inter omnes Religioſos ſollicitator ſi non ſtrenuus, non tamen deſidioſus extiti, cuius proceſſus à Cæſare & Electoribus agniti, per Decreta duo diuerſa approbati, ac per ipſa Mandata roborati. His omnibus, & expenſis ſummis à me factis, poſthabitis, alius extraneus, qui ipſemet meos proceſſus, Aduocatum ſubminiſtrando, adiuuit, ſine ſententia contra me prolata, cauſator ſibi fructuoſus, quod ego quærebam, ſibi in poſſeſſionem contulit. Calamitatum quaſi infinitarum mirabilia, quis enarrabit? Fabulantur Aduerſarij ſibi Monaſteria à quibuſdam donata fuiſſe, qui in ſuo libro Dilingæ edito, fol. 14. tamen aſſerunt, Generalem mei Ordinis, nullam in ſui Ordinis Monaſteria poteſtatem habere. Quam pulchrè conueniunt, donata eſſe; & tamen Generalem Ordinis nec poteſtatem habere, & conſequenter, nec illum, nec alios ipſo inferiores Abbates, talem poteſtatem habuiſſe? Quod poſterius de poteſtate Generalis, contra expreſſa Ordinis mei priuilegia eſt. Prius, à quibuſdam Abbatibus Monaſteria donata eſſe, inter quos & meipſum cum veritatis iniuria aſſerunt, & talia donata eſſe, in æternum probare non valebunt. Vtinam Reuerendiſſimus Cremiphanenſis, hac in re, à ſua Cæſarea Maieſtate benigniſſimè audiretur, qui à parte adverſa pro teſte allegatur, qui ſine dubio veritatem rei aperta mente dicturus eſſet. Ne plures moleſtias Perilluſtri Veſt. D. procreem, maximè ſacro hoc tempore, plura calamitoſa tranſcribere deſino, qui Perilluſtri D. Veſt. ſacrum meum Ordinem mecum commendo. Data 17. April. die Cœnæ Domini Anno 1631.

Imperatoris Confeſſarium indigitat.

11. Interea dum prædicto Dn. Iacobo Abbati Cæſarienſi, proceſſus exturbationis Sanctimonialium, è ſupranominato Monaſterio Woltigeroda innotuiſſet, & ab ipſis Monialibus deſcriptus ad manus veniſſet, eundem ſuis literis ad Rev. Pat. Guilielmum Lamormaini è Societ. Ieſu, Confeſſarium

rium Imperatoris, de dato 30. Maij. 1631. adiunctum, tranſmiſit, in hunc modum ſcribens.

Reuerendiſſime Pater, ac Domine Obſeruandiſſime.

Luctuoſa mihi aduenerunt, an aliis fructuoſa qui fructum ſibi quæſierunt, euentus cum tempore docebit. Certè rugiebam à gemitu cordis mei, ſuper lamentationes de die in diem ingraueſcentes, quas intelligere debeo, inquantum nimirum filij matris meæ, à multo iam tempore pugnauerint contra me, retribuentes an mala pro bonis neſcio, Deus ſcit, qui præteritorum & futurorum iudex eſt. Luſum luſiſtis mirabilem, Patres mei, quem luſum ab ipſis, quæ materia luſus fuerunt, deſcriptum appoſui, qui luſus quaſi formam paſſionis Dominicæ cum tempore malè ſortitus eſt. In quo tamen duo mirabilia concurrerunt; Alterum, ſexum fœmineum, IESV perſonam indutum fuiſſe, & ſuſtinuiſſe; Alterum, nomen IESV profitentes cum ſuis ſatellitibus, non IESVM, ſed veriſimilius Iudæos perſequentes & protrahentes exhibuiſſe. O, ſocietas IESV! hæc Societas IESV? Non, hic pluribus memorandis immoror; ipſe litterarum Copiæ fuſius præclaram pugnam conteſtantur. Quæ occupationes Monaſteriorum mei Ordinis, ſub prætextu donationis vel ceſſionis PP. Societatis factæ, cuius me, alioſq; Reuerendiſſima P. Veſt. olim inſimulauit, idq; ipſum generatim in edito ſuo libro P. Paulus Layman, publicauit, initium ſumpſerunt; (quem Patrem tamen tam doctum, miror cum tanta Ordinis Ciſtercienſis priuilegiorum iniuria ſcripſiſſe, prout ſuo tempore demonſtrabitur) contra quam Reuerendiſſimæ P. Veſt. donationis vel ceſſionis aſſertionem antehac conteſtatus & proteſtatus ſum, illam non factam cum veritate aſſeuerando.

Quibus omnibus ſuppoſitis, Societas Ieſu nihilominus noſtra Monaſteria occupare, noſtroſq; inde eijcere, non ſine præcedente iactu alearum militarium auſa eſt; quantumvis ipſimet milites ab tali procedendi modo horruerint, multiq; Catholicorum & hæreticorum ſcandalizati fuerint. Quæ damna per falſas ſub- & obreptiones Ordini meo illata, ſilentio præterire nequeo, iterũ iterumq; conteſtando, citra veritatis iniuriam de me dici vel ſcribi non poſſe, quod vnquam vel ſcripto vel dicto, Patribus Societatis Monaſteriorum Monalium mei Ordinis ab hæreticis recuperandorum, & obſcuriorum virorum donationem vel ceſſionem fecerim.

Quamobrem Reuerendiſſimam P. Veſt. per viſcera miſericordiæ IESV Chriſti rogatam volo, quatenus in ſua Societate eò collaborare dignetur, vt Monaſteria tali intuitu, prout meis in Saxonia degentibus coràm obiectum eſt, à Societate occupata reſtituantur, ne Angeli pacis vltra amarè flere non deſinant. Reſtitutio ſi ſecuta non fuerit, media competentia pro reſtitutione non deerunt. Hiſce Reuerendiſſimæ P. Veſt. me plurimùm commendo. Cæſareæ, 30. Maij, Anno 1631.

Abbatis Cæſarienſis Epiſtola ad Pat. Guilielmum Lamormaini.

12. En Cruſi, habes literas, habes teſtes aſſerti mei, quibus nomen calumniatoris ſufficienter à me remoueo: Tuum iam erit, à talionis pæna te redimere, ſimulq; legitimis teſtibus ac litteris docere, ſupradictũ Monaſteriũ Woltigerodenſe

Nomen calumniatoris à me remoui: reſtat vt & Cruſius.

denſe *à Sua Sanctitate*, vti ſcribis, *per Imperatorem p.m. Ferdinandum II. Societati* tuæ *proximis ſuperioribus annis donatum fuiſſe.* Neque enim hucuſque intellectum fuit, Bullam donationis Pontificiæ, ante occupationem Societatis violentam, leuatam, aut alicui exhibitam eſſe. Bullâ verò non leuatâ, gratiam ſeu donationem non valere, docet Zerola part. 1. praxis Epiſcopal. verb. bulla. nu. 1. & ſeqq. vbi ait: *Papa faciens gratiam, vel conferens beneficium, intelligitur leuatis Bullis, ſeu expeditis literis: Et rationis eſt, quod Papæ gratia dicitur informis & imperfecta, & adhuc exiſtere in vtero, ante literarum expeditionem. Rota deciſ. 10. de conceſſ. præb. in nouiſſimis. vbi habetur, gratiam non valere literis non expeditis.* Et tales, ſi priùs accipiant poſſeſſionem, dicuntur intruſi. argum. Rebuffi ibid. citati. Imò, *ſi quis de facto poneret ſe in poſſeſſione alicuius beneficij, & ideo impetrat illud à Sede Apoſtolica, non facta mentione de hac intruſione, nulla eſt impetratio. Capitu. Toloſ. quæſt.* 483. Zerol. ibid. verb. intruſus. §. ad ſecundum. Deinde quid hoc eſt, quod Cruſius ait, *Monaſterium VValtigeroda à Sua Sanctitate PER Imperatorem donatum eſſe Societati*? ſolent enim Pontifices Maximi, PER Bullas aut Breuia Apoſtolica concedere quæ concedunt, non PER Reges aut Imperatores. An fortè quia Ratisbonæ per falſa narrata impetrauerant Commiſſionem Cæſaream pro ſua immiſſione, præſumpſerunt cõſenſum Pontificium facilè ſubſecuturum? Infelix culpa eſt, in qua locum non inuenit excuſatio.

Non leuatis Bullis, Papæ gratia eſt informis, nec habet ualorē.

13. Verùm, vt ordine progrediamur, rem geſtam ab ouo retexamus. Ferdinandus II. Imperator glorioſæ memoriæ, Anno Domini 1629. die 15. Februarij, per Decretum Cæſareum intimari curauit ſupradicto Abbati Cæſarienſi, velut à Capitulo Generali Ciſtercienſis Ordinis in cauſa recuperandorum Monaſteriorum deputato Generali Commiſſario, *quòd propter allegata Ciſtercienſis Ordinis, eidemq; hactenus in Imperio Romano detenta Monaſteria, ipſo inaudito, & in eius, vel ipſius Ordinis præiudicium, nihil diſponere, ſed Ordinem deſuper audire, nec intermittere velit, in quibuſuis occaſionibus illud obſeruare, quod fundationibus conſentaneum, & pro conſeruandis Eccleſijs & Monaſteriis in prænominato Ordine Ciſtercienſi vtile ac proficuum eſſe poſſit*, prout latiùs videre eſt, in ipſo Decreto Cæſareo, quod in *Aſtro inextincto* fol. 391. & 392. deſcriptum attulimus.

Narratur ingreſſus reſtitutionis Monaſteriorum.

14. Non multò poſt, nempe 6. Martij eiuſdm anni, emanauit ab Imperatore, Generale reſtitutionis Edictum, deputatiq; ſunt in omnes Imperij Circulos Commiſſarij Cæſarei executionis, qui Monaſteria, aliaq; bona Eccleſiaſtica à tempore Paſſauienſis Tranſactionis Catholicis ablata, ab illegitimis detẽtoribus repeterent, illisq; ruſum traderẽt ac reſtituerẽt, ad quos olim eiuſmodi Eccleſiaſtica bona & Eccleſiæ, iuxta tenorẽ primæ fundationis, pertinebant. Quo tẽpore, memoratus Abbas Cæſariẽſis, vt ipſemet in præinſertis literis exprimit, à Cæſareis quoq; Cõmiſſarijs Adminiſtrator Monaſterii Woltigerodenſis, aliorũq; reſtituendorũ, pro capienda legitima poſſeſſione, conſtitutus erat: Vt ergo ſatisfaceret vtriq; muneri, tã ab Imperatore, quã ab Ordine ſibi iniuncto,

iniuncto, nihil negligendum ſibi duxit, quo minus Monaſteria reſtituta quamprimũ legitime apprehenderet. Quem in finẽ inter alia, per Abbatem in Walkenried, veluti ſubdelegatũ Commiſſariũ, primitus quatuor Profeſſas Moniales ſui Ordinis, ac duas ſorores Novitias, cum ſorore laica, in Cænobiũ Woltigerodenſe, in inferiori Saxonia ſitum, mature introduxit; dictiq; Monaſterii legitimam appræhenſionem, & ſacrarum Virginum immiſſionem Rever. & Illuſtr. Princeps Franciſcus Guilielmus Epiſcopus Oſnabruggenſis, Mindenſis & Verdenſis, tanquam per Circulum inferioris Saxoniæ Cæſareus Executionis Commiſſarius, clementiſſime per ſuum ſubdelegatum Admodum Rever. Dn. Hermannum Eilinck, nunc Officialem Colonienſem, in ſcriptis, & optima forma confirmavit. Nihil adhuc moverant Patres Societatis; & Moniales in quieta poſſeſſione, tam naturali nuper recepta, quam civili nunquam in Ordine perdita, multis menſibus perſtiterunt, fundatumq; divinum obſequium, & diſciplinam Regularem ſtudioſe reſtaurarunt, nullas inſidias ſuſpicatæ. *Præſertim circa Monaſteriũ VVoltigeroda.*

15. Cum ecce, Anno Chriſti. 1630. Viennæ, & in publicis S. R. Imperii Comitiis Ratisbonæ celebratis, & alibi locorum, quidam Patres Societatis Ieſu, videntes ex Decreto Generali reſtitutionis, aliisq; hactenus emanatis Cæſareis Reſcriptis & Commiſſionibus, nullum ſibi Monaſterium accreſcere, ſed antiquis Ordinibus, conformiter Iuri communi, factisq; fundationibus omnia deberi ac reſtitui: muſſitare, & inter ſeſe conſultare cæperunt, quonam modo ſe quoque alienis plumis veſtirent. Omnes enim ſibi melius eſſe malunt, quàm alteri. In utraque proinde Curia, & apud Principes Electores, opportune & importune laborare cæperunt, ne ipſi, in tam publica & ſolenni bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutione, velut imaginata ſpoliorũ diſtributione, præterirentur, ceſſurum id ad maiorem Dei gloriam, publicam utilitatem, & hæreſum extirpationem. Nec defuit qui Viennę publicè gloriaretur, ſuam Societatem (quam, minimam nominabat) brevi in omnibus & ſingulis civitatibus Imperialibus, habituram unum Collegium; ad quæ fundanda & ſuſtentanda, deſtituta Virginum Monaſteria, & nonnulla obſcuriora virorum poſſint applicari: quæ ut impetrarent, primitus inſtiterunt Viennę apud DD. Fridericum Archiabbatem Haſſefeldenſem, & Iacobum Abbatem Cæſarienſem, S. Benedicti & Ciſtercienſis Ordinum Commiſſarios, in præſentia Rever. Dn. Antonii Abbatis Cremiſanenſis, poſt Epiſcopi Viennenſis, eiuſdem Ordinis S. Benedicti, uti fuſiſſime in *Aſtro inextincto* q. 7. nu. 14. & ſeqq. expoſui. Qui cum in tot ac tales à ſuis Ordinibus alienationes & ceſſiones Monaſteriorum, neq; conſentirent, neq; conſentiendi poteſtatem haberent, (nam & genu ſura, & tunica pallio propior eſt) in aliis tamen quibuslibet ſua ſervitia & obſequia Societati pro extrudendis hinc inde Collegijs & Seminarijs obtulerunt. Multis probitas, cauſa paupertatis eſt. *Differ potentem, nam inferet vim ſi neges.*

16. Interea P. Guilielmus Lamormaini, Cæſari à ſacris Confeſſionibus *Arbore deiecta, quivis ligna colligit.*

bus cupiens ante captam urſam, dividere pellem, cum cogitaret omnium actionum animam, eſſe occaſionem, factam ſibi à prædictis Abbatibus officiorum oblationem, nimis hyperbolicè, & ultra debitos terminos extendens, ſcriptum Memoriale obtulit Imperatori, in quo ſæpememorati Abbates, omnia ſacrarum Virginum, & nonnulla etiam obſcuriora virorum Monaſteria propediem reſtituenda, Societati liberè ceſſiſſe ferebantur. Ac licet nemo ſit tam privilegiatus, ut ſcripturæ propriç ſtetur ad ſui favorem, ut inquit Rota deciſ.159.n.3.apud Oliver.Beltraminum, credidit tamen Imperator & Conſilium intimum, falſa narranti Confeſſario; INDEq; ut ait Layman in ſua Iuſta defenſ. occaſio accepta fuit, ſcribendi ad Commiſſarios Generales Circulorũ, & tres Provinciales Societatis, ipſosq; adeo ſummos belli Duces Fridlandium & Tillium, ut quamprimum ſignificarent, quænam Virginum Monaſteria, ad Ordines S.Benedicti & Ciſtercienſem ſpectantia, & hactenus ab acatholicis detenta, ad Collegia Patrum Societatis Ieſu accipienda & applicanda, in ſuperioris & inferioris Saxoniæ, Weſtphaliæ, aliisq; circulis adeſſent, & reperiri poſſent; quæ Generales Commiſſarii nemini traderẽt, ſed amotis acatholicis, pro ulteriori diſpoſitione, ad ſecuras manus ſequeſtrari curarent. Etiam *pii Principes, nõ omnia piè faciunt*; ut ait Henr. Wagnerek Vindic.poli.li.2.c.3.§.6.

Retractari non debet, quod eſt factum legitimè. Rota deci. 58. de appell. n. 5. in novis.

17. Obſtupuit Mundus ad tam improviſam Imperatoris, à recto iuſtitiæ tramite mutationem, nec ſciri potuit cauſa, cur tam ſubito à Generali reſtitutionis Edicto, per Sedem Apoſtolicam tam ſincerè laudato, totq; aliis Decretis, Reſcriptis & Inſtructionibus, ante & poſt illud emanatis, inauditis Ordinibus antiquis, reſilierit, & cur iis iuſtitiam denegaverit; (*tunc* enim *dicitur iuſtitia denegari, quando Princeps tacet, nec exequitur, nec mandat exequi, quod iure petitur, & multo magis, quando favet alicui contra petentem ius.* Petr. Anton. de Petra, de iure quçſit. non tollend. c. 25. num. 74. quanto maximè, ſi non exequitur, quod iure Decretum, & per ſententiam obtentum fuit) niſi quod paſſim ſpargi cæperit, eam mutationem, originem accepiſſe à ſpontanea Monaſteriorum, per prælibatos duos Abbates ad Societatem aſſerta ceſſione; cõtra quam tamen ambo per literas & Inſtrumenta publica, ſolenniter proteſtati ſunt, ſumma ſe affici iniuria affirmantes, ſi dicantur in prædictam Monaſteriorum ceſſionem vel ſemel animo, nedum verbis aut promiſſione cõſenſiſſe; quæ ambo Inſtrumẽta legi poſſunt in *Aſtro inextincto* fol. 269. 405. 406. & 419.

Quando Iuſtitia dicatur denegari.

Ieſuitæ ſparſerunt Monaſteria Monialium ſibi ab Abbatibus donata fuiſſe.

18. Quibus omnibus nihil permoti Patres Societatis, ceſſionem illam inſimulatam, ubiq; locorum magis magisq; ſparſerunt, quin & edito craſſo libro, toti Mundo obtruſerunt, atq; in ſuum commodum adeo ſpecioſe colorarunt, ut eis ab omnibus Magnatibus & infimatibus in hoc plena fides tribueretur; & amodo nemo fuerit, qui hac perſuaſione non imbueretur, quaſi talis imaginata ceſſio & renunciatio, à præfatis Abbatibus vere, & effective facta fuiſſet: prout etiam ipſis, à ſummis Chriſtianæ Reipub. capitibus eouſque creditum eſt, ut in quibuſdam, præſertim ſuperioris & inferioris Saxoniæ Circulis, de facto, non exiguum Monaſteriorum numerum obtinuerint, eorũq;

puta-

putatam poſſeſſionem acceperint; Inter quæ, Monaſterium quoq; VVoltigeroda; quod P. Ioannes Bauin è Soc. Ieſu, Provinciæ Rhenanæ pro tẽpore Præpoſitus Provincialis, in Comitiis Imperii Ratisbonenſibus, anno 1630. à Cæſare Ferdinando II. bellorum & negotiorum multitudine diſtracto, per falſa narrata ſeparatim obtinuit, ut mox Commiſſio decreta fuerit ad ſupramemoratum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Mindenſem & Verdenſem; qua iubebatur Societas in realem illius poſſeſſionem immitti. Tenor Commiſſionis erat: *Monaſterium Woltigeroda DESERTVM, & à NEMINE REPETITVM, non procul ab Imperiali civitate Goslarienſi ſitum, fore percommodum Patribus Societatis, qui intendant in eadem civitate extruere Novitiatum. &c.* quo tamen tempore Monaſterium præfatum, non erat *DESERTVM*, ſed multis jam menſibus legitime poſſeſſum & inhabitatum, cultuiq; Divino, ſecundum fũdationem, & ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis, à quatuor Sanctimonialibus Profeſſis, cum duabus Novitiis, & una ſorore laica, per Superiores Ordinis rite introductis, ac per Illuſtriſſimum Principem Oſnabruggenſem &c. Commiſſarium Cæſareum, in vera reali, ac quieta poſſeſſione confirmatis, reſtitutum.

Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, qui ſententiam parte nõ citata tulit; præſertim in iis qua ſunt de iure gentium, & per Concordata Nationis firmata. Menoch. lib. 2. præſumpt. 10. n. 55. & 56.

19. Accepta hac inexſpectata nova Commiſſione immiſſionis Societati faciendæ, Rev. Dn. Epiſcopus Oſnabruggenſis, miratus ſubitam mutationem; ut locum tamen daret iuſſis Imperatoriis, ſcripto requiſivit Dn. à Buecholtz, Præpoſitum Cathedralis Eccleſiæ Hildeſienſis, ut ſubdelegationem hanc in ſe ſuſciperet. Sed ipſe, vir Deum timens, noluit in hac periculoſa Commiſſione conſcientiam ſuam contaminare. Superior interim Collegii Goslarienſis, cognita immiſſionis Cæſareæ Commiſſione, Monaſterium præſentibus adhuc Monialibus, ob totius Provinciæ ſecuturum ſcandalum veritus occupare, ſimplicibus & nihil tale ſuſpicantibus Sanctimonialibus, fraudulenter (ut vacuam redderet Monaſterii poſſeſſionem) variis argumentis perſuaſit, ut Parthenonem ad tempus, ob incurſionem militum deſererent, Goslariamq; ſeſe reciperent, prout etiam cum Domina Monaſterii Frankenberg intra Goslariam, ut illas reciperet, effecit.

Aſtus Ieſuitæ in perſuadendis Monialib.

20. Iam tunc temporis, cum applauſu Patrum Societatis, in lucem contra antiquos Religioſorum Ordines prodierant varia, eaque anonyma ſchediaſmata, Theologorum quorundam nuncupatorũ Conſilia, Diſceptationes ſolidæ & placidæ nominatæ, quibus demum acceſſit vaſtũ illud pulvinar Pauli Layman Dilingæ impreſſum, quod *Iuſtam defenſionem*, præpoſtera fronte, inſcribi voluit; in quibus univerſo Orbi perſuadere conabantur, *per translationẽ Monaſteriorũ ad Collegia & Seminaria Societatis Ieſu, Ordinibus antiquis nullĩjus auferri, CVM NVLLVM HABEANT: nemini per hoc iniuriã inferri, eo quod id, quod transfertur, nullius ſit: Monachis nullam omnino actionẽ ad deſtituta Monaſteria recuperanda competere; imo neminẽ hominum iam reperiri, qui ſibi ius & actionem vendicare poſſit. Monaſteria huiuſmodi, eorumq; iura, titulos, ac privilegia Collegialia, eſſe penitus extincta, adeoq; non entis nullas eſſe qualitates: & ſic ea Monaſteria de iure nemini deberi, ſed in LIBERAM poteſtatẽ Sũmi Pontificis &*

Horribiles & inaudita ſententia Ieſuitarum.

Impe-

Imperatori recidiſſe, qui talia, uti & bona eorundem vacantia aſſignare & donare poſſint, quibus velint. Cæſarem quoque ſub gravi obligatione in conſcientia TENERI, ut ex bonis Eccleſiaſticis & Monaſteriis tam virorum quam fœminarum recuperatis, Seminaria Parochorum & Clericorum, Catholicas Academias, Gymnaſia ac ſcholas, Collegia item ac Domicilia quamplurima Patrum Societatis Ieſu, in quibusvis Germaniæ partibus inſtituat, fundet, ac dotet. Et quia nullius boni abſq; amico dulcis eſt poſſeſſio, dictitabant, *quædam Monaſteria applicanda eſſe ad ſeminaria Nobilium*; quædam *Imperatori pro compenſatione bellicorum ſumptuum relinquenda*: quædam *menſis Epiſcoporum incorporanda*: nonnulla *Ordini Teutonico*; nonnulla *Prædicantibus hæreticis, ad fidem Catholicam* quoquo modo *redeuntibus*: nonnulla *pro Seminario Anglorum*; *pro miſſione Scotica*; *pro domibus Profeſſis & probationis Societatis Ieſu*: aliqua *ad ſolvendum Epiſcopatuum, Eccleſiarumque æs alienum*, aliqua *in hoſpitalia mutanda*; aliqua *Principibus in compenſationem ſumptuum, bellique adiumenta ad tempus donanda*: Alia *pro fundandis IureConſultorum Seminariis & Collegiis utriusq; Iuris*: Alia *pro ſcholis utriusq; ſexus puerorum*: Alia deniq; *pro Catholicis, ſeu catechiſticis libellis, roſariis & ſimilibus coemendis, ad iuventutem conciliandam, &c.*

21. Huiuſmodi ſcripta paſſim in Germania, ipſaq; Aula Imperatoris per Patres dictæ Societatis gloriabunde circumferebantur, monſtrabantur & inculcabantur; ut mirum non ſit, Sacram Cæſaream Maieſtatem hinc animatam, & conſcientiæ laqueis per Confeſſarium irretitam, inſtituendis Monaſteriorum translationibus ad Societatem facilius acclinaſſe, & inauditis antiquis Religioſorum Ordinibus, in eorundem ac fundationum ingens præiudiciũ, (contra, quàm Cæſarea Decreta paulò ante emanata promiſerant) eadem aliis ad importunas eorum, & ab eis ſubornatorum preces, ac falſa, eaq; nec in Pontificio, nec Cæſareo Iure fundata narrata, ex perſuaſa ratihabitione conſenſus Pontificii, præpropere conceſſiſſe; ipſosque Patres Soc. ad occupanda huiuſmodi reſtituta Cænobia animoſius & avidius feſtinaſſe; inter quæ non poſtremum fuit ſæpius nominatum VVoltigerodenſe, cuius Moniales, ut ſupra dictum, hortatu P. Superioris Collegii Goslarienſis, inde recedentes, menſe Martio, An. 1631. Goslariam in Monaſterium Frankenberg ſeſe receperunt, reliqua familia, cum iumentis & ſupellectili, in Monaſterii poſſeſſione, ſuo loco relicta.

Hermannus Gavvinz Monaſteriũ VVoltigeroda occupat.

22. Paucis poſt diebus, nempe 29. Martii, Sabbato Dominicam *Lætare* præcedente, P. Hermanus Gavvinz, pro tempore Provincialis Societatis, aſſumptis ſecum nonnullis Hildeſienſibus Commiſſariis, ſub prętextu aſſerti Mandati Cæſarei, irrequiſitis & inſciis Superioribus Ord. Ciſtercienſis adeo Adminiſtratore Monaſterii, ſæpius nominato Abbate Cæſarienſi, VVoltigerodam de facto occupavit, & ibidem à Monialibus in poſſeſſione relictos famulos, per fidelitatis homagium, ſibi, ſuæque Societati invitos ac renitentes obligavit. Quibus auditis, poſt aliquot dierum curriculum, Sanctimoniales ad Monaſterium reverſæ, in habitu, ut ait Cruſius, ruſticarum ancillarum tem-

templum intrarunt, ubi reſumptis Religioſis veſtibus, in ſuperiori Choro Eccleſiæ, die noctuq; habitantes, cum ſolito campanarum pulſu, horas Canonicas Monaſticè pieq; recitare perrexerunt. Ingenioſum hoc regreſſionis Monialium in propria inventum, ægrè ferentes, ſeq; deluſos animadvertentes Patres Societatis, primum blandis, dein' etiam aſperioribus verbis ac minis inſtabant, ut Monaſterio & poſſeſſione ſua excederent, lapidem omnem moventes, ut Virgines loco amoverent. Ipſæ fæminæ ruſticanæ hæreticæ, quæ illis occultè ex cōmiſerationis affectu lac apportaverant, narrare poterunt, quo pacto Moniales eo tempore propemodum fame & inedia fuerint conſumptæ. Plura ſimilia præterimus.

Sublata ſufficientia victus ipſis Miniſtris Eccleſię neceſſe eſt ſubmoveri cultum divinū. *gl. in c. ſuſcepti. extravag. Ioan. XXII. de elect. verb. cultus detrimento divini.*

23. Itaq; per aliquot dies utriq;, tam Sanctimoniales, quàm Patres Ieſuitæ Monaſterium inhabitarunt, donec deſtinata Tragœdiæ dies advenit, quæ fuit 12. Aprilis, Sabbato Palmarum, ubi Deo conſecratæ Virgines, ad inſtantiā Patrum Societatis, violentis Apparitorum, & unius etiam Ieſuitæ Novitii nefandis manibus, inaudita inter Religioſos temeritate, dicam & crudelitate, ex ipſo templi Choro, tempore tam ſancto, abſtractæ, exportatæ, & è ſua vera, reali, ac legitima poſſeſſione Monaſterii, reclamantes, non ſine totius Provinciæ ſcandalo, (ut ipſe Conſul Goslarienſis mihi Viennæ retulit) deturbatæ, violēterq; eiectæ fuerunt; ut rem geſtam ipſæmet fuſius ſupra n. 6. & 7. deſcripſerūt Nempe *IVS* & *VIS*, iiſdem conſtant literis. Gratulabitur etiam ſibi Novitius ille Ieſuita de ſuo robore, quod Nobiles Virgines ſexu & educatione tenerrimas, ſuo amplexu adeo fortiter circa ubera ſtrinxerit, ut illarum una exinde Goslariæ diutiſſimè decubuerit: Qui, ſi in anno probationis facinus tam heroicum animoſe aggreſſus eſt, egregium revera ſpecimen futuræ indolis in antiquos Ordines dedit: Videtur tamen etiam quoquo modo excuſandus, quia iuſſus id fecit; quandoquidem plerumque

A boue maiori diſcit arare minor.

Catuli luporum, etſi venatione nocere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent & morſibus delectantur, ut ait S. Chryſoſt. in c. 22. Matthæi. *Beniamin lupus rapax.*

24. Olim in veteri lege, latrones & homicidæ, qui ſe crimine capitali, vel læſæ Maieſtatis obſtrinxerant, ſi profugientes in templum, hircorum & vitulorum ſanguine luſtratum, cornu altaris appræhendiſſent, tutos eo ſe aſylo crediderunt & invenerunt: Hodie, in nova lege, Patribus Societatis authoribus, poteſtas fit Apparitoribus & carnificum ſatellitibus, templa Deo vivo & vero dicata, Chriſtiq; Domini tremendis myſteriis initiata, inſolenter & ignominioſe invadendi, & innocentes Sanctimoniales violenter extrahendi. Proh decus! Huic triſtiſſimo & inaudito ſpectaculo, caſu intervenerunt R. P. David, Prior Ordinis Prædicatorum Halberſtadii, cum laico Fratre, Angelo nuncupato, qui Patribus Ieſuitis hujuſmodi grave & infandum facinus tam ſerio exprobrarunt, ut parum abfuerit, quin Procuratorem Societatis F. Angelus baculo ſuo viriliter deplumaſſet. Qua in re, quid deliquiſſet non video, cum Cruſius ſua q. 8. n. 13. §. quod ſi Scioppius, contra invaſorem poſſeſſionis alienæ, etiamſi

Qui malefactores olim cornu altaris apprahenderant, in aſylo erant Vide. 17. q. 4. c. 108. c. 109. c. 110. & c. 135.

iamſi Clericus aut Religioſus exiſtat, quibuslibet etiam Clericis & Religioſis, fuſtes, & baculos, ſine ullo metu excommunicationis incurrendæ, concedat.

25. His non contenti, neceſſarium quoq; duxerunt, Præpoſitum ſive Confeſſarium toties nominati Monaſterii VVoltigeroda R. P. Michaelem Götz Profeſſum Monaſterii Cæſarienſis, è finibus illis exterminare. Aberat is paulò ante, & in civitate Brunſuicenſi, ſacros calices ad Monaſterium VVoltigeroda ſpectantes repetebat, quos & obtinuit; rediensq; Tragœdiæ ſpectator, & ultimus actor fuit. Is, licet crudele facinus Ieſuitæ præſenti, (quem Rectorem moniales nominant) in faciem exprobrarit & reclamaverit, aliam tamen mercedem non retulit, quam ut ipſe deniq; Monaſterio probroſe eijceretur. Sponte namq; recedere iuſſus, cum tergiverſaretur & in cæmiterium confugiens, inter mortuos ſecuritatem quæreret, duobus Cæſarianis militibus imperatum fuit, ut iactis aleis fortunam explorarent, utri ipſorum Monachus extrahendus cederet. Dictum, factum. Extrahitur unius brachiis præsbyter Religioſus, fruſtra reclamans, & præ foribus Monaſterii proiicitur. Tunc unus ex militibus Mechelburgo oriundus, acatholicus, viſo lamentabili ſpectaculo, Patrem Ieſuitam indignabundè allocutus, ajebat: Iſtud in patria mea, noſtris Miniſtris non fieret. *Et milites quidem hæc fecerunt*; qui ſicuti ſortem in fine paſſionis Dominicæ inter ſe miſerunt, *quis quid tolleret*: ita, ne quid huic ludo ſimile deeſſet, aleis, *quis hunc tolleret*, experiri debuerunt. Hic finis fuit *CANONICÆ INSTITVTIONIS*, (ſic eam nominat Cruſius d. q. 8. n. 12.) *Societatis Ieſu in dicto Monaſterio VVoltigeroda*: Hi fuere Medici in Noſocomium hoc intromiſſi, de qualibus dicere ſolebat Alexander VI. *Expedit Medicos eſſe, ne Mundus habitatoribus opprimatur.*

Præpoſitus Religioſus Monaſterii VVoltigeroda, violenter extrahitur per militem, iactu alearum ad id munus deputatum.

Ioan. 19.

Marci 15.

26. Sed modo videamus, quam *Canonica* & legitima fuerit hæc aſſerta *Societatis inſtitutio*. Ipſi enim debent probare, ſe poſſeſſionē accepiſſe ab eo, qui habebat poteſtatem inſtituendi. Rota deciſ. 5. n. 1. de reſtit. ſpol. in antiquis. id quod non poſſunt. Nam vel eam acceperunt à Summo Pontifice, vel ab Imperatore, vel à Diœceſano Hildeſienſi: nihil horum dici poteſt. ergo &c.

Non à Summo Pontifice; nondum quippe docuit, nec docere poteſt Cruſius, Bullam aliquam Pontificiam extinctionis & translationis Monaſterii VVoltigeroda ab Ordine Ciſtercienſi ad Societatem Ieſu, ante 12. Aprilis Anni 1631. emanaſſe, nedum levatam fuiſſe, alias illam procuIdubio alicubi exhibuiſſent, nec tam facile ceſſiſſent. Prout in ſimili, Monaſterium Capellēſe Sanctimonialium Præmonſtratenſium, prætextu Pontificii indulti, trimeſtri prius occupaſſe feruntur, quàm Bullam Pontificiam obtinuiſſent. Iam autem certū eſt, eiuſmodi poſſeſſionem acceptam ante legitimam & Canonicam collationem & inſtitutionem, intruſam dici & haberi debere. Extravag. iniunctæ. de elect. Zerola p. 1. prax. Epiſcop. verb. Bullæ. n. 1. & ſeqq. & p. 2. verb. intruſus. n. 1, §. octavo, qui intrat poſſeſſionem. & §. Vndecimo. ubi citat. Rebuff. in c. jamdudum. & ibi Abbat. de præb. & in c. in noſtra. & ibi Felin. de reſcript. Rebuff. tit. de miſſ. in poſſeſſ. n. 6. & 39. qui plures alios modos intruſionis refert in reg. de ſub-

Quinam dicatur intruſus

deſub loc. collitig. gl. 4. Quemadmodũ etiam capiens poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione ſignata, literis nondũ expeditis, dicitur *INTRVSVS*, omneq; ius q̃ in beneficio habet, amittit, & de cætero ad obtinendum illud inhabilis redditur, ut Iulius III. in conſtitut. 33. ſtatuit, edita 28. May. 1553. de qua mentionem faciunt Gig. in epit. de intruſ. n. 38. Burſat. conſ. 393. ſub n. 21. Mandoſ. reg. de nõ iud. iux. for. ſuppl. q. 4. n. 2. idq; eſſe in viridi obſervantia, docet Flamin. Pariſius de reſign. benef. lib. 10. q. 1. n. 20. & 22. Taliſq; poſſeſſio, dicitur nullo titulo aut iuris adminiculo ſuffulta, ſed *temeritate propria* apprænhenſa. Rota deciſ. 490. n. 8. apud Oliverium Beltramin. & Lud. Gomez. in reg. 33. de triennali poſſ. q. 47. *Intruſus* autem *dicitur, qui ingreditur Beneficii poſſeſſionem authoritate propria. Io. Andr. in c. dudum. de elect. ita quod litera ſuper illo beneficio non valerent, ſi tacet ſe intraſſe poſſeſſionẽ*, ETIAM AVTHORITATE PRINCIPIS *ut not. Abbas in c. ad aures. de reſcript. & in c. iã dudum col. 2. de præb. & in c. præterea. ult. notab. de iure patron. & in c. per venerabilem. qui filii ſint legit. & Felin. in c. veniens. de accuſat. Card. in clem. per literas. de præb. in fin.* Zerola d. p. 2. verb. intruſus. nu. 1. & §. ſeptimo qui ingreditur. Vnde & Paulus Layman in Cenſuris Aſtri inextincti. § Cæterum ait: *Religioſos, niſi ius ac titulum ſibi competentem EXHIBEANT, intruſionis vitium incurrere, ſi vel propria authoritate Monaſteria occupent, vel per ſæcularem poteſtatem, NON PRÆCEDENTE Canonica Epiſcopi, vel Romani Pontificis inſtitutione recipiant, prout dixi pag. 269. Iuſta defenſ.* Atqui Patres Societatis ſæpe dictum Monaſterium occuparunt, & prætenſa ſæculari Imperatoris poteſtate receperunt, NON PRÆCEDENTE Canonica Epiſcopi, vel Romani Pontificis inſtitutione, nec EXHIBITO titulo ſibi competente: Igitur vitium intruſionis incurrerunt. Quin & fructus Monaſterii perceperũt, non expedita Bulla Pontificia; per quod iterum ſeorſim intruſionem incurri, docet Zerola p. 3, prax. Epiſc. ſig. in verb. datum n. 8. Vnde talis non facit fructus ſuos. Zerol. locis cit. p. 1. & 2. Sed, ut ait Silv. in ſumm. verb. intruſus. *eſt fur & latro* (utpote non intrans per oſtium, ſed aſcendens aliunde) *exiſtens in peccato mortali, & reſtitutioni obnoxius omnium quæ recepit. de reſtit. ſpol. c. gravis.* idque *à die intruſionis.* Rota deciſ. 1. de renunc. n. 8. in novis. Ex quibus omnibus evincimus, Patres Societatis in præfato Monaſterio VVoltigeroda, veluti *intruſos*, nullam habuiſſe *Canonicam inſtitutionem*; cum hæc duo ſibimet opponantur, ita ut poſito uno, alterum excludatur. Et hæc quoad Summũ Pontificẽ.

Qua poſſeſſio dicatur temeritate propriâ apprahenſa.

Intruſus dicitur fur & latro.

27. Ad Imperatorem quod ſpectat: Vt aliquid dicatur fieri *Principis authoritate*, duo in Principe requiruntur, nempe Poteſtas & Voluntas; quarum ſi alterutra deficiat, exſpirat omnis Principis authoritas, intantum, ut res nec poſſit, nec debeat dici Principis authoritate facta. *Voluntas enim & poteſtas, præcipua ſunt in omni diſpoſitione.* ut ait Menoch. li. 4. præſump. 198. n. 1. Nos hic, in Imperatore utrãq; defuiſſe docebimus. Et primo quidẽ, defuit poteſtas: Quia docet Paulus Laymã in Cenſuris Aſtri cit. loco 1. §. cæterũ. & p. 268. 269. Iuſtæ defẽſ. expreſſe, *Iuxta ſacros Canones, nõ licere Imperatori, aut eius Cõmiſſariis, VLLIS Religioſis, poſſeſſionẽ bonorũ recuperatorũ tradere, niſi ANTE TRADITIONEM utiles illos IVXTA FVNDATIONEM, ac LEGITIME VOCATOS, &*

Probatur quod Societas Ieſu fuerit intruſa in Monaſterio VVoltigeroda.

QVALIFICATOS eſſe SVFFICIENTER conſtiterit. Atqui per prædicta certum eſt, *SVFFICIENTER* non conſtare, imo falſum eſſe, quod Patres Societatis *ANTE TRADITIONEM*, ipſoq; tempore occupationis dicti Monaſterii, *VTILES*, aut *LEGITIME VOCATI*, vel *QVALIFICATI* fuerint, *IVXTA FVNDATIONEM* Ordini Ciſtercienſi dudum factam, & eousque à Summo Pontifice nunquam ſuppreſſam aut extinctam, ſed omnibus ſuis Dignitatibus, titulis, & Iuribus Collegialibus adhuc veraciter affectam, informatam & vigentem. Ergo non licuit Imperatori, vel eius Commiſſariis, Patribus Societatis poſſeſſionem Monaſterii tradere; adeoq; nulla adeſt Principis authoritas, ubi nulla ſupereſt poteſtas.

Imperatori defuit poteſtas conferēdi Monaſterium Ord. Ciſterc.

28. Idem dicendum de Epiſcopo Hildeſienſi, in cuius Diœceſi Monaſterium ſitum eſt: cum enim illud exemptum eſſe conſtet, Epiſcopus nullā habet in eo poteſtatem inſtituendi, ſupprimendi, extinguendi, vel alium Ordinē immittendi, ſeu poſſeſſionem tradendi. Et ita rurſum ex defectu poteſtatis Epiſcopi, deficit authoritas immittendi Societatem: immo, *intruſus dicitur, qui habet poſſeſſionem ab eo, qui non habet poteſtatem conferendi, quia pertinet ad alium collatio.* Lud. Gomez. cit. q. 47.

Et Epiſcopo Hildeſienſi.

29. Ad voluntatem deinde quod attinet, præterquam quod *poteſtate ceſſante, de voluntate vana eſt diſputatio*, ut ait Menoch. lib. 2. præſump. 5. n. 7. & conſil. 350. n. 43. etiam *nemo præſumitur velle, quod facere non poteſt*. Rota decſ. 531. n. 3. apud oliver. Betramin. Et quis prudens credat, pientiſſimum Imperatorem Ferdinandum II. Commiſſionem Cæſaream decreturum fuiſſe, ut Patres Societatis, etiam cum violenta, & tam ſcandaloſa deportatione Sanctimonialiū, in poſſeſſionem Monaſterii immitterentur, ſi dicti Patres in ſua ſupplicatione, loco falſorum narratorum, (nempe Monaſterium eſſe *DESERTVM*, & *A NEMINE REPETITVM*) inſerviſſent vera narrata; videlicet, Monaſteriū tunc non fuiſſe deſertum, ſed ab Ordine Ciſtercienſi dudum inter alia repetitū; eiusq; poſſeſſionē, omnib. iuribus, ipſoq; Cæſareo reſtitutionis Edicto, & Generalibus Executionis Cōmiſſariis ſuffragantibus, ante plures menſes recepiſſe, & in legitima ac quieta poſſeſſione, Prætore iudice, cum fundati divini cultus omnimoda ſatisfactione hucusq; perſtitiſſe? Proinde cum illæ in favorem ſupplicantis Societatis impetratæ literæ, & Cōmiſſio, per falſi ſuggeſtionē, & veri ſuppreſſionē fuerint obtentæ, Imperator nullo modo poteſt dici volens id feciſſe, quia voluntas non fertur in incognitū, multo minus in impoſſibile: Et talis impetratio, habetur inanis & irrita. c. cum noſtris. de conceſſ. pręb. gl. Abbas, Innoc. & alii ibid. ipſoq; iure fuit nulla, præſertim cum poſſeſſoribus legitimis maximā intulerit iniuriā. Lanc. in l. ſi mihi & tibi, Fulgo. conſil. 20. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & ux. chart. 49. Neviz. lib. 6. nupt. de comm. opi. n. 53. & 54. quippe cum narrativa ſit pars ipſius conceſſionis. Achilles de Graſſis deciſ. 2. n. 3. de procur. Rota dec. 534. n. 1. p. 1. div. eaq; non verificata, conceſſio ſeu Commiſsio cenſetur ſubreptitia, nec ex ea conſequitur quis ius in re, nec ad rem. Ioan. à Chokier in reg. Cancell. Apoſt. 67. n. 5. Rota deciſ. 2. n. 5. de reb. Eccl. non alien. in antiquis. quia infecta radice, infecti ſunt omnes rami.

Voluntas non fertur in impoſſibile.

Societas per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem obtinuit immiſſionem.

30. Præ-

30. Præterea, cùm Ordo Ciſtercienſis fuerit in poſſeſſione, (quam vacuam non fuiſſe mox docebimus) debebat ipſe priùs citari. c. licet Epiſcopus. vbi gl. in verb. vocato. de præb. in 6. l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. latè Felin. in d. c. dudum. num. 24. de præſumpt. Rota ap. Coccinum, in vna Toletana Capellaniæ. deciſ. 113. n. 5. Vnde & executio ſubſequens, ſine præuia citatione poſſidentis, eſt ipſo jure nulla, nec poſſeſſori aliquod præiudicium infert. Franc. in c. ex ratione. n. 29. de Appellat. Gabr. conſ. 31. nu. 20. lib. 2. Rota ap. Coccinum d. deciſ. 113. & deciſ. 378. num. 3. in vna Bononienſi de Mangiolis. Ius quippe reſiſtit ſententiæ & executioni, ſeu immiſſioni aliorum, poſſeſſore non citato, redditque taliter immiſſum incapacem & intruſum. *Vbi* autem *ius reſiſtit, poſſeſſio dari nequit.* vt ipſe Cruſius fatetur q. 8. §. vnde concluditur. per l. qui vniuerſas. 30. §. 1. verſ. namque locum. ff. de acquir. poſſ. Culpa verò fontis eſt, ſi aqua turbida eſt. Accedit, quòd *poſſeſſor non eſt amouendus, niſi per illum cuius intereſt, & habentem ius.* Rota deciſ. 4. de re iud. n. 2. in nouis. Quare, cùm nullo modo præſumendum ſit Sacratiſſimum Imperatorem talibus modis, & tam informiter, voluiſſe Societatem in Monaſterium Woltigeroda ſcienter intrudere; planè dicendum eſt, huiuſmodi Commiſſionem executionis obreptitiam, ex malo fonte ortam, contra voluntatem Suæ Maieſtatis, in verecunda petentium inhiatione extortam fuiſſe; imò neque Cæſaream Commiſſionem nominari poſſe, per notata Laymanni in Cenſuris Aſtri, p. 1 loco. 2. poſt. init. & Cruſ. q. 2. Eclipſ. ſect. 3. c. 3. n. 10. Adeoque denuo concludimus, Principis ſæcularis authoritatem, in hac putata Societatis inſtitutione, ex defectu *voluntatis* non interueniſſe; ſed Patres Societatis occupaſſe Monaſterium purè propria & priuata authoritate, quæ præter intruſionem & nullitatem actus nil operatur.

Poſſeſſore non citato, ſententia cõtra eum lata, eſt nulla. Id quod etiam factũ in translatione Monaſterij Eberſper in Bauaria, ad Societ. Ieſu.

Poſſeſſio non datur, vbi ius reſiſtit.

31. Quæ omnia magis roborantur ex eo, quòd Ordo Ciſtercienſis, ſubſequenti tempore, contra Societatem, rurſus in Aula Cæſarea, ab ipſomet Ferdinando II. Imperatore Decretum reſtitutionis in integrum obtinuerit: Ex quo iterum arguitur, nullam adfuiſſe Bullam Pontificiam translationis Monaſterij ad Societatem Ieſu, adeoq; nullam inſtitutionem aut collationẽ Canonicam, nam illam aliàs, ceu ſcutũ inexpugnabile, pro ſe Patres obiecíſſent; quam nec Imperator per Decretum irritare potuiſſet: Deinde, Ordinẽ Ciſtercienſem, ante violentam Monaſterij à Patribus factam occupationem, fuiſſe in legitima poſſeſſione, aliàs non fuiſſet in integrũ reſtitutus: Præterea, Cõmiſſionem, literas & Mandata Cæſarea nuncupata, pro immittenda Societate, fuiſſe ſub- & obreptitia, contraq; voluntatẽ Cęſaris extorta: Denique, Patres Societatis, qui ſine debita authoritate Monaſteriũ illud occupauerant, & ſacras Virgines violentis manibus eiecerant, nõ niſi intruſos dici poſſe ac debere, conſequenter reſtitutioni obnoxios eſſe, omniũ quæ poſt intruſionem ex eo perceperunt: Vnde & conſequens eſt, Cruſium tota ſua q. 8. Eclipſeos oppoſitum tenentem, enormiter exorbitare, & veritatis Deliquium pati.

Deducuntur aliquot ſequelæ, ex præcedẽti doctrina.

32. Sed nunc tandem, falſas & ſtramineas ipſius allegationes hiſtoricas in

FALSÆ ALLEGATIONES d. q.8. numeremus, atque in faſciculos colligamus ad comburendum; jam enim conticinio obruti, facibus ac tædis præeuntibus aliàs indigebimus.

386. Monaſteriũ Woltigeroda. Scribit ergo: *Monaſterium Woltigeroda, à Sua Sanctitate per Imperatorem p. m. Ferdinandum II. Societati proximis Superioribus annis donatum fuiſſe.* At id nec literis, nec teſtibus, nec vllo probabilis argumẽti indicio docet, nec docere poteſt, ideoq; calumniari dicendus eſt, ex l.1.ff.& t.t.Cod. de calumn. tot. tit. C. de iureiur. propter cal. dand. Et ſic Cruſio ſuum telum, quod hîc in me torſerat, incruentum reſtituo. *Nihil turpius conuitio, quod in authorem recidit:* ait Plutarchus.

387. Idem. 33. *Monialem*, ait, *VNICAM, cum aliquot puellis Nouitiis ac vna ſæculari ab Abbate Walkenriedenſi in Woltigerodam inductas fuiſſe.* Ex prædictis autem conſtat, fuiſſe quatuor Profeſſas, & duas Nouitias, cum ſorore laica.

388. Idem. 34. *Monialem* illam *ex Toſtienburg Eichsfeldiæ Monaſterio, CONTRA VOLVNTATEM ſuæ Antiſtitæ receſsiſſe*, vnde illam *profugam* nominare non veretur. Iſtud iterum Cruſius nec literis, nec teſtibus, nec argumento probabili docet, nec docere poteſt: Ipſa quippe Antiſtita libentiſſimè vidit, & iuuit, vt antiqua Ordini ablata Monaſteria recuperarentur; imò dimiſſis à ſe Sanctimonialibus de viatico & abundante ſuppellectili liberaliter providit; quod non feciſſet, ſi *contra voluntatem* ſuam *profugæ* receſſiſſent. Aliud eſt nolle dimittere, & aliud, ægrè dimittere charam, & ſuomet Monaſterio vtilem. Plurimûm inter ſe differunt velleitas & voluntas; Veritas & Cruſiana vanitas.

389. Idem. 35. *Prædictam Monialem, CONTRA prohibitionem Eminentiſsimi Electoris Moguntini ORDINARII eductã, & in dictũ Monaſteriũ VVoltigerod. introductã fuiſſe*, Cruſius affirmat. Vbi denuo nec teſtibus, nec literis & c. quicquã probat. Ego verò certa relatione didici, Moniales has iã in Monaſterio VVoltigeroda fuiſſe, priuſquã huius rei certior fieret Archiepiſcopus; quod ſi *contra* ſuã prohibitionẽ fuiſſet factũ, ipſe, velut Princeps terræ Eichsfeldenſis, ſub cuius protectione Cœnobium Toſtienburg ſitũ eſt, id facilè ſua potentia impediuiſſet.

390. Idem. Porrò, quid eſt, quòd Cruſius Archiepiſcopũ Moguntinũ ſæpius nominet *Ordinariũ* iſtius Monialis exemptæ? Ordinarius dicitur qui habet iuriſdictionem ordinariã, quam in exemptos, eorumq; Monaſteria non habet Epiſcopus. Si quis diceret Electorẽ Colonienſem, eſſe Ordinariũ Cruſij, toto gutture reclamaret, qui tamen ne pili quidem latitudine magis eſt exemptus, quàm Ciſtercienſis Ordinis Moniales & Religioſi. Videatur allegatio. 173. ſuperius.

391. Idem. 36. *Dictam Monialẽ*, ait iterum, *inſcio priùs, poſt etiam inuito Sereniſsimo. Electore Colonienſi Hildeſienſium Ordinario, VVoltigerodã introductam eſſe.* R. non fuiſſe opus vt ſciret; & quia non erat neceſſe ipſum ſcire, ideò inuito ipſo fieri non potuit, quia ipſius nihil interfuit. Inuitus & voluntarius ſunt oppoſita. Hinc *eius eſt nolle, cuius eſt velle*, reg. iur. in 6. Et nolle, ſeu inuitus eſſe non dicitur propriè, cuius velle nil poteſt operari. Eſt enim regula generalis, *quòd priuatio præſupponat habitum*. l. decem. de V.O.l. manumiſſiones. de iuſt. & iure. qua ratione, ille propriè dicitur inuitus ſilere, qui poteſt loqui. Dyn. n.3. in reg. iur.

Quis propriè dicatur eſſe inuitus.

reg. iur. eius eſt nolle. Ad immitendas verò Moniales exemptas Ord. Ciſterc. in Monaſterium exemptum, voluntas Hildeſienſium Ordinarij nihil potuit operari, cùm per exemptionem, illius voluntati à Summo Pontifice fuerit derogatum: & ſic ſtrictè loquendo, inuitus eſſe non potuit. Si verò latè ſumendo inuitus fuit, nihil refert; nam hac ratione etiam inuitis Patribus Societatis, Monaſterij VVoltigeroda reſtitutio in integrum ab Imperatore per ſententiã denique decreta fuit; quod nihil importat, quia *ſententia etiam in inuitum fertur.* Rota deciſ. 3. in fin. de reſtit. ſpol. in nouis: & exemptio alicuius Monaſterij inuito Epiſcopo fieri poteſt; neque debet citari ille, quo inuito actus expediri poteſt. Dyn. in reg. iur. qui poteſt. n. 2. Hinc infertur, quod Ordo Ciſtercienſis, qui poteſt inuitis Epiſcopis diſponere, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. reg. iur. in 6. & ibi Dd. Cruſius autem, quia Monaſterium VVoltigeroda ſitum eſt in Hildeſienſi Diœceſi, per hęc verba *Hildeſienſium Ordinario*, inſinuat cum conſenſu Sereniſſimi debuiſſe Monialium exemptarum immiſſionem in illa Diœceſi fieri, veluti cuius interſit; id quod nondum probauit. Multa dicere, & pauca probare, quale ſignum? *Eſſe in Diœceſi*; & *eſſe de Diœceſi*, tantùm à ſe mutuo differunt, quantùm Nadir à Zenith. Sed pergentem vltrà Cruſium audiamus. FALSÆ ALLEGATIONES

37. *Quæ* Monialis, *poſtea cum ſuis Nouitiis ac vna ſæculari puella ex Monaſterio, neſcio quibus de cauſis DESERTO, Goſlariam in Franckenberg ſe recepit. Ita DESERTI à Moniali & ſuis Nouitiis Monaſterij VVoltigerodenſis VACVAM POSSESSIONEM, DD. Commiſſarij Societati dederunt.* Cauſam receſſionis Monialium, ſimulat ſe Cruſius ignorare, quam nos ſuprà deteximus. Sed eſto, fuerit emigratio ſponte à Monialibus ſuſcepta, propter militarium incurſionum pericula. Honeſtiſſima cauſa fuit. Quid tum? ergone *VACVA* remanſit *POSSESSIO*? & Monaſterium *DESERTVM*? Nullo modo: præterquam enim, quòd *recedere non dicitur quis à loco, à quo recedit animo in continenti reuertendi.* Rota deciſ. 70. n. 5. ap. Oliuer. Beltram. *Dicitur etiam quis habitare, vbi familia ſua habitat, & poſſeſſionem acquirere, & RETINERE per familiam ſuam.* Bart. in l. 1. §. Municipes. ff. de acquir. poſſ. & l. ſi mulieri. ff. quib. mo. vſufr. amitt. n. 2. Sed & Sola appoſitio Cuſtodis, arguit poſſeſſionem communitatis. l. ſi ita §. dominus. ff. de vſu & habit. Alex. conſil. 88. n. 28. vol. 5. Rota ap. Coccinum. deciſ. 344. n. 2. Vnde ſequitur, *poſſeſſionem* Monaſterij VVoltigeroda, etiam recedentibus inde Monialibus, *vacuam* aut *deſertam* non fuiſſe, quòd ſuo loco & nomine Cuſtodem & obſeruatricem rerũ, & ad colligendos ac conſeruandos fructus, reliquerint ſuã familiam in poſſeſſione; imò & Procuratorẽ Monaſterij, quẽ Cruſius Burchardũ Lap nominat; juxta illud, *Quod quis facit per alium, per ſe feciſſe videtur.* Ex quibus infertur, occupationem Monaſterij à Patribus Societatis factam, familiã Monialium in poſſeſſione exiſtente, & abſente proprietario, pręſumi clandeſtinam, vitioſam & nullam. c. licet cauſam. & ibi Dd. de præb. Bart. in l. ſi duo. in princ. ſub n. 4. ff. vti poſſid. Veral. deciſ. 334. n. 2. & 6. par. 2. Cæſar de Graſſis. deciſ. 5. nu. 2. de cauſſ. poſſ. & propr. Rota ap. Coccinum. deciſ. 14. n. 7. & alij.

392. Idem.

Appoſitio cuſtodis arguit poſſeſſionem.

38. Cruſius

FALSÆ ALLIGATIONES 393. Idem. 38. Cruſius aſſerit *Sereniſſimi Electoris Colonienſis, atq; Hildeſienſium Antiſtitis COMMISSARIOS SVBDELEGATOS Societati poſſeſſionem Monaſterii dediſſe.* Sed verum non eſt, hos fuiſſe Commiſſarios ſubdelegatos, nam idem Sereniſſimus neque à Summo Pontifice, neque à Cæſare ſuper hoc negotio vllam vnquam habuit Commiſſionem.

394. Idem. 39. *Monialem cum ſuis Nouitiis, mentito ancillarum ruſticarum habitu, Monaſterij hortum & templum ingreſſam, ipſam Societatē in poſſeſſione ſua TVRBASSE.* Et infrà: *quòd Monialis Societàtem in ſua poſſeſſione TVRBAVERIT, ADEOQVE ALIQVA VI OPPVGNAVERIT, per tradita à Menoch. remed. 3. retinend. poſſ. n. 370.* Aſſerenti Cruſio incumbit probare, Societatem in legitima tunc poſſeſſione fuiſſe, antequam dicat, eam in ſua poſſeſſione turbatam; qui enim ſuam poſſeſſionem continuat, non dicitur alium turbare aut ſpoliare. Rota deciſ. 11. de reſtit. ſpol. n. 3. in nouis. Ridiculum autem eſt, quòd aſſerat, poſſeſſionem Societatis à Moniali in ſuam poſſeſſionem legitimè regreſsâ, *vi oppugnatam* fuiſſe. Inauditum eſt in omni hiſtoria, quod in iſto caſu fœminæ viris vim intulerint. Et quid armorum, quid armatorum apud ſe regreſſæ Moniales habuerunt? An Monaſterij portam effregerunt? an ſibi reſiſtentes, fuſtibus vel baculis abegerunt? An ſine Principis authoritate rem occuparunt, quæ cum Principis authoritate, ſuffragantibus Sacris Canonibus, per Commiſſarium Cæſareum Generalem in poſſeſſione firmatæ fuerunt? Non cenſetur vis illata, quando poſſeſſio fuit recepta de mandato Iudicis. l. creditores. ff. ad leg. Iul. de vi priu. & dixit Rota, in illa Cornetana, & in Romana fructuum cenſuum. lunæ. 11. Dec. 1606. deciſ. 281. ap. Oliuerium Beltramin. Et eſto, vim intuliſſent; quid inde? cùm & poſſeſſor poſſit propria authoritate expellere ſpoliatorē. Menoch. lib. 6. præſumpt. 69. n. 25. & alij apud eundem: Et talibus Cruſius fuſtes concedat & baculos, vbi ſuprà num. 24.

Vis quādo inferatur in occupatione rei, quando non.

40. At *mentito ancillarum ruſticarum habitu, Monaſterium intrarunt*; inquit Cruſius; Quid tum? iſta vim non arguunt. *Vis* enim, *eſt maioris rei impetus, qui repelli non poteſt. l. 2. ff. quod metus cauſa.* Silu. verb. vis. Ementito autem habitu vti, per ſe, & intrinſecè non eſt malum, aut culpandum: finis & intentio faciūt hoc indifferens opus, bonū aut malum. Iacob matris conſilio, ementito habitu Eſau, benedictionem Patris, germano fratri præripuit. Societas Ieſu, (vt ſcribit Guil. Lamormaini in Epiſtola ſua ad Abbatem Cæſarienſem, ſub dato, Ratisbonæ, 17. Sept. 1630. *Aſtri* fol. 265. col. 1.) ementito habitu ſuos Patres nonnunquam miſit ad Religioſas Virgines quæ in duodecim Monaſteriis Saxoniæ inferioris hucuſque perſeuerauerant. Vidi egomet non ſemel eoſdem Patres, ementito ſæculari habitu, etiā in Comitiis Imperii Generalibus, de die per Vrbes incedere, & menſas Dominorum frequentare. Rem non vitupero, ſi cū debitis circumſtantiis fiat. Sed Cruſius, habitus mutationem in Monialiū dedecus trahere molitur, quæ tamen ideo ſolùm ab ijs aſſumpta videtur, (ſaltem ſua opinione) ne habita poſſeſſione ſpoliarētur. *Cedere* namq; *bonis, acerbum eſt.* Per violentiam amittitur poſſeſſio, ſiue quis corpore expellatur, ſiue *veniens non admittatur.* ff. de acquir. poſſ. clam. §. qui ad nundinas. l. quamuis

Vis quid ſit.

Ementito habitu vti per ſe non eſt malū.

ſaltus.

ſaltus.l. perægrè. §. vlt. & l. licet. ff. e.l.1.§.idem Labeo ait. Hoſt. in ſumm. de reſtit.ſpol, n.1. Menoch. remed.1. recup. n. 80. Maſcardus vol.3.prob.concl. 1329.n.7.l.1.§.24 ff.de vi & vi arm.modò ius inuaſori (vt hîc) non reſiſtat. Ne ergo ſacræ Virgines ad Monaſterium ſuum non admitterentur, ideſt, ne ſua poſſeſſione naturali, per familiam continuata, ex intruſione Patrum Societatis, ſaltem apparenter, ſpoliarentur, mutato habitu, Monaſterium ſilenter intrarunt (nam, noua res, nouum conſilium capit. vt ait Ancharan. conſ. 204.) & in legitima ſua poſſeſſione perſtiterunt, donec ab Apparitoribus & Nouitio Ieſuita, per vim eiectæ ſunt; imò & vltrà. Vbi nulla Monialium *violenta oppugnatio*, nulla *poſſeſſionis* alienæ *turbatio* interueniſſe doceri poterit, cum *vtens iure ſuo, nemini faciat iniuriam.*

Falsæ Allegationes

Pugil in arena conſilium capit.

41. Sæpedictam *Monialem*, ait Cruſius, *cùm ſæpius benignè, humaniterq́; rogata, & à Commiſſariis iuſſa, Monaſterio non excederet, pertinacem perſtitiſſe, donec Magiſtratus Hildeſii, à P. ſuperiore Goſlarienſi legitime implorati Decreto, atq; hinc ſubſecuto iuſſu Prænobilis Dn. Henrici Boriſtorff, Satrapæ in Widelag, HONESTE, DECENTERQVE ſedibus impoſita, & cum ſuis Nouitiis è Monaſterio, Sabbato Palmarum elata Hildeſium migrauit.* Cruſius hanc *honeſtatem, decentiamq́;* ſibi ſeruet: hac enim ratione, multi quoq; fures & latrones *honeſte, decenterq́;* curribus impoſiti, ad furcam auehuntur. Per manus Lictorum violenter ex Eccleſia, & poſſeſſione propriâ, legitimâ, Virgines Deo conſecratas, non citatas, & innocentes efferri, non eſt *honeſtum*, neq; *decens*. I, Cruſi, in huiuſmodi ſellá ſede, & per manus ſattellitum, è Collegio tuo te expelli ſuſtine, tunc reuerſus, *honeſtatem decentiamq́;* quibus affectus fueris deprædica. Poterant ſanè prædictæ Sanctimoniales, imò totus Ordo Ciſtercienſis, Patribus Soc. merito obijcere, grauem illam quærelam, quæ habetur. 13. q. 1. c. vnic. ſub §. quia ergo nos. quæ ſic habet. *Nos plantauimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? Item, præcepit Dominus per Moyſen, vt nemo mittat falcem in alienam meſſem: Hæc meſſis noſtra eſt, & vos vultis falcem in eam mittere?——Nos ſumus agricolæ laborantes; vos primum vultis percipere de fructibus noſtris? imò, non primùm; quia nec vltimũ nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis, & totum vſurpare contenditis, vt pro vobis videatur dictum; fruſtatim lupus comedit agnum.——Sapere eſt* (ironicè) *de alieno labore victum quærere; ſi ſapere eſt, velle quod non poſſis.——Adhæc, callida quidem & multiplici argumentatione, IVRA NOSTRA auferre contenditis, ita vt ſi fides vobis adhiberetur, non verba pro verbis, ſed res pro verbis reportaretis. Sed Deo propitio, ſi verba dediſtis, verba recipietis. Arguitis nos, quòd ea quæ vobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra proſequimur. Sapientiti quidem & philoſophico ore prolata ſententia. Suum proſequi, eſtne aliena rapere? Vnde ad vos hæc ſententia manauit? niſi quia tanto ardore noſtra concupiſcitis, vt veſtra putetis vobis auferri, cùm nos noſtra conſequimur? Vnde, cùm cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, Ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptum ex faucibus. Sed videte, damnum effuſi vnguẽti vobis recompenſare quæratis.——Item, præcepit Dominus diſcipulis ſuis, vt commederent & biberent ea quæ apud illos ſunt; ſed non iuſſit eis,*

395. Idem.

Omnis guttatim tollitur unda maris.

Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus. gl. ib. verb. verba.

FALSÆ ALLEGATIONES

vt dominos de domibus ſuis eycerent, & rebus ſuis ſpoliarent. Non facilè inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, IGNIS in ſinu, ſerpens in gremio, malè ſuos remunerant hoſpites. —— Non ſufficit vobis edere & bibere, quæ in domo noſtra ſunt? —— quibus, cum Apoſtolo debetis eſſe contenti; ſed non vultis, quia eius imitatores non eſtis; ſed potiùs nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis. Hæc ibi.

396. Idem. *Mutato nomine, de Patribus Soc. fabula narratur.*

42. Cruſius hîc q.8. n.4. §. Vnde colligitur, Monialem ex Toſtienburg in Woltigerodenſe Monaſteriũ introductam, ter nominat *intruſam*. 1. Quòd ſine conſenſu Ordinarij Moguntini hoc factum. Pius V. in Conſtit. Decori. 2. quòd exierit ſuo Monaſterio ſine ſocia, quarum vtraque ſit. 40. annorum, & vitæ probatæ. 3. quòd traslatio non fuerit facta in aurora: Quæ omnia Cruſius hîc negat adfuiſſe, & idcirco, eius translationem fuiſſe *meram intruſionem* concludit. ℞. ex ſupradictis ſatis conſtare, Moniales iſtas, *intruſas* non fuiſſe. Ad primam eius rationem reſpondeo: Moniales cum conſenſu ſui Ordinarii rectè introductas eſſe; Ordinarii, inquam, non Moguntini, is enim Exemptorum Ordinarius non eſt; ſed ſui Ordinarii, nimirum ſuperioris Ordinis Ciſtercienſis: Prælatos enim Ordinum exemptorum, vnum Generale caput habentium, ſecundum Iura, in ſuis Collegijs aut Monaſterijs nominari *Ordinarios loci*, imò *Epiſcopos & Diœceſanos*, author eſt Laurent. Forer diſput. Theolog. de Abbatibus. theſi 32. iuncta thſi. 1. Dilingæ Anno 1628 & Vincent. Filliuc. tract. 41. de benef. Eccleſ. c. 1. n. 15. Et huiuſmodi Superiorum ſeu Ordinariorum conſenſum ad translationem Monialiũ ſufficere, ſentiunt ac docent Nauarr. Armendar. Zerol. Anton. Riuius. Bonacin, ſuperiùs alleg. 173. & 174. citati. Roderiq. qq. regular. tom. 1. q. 49. art. 6. in fin. Lud. Miranda tract. Monial. q. 3. art. 6. concl. 1. Sanchez lib. 6. c. 15. n 28. Dd. apud Barboſ. de offic. Epiſcop. allegat. 102. n. 28. Nec obſtat allata Conſtitutio Pij V. quæ potiùs pro nobis eſt, ait enim, *cauſam* translationis Monialium *quamuis exemptarum, etiam per Epiſcopum*, *SEV ALIVM LOCI ORDINARIVM cognitam expreſſè, & in ſcriptis approbatam eſſe debere.* Deinde; Conſtitutio Decori. Pij V. impertinenter huc allegatur, quæ ſolùm edita eſt, contra Moniales volentes egredi Monaſterio, & extra illud ſtare apud parentes, fratres, ſorores, cognatos, & per ſæcularium domos diſcurrere &c. Ad 2. ℞. Monialem hanc non ſolam, ſed cum tribus ſociabus Profeſſis, iisque vitæ probatæ inductam fuiſſe: Nec eſt neceſſe, vt inducendæ, fuerint ſingulæ annorum 40. quæ ætas olim in eligenda ſolùm Abbatiſſa requirebatur; Hodie ſufficit, vt annum trigeſimum exceſſerit; in cæteris inducendis, certa ætas non definitur. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 7. de reform. reg. Zerola. verb. Abbatiſſa. p. 1. praxis. Epiſc. nu. 1.

Regularium exemptorum Prælati dicuntur Ordinarij ſuorum ſubditorum, imò Epiſcopi & Diœceſani.

Qualis ætas requiratur in transferendis Monialibus ad alia Monaſteria.

Ad 3. ℞. id neceſſarium minimè fuiſſe, vt fuſiùs alleg. 175. ſuprà docuimus. Et hæc hactenus de Monaſterio Woltigeroda; vt verum ſit in Cruſio, adagium: Qui ſe multis occupat, in multis erret neceſſe eſt.

LVPV-

FALSÆ ALLEGATIONES

LVPVLVS.

Nemo ſuum iactare præſumitur.

Fol. 220. & 221. per tot.
Quæſt. 9. per tot.

1. Hoc loco ventilat Cruſius promiſſionem à duobus Abbatibus Societati, vt vocant, factam, circa ceſſionem Monaſteriorum Monialium, & obſcuriorum virorum, pro fundandis Collegijs &c. Nos in Aſtro q. 7. à nu. 14. publicis Inſtrumentis demonſtrauimus, huiuſmodi ceſſionem factam non fuiſſe: Cruſius hîc aſſerit factam fuiſſe, idque tribus motiuis probat. 1. *Negat* (inquiens q. 9. in in princ.) *F. Romanus Abbates promiſiſſe aliquid Societati circa quorundam parthenonum translationem. At contrà ATTESTATVS id fuit ipſemet ſemper Auguſtus & inuictiſſimus Imperator Ferdinandus II. f. 2. in ſuis ad R. P. N. Ioannem Copperum p. m. id temporis Prouincialem.* 2. Idem oſtenditur manifeſtè ex ipſius Domni Archi-Abbatis reſponſione in d. Inſtrumento insertâ his verbis: Hierauff ſagten jhre Wohl Ehrwürden / daß ſie geantwortet hetten / dafern Sie oder jhre Oberen / in dieſem / oder anderem / welches die Religion promouieren köndte / vnd der Röm. Käyſ. May. intention nit zuwider were / einige Officia ſiue ſeruitia der Societet Jeſu præſtieren vnnd beweiſen köndten / daß Sie in ſolchen Gott angenehmen Sachen ſich nit zuwider / ſonder vielmehr befördetlich zu ſeyn / erzaigen / vnnd denſelben nicht abgeneigt ſeyn würden. Hoc eſt: *Ad hæc ſe dicebat Dominus Archi-Abbas reſpondiſſe, Si vel ipſe, vel ſui Superiores, IN HOC, aut aliis Catholicam Religionem promouentibus negotiis, quæ Sacræ Cæſareæ Maieſtatis intentioni non contrarientur, qualiacunque officia ſiue ſeruitia Societati Ieſu præſtare poſſint, quòd in talibus Deo gratis & acceptis rebus, non contrarij, ſed potius promotores eſſe, ipſisq; fauere velint.* Hucuſque verba Inſtrumenti publici; quibus, *Hinc arguitur*, ſubiungit Cruſius, *inter DD. Abbates, & P. Lamormaini interceſſiſſe tractationem de MONASTERIIS VIRGINVM.* Et infrà. *De HIS tractationem inter ipſos ſuſceptam fuiſſe, nemo eſt qui prudenter negare poſſit, ac conſequenter de iis interpoſitam DD. Abbatum promiſſionem; quæ vtrum valida fuerit, nec ne, non eſt meum hîc exquirere. Sufficit mihi OSTENDISSE, quòd promiſſio à DD. Abbatibus R. P. Guilielmo Lamormaini de QVIBVSDAM MONASTERIIS MONIALIVM fuerit interpoſita, in qua ego conquieſco.*

397. Duo Domini Abbates.

Vel petit, vel deſipit pauper qui donat diuiti.

Abſona Cruſij argumentatio.

3. Probatur à Cruſio ratione: *Quare enim alias*, inquit, *ipſe Archi-Abbas ſuam ſuorumq; Superiorum operam ac ſtudium Patri Lamormaini addixiſſet, ſi non de ipſorum Ordinis, ſed aliorum ſæcularium Collegiis fuiſſet inter ipſos tractatum? Ecquid Collegia ſæcularia ad Monachos? Ecquid in Collegiis ſæcularibus obtinendis, Monachorum, ad quos nihil ea pertinebant, operâ vſus fuiſſet Pater Lamormaini? Quid, quæſo F. Romane, tui Abbates, eorumq; Superiores in iis poterant*

erant? Chimeræ ſunt F. Romane, & entia phantaſtica, quæ rudibus venditas, non ſapientibus, non prudentibus; qualis eſt Cruſius.

2. Sed reſpondemus malam & falſam eſſe allegationem promiſſionis Abbatum circa Monaſteria Virginum Deo dicatarum, ad Societatem Ieſu. Ad 1. argumentũ, magnas habeo gratias, mi F. Cruſi, pro tam inſigni teſtimonio. Sed dic, amabò, quonam modo potuit Imperator *atteſtari* promiſſionem, cui nũquam interfuit? Abſentes teſtes adhibes, ad illuminandã Eclipſin: ſed reuera à teipſo abfuiſti, dum talia ſcripſiſti. Plus atteſtari non potuit Cæſar, quam ſe taliter à ſuo Cõfeſſario informatum fuiſſe; quod longè aliud eſt; malè functus fuit ſuo tunc officio Confeſſarius, falſa narrata Imperatori obtrudendo, neq; enim ſenior ſemper ſanior. Certè ex his ipſis litteris Cæſaris ad Copperum datis, lucidè apparet, Imperatorem ſe ſuaque Mandata in his falſis narratis fundaſſe, adeoq; ijs non verificatis, Mandata fuiſſe obreptitia & nulla.

Abſens atteſtari non poteſt.

3. Ad 2dum dicimus, Cruſium non fuiſſe domi, quando hoc motiuum ſuo libro inſcripſit. Nam paragraphus Hierauff/ſiue *Ad hæc*. cùm ad immediatè præcedentia ſeſe referat, ex ijs lucem ſuam accipere debet: Ea ſic habent; Es hette P. Lamormaini das begehrt / Es wolten Sein WohlEhrw. vnd jhre Superiores, ſeiner Societet mit möglichſten Dienſten vnd Rahtſchlägen ſuccurrieren / vnd dieſelbe jhnen ſubminiſtrieren, NB. Damit Collegia SÆCVLARIVM VIRGINVM, ET CANONICORVM, vulgò Weltliche Stiffter / Societati in vſum Collegiorum & Seminariorum aſſignirt, vnnd zugeeignet werden möchten / dann das were der Röm. Kayſ. May. Meinung / damit die Chriſtſeligiſte Gedächtnuß / eines jedwederen Fundatoris vnd Ordens / zu ſolchen vnd dergleichen Vſus, vnd Weltlichem Gebrauch / in graue Ordinis diſſidium, æmulationes, odia, & ſcandala ſæcularium, durch bitten vnd andere applicirung nit gerahten möchten. Dann es köndten Jhr Bäpſtliche Heiligkeit ohne verlötzung oder offenſa einer jedwedern Religion vnd Ordens / wie auch die Röm. Kayſ. May. vnnd locorum Ordinarij vber ſolche (Weltliche) Stifft / liberè vnd freywillig diſponiren: Hierauff ſagten Jhr WohlEhrwürd. ꝛc. Id eſt, *Patrem Lamormaini hoc rogaſſe, vt Dn. Archi-Abbas, ſuiq; Superiores Societati poſſibilibus quibuſque ſeruitiis & conſiliis ſuccurrerent, quatenus Collegia CANONISSARVM ET CANONICORVM SÆCVLARIVM Societati in vſum Collegiorum & Seminariorum aſſignarentur & appropriarentur: Hanc enim eſſe mentem & intentionem Sacræ Cæſ. Maieſtatis* (ſequentia Cruſius, ſuâ q. 9. callidè prætermiſit) *vt piiſſima intentiones cuiuſlibet Fundatoris & Ordinis Religioſi, ad HOS ET SIMILES, ac prophanos vſus in graue Ordinis diſſidium, æmulationes, odia, & ſcandala ſæcularium, per impetrationes & applicationes nequaquam conuerterentur. In illis autem fundationibus* (Canoniſſarum & Canonicorum) *Summum Pont. citra læſionem & offenſam cuiuſq; Religionis & Ordinis, ſicut & Sacram Cæſar. Maieſtatem locorumque Ordinarios liberè diſponere poſſe. AD HÆC, SE DICEBAT Dn. Archi-Abbas reſpondiſſe. &c. vt ſuprà.*

Præcedentia verba, ſenſum conferunt ſequentibus, quando inter ſe ſunt relatiua.

4. Nunc

4. Nunc acumen Cruſianum attendamus, quid ex hoc diſcurſu colligat, & concludat. Narrabatur in eo Inſtrumento publico, ut vidimus, Patrē Lamormaini ab Abbatibus petiiſſe ſervitia & conſilia in transferendis ad Societatem *Collegiis Canoniſſarum & Canonicorum ſæcularium*, eo, quod Imperatoris mens non eſſet, ut ad *HOS ET SIMILES* uſus Societatis, applicarentur Ordinum Religioſorum Monaſteria recuperanda. *Hinc arguitur*, infert Cruſius, *inter DD. Abbates & Patrem Lamormanni interceſſiſſe tractationem DE MONASTERIIS VIRGINUM, ac CONSEQUENTER de iis interpoſitam DD. Abbatum promiſſionem.* Omni ſtipite nodoſo acutior illatio. Sermo erat de Collegiis *ſæcularium Virginum & Canonicorū*; ergo ſermo & promiſſio erant de Monaſteriis *Virginum Religioſarum*: ne Ariſtoteles quidem tam dextrè ex tali antecedēte conſequentiam inferret, uti Cruſius. Quis prudens ſibi perſuadeat, Confeſſarium Imperatoris, petiiſſe aliquid ab Abbatibus quod è diametro eſſet futurum contra mentem & voluntatem Imperatoris, nolentis huiuſmodi Monaſteria *ad hos & ſimiles uſus* Collegiorum Societatis, & ſeminariorum *applicari*? Quis credat Abbates contra perceptam à Confeſſario intentionem Imperatoris, ad nullius inſtantiam, ſuis Ordinibus tantum præiudicium & detrimentum, ſine ulla accepta authoritate & occaſione, creare voluiſſe? Cruſius hoc Inſtrumentum, contra manifeſtiſſimam literam, in abſonum ſenſum torquet. Hæſitavi aliquamdiu, num is contra propriam conſcientiam, hanc Eclipſin ſcripſerit; at nunc, & huc uſq; ſæpius deprehendo, firmiterq; credo, id eum feciſſe. Cui ut DEUS parcat, enixiſſime rogo. *Cruſius miſerrime patrocinatur ſuo Lamormaino.*

5. Ad 3. ℞. illud argumentum nullo modo concludere; concluſurum autem fuiſſe, ſi Pater Lamormaini ab Abbatibus petiiſſet *donationem* Collegiorum Canoniſſarum aliorumq; ſæcularium Societati faciendam; tunc enim licuiſſet Cruſio dicere, *Ecquid Collegia ſæcularia ad Monachos? Ecquid in Collegiis ſæcularibus obtinendis, Monachorum, ad quos nihil ea pertinebant* donationem petiiſſet *P. Lamormaini? Quid, quæſo F. Romane, tui Abbates, eorumq; Superiores in iis* donare *poterant?* Iam vero, cum in obtinendis Collegiis ſæcularibus, ſolūmodo *poſſibilia ſervitia & conſilia* petierit, certum eſt ea præſtari poſſe, licet huiuſmodi Collegia non ſpectent ad ordinum Abbates. Sic enim & ipſe P. Lamormaini, ſua obſequia (ſeipſo præcone) præſtitit antiquis Ordinibus, in promovendo Edicto Cæſareo, quantum vis ad eum bona Eccleſiaſtica reſtituenda non pertinuerint. Conſilium & auxilium præbere petenti, non ſupponūt rei dominium aut diſpoſitionem: Patrocinari poſſumus amico, circa rem extraneam, alios ad conſenſum inflectendo, obices removendo, reſiſtentibus rationabiliter perſuadendo, apta conſilia ſuggerendo. &c. Niſi forte Cruſius exiſtimet, Societatem ſuam iam in tantū eſſe ſublimatā, ut Abbatum ſervitiis aut officiis non indigeat. Sublimitati Societatis ex animo gratulamur: Etiam camini ſupra domum eminent altiores, ſed pars ſunt domus fuliginoſiſſima. *Pulicem caſſibus venatur Cruſius.*

6. Taceo fieri potuiſſe, ut ſub ipſis reſtituendorum Monaſteriorum dominiis aut territoriis, aliqua ſæcularia iſtiuſmodi Collegia, vel alia opulenta

 bene-

beneficia, Societati permittenda, reperirentur. Adeoq; nihil pro ſe adhuc *oſtēdit* Cruſius; debuit tamen aliquid dicere, quia *canes latrant pro conſuetudine:* & domus conſtruenda eſt ex lapidibus obuiis: melius eſt enim locum lupulis implere, quam vacuum relinquere. Certe minus obſunt lupuli, quam lupi.

RIMÆ.

Nil ſapere, iucundiſſima vita eſt.

Fol.175.col.1.in med,
Qu.6.c.2.num.19.

398. VVameſius. 1. Controvertebatur inter me & Paulum Layman, utrum translatio Monaſteriorum ad alium Ordinem, à Summo Pont. fieret per poteſtatem Ordinariam, an vero per plenitudinem poteſtatis Pontificię. Layman dicebat per ordinariam, ego per abſolutam. Aſtri. q.3. n.3. & ſeqq. Immiſcet ſe huic duello Cruſius, cupiens etiam ictum ſuum reportare, ſtansq; à partibus amici, contra me pugionem Ioannis VVameſii producit. Sed vide Lector, quomodo ſua manu ſe vulneret: *Quæres*, aiebat. q.6.c.1.n.8. *qua poteſtate poſſit Pontifex teſtatorum voluntates mutare? Reſpondet F. Romanus, non Ordinaria, ſed abſoluta plenitudine poteſtatis id fieri.* Suam vero mentem hic declarans ita ſcribit. *Ad quæſiti reſponſionem, quod Pōtifex id faciat poteſtatis plenitudine abſoluta, RESPONDETVR negando. Nam ita in terminis docet VVameſius tom.2. conſil.410.n.2.& 3.* Sed amabo, Lector adverte, quomodo VVameſius, ab ipſomet Cruſio allegatus, in terminis pro me, contra ipſum concludat: *In confeſſo apud omnes eſt*, inquiens, *relictum ad pium opus certum, in alind diverſum, pium tamen, ex iuſta cauſa mutari poſſe à Papa, SI PLENITVDINE POTESTATIS VTATVR.* Hæc ille. Vmbra turris, ſæpe maior eſt ipſa turre: & plus habet oſtentationis, quam rei Cruſius, qui hoc loco videtur laboraſſe ἀοϱγσία. Et tamen in hac allegatione gloriatur. Nobiſcum ſentit Capella Tholoſan. q.26. in Summario: *Teſtatoris*, inquiens, *voluntati nihil derogandum eſt, etiamſi Papa aliter diſpenſet: Nec Imperator poteſt derogare per reſcriptum ſuum teſtamento teſtatoris.* Et infra. *Nec etiam Papa, ex poteſtate Ordinaria, ſed ſolum plenitudine poteſtatis. Bald. in l. ſi teſtamenti. C. de teſtam. & ita intelligit prædictam Clem. quia contingit. de relig. dom. idem, Lap. Io. de Imola, & Francus ubi ſupra, quod intellige, etiam hærede conſentiente.*

Teſtatoris voluntati derogat Papa ex plenitudine poteſtatis.

2. Attamen, ut video, Cruſius me per manicam trahens, ad mox ſequentia VVameſij verba deducit, ubi ſic pergit: *Nec de hoc quæritur, ſed id quæritur, quod conſtet S.D.N. Papam, per huiuſmodi literas non voluiſſe dictam commutationem facere ex abſoluta & ſuprema ſua poteſtate, quæ ſupra ius eſt, ſed ex Ordinaria; prout etiam in dubio, cū Pontifex quid à iuris ratione aliquo modo exorbitās concedit, non cenſetur id facere ex illa abſoluta poteſtate, ſed potius MOVERI EX CAVSA RATIONABILI, prout convenit eius Ordinariæ poteſtati, ut in his terminis*

minis decidit.Baldus. Hæc VVameſius. Quibus lectis, Cruſius utramq; volam complodens, animum reſumit. At non omnes nubes fulminant,quæ fulgurant.Rem hanc,age,propius elucidemus.

3.Nam inprimis,Wameſius his verbis nihil decidit;ſed ait ſolummodo , ID QVÆRI, nũ Papa utatur abſoluta,an Ordinaria poteſtate,quando CONSTAT ipſum noluiſſe in tali commutatione uti poteſtate abſoluta , ſed ordinaria dũtaxat:Quæ quæſtio,à noſtra toto cælo differt,nec à wameſio,in prædictis verbis reſolvitur;ideoq; non eſt verum,wameſium *in terminis* ſtare pro Cruſio: Poſterior deinde ſententia wameſii,excẽpli loco allata,eſt quidẽ aſſertiva , ſed nobis ne hilũ officit,quia nihil ad rem:Reſolvit enim ibi quæſtionẽ,An IN DVBIO cum Papa concedit aliquid,*à iuris ratione aliquo modo exorbitans*, cenſeatur id facere ex poteſtate abſoluta,an ordinaria; & reſpondet quod ex ordinaria.In noſtro autẽ caſu,ubi non verſamur *in dubio*,ſed certũ eſt & indubitatũ , translationẽ Monaſteriorũ,non ſolum à Iuris ratione aliquo modo,ſed à Iuris expreſſa diſpoſitione,(qua ſtatuitur,ut beneficia ſæcularia ſæcularib. regularia Regularibus,& eundem Ordinem expreſſe Profeſſis conferantur:Et:Vbicunque Ordo Monaſticus ſecundum Deum & B.Benedicti regulam dignoſcitur inſtitutus,perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.&c.) totaliter exorbitare;quid VVameſium aliud reſponſurum exiſtimamus , quam talem translationem à Papa fieri per poteſtatis plenitudinem abſolutam? *VVameſius explanatur.*

4.Verum,ponamus VVameſium *in terminis* Cruſio favere;tota controverſia noſtra conſiſtit in hoc,quid nomine *poteſtatis abſolutæ*,ſeu *plenitudinis poteſtatis*;& quid nomine *poteſtatis ordinariæ* intelligamus:Doctores enim aliter& aliter hæc nomina accipiunt. Communiſſimẽ *accipitur plenitudo poteſtatis,ut idem ſit,quod poteſtas abſoluta,ſeu libera A LEGE POSITIVA,cum Princeps legi non ſit ſubiectus,ſed ſupra legem.* Layman Iuſt.defenſ.fol.23. atq; in hoc ſenſu dicitur c.propoſuit.4.de conceſſ.præb.quod Papa *ſecundum plenitudinem poteſtatis , de iure poteſt ſupra ius diſpenſare.* Poteſtas autem Ordinaria, nominatur illa,qua Pontifex utitur,in quantum legibus poſitivis Eccleſiaſticis, ſive Sacris Canonibus eſt affectus & ordinatus.quia iuſtum & honeſtum eſt Principi ſervare legem ſuam.gl.in c.ſedes extravag.de conceſſ.præb.verb. ex ratione. & decet ipſum ſecundum leges vivere. Rota deciſ. 1. de bigam. n. 4. in novis.Abb.in c.ut noſtrũ.vt Eccl.ben.ſin.dim.conf.n.11.Hinc dicebat Layman.Iuſt.defenſ.fol.230.quod *plenitudinem poteſtatis abſolutæ Princeps tũc exercere dicatur,quando aliquid decernit contra leges univerſales*, in corpore iuris contentas,*præſertim ſi etiam iuri aliorum deroget.* Quare,cum hoc fiat in translatione Monaſteriorum,ſubintuli non immerito,translationẽ huiuſmodi fieri per plenitudinẽ Pontificiæ poteſtatis.Confirmatur ex c.unic.ut Eccleſ. beneſ. ſine dim.conf.ubi plenitudo poteſtatis Pontificiæ,& debitum ex officio,velut oppoſita mẽbra ſibimet contraponuntur.Roboratur ab Alphõſo Soto in reg. 9.Cancell.Inn.VIII.n.4.apud Io Chokier,ubi ait:*Papa nõ poteſt tollere ius quæſitum de poteſtate ordinaria.c. quamvis.de reſcript. in 6. & c ſuper eo.de off. deleg.* *Plenitudinem poteſtatis, & Ordinariam poteſtatem Doctores in Papa aliter & aliter accipiũt*

quale

quale habent in Monaſteriis deſtitutis, Ordines antiqui, ex fundatione primæva, ex natura beneficiorum regularium non extinctorum, ex iure communi, naturali & gentium. &c.

Alia Doctorum quorundam acceptio poteſtatis abſoluta.

5. Aliter accipitur à nonnullis Dd. Papæ poteſtas ordinaria, pro illa, quam habet ut abſolutum caput Eccleſiæ, ut quicquid diſponit *ex cauſa rationabili* dicatur facere ex poteſtate ordinaria: Quia vero Iudicem non habet in terra, ſi quid faciat *ſine cauſa rationabili*, auferendo v. g. alicui, contra ius poſitivum, naturale, vel divinum, rem ſuam; transferendo Monaſteria ſine legitima cauſa, ex mera animi libertate, in favorem petentis; alterando pro libitu ultimarũ voluntatum diſpoſitiones. &c. hanc nominant iſti poteſtatem abſolutam, id eſt, abſolutam ab omni lege, non ſolum poſitiva, ſed & gentium, naturali & divina. Vnde ait Covarru. 3. reſol. 6. n. 8. *Quod Princeps, etiam derogando legibus humanis, iure naturali, divino, & humano facere valet, id ad Ordinariam Principis poteſtatem pertinet: Iure ſiquidem conceſſa poteſtas, Ordinaria dicitur, non abſoluta; cum nihil abſolutum cuiquam, etiam Principi, iure ſit permiſſum. Quod autem Princeps agere nequit iure humano, divino, nec naturali, id non ad poteſtatem Principis, quæ ex iure deducatur, ſed ad TYRANNIDEM, quæ ex iniuria oritur, pertinet.* Hæc ille. Et Rebuff. in praxi benef. reg. de non toll. ius quæſ. gl. 6. n. 34. & 35. *Princeps*, inquit, *de poteſtate abſoluta, ius tertii tollere poteſt, etiam ſine cauſa, etiamſi agatur de gravi præiudicio. Sed iſta poteſtas abſoluta, eſt poteſtas quæ verius DIABOLICA dicitur, procedit enim à poteſtate iniurioſa, & eſt contra legem divinam, de qua ſuperius dixi de Naboth. &c.* In eodem ſenſu poteſtatem abſolutam uſurpant alii nonnulli, quos inter Anton. de Petra. de pot. princ. & iure quæſ. non tollend. c. 24. n. 16. uſque ad fin. Vnde lib. 8. c. 20. allegatus à Layman Iuſt. def. fol. 231. aſſerit, ſpeciale eſſe in Papa, quod de poteſtate ordinaria poſſit alterare diſpoſitiones ultimarum voluntatum: Et iterum c. 5. ibid. q. 2. n. 3. *quando Princeps aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? quia tunc eſt ſupra ius, contra ius, & extra ius, & eſt omnia.* Et adhuc clarius cit. loc. n. 73. *Quarto*, ait, *ad Clem. quia contingit, reſpondetur pariter, quod intelligitur ex cauſa, vel hærede conſentiente, ut notat Card. ibi in 9. & 10. notab. q. 4. & 5. Alias autem ſi Papa faciat de plenitudine poteſtatis, peccat in ſemetipſum, quia iniuſte agit, ut concludit Felinus in c. nonnulli: in princ. n. 2. de reſcript.* Idem ſenſit Angelus in l. ſi teſtam. C. de teſtam. Et Wameſius ſupra allegatus, etiam in ſenſum Cruſii tortus, expreſſe tanquam membra oppoſita ponit, *poteſtatem Pontificiam abſolutam*; &; *moveri ex cauſa rationabili.* Et in hoc ſenſu, videri poteſt Cruſio dixiſſe cum Petra & Angelo commutationem ultimarum voluntatum fieri ex Pontificia poteſtate ordinaria, veluti ſi moveatur ex cauſa rationabili; non autẽ ex illa abſoluta poteſtate, quam utique nulla iuſta cauſa moveri dicere debent, ſi regulas membrorum oppoſitorum ſalvare velint. Hinc denuò Petra. d. c. 24. num. 32. *Sicut Princeps*, inquit, *ſupremam habet poteſtatem, ita eam regulari debet ſecundum*

Sum-

Summam honeſtatem; & ſi ſecus faciat, vtiq; poteſtas talis, non abſoluta, ſed diſſoluta, & plenitudo tempeſtatis, non poteſtatis dicitur. FALSÆ ALLEGATIONES.

6. Quia verò nos in Aſtri loco cit. abſolutam poteſtatem non hoc ſenſu, pro iniqua, tyrannica vel diabolica accepimus; ſed iuxta communem, pro tali, quæ eſt abſoluta duntaxat à lege poſitiua humana, non autem à lege naturali, gentium, ac diuina; *Plenitudo* namque *poteſtatis* (ſub- & obreptione ſepoſitâ) in noſtra ſententia, & ſecundùm ſtylum Romanæ Curiæ, Summorumq; Pontificum praxin, *non extenditur ad aliquid iniquum.* vt tradunt Curtius conſ.73.col.29. in fin. Fulg. conſ.61. col.pen. Barb.lib.2. conſil. 24. col. 4. Card. conſ.142. incip. punctus. col.2. Barbat. in c. quanto. de iureiur. dicens, figendū cordi. in c. cùm omnes. in princ. de conſtit. Modern. in l. reſcripta. C. de precib. Imper. off. apud Nevizan. lib.6. ſyluæ nupt. num. 57. ideo neque Wameſius & ſupracitati authores contra nos militant, nec nos, contra ipſos; quia terminos aliter accipimus vtrinque. Qua de re plura vide, ſub allegat.133. 214. &.338. itemque Aſtri q.3. num.3. & 4. Et tamen Cruſius hîc ſibi videbatur inſuperabilis; apud quem rimarum plena ſunt omnia, hac illac perfluit. Omnes enim videmur nobis eſſe belluli; ſed rimæ tunc apparent, cùm dolium impletur.

Plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquid iniquum.

PLANTARVM TRANSLATIO.

In tranquillo mari, quilibet gubernator eſt.

Fol.211. col.2. fol.212. col.1. & 2.
Quæſt.8. num.6. 7. & 8.

1. In Aſtro meo q.7. num. 27. de translatione Canonica Regularium nonnihil diſſerui, docuique illam in eo conſiſtere, *vt Monachus deſinat eſſe membrum prioris Monaſterij vel Ordinis, & incipiat eſſe membrum poſterioris*, quando verò cum conſenſu Abbatis, migrat ſolummodo extra Diœceſin ad profitendam Grammaticam vel Poëſin &c. licet viginti vel ampliùs annis abſit, dixi hanc non eſſe *Canonicam translationem* (quòd per hoc non deſinat eſſe membrum prioris Monaſterij) ſed *localem mutationem* duntaxat.

Quæ ſit & dicatur Monachi translatiō Canonica.

2. Hîc Cruſius, aſino Arcadiæ me tardiorem & ſtupidiorem exiſtimans: *Reſpondetur*, ait, *F. Romanum hîc ſuam in iure oſtendere imperitiam & fallaciam. Imperitiam quidem in eo, quòd exiſtimet, tranſitum nudum Monachi vel Monialis ex vno loco in alium, de iure non appellandam translationem Canonicam, ſed mutationem localem, adeoq; translationem Canonicam, & mutationem localem differre. Fallaciam verò in eo manifeſtare, quòd modò allata duo membra, tradat à Rebuffo de translat. Mon. num.17.18. & Dd. in c. cùm ſingula. § . prohibemus. de preb. in 6. doceri ac proponi. Verùm, quòd attinet ad F. Romani in iure imperitiã, oſtenditur manifeſtè ex Iure & Dd. falſum eſſe, quòd tranſitus nudus ex vno loco in alium, in Iure non appelletur translatio Canonica: nam in Iure cum ciuili tum Canonico, transferri dicitur, quãdo perſona vel res locum ſuum mutat.* Et paulò pòſt.

399. Ius cōmune.
400. Doctores.

Vnde ſequitur, quòd hæc duo, Translatio Canonica, & mutatio localis, in hac materia conuertantur, vt definitum & definitio, & contra. Hucuſque Cruſius, qui ex impletò ſuperiùs dolio, iam vinolẽtus eſſe videtur; nam ſicut *ebrius nil rectè facit, niſi cum in lutum cadit*; ita Cruſius hoc loco, dum nimis ſubtiliter cum Philoſopho conſiderat *Aſtra*, in cœnum manibus pedibuſque prolabitur.

Abſurda doctrinam Ioan. Cruſii conſequentia.

3. Nam ſi hæc doctrina Cruſij vera eſt, ſequetur, iuuenes Religioſos omnis generis Ordinum, quando ad Academias Patrum Societatis ſtudiorum cauſa mittuntur, & ibidem aliquamdiu perſiſtunt, ex ſuis Monaſterijs ad Societatem Ieſu Canonicè translatos eſſe, eiſque in prioribus Monaſterijs, non ampliùs deberi ſtallum in Choro, non vocem in Capitulo, non victum, non amictum &c. Sed hæc omnia illius adminiſtranda gratis à Societate Ieſu, vel Academiâ: Iſtud enim onus, poſt ſe trahit Canonica translatio: Idem dicendum de Profeſſoribus ad Vniverſitatem Catholicam; & vniuerſim de Monachis ad alia loca vel Monaſteria aliquamdiu rationabili de cauſa emiſſis. Quinimo, dum bello durante Germanico, in Heluetiæ Monaſteria confugerunt è Sueuia, non modò eiusdem Ordinis Monachi, ſed & Ciſtercienſes; Præmonſtratenſes, Canonici Regulares &c. (prout annis prioribus ab Abbatibus Heluetico-Benedictinæ Congregatiõnis, magna cum humanitate & charitate ſuſcepti, & pluribus annis beneuolè ſuſtentati fuerunt) ſequetur ex doctrina Cruſij, huiuſmodi mutationem localem, fuiſſe revera translationem Canonicam; & ita Religioſos Ord. Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis &c. ad alium Ordinem & Monaſteria Canonicè translatos eſſe, nec ampliòs eſſe membra ſuorum antiquorum Ordinum & Monaſteriorum, nec regreſſum illis ad ea patere. Idem dicendum de Patribus Societatis, quoties ad aliam Eccleſiam vadunt, ad catechizandos aliquandiu rudes, aut concionandum, aut confeſſiones audiendas, qui ſecundùm Cruſium mox erunt Canonicè translati à Societate Ieſu, ad illam Eccleſiam; qua ratione fieri poterit, vt vnus ipſorum nonnunquam bis vel ter, vna die, alio Canonicè transferatur Ridete Fauni, in ſinum ignem ingerit Cruſius; & trabem portans, mihi ob feſtucam inſultat.

Nuda mutatio localis, & Canonica translatio, nõ conuertuntur, vt definitio & definitum.

4. Nudus tranſitus ex vno loco in alium, ſine renunciatione prioris Eccleſiæ, & incorporatione poſterioris, non conſtituit Translationem Canonicam. Poterat hoc diſcere Cruſius, ex ipſo c. in apibus: 7. q. 1. vbi dicitur, quòd *translatus ab vna ciuitate ad aliam, deſinit eſſe Epiſcopus illius civitatis, à qua transfertur.* poterat diſcere ex ipſa definitione Canonicæ translationis, quam hoc loco ex Rebuffo & Barboſa, dicit *eſſe ex vna Eccleſia in aliam, legitimam transmutationem*: poterat denique diſcere ex c. ſi quis. 21 q. 2. *Si quis iam tranſlatus eſt, ab vna Eccleſia in aliam, nihil habeat commune cum priori.* & ex Innoc. in c. ſicut ex literis. de iureiur. quem ipſe Cruſius allegat fol. 90. in illis verbis: *Et extunc nihil habet facere in primo Monaſterio.* Cùm enim Monachis non liceat habere locũ in diuerſis Monaſterijs. c. cùm ſingula. de præb. in 6. §. prohibemus, requirit Canonica translatio terminum à quo, qui cum

omni

omni ſuo iure deſeritur; & terminum ad quem, cui cum omni ſuo iure tranſlatus & receptus in fratrem incorporatur; idque legitimè, hoc eſt, cum conſenſu eorum, quorum intereſt: quod in allegatis nudis loci manualibus mutationibus nullo modo contingit. FALSÆ ALLEGATIONES.

5. Hinc apparet à Cruſio pro ſe perperam allegari Ius Canonicum & Ciuile, & Dd. quorum nullũ producere poteſt, qui doceat huiuſmodi loci mutationes phyſicas & òbuias, dici & eſſe translationes Canonicas. Vide quæ ſuprà, alleg. 176 & ſeqq. in lepore galeato, de re eâdem digeſſimus. Loquimur autem de translatione Canonica propriè dictâ; nam altera illa, quàm Cruſius *ſecundum quid & temporariam* nominat, propriè non eſt translatio Canonica, ſed violenta; vt, cùm tempore hoſtilitatis Epiſcopus fugere compellitur, & alteri Eccleſiæ tantiſper præficitur. Sicut enim in diſſolutione Collegij, alia eſt diſſolutio iuris, alia facti: ſic in translatione Monachi, alia eſt Canonica, & iuribus conformis: alia facti, ſeu violenta, ſaltem quoad terminum à quo; quam violentiam cùm non approbent Canones, translatio 401. Ius Canon.
Canonica nominari non poteſt. Citat Cruſius in hanc rem Clem. 1. de foro compet. cùm tamen ibi ne verbulo tangatur aliqua ad aliam Eccleſiam Epiſcopi translatio: adeò libenter vmbram amplectitur, qui Eclipſin Mundo induxit Cruſius. Sperabo interim, me huc uſque ſufficienter memetipſum de inſimulata *imperitia*, in hac materia purgaſſe. Reſtat, vt de impacta quoque *fallacia* me redimam.

6. *Fallacia quoq; F. Romani deprahenditur ex eo*, ait Cruſius hîc q. 8. nu. 9. *quòd velit Rebuffum de translat. Monach. n. 17. & 18. aſſerere, mutatione locali, non deſeri priorem locũ, ſecus translatione Canonica. At nihil de his Rebuffus. Nã hic n. 17. dicit tantùm, quod trãslatus Papæ authoritate, ex uno Monaſterio in aliud eiuſdem Ordinis, ſit recipiendus in* FRATREM; *& n. 18. quod translatus ex uno Monaſterio ad aliud diuerſi Ordinis, debeat recipi in* FRATREM. Hæc ille. Cui reſpõdemus, falſum eſſe quòd in Aſtro fuerit allegatus Rebuffus, quaſi aſſereret, *mutatione locali, non deſeri locũ*; cùm nec id verũ ſit, phyſicè loquẽdo, nec ullibi aſſertũ in Aſtro. Verba mea, quib. Rebuffum allegaueram, hæc erãt. *Vide Rebuff. tract. de translat. Monach. n. 17. & 18. & Dd. in d. c. cùm ſingula. de præb. in 6. verb. canonicè transferantur*. Vbi non dixi Rebuffum aut Dd. *aſſerere*, locali mutatione, non deſeri locum: ſed poſui verbum *Vide*, vt Layman inſpectis his Doctoribus, attentius diſquireret, quid eſſet Canonica translatio. 402. Aſtrum inert.

7. Certè, Rebuffum à noſtris militare caſtris, plus quàm meridianum eſt, vtrobique enim aſſerit, translatum, *in Fratrem*, ideſt, in membrum poſterioris Ordinis aut Monaſterij recipiendum & incorporandũ eſſe; adeoq; translationem Canonicam, nõ in manuali ſolum emiſſione loci (ad Profeſſurã v. g. Academicam) ſed in eo cõſiſtere, vt quis renunciato priori, poſterioris Monaſterij vel Ordinis Congregationi, veluti *Frater*, & membrum incorporetur; 403. Doctores.
quod ipſum & alij Dd. ibidem confirmant. Atque ſic, de falſa contra me 404. Rebuf-
Doctorum, & bina Rebuffi allegatione (quam pro ſe facere credebat) 405. fus.

FALSÆ ALLEGATIONES. conuictum Bremenſem in margine chartæ merito ſtatuendum exiſtimaui; qui iam aſſuetus eſt his excubijs; & potiùs in cella vinaria ſiti morietur, quàm ſuam deſerat ſtationem.

CANON.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. *Perſ.*

Fol. 13. *col.* 2. §. 4.

Qu. 1. *c.* 2. *num.* 4.

406. Aſtrum inext. Annuam penſitationem ſeu canonem ſoluit hoc loco Magiſtratui Cruſius, qui definiens ex *Aſtro*, quid ſit Canonia, Præbenda, Dignitas, Perſonatus, ſubiungit: *Hos omnes & ſingulos Titulos in Monachorum ſolitariam vitam agentium Conuentibus dari, aſſerit F. Romanus. q.* 1. *num.* 34. & inferiùs fol. 15. col. 1. *Ex quo textu iuris oſtendet F. Romanus, Monachatum eſſe propriè dictam Canoniam?* Sed ſomniando loquitur Cruſius, quippe cùm cit. num. nullibi hoc aſſeruerim, præſertim de Canonia & Præbenda ſtrictè ſumptis: Itaque Aſtrum inextinctum *μωμήσεται μᾶλλον ἢ μιμήσεται.* Et tamen aliquot folia hoc atramento, (pene dixiſſem, hac atra mente) denigrauit hic dormitans bonus Homerus, fortaſſe confiſus de ſententia gloſſæ. *tantum valet fictio, quantum veritas.* in l. mulieris authent. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi verò conſtante. His non obſtantibus, aliquando Canoniæ nomine, veniunt omnia beneficia Eccleſiaſtica, quæ Canonicè obtinentur, Rota deciſ. 26. nu. 6. de præb. in nouis, allegata ibid. in indice.

Facilius carpet, quàm imitabitur.

NOVA ARITHMETICA.

Inſcitia, mater eſt opinionis.

Fol. 18. *col.* 1.

Qu. 1. *c.* 2. *n.* 7.

407. Aſtrum inext. 1. *His poſitis*, ait Cruſius, *reſpondetur; Mortuis omnibus alicuius Monaſterij Collegis, dicto modo congregatis, eorum Monachatus, Canonias & præbendas Monachales,* DIGNITATES *item, ac* PERSONATUS, *adeoq; ſingulos, &* OMNES OMNINO *titulos eſſe extinctos.--- Hæcq; propoſitio & reſponſio tam certa eſt in iure Canonico, vt ipſum etiam aduerſarium F. Romanum. q.* 1. *num.* 42. *&* 44. *habeat adſtipulatorem.* Hortulanus noſter, nunc collyrium, nunc calcem oculis inijcit. Ego citatis locis dixeram; *Singulis vel omnibus de Conuentu regulari mortuis,* SIMPLICES CANONIAS MONACHALES, *ſeu* CONCREATOS SECUM (in ipſa Profeſſione Monaſtica.) TITULOS NON NUMERATOS *pariter extingui, & non vacare.* Cruſius autem ait me idem dixiſſe de Dignitatibus, Perſonatibus, alijſque Adminiſtrationibus & Officijs regularibus fixis, vt ſunt tituli Abbatis, Præpoſiti, Prioris Clauſtralis, Decani, Subprioris, Cellerarij, Cuſtodis, Cantoris, Scholaſtici, & ſi quæ ſimilia maiorum Officialium in Regula Monaſtica exprimuntur, aut de conſuetudine obſeruantur; quæ à Gloſſ. in

Ex-

Extrauag.de præb. & dign.c.execrabilis.verb. quæ aliàs. poſt med. & à Vinc. Filliucio tract. 41.poſthumo de benefic.c.1.n.11.verb.Tertiò.& verb.Quartò,& à Selua tr.de benef. p.1.q 2 §.videndum nunc.& à Val. Reginaldo. lib. 30.tract.3.c.12.nu.165.Rota paſſim,alijſque expreſsè Beneficia regularia nuncupantur.

2. Licet enim moriatur Abbas,& totus Conuentus, Abbatia tamen, ſeu titulus Abbatis non extinguitur; quippe *dignitas nunquam perit nec moritur,indiuidua verò quotidie pereunt*, vt ait gl.in c.quoniam.de offic. & pot. deleg.verb. ſubſtitutum.loquens in terminis de dignitate Abbatiali.&.c. ſi gratioſè.de reſcript.in 6. Abb.in c.quia.de judic.num.10.Bald. conſil.159. nu. 3. Similiter & reliqui tituli, ſeu beneficia & officia prænominata,ſicut in profeſſione Religioſa non concreantur, ita nec per mortem ſingulorum extinguuntur: hinc mortuo Decano,vel Priore,(idem de reliquis.) Prioratus aut Decanatus non extinguitur,ſed vacat,aut alteri confertur. Et etiam omnibus de Collegio, vnà cum capite mortuis, tamen iſtæ dignitates & beneficia non extinguuntur; ſed ſicut is,ad quem Abbatis electio per mortem omnium deuoluta fuit,tenetur intra definitum tempus alium qualificatum ordinare; ſic, taliter ordinatus Abbas, aliunde non impeditus, obligatur de nouo creare vel aſſumere Monachos,& ex ijs, iuxta Regulam ordinare Priores,Decanos,Cellerarios,&c. Non de nouo hos fixos titulos aut beneficia creando,(vt perperam ſibi Cruſius imaginabatur d.num.7 §. vnde tale conficitur.ex c. dilecto. de præbend.quod hanc in rem etiam præpoſterè allegat)ſed in vacantes antiquos titulos & beneficia,nouos intitulatos ſubſtituẽdo. Quæ beneficia regularia,quamuis ſint manualia,ſunt tamen(vt docet Filliuc.cit.loco.n.12.) perpetua,tum quia non ceſſant aut extinguuntur vita aut priuatione Beneficiarij, ſed alijs conferuntur;tum quia non ad tempus certum,ſed ad incertum, vnde etiam poſſunt eſſe ad vitam; tum denique quia poteſtate & habitu dicuntur perpetua,ex communi,teſte Azor.lib.3.c.1.q.20.

In beneficijs etiam manualibus, datur vacàtio per obitum. *Rota deciſ.296.nu. 8. apud Coccinũ.*

Beneficia regularia.ſunt perpetua.

3. Quamuis igitur talis Eccleſia Monaſtica non habeat certum numerum quoad ſimplices Canonias Monachales , quas poſt mortem obtinentis extingui concedimus, habet tamen quoad titulos Abbatis, Prioris, Decani, Cellerarij,& ſimilium Adminiſtrationum ſeu Officialium, qui numerum faciunt. Et Fundator,fundans Abbatiam pro Monachis Ord.S.Benedicti,hoc ipſo fundat non ſolùm titulum Abbatis,ſed tot titulos & beneficia, quot ad Regulam S. Benedicti ſeruandam ſunt neceſſarij vel vtiles. Adeoque Monaſterialis Eccleſia,non eſt quidem numerata quoad exceſſum, tot enim ſuſcipi poſſunt,quot Abbas commodè ſuſtentandos iudicauerit;eſt tamen numerata quoad defectum, ideſt ne pauciores adſint,quàm vt Conuentum regularem, iuxta præſcriptum Regulæ,vel Fundatorum(qui plerumque certum numerũ primitus intenderunt)conſtituere valeant: modò proventus & neceſſitas ad hunc numerum conſeruandum adſint. Vnde Papa d.c.dilecto , loquens de Canonia,quæ cum Canonico in Eccleſia non numerata concreatur ſeu naſci-

FALSÆ ALLEGATIONES. *Vide infrà, Horti Cruſiani paradoxa. n.7.& 8.*

tur,& deſinit cum defuncto,non loquitur de Eccleſia ex ea parte, qua eſt numerata quoad beneficia quædam fixa & ſtabilia, ſed ex ea parte, qua eſt nonnumerata quoad exceſſum,ſiue quoad ſimplices Canonias arbitrarias.

4. Quòd autem huiuſmodi beneficia regularia fixa (excepta dignitate Abbatiali) quoad perſonas Religioſas ſint manualia,id habent ex Regula S. Benedicti,quæ pro iure communi poteſt allegari,vt ait Felin. in c. ex parte. 1. de reſcript. ver. de diuerſorum librorum. num. 46. quod idem de dictis S. Benedicti vniuerſim, tradit Felin. ibid. Imò etiam Prælaturas poteſt Papa dare ad tempus. gl. in c. vn. de capell. Mon. in 6. verb. perpetui. eiuſdemque conceſſione poſſunt Abbates eſſe triennales, quinquennales. &c. Proinde ad beneficia regularia, non requiritur ſimpliciter, vt ſint actu perpetua quoad Beneficiarium; ſufficit eſſe perpetua habitu , & quoad titulum ac fundationem: *cùm eiuſmodi beneficia regularia,* vt ait Rota deciſ. 18. num. 7. ap. Ioan. Bapt. Coccinum, *aptitudine ſint perpetua, & de eis, vt de perpetuis iudicetur, licet obtinentes, potiùs ratione Obedientiæ , & ex vi profeſſionis , quàm ex natura beneficii poſſint removeri ad nutum Abbatis; qui poteſt etiam non removere* : deturque vacatio per obitum. Rota ibid. deciſ. 196. num. 8. per gl. in Clem. vn. verb. revocari. de ſuppl. negl. præl. & ibi Card. numer. 8. & Vital. num. 9.

Notabilis textus Rotæ.

5. Certè ſi Cruſij ſuperiùs allata concluſio vera eſſet, ſequeretur ex ijſdem fundamentis, quòd mortuis omnibus alicuius Eccleſiæ Cathedralis Canonicis, vnà cum Epiſcopo, omnes etiam tituli Dignitatum, Perſonatuum Canoniarium & Præbendarum in Capitulo Cathedrali eſſent extincti: Cuius tamen contrarium tenet vnanimis conſenſus Doctorum,& ipſa praxis Eccleſiæ Romanæ,nec vlli Canones in contrarium inueniuntur. Eſto namque,quod omnibus de Collegio mortuis,ſubiectum dignitatis,ipſius quoque (vt Cruſius nominat) fundamentum,ideſt,Collegium,& terminus correlativus (ſubditi) ſint ſublati actu,non tamen ſunt ſublati habitu, quamdiu Superioris auctoritate non extinguuntur, Vnde liquet,quomodo idem Monaſteriũ ſit ſimul Eccleſia numerata,& non numerata. Legatur in hanc rem *Aſtrum inextinctum*. q. 1. n. 40. Proinde non eſt , quòd ſibi Cruſius de machina à ſe ſcriptæ Eclipſeos blandiatur, nam ingens nauis in flumine, in mari parua eſt.

COLLEGIVM DOCTORVM.

Conſilia ſenum, ſunt haſtæ iuuenum.

Fol. 21. col. 1. in med.

Qu. 1. c. 2. num. 9.

408. Rebuffus.

1. Doctoribus imponit Cruſius, quòd omnibus in Collegio mortuis, non dicant alios eiuſdem Ordinis Religioſos eſſe ſubſtituendos. Verba ipſius exſcribo: *Ad primùm reſpondeo, Antecedens, prout à F. Romano aſtruitur, nimirum, quòd alii* EIVSDEM ORDINIS RELIGIOSI *ex Dd. mente, in defunctorum*

locum

locum ſint ſubſtituendi, ESSE FALSVM, *cùm Dd. tantùm generatim aſſerant, defunctis alios ſubſtituendos*. Falſum alijs imponere, olim grande vitium erat, hodie Cruſio virtus eſt, & quidem ſæpius exercita, vt ex multiplicatis actibus, iam habitus inſoleſcat. Poſtquam enim docti ſurrexerunt, viri boni deſierunt. Rectè olim Euripides, *petulans lingua, turpiſſimus morbus eſt*, & (quod peius) incurabilis, *cùm*, teſte Seneca, *deſit remedio locus, vbi, quæ vitia fuerunt, boni mores ſunt*. Faſtuoſis enim ſe moneri, contumeliam putat. Sed permittamus Cruſio vt homo ſit, & ſecundis velis in Cretam iterum nauiget: Is vel *Aſtrum* & Doctores non legit, vel denuo contra propriam conſcientiam ſcripſit. Age, breuiter percurramus, quid Dd. q.1. à n.12. in *Aſtro* allegati aſſerant, & ex mari cyathum duntaxat hauriamus.

FALSÆ ALLEGATIONES. *Mortuis omnibus de Collegio, quomodo alii ſint ſubſtituendi.*

2. Demonſtraueramus ibid. n.6. (ſicut & in Aulæ noſtræ Voluolo) allatis textibus ex Rebuffo, Panorm. Gl. Rocho de Curte, Roman. Matthæo Quadrigar. Franc. de Salerone, Dd. in c. fin. de elect. in 6. & in clem. pleriſque. de elect. Archid. Compoſt. Frid. de Senis ad quos ibid. ab Abbate fit remiſſio. MORTUIS OMNIBUS DE COLLEGIO, *ius providendi*, DEVOLVI *ad eum, qui aliàs habet poteſtatem confirmandi electum, ſive is ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus*. Quod ipſum clariſſimis verbis docuerat Paulus Layman in qq. Canonicis de prælat. elect. c.9. num 98 à nobis ibidem allegatus. Confeſſione propria, nulla melior eſt probatio. Laymanno aſſentitur ipſemet Cruſius. q.10. Eclipſ. num. 9. in fin. *Nihil*, inquiens, *in Laymanno offendes non verum, nihil iurium & legum præſidiis non firmum*. His poſitis, ſinamus in medium prodire Dd. vt nonnihil ægrotantem Cruſium, ſi poſſibile ſit, ſalubri catapotio curent, fæces & ſaburram è ventriculo capitis ſuauiter educant, & confortatiuis, aut ſectione Cephalicæ, à recidiuo præſeruent. In tali autem morbo curando, oportet adeſſe Doctores non Medicinæ, ſed Iuris. Iuſculis enim ſeu iuribus infirmi ſæpius reparantur; ſi tamen eum pro non deſperato ſuſcipiant. Quid boni habeat ſanitas, languor oſtendit.

Multis Doctorum authoritatibus, ſententia Ioan. Cruſii refellitur.

3. Primus ſit Rebuffus: *Ecce*, inquiens, *quomodo Superior, iure devoluto*, TENETVR *eiſdem conferre perſonis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem,-alioquin non valebit collatio in contrarium facta.---Vtpote ſi Religioſus S. Benedicti debebat eligi, & nullus inuenitur idoneus ibi, tunc ex alio Monaſterio aſſumi debet alius: nā Superior conferens, non poteſt aliter conferre, quàm natura beneficii requirat. Io. de Selua in tract. de beneficiis, in 3. part. q 49. & Boer. in addit. ad Mendag. tract. de elect. c.1.* 409. Selua. 410. Boërius. His ſuccedat Abbas in c. vn. clem. de ſuppl. negl prælat. vbi, *Succedens*, inquit, *in poteſtate conferendi*, NON POTEST LIBERE *conferre cui vult; ſed cùm ſuccedit in ius illius, debet vti eodem iure quo ille; & ſic* DEBET *conferre talibus perſonis, quibus primus tenebatur conferre: & idē tenet Paulus de Leaza*. 411. Panorm 412. Paul. de Leaza. Hæc ille qui eandem doctrinam ſæpiſſimè tradit, nominatim in c. cùm in Magiſtrum. de elect. n.1. *Is*, ait, *ad quem ſit deuolutio ex negligentia*, TENETUR *eligere ſeu promouere homines* ILLIUS QUALITATIS, *cuius erat adſtricti*

poſſunt. *ET SI NEMO VIVIT, ſuperior reſtaurat IDEM NVMERO, & privilegia exemptionis, & cætera iura, quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo iure, ſecundum Innocent. in c. cum ex iniuncto. de op. no. nunci.* Vbi obſervanda ſunt verba *idem numero*, id eſt homines eiuſdem qualitatis: Nam ſi alterius qualitatis inducantur, non erit *idem numero* Collegium; prius enim Collegium, cum omnibus ſuis titulis & beneficiis præſupponeretur authoritate Superioris extinctum, à qua extinctione, non daretur regreſſus ad eandem numero formam. FALSÆ ALLEGATIONES

8. Vincent. Filliucius in append. poſthuma qq. moralium. tract. 41. de benef. Eccleſ. c. 1. num. 10. *Dico tertio, beneficia regularia, eſſe danda regularibus, quamdiu ab iis Monaſteria adminiſtrari poſſunt: Quodſi deſint Regulares ILLIVS ORDINIS, advocandi ſunt regulares alterius Ordinis: Si etiam hi deſint, tunc dari poſſunt ſæcularibus. Ita colligitur ex c. inter quatuor de relig. dom. Abb. ibi & aliis Doctoribus.* 431. Vinc. Filliucius.

Idemque Filliuc. ibid. c. 5. n. 23. *Dico ſecundo*, inquit, *dari aliqua beneficia, requirentia certum Ordinem, quo qui carent, ſunt INHABILES ad illa. Dd. in cap. dudum. 1. de elect. & alii citati à Garz. num. 40. & ſeqq. Azor lib. 6. c. 8. Ratio, quia fundator eorum, potuit fundationi addere tale onus, præſertim quia eſt conforme iuri.* Prius autem c. 1. n. 8. aiebat. *Dico ergo primo, Beneficium regulare eſſe id, quod fundatione, dotatione, inſtitutione, iure, privilegio, ac conſuetudine pro regularibus eſt inſtitutum, vel ita eſt annexum, ut per eos debeat adminiſtrari.* Et infra. *Sunt autem orta hæc beneficia regularia tribus modis 1. Principum liberalitate, qui ſic fundarunt & dotarunt Conventus, Abbates, & Priores Conventuum. 2. Conſtitutione Religionis. 3. Authoritate Romani Pontificis.* 432. Doctor.

9. Barboſa in c. literas extra. de ſuppl. negl. præl. num. 5. *Superior*, inquit, *ad quem eſt devolutum beneficium, DEBET providere habenti qualitates à Fundatore requiſitas, ut plures referens, tradit Perez de Lara. de anniverſ. & capellan. lib. 2. cap. 10. n. 27. Quia natura beneficii mutari non debet, Cephal. conſ. 358. n. 8. col. 3. Hieron. Gabr. conſ. 185. n. 2. vol. 2.* 433. Barboſa. 434. Perez de lara. 435. Cephal. 436. Hieron. Gabr.

10. Nicolaus Garzias de benef. tom. 2. part. 7. c. 15. n. 1. *Cum ſint*, ait, *aliqua beneficia, quæ ex fundatione, inſtitutione, ſtatuto, conſuetudine, ſint debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ILLIS, & NON ALIIS, ſunt conferenda huiuſmodi beneficia, ut notum eſt. Vnde eorum collatio dicitur NECESSARIA, ut ſupra dictum eſt. p. 5. c. 7. n. 73. Quam conditionem rectè poteſt fundator, ſeu teſtator apponere*, num. 3. *Et ſic huiuſmodi conditio & forma in fundatione appoſita, eſt omnino ſervanda in proviſione beneficii.* num. 4. *Et aliter facta præſentatio ſeu proviſio, de non habente QVALITATEM prædictam, eſt invalida.* num. 6. 437. Garzias.

11. His adſtipulatur ipſe Paulus Layman. in qq. Canon. de prælat. elect. n. 101. *Deinde*, inquiens, *GENERALITER aiunt, quod Prælatus ad quem ius eligendi aut conferendi devoluitur, ſecundum naturam & conditiones Beneficii conferre* 438. Paul. Layman.

 ferre

FALSÆ ALLEGATIONES *ferre DEBEAT. SICVTI IN FVNDATIONE EXPRESSVM EST.* Pluribus Doctoribus allegandis ſuperſedemus, cum Dux belli Paulus Layman, in cuius caſtris Colonellum Cruſius agebat, in noſtras partes ultro conceſſerit; adeoq; quem propugnet inter duas ſellas corruens Cruſius, non habeat.

439. Modeſt. Piſtor. 12. Vnus propemodum excidiſſet Modeſtinus Piſtoris I.C. Saxonicus Lipſienſis, qui conſil. 43. n. 42. lib. 1. ſic ſcribit: *Vbi eiusmodi Collegium diſſolvitur morte omnium de Collegio, DEBENT ALII SVBSTITVI.* (adverte Cruſi, quomodo hanc loquendi formulam exponat hic Doctor) *ſecundum gl. in c. ſtatutum in verb. collegiatas. de elect. lib. 6. quam ſequitur Angelus in l. ſi quid. Quod cuiusq; univerſit.* Vnd dem alſo nach / ſo weren in dieſem Fall / wenn die Cloſter Perſonen alle geſtorben / dieſe Kirchengüter nicht proprie vorlediget / nec venirent confiſcanda ſecundum Angelum in d. l. ſi quid. Sonder gebürt der Geiſtlichen Obrigkeit / andere Geiſtlichen deß Ordens / wider an die Statt zuverſchaffen. (Hoc eſt: *Adeoq; in iſto caſu, omnibus de Collegio mortuis, bona hæc Eccleſiaſtica proprie non fierent bona vacantia, nec venirent confiſcanda, ſecundū Angelum in d. l. ſi quid. Sed competit Eccleſiaſticis Superioribus ALIOS REGVLARES HVIVS ORDINIS in locum ſubrogare.*) *Et dicit gl. in d. c. ſtatutum. quod ſi hoc non faciant ii, ad quos primo pertinet, intra debitum tempus, ius illud SVBSTITVENDI ALIOS, devolvatur ad Superiorem, & ſic de ſingulis usque ad Papam.* Hæc egregiè Doctor ille acatholicus, iuris & veritatis hac in re amantior, quàm ſit Cruſius & ſimiles. Nec eſt, quod exiſtimet Lector, illud deß eſſe merum articulum: legenti enim ipſius Conſilia, quæ lingua ſcripſit Germanica, facile patebit, id eſſe relativum, per idiotiſmum Saxonicum, deß / pro dieſes / vel deſſelben Ordens.

Clariſſima reſolutio D. Modeſtin. Piſtoris

Eat igitur tenebrarum ſcriptor, & poſt allatos à me contra ſe, triginta duos Doctores, adhuc dicat, FALSVM ESSE, quod ex mente Dd. eiuſdem Ordinis Religioſi, in defunctorum locum ſint ſubſtituendi. Contrà omnes velle ſapere, non eſt ſapere; ſed deſipere, & decipere.

MVSCÆ S. NARCISSI.

Herculis cothurnos aptat infanti.

Fol. 22 col. 1. in princ.

Qu. 1 c. 2. num. 10.

440. Ius Can. 1. In *Aſtro.* q. 1. n. 41. fiebat mentio de hæreditatibus & ſucceſſionibus, ubi poſt allatam gl. hæc ſubieceram: *Hodiernus Abbas, verus erit ſucceſſor in omni iure, Abbatis ante annos 70. vel 80. defuncti, Vnde & ipſi debetur reſtitutio omnium fructuum perceptorum à tempore ſpoliationis, ac ſi tunc immediate ſucceſſiſſet.* Hic inſurgens in me Cruſius, ut omnia carpat: *In Eccleſia Dei*, inquit, *prohibetur ſucceſſio. c. apoſtolica. 8. q. 1.* Sed grallis incedit hæc allegatio. Si enim ita eſt, cur Paulo. V. Papæ ſucceſſit Gregorius XV. & huic Vrbanus VIII? Vbi dantur anteceſſores, dantur etiam ſucceſſores. *Succeſſio in beneficiali-*

bus

bus licet detur, non tamen hæreditaria. inquit Rota deciſ.1. circa fin. de locat. & conduct. in novis. Vnde vides, ſolam hæreditatem & ſucceſſionem ſanguinis ſive cognationis in Eccleſia prohiberi; non autem ſucceſſionem Ordinis ſacerdotalis; qualis eſt in omnibus Epiſcopatibus, Abbatiis, Præpoſituris & Parochiis: *His omnibus authoritatibus*, inquit textus cit. c. apoſtolica. *prohibentur Epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere. Sed aliud eſt, de ſui SVCCESSORIS electione cum fratribus deliberare, aliud eſt ex teſtamento, tanquam ſuæ dignitatis hæredem ſibi quærere: Illud fieri permittitur, hoc autem penitus prohibetur.* *In Eccleſia nō prohibetur ſucceſſio, niſi ſanguinis, aut ex teſtamento.*

2. Quod vero Monaſteria Religioſorum, eorumq; Ordines, dicantur etiam hæredes bonorum ſibi relictorum, nihil novi eſt: nam hoc modo Fundator Monaſterii, dicitur ſibi Monaſterium hæredem inſtituere. c. in præſentia. de probat. Et *piorum locorum Adminiſtratores* (ut ſunt Abbates, Præpoſiti, Abbatiſſæ. &c.) *ſi quid ipſis piis locis teſtamento ſit relictum, ipſi, inquam, Adminiſtratores, eo caſu, IVS, & NOMEN HÆREDVM ſortiuntur ac ferunt.* Godofred. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cler. ubi lex §. licentia. claris verbis dicit, *HÆREDVM eis & IVS, & NOMEN dedimus.* Quare, cernens Cruſius ſe ſuosq; à Monaſteriorum Fundatoribus non ſcriptos eſſe hæredes; ut tamen in alieno corio luderet, mallet totum Rhenum ac Danubiũ in Tiberim derivare: Nec deſunt foſſores, quorum voluntas, factis ac verbis declaratur; *Audendum eſt*, inquiunt, *quia nihil habet, qui nihil audet.* Olim, piorum legatorum impugnatores, *improbi* dicebantur, & communi Chriſtianorum cœtu iudicabantur indigni. Concil. Mediol. ſub Nicolao IV. Anno 1287. nulli licere. & ibi not. Bald. de Epiſc. & cler. Hodie, ſeipſos viros Apoſtolicos nominant. *Religioſi, ſunt & dicuntur hæredes rerum Monaſteriis relictarum.* *Videatur Concil. Valentin. Tom. 2. Concilior General. anno 524. c. 4.*

3. Sed pergant modo foſſores iſti, & quibuscunq; cuniculis, ſubornationibus, falſis informationibus & doctrinis, (qualibus etiam hæc Eclipſis ſcatet) Fundatorum, & Sacrorum Ordinum cineres effodiant; meminerint autem, undecunq; eandem eſſe viam ad interitum. Deus non irridetur. Etiam à minutiſſimis rebus exitium aliquando parari, & mortuos inermes non eſſe, docent hiſtoriæ. Philippus Francorum Rex, una cum Carolo Siciliæ Rege, moto quondam in Petrum Aragonum Regem exercitu, Gerundam cæperat: mox milites urbem ſolita, ſed non licita licentia deprædantes, S. Narciſſi quoq; Patroni tumbam diripuerunt. Repente ingens muſcarum, inviſæ magnitudinis & formæ, examen, infeſto agmine illinc erumpens, in exercitum victorem irruit, ingentem cladem intulit, & militum amplius quadraginta millibus, equorum vero viginti quatuor millib. proſtratis, reliquos in fugam egit. Quin, ipſe Petrus Aragonum Rex, in Epiſtola ad Sanctium Caſtellæ Regem, memorat quadraginta circiter millia equorum inde periiſſe; ut non abs re DEVS, maximus in minimis, huiuſmodi minutiſſima animalcula, *fortitudinem ſuam magnam* appellaverit. Contigerunt hæc 8. Sept. anno Domini 1286. Hinc in proverbium *S. Narciſſi muſca* abierunt. ut ſcribunt Cæſar Cardinalis Baronius, in notis Martyrologii Romani, ad 18. Martii. Surita lib. 4. c. 69. Matthias Faber concion. 1. fer. 3. Paſchatis. *Mortui non ſunt inermes.* *Ioel. 2. v. 25.*

FALSÆ ALLEGATIONES

MYTRA.

Alterius donum, ſuum facit ſupplicium.

Fol.31.c.2.poſt med.
Qu.1.c.3.num.7.

441.Ius Can. 1.Mytram, ait hoc numero Cruſius, à Papa quibusdam Abbatibus concedi *in ſolum & nudum ſplendorem,* idq; citando cap.ut Apoſtolicæ.de privil.in 6. cuius tamen textus longè aliter ſonat, videlicet: *In Eccleſiarum ſuarum gloriam & honorem,* adeoq; non *in ſolum & nudum ſplendorem* perſonæ, (ut Eccleſiam omittendo, Cruſius inſinuat) præſertim cum & hodie, omnibus infulatis Abbatibus liceat minores Clericales Ordines, & primam tonſuram ſuis Regularibus conferre, quod non licet aliis in bireto. Ex quo apparet, nudi ſplendoris hunc habitum non eſſe. Et poſito, quod huiuſmodi indumenta eſſent in nudum ſplendorem & honorem; quid inde? Exodi 28. verſ.1. & 2. *Applica,* dicebat Deus ad Moyſen, *ad te Aaron fratrem tuum, cum filiis ſuis, de medio filiorum Iſrael, ut Sacerdotio fungantur mihi: facieſq́, veſtem ſanctam Aaron fratri tuo IN GLORIAM ET DECOREM.* Et verſ. 40. *Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, ac TIARAS, IN GLORIAM ET DECOREM.* Si Deus ipſe ſplendorem hunc indumentorum, in ſacrificiis boum, hircorum, & vitulorum inſtitui voluit ac præcepit nondum ædificato ſibi templo; quid Cruſius obmurmurat, ſi Apoſtolica ſedes, ad incruentum ſacrificium Vnigeniti filii Dei auguſtius offerendum, filiis ſuis ſpiritualibus, Abbatibus, (Epiſcopos enim Fratres nominare conſuevit) privilegium concedat utendi mytra ſeu tiara, in gloriam & decorem domus Dei, cum totus hic honor redundet in ipſum Deum?

Vſus mytræ, Abbatibus cur conceſſus.

Mytræ privilegium, eſt reale, non perſonale.

2. Addo, iſtud privilegium mytræ, neutiquam eſſe perſonale, ut male ibid. docet Cruſius. Eſt enim dignitati conceſſum intuitu loci, ſeu in loco exiſtenti, quantumvis mediante perſona, ut expreſſe deciditur in ſimili. c. cum veniſſent. de inſtitut. gl. & Dd. ibid. verb. probatum. Cruſ.q.1.c.3. n. 2. in definitione privilegii realis. Vivian. in c. quoniam. de offic. & poteſt. deleg. gl. ibid. verb. ſubſtitutum. Abbas n.4. & 7. & alii. Imo univerſim, privilegia dignitati conceſſa, realia eſſe, tradunt Dd. in l. in omnibus cauſis. 68. & in l. privilegia quædam cauſæ. 156. ff. de R.I. Ioan. Andr. in Mercur. in reg. 7. de R. I. Paulus Layman. lib. 1. Theol. moral. tract. 4, c. 23. num. 2. Et *diſpoſitio eſt realis, quando eſt contemplata dignitas perſonæ, quæ tranſit in ſucceſſorem; & in dubio, videtur contemplata, ſi diſpoſitio eſt fundata ſuper nomine dignitatis.* ut inquit Abb. in d. c. quoniam. Taceo, quod plerumque in privilegio mytræ, exprimatur illius uſus *pro ſe & ſucceſſoribus ſuis*, ut inter realia computari, nemo prudens facile dubitare queat.

ECCLE-

FALSÆ ALLEGATIONES.

ECCLESIA DOMINA.

De ſilice exciſa ſcientia.

Fol. 36. col. 1. & 2.

Qu. 1. c. 4. n. 6. & 7.

1. In Aſtri q. 1. n. 48. docueram authoritate Abbatis, Gloſſæ, Bart. Menoch. Bald. Innoc. Fed. de Senis, ex l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ. §. ſcientes. & §. ſanè. verſ. ſi quando igitur. & expreſſius, de Epiſc. & cler. l. raptores. §. ſin & diaconiſſa. ibi & plenam poſſeſſionem. quod Eccleſia ipſa materialis, ſiue parietes, viuentibus & mortuis omnibus de Collegio Eccleſiaſtico, poſſidere dicatur bona illuc fundata, & ſit Domina illorum bonorum temporalium. Ad hæc Cruſius, *Reſpondetur, negandò quòd mortuis omnibus de Collegio Eccleſiaſtico vel Religioſo, iuris intellectu vel fictione, bona ſubſint dominio loci, aut parietum; quia vt aliquod ſubiectum ſit Dominus, aut dominij capax, requiritur vt habeat arbitrium ſuum & voluntatem; atqui locus ſacer non eſt illius capax, cum ſit res inanima. Quando autem Gloſſa & Dd. locum ſacrum & religioſum faciunt Dominum, agunt nec Theologos, nec Iureconſultos, ſed Rhetores, per proſopopœiam locis & lapidibus ſacris vitam affingendo,* NB. *vt bonorum Eccleſiaſticorum inuaſores à ſcelere deterreant & reuocent.* Hucuſque Cruſius. quem apparet multum adhuc Bremenſis aëris in gutture fouere, quando author eſt acatholicis, vt ſibi poſthac minus religioni ducant Eccleſiaſtica bona inuadere, quod ex ipſo intelligant, rem longè aliter ſe habere, quam per Catholicorum terriculamenta hucuſque traditum fuerit. Ex quibus manifeſta eiuſdem elucet arrogantia, quod tot celeberrimos Dd. quaſi nec Theologicè, nec Iuridicè ſcripſiſſent, ipſosq; adeò clariſſimos textus iuris, falſitatis arguere, & omnium communem ſenſum, ac loquendi modum, ſuo poſtponere non vereatur. vt verè dixerit Chryſoſt. hom. 20. ad Rom. *Nihil adeò ſtultum facit hominem, quàm arrogantia.* Quid quòd etiam contra ſuum Laymannum inſurgit, (quem tamen q. 10. n. 9. pro oraculo habet, veluti ſcriptorem, in quo nil inveniatur non verum, nihil iurium & legum præſidijs non firmum) hunc, inquam, Laymannum, qui fol. 7. ſuæ nuncupatæ Iuſtæ defenſionis, noſtram ſententiam expreſsè tenet, citatam gloſſam in l. ſicut. 7. §. in decurionibus ff. quod cuiuſque vniuerſ. Innoc. Pan. & Ioſ. Maſcardum, pro ſe allegans, vt videre eſt infrà allegat. 472. Sic nimirum, *canis dum oſſa rodit, etiam Dominum ſuum non agnoſcit.*

441. Gloſſa. 443. Doctor.

Iuris intellectu, bona Eccleſiaſtica ſubſunt dominio loci, ſeu parietum.

2. Si materialis Eccleſia ſuum haberet arbitrium & voluntatem, quid opus eſſet fictione, ſeu iuris intellectu? cùm ſit impoſſibile, vt fictio & veritas ſint circa idem ſubiectum, eodem reſpectu, l. filio quem pater. ff. de liber. & poſth. Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 8, §. de fictione plures referens ſpecies fictionis. Et quid, oro, communius in iure ciuili, quàm quòd hæreditas iacens, priusquam ſit adita, paſſim à Dd. Domina vocetur, iuridico, & non

Cruſij error contrarius refellitur.

FALSÆ ALLEGATIONES rhetorico loquendi modo? Et quid illa plus habet arbitrij, aut voluntatis, aut iuridicæ ſpei? Neceſſariæ cauſæ impulerunt Iurium conditores, eorumq; interpretes, vt quibuſdam rebus, iuris (& non Rhetoricarum figurarum) intellectum attribuerent, qui intellectus ſeu fictio, eundem in iure operantur effectum, quem Veritas; quia *fictio ſemper fundatur in æquitate*; vt in L. ſciendum. cum ſimil. ff. ex quib. cauſ. mai. Gomez. lib. 2. reſolut. n. 28. & ſeq. apud d. Gothofred. prax. ciuil. lib. 2. tit. 14. §. conditionalis contractus. Hinc eſt, quòd *tantum valet fictio, quantum Veritas*. gl. mulieris. auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi verò conſtante. Caſtr. lib. 1. conſil. 6. & Dd. communiter. Ex quibus infertur, Opponentem noſtrum nec locutum eſſe vt Theologum, nec vt IureConſultum, nec vt Rhetorem, ſed vt Cretenſem: quod mirum videri non debet, quia, vt ait Seneca, *naturam mutare difficile eſt*. Gratanter autem audio, quod ibid. ſubiungit: *quando ſpes eſt iuridica ſimilis Collegij reparandi, tunc iuris fictione vel intellectu particularem Eccleſiam conſtitui Dominam bonorum Collegij emortui.* Sed, quo pacto, rogo, tunc Eccleſia conſtituitur Domina? an, & vnde tunc accipit arbitrium, & voluntatem, & capacitatem dominij? cur etiam durante Collegio, dicunt Dd. Eccleſiam materialem, bonorum ſuorum eſſe Dominam? cur eo tempore Domina non ſit, quo viuunt, qui Eccleſiæ, Dominæ ſuæ deſeruiunt? An ei primùm voluntas naſcitur, quando voluntas Collegiatorum moritur? Qua ergo ratione dicitur Prælatus agere nomine ſuæ Eccleſiæ? Et quomodo dicit Apoſtolus, *qui ſeruit altari, viuat de altari*, ſi altare nihil poſſidet? an verò lapidem altaris comedere præsbyter iubetur? vide cap. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. ibi. *altari cui ſeruiunt, omnia perpetuo ſanctificentur, & IN IVS EIVS tradantur.* An etiam iam Sacri Canones, ipſeque Paulus Apoſtolus, vt Rhetores loquuntur, O, Cruſi, labruſcam bonæ viti præpoſuiſti. Si vis ſentire cum paucis, vel potiùs cum nullo, ſaltem loquere cum multis, ne ex Braſilia recèns aduenìſſe credaris. Videatur ad rem præſentem inferiùs allegat. 465. & ſeqq.

Eccleſia eſt Domina bonorum ſuorū.

ARANEARVM TELÆ:

Pelagus aquam non deſiderat.

Fol. 37. & ſeqq. per tot.

In Appendice. q. 1.

444. Aſtrum inert. 1. In *Aſtri* q. 1. n. 58. demonſtrans Monaſteria Religioſa, ſuis quæq; Ordinibus olim fundata fuiſſe, inter alia produxeram fragmentum diplomatis Henrici IV. Imper. in quo ait, *Comitem Adalbertum reſtauraſſe Monaſterium Hirſaugienſe, & ipſum locum, cum omnibus pertinentijs ex toto, ſuper altare S. Aurelij delegaſſe, & contradidiſſe Domino Deo &c. & S. BENEDICTO, IN POTESTATEM ET PROPRIETATEM.* Ex hoc loco, & meis in eandem phraſin conſentientibus verbis, arguit me Cruſius per tria folia,

ſolia, variis allatis ſubtilitatibus, quaſi docuiſſem, *ſeparatas in cælis animas, habere temporalium rerum hîc in terris dominium*, & quidem propriè dictum: Quod in mentem mihi nunquam venerat. *Relictum* enim *alicui ſancto, intelligitur eſſe relictum Eccleſiæ, quoniam legata relinquuntur Eccleſijs ſanctorum, & non ſanctis, quorum conuerſatio, in cælis eſt; vt Bart. ſenſit. in l. 1. §. ad municipium. n. 1. ff. ad leg. Falcid. per text. in d. §. ſi quis in nomine Domini. & tradit Mattha. de Afflict. in deciſ. 244. n. 2. Stultus enim eſſet teſtator, qui cogitaſſet ſanctum qui æterna fruitur beatitudine, relictum accipere. vt Bart. etiam ſcripſit lib. 1. Minoric. diſt. 6. c. 2. in fin.* Card. Mantica tract. de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 6. n. 2.

Relictum alicui ſancto, intelligitur relictum ipſius Eccleſiæ &c.

2. His tamen non obſtantibus, iuris quodam & piarum mentium intellectu, dicuntur huiuſmodi res, bona, prædia, loca, pertinentiæ & oblationes fieri Deo; (qui tamen bonorum noſtrorum non indiget, nec plus inde dominii acquirit) vel ſanctis eius in cælo, ad exprimendum affectum ijs ſeruiendi & placendi, vel eos placandi, aut aliquid ipſorũ interceſſione impetrandi. Ita legimus in Breuiario Romano; *Ioannem Patricium Romanum, & vxorem pari nobilitate, cùm liberos non ſuſcepiſſent, quos bonorum hæredes relinquerent, ſuam hæreditatem Sanctiſſimæ Virgini Dei Matri vouiſſe, & ab ea ſummis precibus aſſiduè petiuiſſe, vt in quod pium opus eam pecuniam potiſſimùm erogari vellet, aliquo modo ſignificaret. Ipſam deinde noctu in ſomnis vtrumque admonuiſſe, vt quem locum niue conſperſum viderent, in eo Eccleſiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur, SE ENIM ITA VELLE AB IPSIS HÆREDEM INSTITVI.* Pleni ſunt Catholicorum libri, huiuſmodi formulis loquendi; & ſi hi tacuerint, lapides clamabunt; plena ſunt altaria ſeu templa, ea cumprimis, quæ Sanctorum erga morbidos beneficiis ac virtutibus celebrantur, huiuſmodi donariis, cereis, paramentis, calicibus, &c. quorum dominium Chriſtiani piique homines, à ſe penitus abdicantes, quadam iuris fictione, in proprietatem & poteſtatem omnimodam huius illiusue Sancti, vel materialis Eccleſiæ, in ipſorum honorem, & nominis inuocationem conſecratæ, toto affectu tranſcribunt: Et idem de terris ac bonis immobilibus dicendum. Verum autem earum rerum, & immediatum dominium in eos transfertur, qui tali Eccleſiæ deſeruiunt.

Quomodo Sancti dicantur hæredes donorum votiuorum.

3. Poteſt verò aliquid dupliciter in proprietatem Sanct. Benedicto tradi; Vno modo, veluti patrono ſolùm Eccleſiæ; vt, ſi ſit aliqua Eccleſia Collegiata, Parochialis &c. in eius honorem conſecrata: Et ſic remanent oblata bona penes eam Eccleſiam, nec tranſeunt ad Ordinem Sancti Benedicti: Altero, velut capiti ſui Ordinis & familiæ; quo pacto Comes Adalbertus prædictus, locum Hirſaugiam cum pertinentijs tradidit in poteſtatem S. Benedicto: Et hac ratione transfertur Dominium rerum immmediatum in familiam Sanct. Benedicti ibidem loci Deo & S. Benedicto famulantem; mediatum, in vniuerſam familiam, ſeu Ordinem eiuſdem Sancti; ſummum ad Ec-

Dupliciter aliquid offerri poteſt S. Benedicto.

FALSÆ ALLEGATIONES ad Eccleſiam vniuerſalem. Aſtri q.1. n.61. Nec refert, ſi in literis fundationis, præſertim antiquioribus, non ſemper exprimatur nomen S. Benedicti; tum quia per ſexcentos annos, vſque ad Annum Domini 1100. communiter non erant in Occidente alij Monachi, quàm Benedictini; tum vel maxime, quia ex prima introductione Monachorum, iam apparebat in quem vel qualem titulum erigerent illud Cœnobium Fundatores, & in cuius proprietatem perpetuandam illud tranſmitterent. Adeoque nil intereſt, ſiue Monaſterium cum ſuis bonis offeratur S. Benedicto ceu capiti in ſuis membris, ſiue offeratur membris in ſuo capite. Vtrobique idem ſequitur effectus. Vide c. ſi quis in nomine. nouell.131. Atque ex iſtis cadunt cineres, quos ſicut nebulam ſparſit hoc loco Bremenſis; quomodo, videlicet, vnus ſanctus in cælo, alterius Sancti patrimonium inuadat, quomodo ſuum tranſcribat, vel ſua negligentia perdat, & ſimilia; quas ſequelas ille prætenſis aranearum telis, non caſſibus, incaſſum venatur.

HOSPITALITAS,

Momus omnes attingit.

Fol. 56. col. 1. poſt init.

Qu. 2. ſect. 2. num. 1.

445. 446. Hiſtoria temporis præſentis, minimũ bis.

1. Detinemur ſuauiſſima Cruſij conuerſatione, vt vera ſit parœmia, *facundus comes, pro vehiculo eſt.* Sed iamiam nobis domum regreſſuris, audio ingentem trabem crepare; vereor ne fors annoſum aliquod tugurium ruinam minetur; aut ad Cruſij ψευδολογίας, tigna ſeſe pro reuerentia incurueant. Citato loco probaturus, toti Ordini, ſeu omnibus Monaſterijs illius, collectiuè ſumptis, non competere ius, ſiue dominium ſubalternum in deſolatorum Cœnobiorum bona, hoc vtitur motiuo: *Quia*, inquiens, *aliàs aliorum Monaſteriorum eiuſdem inſtituti Monachi, ſine grauiſſima iuris læſione, adeoq; ſine maxima iniuſtitia, non potuiſſent nuper exules ſui Ordinis, in illa collectione, ſeu inter vniuerſos comprahenſos, maioreq; neceſſitate laborantes, ſuis Monaſteriis excludere vel prohibere, ſed obligati fuiſſent, & quidem ſub mortali peccato, vtpote in graui materia, eos hoſpitio & conuictu excipere; QVOD TAMEN FACTVM NVSQVAM.* Eadem improperat ibid. n.5. *Nam aliàs*, aiens, *ſi exules aliorum Monaſteriorum, ad viuos adhuc huius in eodem Ordine Monaſterij Collegas acceſſiſſent, debuiſſent illi ab his viuis ſuſcipi & ali; nec potuiſſent citra iuris naturalis læſionem reijci: HOC autem FALSVM ESSE, vſus & experientia quottidiana in ſimilibus Monaſteriis comprobauit.* Hæc ipſa ingeminat eod. & nu.15. & 17. bis, adeoque ſexties eadem ſectione. Et repetit fol. 73. col.1. fol.78. col.1. & fol.108. col.2.

Falſum improperium Ioan. Cruſij.

2. In Epiſcopatu Bremenſi, facilè conceſſerim, exules Religioſos, in alijs Monaſterijs ſui Ordinis, refugium non inueniſſe: Sed eat Cruſius in vtramque Auſtriam, eat in Styriam, in Carinthiam, in Archiepiſcopatum Salisburgenſem,

genſem, in Bauariam vtramque, in Heluetiam & Tyrolim, & examinet illorum locorum Abbates, quot hactenus, exulantes Regulares benignè ſuſceperint & ſuſtentârint. Vix vllum erit in omnibus dictis Prouincijs Monaſterium, quod exulibus omnino caruerit. Vidi meiſmet oculis in Heluetia, quindecim, octodecim, viginti & ampliùs Religioſos, huiuſmodi diuerſorũ Ordinum, in vnico Cœnobio; in alio totidem; in aliis pauciores, per integros mẽſes & annos, magna cum charitate ſuſcipi & ali. DEVS his bene factoribus centuplum in præſenti, & æternam gloriam in futura vita refundat; dicendo *Venite benedicti Patris mei. &c. Hoſpes* enim *fui, & collegiſtis me.* Et Cruſius in publicam lucem expoſita Eclipſi, ſcribere audeat, *NVSQVAM ID FACTVM?* Putere cuncta putat, cui os eſt putidum. Apud Cruſium nempe præualet illud; *Melius eſt meum, quàm noſtrum.* Data autem operà dixi: *Hoſpes fui &c.* talis enim ſuſtentatio, non ex rigida iuſtitia, ſed ex melle charitatis potiſſimùm profluit; nam exulantes Religioſi, cùm in illis Monaſterijs non fuerint intitulari, alimenta ex iuſtitia petere non potuerunt. *Hoſpitalitas eſt actus charitatis.*

3. Hîc iterum inſultat Cruſius; Ergo dominium mediatum, aut poſſeſſio ſingulorum Monaſteriorum, non eſt penes Ordinem in communi, cuius & iſti exules vtique ſunt membra? Reſpondeo, negari conſequentiam. Quia etiam ſummum Vniuerſalis Eccleſiæ dominium, in omnia totius Orbis beneficia & Eccleſiaſtica bona, eſt verum dominium, ſed altum, (quòd Cruſius minimè negat) neque tamen inde ſequitur, ſi alicubi de Eccleſia Collegiata vel Parochiali expellantur Clerici, quòd in alijs Eccleſiis, titulo iuſtitiæ debeant ſuſtentari: Hic enim iuſtitiæ titulus, reſultat ex dominio ſolùm infimo, & incorporatione perſonarum locali, (vbi beneficium datur propter officium;) non autem ex dominio ſummo, vel ſubalterno; Aliàs contingere poſſet, vt Eccleſia ex iuſtitia quoslibet recipiens, ad impoſſibilitatem propriæ ſuſtentationis, & conſequenter diuini cultûs imminutionem redigeretur; id quod iuſtitiæ, & fundatorum diſpoſitioni è diametro repugnaret. *Charitas* autem *patiens eſt, benigna eſt &c.* neminem ſpernit, ſeruato debito Ordine charitatis, ſecundùm quem Monaſterium v.g. Benedictinum, ſi non omnes aduentantes exules Regulares queat ſuſtentare, obligatur illos cæteris anteferre, qui dominium Ordinis ſubalternum, cum ipſis habent commune, veluti qui in gradu Eccleſiaſtico, & familia S. Benedicti, & intentione fundatorum ſunt viciniores. *1.Cor.13.*

4. Sed liceat tantiſper mutatis inuicem vexillis, argumentum Cruſij ſuperiùs allatum, ad Lydium lapidem adhibere, & dicere: Societati Ieſu, ſeu Patribus Societatis collectiuè ſumptis non competere dominium omnium bonorum, ſuorum Collegiorum, *quia aliàs aliorum* Collegiorum *eiuſdem inſtituti* Clerici regulares, *ſine grauiſſima iuris læſione, adeoq; ſine maxima iniuſtitia non potuiſſent nuper exules ſui Ordinis, in illa collectione, ſeu inter vniuerſos comprahenſos, maioreq; neceſſitate laborantes, ſuis* Collegiis *excludere vel prohibere, ſed obligati fuiſſent, & quidem ſub mortali peccato, vtpote in graui* *Argumentum Cruſij retorquetur in authorem.*

materia, eos hoſpitio & conuictu excipere, QVOD TAMEN NON FACTVM EST VBIQVE. Nam ſaltem Collegia quædam Societatis in finibus Galliæ, Patres ſuæ Societatis exulantes Germanos recipere noluerunt, prout ipſimet cuidam Abbati Ord. S. Benedicti queſti ſunt. Alij ſimiliter à ſuis non admiſſi, Hagæ prope Salisburgum (Eccleſiâ Collegiatâ) munia Clericorum ſæcularium multo tempore obierunt, Miſſas publicas, & Horas Canonicas in templi Choro alternatim cecinerunt, in corde ſuo ſuauiter Domino cantantes. Alibi etiam parochias acceptarunt; alibi alia. (Neceſſitas dat legem, non accipit.) Hîc, hîc iniuſtitiam ſummam exagerandi, cauſam & occaſionem habet Cruſius; nî ſuam argumentationem nullius roboris eſſe, fateri malit; quam tamen pro ſuo ariete, primo loco collocat, ad probandum, Ordinem Religioſum, non habere dominium ſubalternum, in omnia & ſingula Monaſteria ſua: quæ argumenta, ſi quid probant, etiam demonſtrant Eccleſiæ Vniuerſali non competere dominium aut poſſeſſionem in omnia Beneficia & Eccleſiaſtica bona totius Orbis.

Hi Clerici ſæculares, ibi vulgò nominantur gſellen Prieſter.

5. Alterum, quod in eum finem ponit fundamentum, eſt: *Si ordo habet Monaſteriorum dominium, quomodo igitur aliquorum Monaſteriorum eiuſdem Ordinis bona, dicuntur huic vel illi Monaſterio eiuſdem Ordinis vniri, in ijsq; acquiri dominium? An quod meum eſt, meum amplius fieri poteſt.* ℞. breuiter, quod meum eſt in ratione dominij ſummi vel Subalterni, poteſt fieri meum, quoad dominium immediatum, ſine omni abſurdo: Sic vna Eccleſia, ab aliâ emit prædia, vineas, agros &c. etiamſi omnia ſubſint dominio Eccleſiæ Vniuerſalis.

Cruſij obiectio abſurda.

6. Tertium eſt: *Totus Ordo reſpectu Monaſteriorum, non habet ſe, vt totum integrale, alias enim ſublato vno Monaſterio, futurus eſſet Ordo mancus, vel adiecto illi alio Monaſterio, dicendus monſtroſus, vt patet: quippe ſi toti integro ſubtrahatur pars integrans, v. c. manui digitus vnus, ipſa manus iam non integra, ſed manca nuncupabitur: Sin verò pars integrans adijciatur, vt ſi quinque digitis, in vna manu adijciatur ſextus, manus tota erit monſtroſa.* Ita Cruſius. Sed, monſtroſa eſt hæc Philoſophia Bremenſis, quia probat, mare (quod vtique eſt totum integrum) tot ingentium fluminum acceſſione fieri monſtroſum; & eluuionibus mancum. Item, probat Societatem Ieſu non eſſe totum integrum, quantumuis ex tot ac tot Societatis Fratribus, & tot Collegiis ac domibus coaleſcat: Vel, ſi ſit totum integrum, monſtroſam eam fieri, ex tot ſociorum & Collegiorum acceſſione; niſi fortè, (quod magis placet Democrito noſtro) propter acceſſionem Cruſij, primûm euaſerit monſtroſa. Aliud eſt totum integrum Phyſicum, & aliud totum integrum aggregatum per accidens. Totum Phyſicum conſtans certis partibus integrantibus, mutilatione vel adiectione fit mancum aut monſtroſum, vt homo, bos, equus, piſces, aues, & cætera viuentia. Totum aggregatum per accidens, vt mons, aut acervus lapidum, aut grex animalium, &c. cùm non conſtet definitis & immutabilibus partibus intregantibus, adiectione vel ablatione quarundam

Abſurdior obiectio.

Aliud eſt totum integrum Phyſicum, aliud totũ aggregatum

partium

partium non ſit mancum aut monſtroſum: Talia ſunt in moralibus, Ciuitates, Vniuerſitates, Collegia, Corpora artificum, Exercitus, Religoſi Ordines, & ipſa Vniuerſalis Eccleſia, quæ ſublato vno alteróue Epiſcopatu, non dicitur manca, nec adiectione totius terræ Magellanicæ fit monſtroſa. Similiter & Ciuitates, ciuium; & Ordines, Regularium; & Vniuerſitates, incorporatorum, aut ſtudioſorum numerum integrantem, minuunt & augent ſine vitio: Sunt enim quædam Corpora aggregata; & omne corpus, eſt quoddam totum integrum, habens partes integrantes definitas, vel indefinitas, in queis detur latitudo numeri, ſicut in Exercitu, etiam integra legione pereunte, manet quidem minor, ſed non minus Exercitus; & acceſſione decem legionum, fit maior, non verò magis Exercitus. Et idem in ſimilibus dicendum. FALSÆ ALLEGATIONES

6. Quæ, porrò, ſubiungit Cruſius de dominio iuriſdictionis, impertinentia ſunt. Cætera, ex applicatione argumentorum ad vniuerſalem Eccleſiam, vel Societatem Ieſu, inueniuntur elumbia, prout infrà in Icaro docebimus: Imò tota illa ſectio, glaciei inſcripta reperitur, quæ calore Veritatis afflante, in aquam reſoluta colliqueſcet. Si proinde magnus non eſt, qui ex errore pendet multitudinis; quàm puſillus erit, qui ex errore pendet proprio? Error ſuo ſe telo figit, vel monſtrato rem aliter ſe habere, vel deducta re ad abſurdum, aut impoſſibile.

IGNIS FATVVS.

Præſentem fortunam boni conſule.

Fol. 69. col. 2. in fin.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 5.

Fr. Romanus, (inquit meus Frater Cruſius) *ex iure ad rem, ſiue ſibi debito, infert ius in re.* Et infrà. *Ac conſequenter ineptè & erroneè, ex eo quòd quis habet ius ad rem, infertur, quod etiam habeat ius in re, ſeu dominium: ſed hæc non niſi errantes IGNIS FATVI ſcintillas produnt.* Contentus ero datis titulis & nominibus, optime Cruſi, ſi, quod nondum feciſti, in Aſtro monſtraueris pagellam & lineam, in qua ex iure ad rem, ius in re intulerim: Interim talia encomia tibi reſeruabis, in quibus tibi nec ius ad rem, nec ius in re negabo. 447. Aſtrum inext.

NIDVS AQVILÆ.

Viue tibi, & longè nomina magna fuge.

Fol. 78. col. 2. & ſeqq.

Qu. 2. ſect. 3. c. 1. n. 21. & ſeqq.

1. Etiam in ſacratiſſimum Cæſarem Ferdinandum II. f. m. manus inijcit hoc loco Cruſius, aitq; (fol. 81. col. 1. & 2.) Reſtitutionis Edictum Generale, ſeu Reſcriptum, ex ea parte, qua decernit *Monaſteriorũ deſolatorum bona, cuiq;* 448. Ferdinandi II. Imperator.

 Ordini

Ordini reſtituenda, eſſe *NVLLVM*, & *NVLLITER* emanatum; eò quòd, vt ait fol. 79. col. 1. ante med. Imperator *vtiq; reſcripſiſſet in cauſa Eccleſiaſtica, ad quæſtionem Iuris IN PETITORIO agitandam, vel agitatam, adeoq; in cauſa ſua Iuriſdictionis terminos EGREDIENTE, conſequenter ex hoc capite, Imperatoris Reſcriptum, foret NVLLVM.* Falſa & iniurioſa eſt hæc allegatio; nam Imperator nequaquam reſcripſit in cauſa Eccleſiaſtica, *ad quæſtionem Iuris IN PETITORIO agitandam vel agitatam*, ſed *IN POSSESSORIO*, & ad quæſtionem facti pertinente. *Ex dictis manifeſtum fit*, aiebam Aſtri q. 1. n. 50. *quæſtionem à Sacra Caſ. M, reſolutam, (An hodierni Epiſcopi, Generales, Abbates, Præpoſiti & Religioſi, in ſua poſſeſſione Iuris, per Canones &* fundationes *acquiſiti, manutenendi: adeoq; num Ordines antiqui, per huiuſmodi iuris exercitium, in omnia reſtituenda Monaſteria reinducendi, & in poſſeſſione ciuili, dominioq; ſubalterno Monaſteriorum, ex ipſa fundatione ſibi competentium defendendi ſint.) non eſſe quæſtionem Iuris, ſed facti & poſſeſſorij*; in qua reſolutione, ſe permiſſurum decernit Imperator, vt iure ſuo, per tot hactenus annos vinculato, ſinguli poſthac, citra vlteriorem obicem vtantur. Quæſtionem Iuris, quam Cruſius prærequirit per Magiſtratum Eccleſiaſticum reſolui debuiſſe, Imperator non reſoluit, ſed ab Eccleſia reſolutam agnouit. Vnde inter cætera narrata, aiebat, *Ius antiquorum Religioſorum Ordinum eſſe tam liquidum, & INDISPVTABILE, vt ſola ſit opus executione.* Notoria enim non indigent probatione. Rota deciſ. 224. n. 7. apud Beltram. *Neque enim de cauſa Iuſtitiæ quæſtio erat, ſed de Executione*, vt fatetur ipſe Nuncius Apoſtolicus Caraffa, in ſua Germania ſacra reſtaurata. fol. mihi 311. in anno 1627. Sed quodnam eſt Ius illud liquidum & indiſputabile? inquies. Reſpondeò, illos eſſe Canones & Concilia generalia, quæ dudum decreuerunt, Beneficia vacantia ſæcularia, danda eſſe ſæcularibus; regularia verò Regularibus, eundem Ordinem expreſsè Profeſſis, adeoque habentibus *QVALITATES* à fundatore pro tali beneficio requiſitas.

Aquilam volare docet.

Notorium probari non debet. *Rota deciſ. 100. n. 3. ap. Coccinum.*

2. Præterea ſi quæras, quis olim in legitima eiuſmodi Monaſteriorum vacantium fuerit poſſeſſione? notorium eſt Monachos veluti membra ſui Ordinis, & Eccleſiæ Vniuerſalis, in poſſeſſione fuiſſe. Si rurſum interroges, quis talibus Monaſterijs, per violentam inuaſionem hæreticorum fuerit ſpoliatus? notorium eſt, Monachos velut membra ſui Ordinis, & Eccleſiæ Vniuerſalis taliter fuiſſe ſpoliatos. Si proinde quilibet ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, notorium eſt hodie Monachos, vtpote membra iſtius Ordinis & Eccleſiæ Vniuerſalis eſſe reſtituendos; (nā Eccleſia Vniuerſalis, his Monaſterijs aliter non poteſt dici ſpoliata fuiſſe, quàm quòd in his membris ſuis regularibus, per quæ & poſſederat Monaſteria, ſpoliata fuerit. Quod ipſum & de Ordine illo dicendū) adeoq; ſola immiſſio in poſſeſſionē naturalē facienda ſupererit. Atq; hæc, per Edictū Generale decreta fuit. Iam autē ſpoliatū ante omnia reſtituere, hæreticū detentione beneficij Eccleſiaſtici priuare, in poſſeſſione ſui Iuris aliquē defendere (id quod ſolū Imperator Edicto decreuerat) fatetur ipſe Cruſius

Ordo Religioſus & Eccleſia Vniuerſalis ſpoliati ſunt in membris ſuis: quibus reſtitutis, ipſi quoque reſtitui cenſentur.

Cruſius.fol.80.col.2.in med.eſſe quæſtiones *facti*, non *iuris*; easque reſolvendas concedit Imperatori.

3. Conſentiunt quatuor Principes Electores Catholici, in reſponſo ad Imperatorem Ferdinandum II. ſub dato Milhanſen 20. Sept. 1624. his verbis: Anjeßo auch die Fragnicht iſt/ob den Provincialibus vff den Innhalt deß Religion Friedens proceß zu erkennen / Zumahlen vielmehr in terminis Iuris communis, vnd deß Landfriedens/ Krafft deſſen menniglich verbotten iſt/ einem andern Gewalt zuthun/vnd das ſeinige zunehmen/verſteren thut/welches in keiner Reichßſaßung weder caſſirt/ noch auffgehoben worden. (Hoc eſt. *Nunc temporis etiam, quæſtio non eſt, Num Provincialibus vigore Pacis Religioſæ proceſſus decernendi ſint; ſed multo magis verſamur in terminis Iuris communis, & pacis publicæ, cuius vigore cautum eſt, ne quis alterum illata vi, ſuis rebus ſpoliare præſumat; id quod nullis Imperii Conſtitutionibus unquam caſſatum aut ſublatum fuit.*) Acatholici vero, videntes ſe ad reſtituendum coarctatos, inter ſua gravamina poſuerunt hanc diverſionem: Eas videlicet Religioſorum Ordinum perſonas, quæ ſpolium prætendere poſſent, dudum mortuas eſſe, nullis poſt ſe relictis bonorum ſuorum hæredibus, adeoq; hodie neminem ſupereſſe, qui ſibi ius & actionem arrogare poſſit ad repetenda Monaſteria; &, quod conſequens eſt, nemini mortalium proceſſus iudiciales contra ſe decerni poſſe vel debere. *Principum Electorum placitum.*

4. Hæreticorum cauſam hodie ſuſcipiunt, foventque Patres Soc. Ieſu, Paulus Layman, Ioannes Cruſius, Valentinus Mangionius, & larvatus Eugenius Lavanda, confirmantes ipſorum argumenta, aſſerendo, illas Ordinis Religioſi perſonas dudum mortuas & ſepultas eſſe, quæ fuerant ſpoliatæ; ideoque neminem mortalium hodie ſupereſſe, qui ſibi ius & actionem ad recuperanda Monaſteria vendicare queat. Vt mirum non ſit, Seren. Principem Electorem Saxoniæ, ad Electorem Bavariæ, tranſmiſſa (ut fertur) *Iuſta defenſione* Laymanni, gloriatum, ſibi, ſuiſque gratulatum eſſe, quod Patres Societatis Ieſu, præter omnem ſpem & exſpectationem, Acatholicorum cauſæ tam fervide patrocinarentur. Hi nimirum, ad hæreſes horum temporum debellandas, peculiariter, ut aiunt, vocati, iam hæreticorum Patroni eſſe incipiunt, excæcante illos Concupiſcentia bonorum alienorum; Longe aliter nos, aliosque fideles Eccleſiæ Catholicæ filios ſentire, docet Aſtrum inextinctum. q. 1. & 2. Excuſandi tamen aliquo modo videntur; quia *difficile eſt, inter magna negotia non aliquando deſipere.* Plura in hanc rem videantur inferius in Icaro. *Patres Ieſuitæ favent hæreticorum cauſæ.*

APPENDIX SINE APPENDICE.

Oculus omnia videt, ſe unum non.

Fol. 84. *&* 85. *col.* 1. *&* 2.
Quæſt. 2. *ſect.* 3. *c.* 2. *n.* 4.

FALSÆ ALLEGATIONES 449. Aſtrum 450. incæ.

1. Indolis ſuæ ſpecimen hoc loco prodit egregium Cruſius, quando me reum accuſat duarum propoſitionum, quarum altera minimum *erronea*, altera *falſa* ſit. *Erronea hæc eſt*, inquit, *falſum eſſe hoc dictum, quod Monachi non regulariter viventes, per alterius Ordinis DEBEANT inſtitutionem puniri: cũ tamen hoc dictum, ſit Vniverſalis Eccleſiæ, & Concilii Generalis ſub Alexandro III. congregati, atq; ab eodem approbati. Adeoq; hæc propoſitio F. Romani, repugnat doctrinæ morum Eccleſiæ; certè ab Vniverſa Eccleſia recepta, ut iam vidimus. Conſequenter hæc propoſitio F. Romani, minimum eſt ERRONEA.* miror quod non & hæretica. Adamantinum in me vibrat ſpiculum Cruſius: Væ miſero! Sed ne aquam præpropere turbemus, aures dabimus *plus ultra* pergenti. *Altera F. Romani Propoſitio, Alexandrum III. iſtud ibi non decreviſſe, EST APERTE FALSA, cum expreſſe in d. appendice d. Concilii Lateranenſis (prout videre eſt in Tom. 3. Concil.) habeatur, Alexandrum illud ibi decreviſſe.* Hæc ille; rigidam in me ferens Cenſuram, non intermiſſurus, ſi peremptoriam fulminare potuiſſet.

Cruſius me de duabus propoſitionibus perperam accuſat

2. Verum, ut benevolo & veritatis amanti Lectori ſatisfaciamus, cum unius *falſæ*, alterius *erroneæ* ſententiæ hoc loco arguar, nonnihil altius res hæc repetenda erit. Paulus Layman ſuæ nuncupatæ Iuſtæ defenſionis fol. 160. & 491. ſcripſerat, Si Religioſi quidam male vivant in Monaſterio, *eſſe Canonicã Monaſterii* ad alium Ordinem *transferendi cauſam*, idq; *conſtare ex Concilio Generali Oecumenico, ſub Alexandro III. in appendice, tit. ne cleri. vel Monach. MONACHI NON REGVLARITER VIVENTES, PER ALTERIVS DEBENT ORDINIS INSTITVTIONEM PVNIRI.* Quæ poſtrema ſententię verba, ac ſi eſſent formalia, diverſo typo deſcribi voluit Laymãnus. Eundem paulo poſt ſecutus Laurentius Forer ſect. 5. num. 9. ſuæ Antanatomiæ: *Notiſſimum eſt*, inquit, *DECRETVM in Appendice Concilii Lateranenſis, ſub Alexandro III. tit. ne cler. vel Mon. Monachi non regulariter viventes, per alterius debent Ordinis inſtitutionem puniri; quod allatrare poteſt Anatomicus, ſed evertere non poteſt.* Hæc ille. Sed his ambobus *Aſtri* q. 7. ſub n. 5. reſpondi; allata verba, ſeu, ut nominat alter, *Decretum*, in Tomis Conciliorũ, dictoq; Concilio Generali ſub Alexandro III. celebrato, non inveniri, nec in ipſius Appendice, ſed in Indice duntaxat Appendicis, qui nihil probet.

3. Hoc accepto reſponſo, illi reſumpto calamo, oppoſitum mordicus tuendum ſuſceperunt. Laymannus in Cenſuris Aſtri, Cenſura 40. ait: *In Appendice eiusdem Concilii Oecumenici, eodem prorſus modo, NVLLO APICE MVTATO reperiri in OMNIBVS editionibus: Monachi non regulariter viventes, per alterius Ordinis inſtitutionem puniri debent.* Cruſius autem hic nu. 4. *Probatur*, inquit, *ex Appendice Concilii Lateran. 3. ſub Alexandro III. celebrati. tit. ne cler. vel Monach. ubi HIS VERBIS CONCEPTIS ET FORMALIBVS ſtatuitur: Monachi non regulariter viventes, per alterius debent Ordinis inſtitutionem puniri. Quæ verba F. Romanus. q. 7. n. 5. temerè negat dicti Concilii eſſe FORMALIA.* Adhuc nego & pernego, nullius mihi temeritatis conſcius; Cruſium autem paulo poſt in meam ſententiam pertraham, ut fateri debeat, ſe nimis temere contra me pronunciaſſe. Valentinus Mangionius, & Eugenius

Mirabilis excæcatio doctorum virorũ.

genius Lavanda cautius incedentes, proculdubio inſpectis ipſis Tomis Conciliorum, non audent affirmare, verba illa *formalibus*, aut *nullo apice mutato*, in appendice Concilii Lateranenſis III. contineri; ſed per ambages obambulãdo, nucem aſpiciunt, non aperiunt; loquuntur tamen, ne putentur nihil, quod reponerent, habuiſſe.

4. Mangionius in Theorica q. 7. n. ſuo 7. & ſeqq. Laymannum & Forerum in errore defendens, textum & formalia dictæ Appendicis part. 23. tit. ne cleri. vel Monach. c. 7. in medium profert, quę ſic habent: *Relatum eſt auribus noſtris quod Monachi de Neuſtrum ſaculariter vivunt, & alios exemplo corrumpunt; inde eſt, quòd authoritate Apoſtolica tibi indulgemus, ut eos ad obſervantiam Monaſticæ regulæ, appellatione remota, compellas; AVT ſi tibi reſtiterint temerario auſu, eis abiectis fratres Ciſtercienſis Ordinis in præſcriptum Monaſterium inducas, ut labores impiorum iuſti edant, & illi inde rubore ſuffuſi, ad ſui Ordinis obſervantiam convertantur.* Ex quo textu liquet, verum non eſſe, quod Laymannus, Forerus, & Cruſius tam pertinaciter affirmabant, in eo Concilio, *nullo apice mutato, & his verbis conceptis & formalibus* ſtatui, quod *Monachi non regulariter viventes, per alterius debeant Ordinis inſtitutionem puniri.* ac ſi nil aliud requireretur ad id, ut homines alterius Ordinis inducerentur, quàm ut Monachi non regulariter vivant; quod ipſum etiam Eugenius Lavanda in Notis Aſtri. 5. aſſumitur. conſtanter propugnat: cum tamen textus expreſſe iubeat, tales ad obſervantiã Monaſticæ regulæ compelli; nec eos velit eiici, niſi auſu temerario reſiſtant.

Textus appendicis Concilii Lateran. III.

5. Sed quid eſt, quod ibi de ſera nocte, Democritum cum Curſore loquentem aſpicio? cornu curſorium reſonans audivi, ſed tranſire credebam. Democrite quid novorum? Silet homo cæteroqui non elinguis, literasq; ſubridens adfert Cruſio inſcriptas. Agnoſco ſigillum; Colonia mittuntur. Reſerabimus bona tua cum venia Cruſi. Manus eſt Severini Binnii, qui Cruſio ſignificat, Appendicem Concilii Lateran. ſub Alexandro III. celebrati, nec ab ipſo Concilio Oecumenico, nec ab Alexandro III. unquam compoſitam, viſam, lectam, aut approbatam fuiſſe; multo minus illius Indicem. Stupenda res! huic appendici totus appenſus hærebat Cruſius & Layman, Forer & Mangionius: Viros tantos iam eludi? Ita eſt; ignoſce Cruſi, interpretem agam harum literarum: Non eſt quod admodum exalbeſcas, aut animum deſperes, & aliam appendicem quæras, nondum agitur de vita. Appendix illa nuncupata Concilii Lateran. multis annis poſt mortem Alexandri III cuſa fuit. Argumentum evidens eſt, quod in illa frequentiſſime allegentur nomina & Decreta quatuor Alexandri III. ſucceſſorum, nempe Lucii III. Vrbani III. Gregorii VIII. & Clementis III. qui Clemens, integro decennio poſt dictũ Conciliũ Generale cathedram Romanam tenuit. Quibus viſis, permotus Bartholomæus Laurens, apud Severinum Binnium, in Præfatione huius Concilii, cenſuit hanc Appendicem, non eſſe partem Concilii, nec ab Alexandro III. confirmatam, ſed ab alio quodam homine privato, poſt mortem dictorum Pontificum compilatam. Hæc eſt ſumma literarum Severini Binnii.

Appendix Cõcilii Lateran. III. non eſt ipſius Concilii nec Alexandri III.

Probatur evidenter.

6. Quæ cum ita ſint, denuo vera manebit altera mea propoſitio, quam

Cruſius

Cruſius *apertè falſam* nominabat; nimirum, Alexandrum III. IBI, in Concilio Generali non decreviſſe, quod *Monachi non regulariter viventes, per alterius debeant Ordinis inſtitutionem puniri*: quando enim Index ille Compilatus fuit, Alexander III. iam dudum in rerum natura eſſe deſierat, & Concilium Lateranenſe pluribus annis anteceſſerat. Nec verbâ illa Indicis, *Monachi non regulariter viventes &c.* leguntur à quoquam Summorum Pontificum in hodiernum uſque diem prolata, approbata, vel authentizata fuiſſe, ut plus authoritatis obtinuerint, quam privatus Compilator (aut quiſquis author Indicis fuerit) primo illis indiderit. Si res proinde ſic habet, ut habet, quid circa illā Appendicem intantum fatigamur? quæ non eſt Appendix Concilii Generalis, ideoque eam ſecuriſſimè allatrāmus & evertimus, tanquam ſuppoſititiam, & Eccleſiæ authoritate, hoc nomine, carentem.

7. Verum, age, deſcribamus ex ipſo Corpore Iuris Canonici, idem caput Relatum. tit. ne Clerici vel Monachi. videamusq; quomodo cum eod. c. Relatum. à Compilatore prænominatæ Appendicis allatum, in verbis & ſenſu cohæreat. *Relatum eſt*, ait Papa, *quod Monachi de H. ſæculariter vivunt, & alios exemplo ſuo corrumpunt. Ideoq; mandamus, quatenus eos ad obſervantiam regulæ, appellatione remota, compellas: Vel ſi tibi reſtiterint auſu temerario, eis eiectis, fratres alterius Ordinis, (ſi non poteſt præſcriptum Monaſterium IN SVO ORDINE reformari) in illud inducas, ut labores impiorum iuſti edant; & illi tandem rubore perfuſi, ad ſui Ordinis obſervantiam revertantur.* Conferamus iam ſi placet, caput hoc, cum altero Compilatoris, certè non levis invenietur diſcrepantia: Iſtud enim requirit, ut ſi Monaſterium in ſuo poſſit Ordine reformari, ne ad alium Ordinem transferatur: Alterum illud, de hac re nihil omnino continet, cum tamen iſta parentheſis, maximi ſit momenti. Deinde quid eſt illud in Compilatore? *Authoritate Apoſtolica tibi INDVLGEMVS, ut eos compellas &c.* quam languidum verbum, eſt *indulgemus*, ad compulſum? quam minus congruum Apoſtolicæ gravitati, reſpectu alterius *mandamus*, quod in Decretalibus habetur? Similiter Appendix habet, *eis abiectis*; Decretales vero, *eis eiectis*; idque multo rectius, nam animata melius dicuntur ædibus *eiici*, inanimata *abiici*, iuxta illud Gen. 21. *Ejice ancillam & filium eius.* Vnde dubium non eſt, iſtud caput in Decretalibus contentum, ſincerius deſcriptum fuiſſe, quàm alterum in Appendice per Compilatorem, neſcio unde deſumptum. Vtri ergo inſiſtendum? Certe huic, in corpore Iuris contento, & à Gregorio IX. in ſua Præfatione Decretalium, his verbis inter cætera authorizato: *Volentes igitur, ut hac TANTVM compilatione univerſi utantur IN IVDICIIS, & IN SCHOLIS, diſtrictius prohibemus, ne quis præſumat aliam facere, abſq; authoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali.* Cedant ergo tenebræ lumini, & nox diurno ſideri. iuxta quod deciditur in c. paſtoralis. de fide inſtrum.

Textus cap. relatum. ne cler. vel Mon.

8. Quibus ita ſtantibus, manifeſte videmus à noſtra Decretali primitus requiri, ut Monachi non regulariter viventes, ad obſervantiam regularē

compel-

compellantur. 2. Si vero auſu temerario reſiſtant, & Monaſterium poſſit *in ſuo Ordine* reformari, quod ſic debeat *in Ordine ſuo* reformari; prout & in Benedictina diſponitur, *Vt ſi aliquod Monaſterium ipſius Ordinis ſeu Religionis, lapsũ in Religione vel obſervantia regulari patiatur, qui per Abbatem ſeu alium Adminiſtratorem, vel Monachos eiuſdem Monaſteri, veriſimiliter reparari non poſſit; per Præſidentes Provinciali Capitulo, vel quemlibet eorundem, ad requiſitionem vel relationem Viſitatorum, prout eidem Capitulo ſuper hoc conſulendo videbitur expedire; vel ſine conſultatione huiuſmodi, ſi ex dilatione conſulendi dictum Capitulum, periculum immineret, authoritate Apoſtolica aſſumerentur de alio Monaſterio, IN CVLTV EIVSDEM RELIGIONIS VIGENTE, Monachi idonei, & ad dictum Monaſterium lapſum patiens transmitterentur, inibi, quamdiu expediens fuerit, moraturi, per quos lapſus huiuſmodi reparetur.* 3. Poſito, non poſſe Monaſterium in ſuo Ordine reformari, tum demum, eis eiectis, Fratres alterius Ordinis inducendos eſſe. Quibus Apoſtolicis ordinationibus congruenter in d.c. relatum. ſcribens num. 5. Panorm. *Dic ergo*, inquit, *quod primo debent induci Monachi Monaſterii ad obſervantiam, ut hic; & ſi ſint incorrigibiles, DEBET reformari de Monachis EIVSDEM ORDINIS, ſi haberi poſſunt, ut hic; & in defectum, debent aſſumi de alio Ordine; omnibus autem deficientibus, recurrendum eſt ad Clericos ſæculares, ut in d.c. inter quatuor.* Eadem & alii Dd. tradunt in d.c. relatum. & d.c. inter quatuor. Vnde ait gl. ibid. quod *SEMPER reformari debet Monaſterium, de hominibus EIVSDEM PROFESSIONIS, ſi fieri poteſt.* Et Goffred. ibid. de relig. dom. num. 3. *Si Monaſteriũ aliquod*, inquit, *fuerit deformatum, per Monachos EIVSDEM ORDINIS, ſi fieri poteſt, reformetur; alioquin per Monachos alterius Ordinis, ut infra. ne Cler. vel Monach. c. relatum: non autem per Clericos ſæculares, ut infra. eod. inter quatuor. & accedit ad hoc 18. q. 2. pervenit ad me. & ſupra. tit. prox. cap. ult. §. ult.*

Monaſterium debet reformari per Monachos eiuſdem Ordinis, ſi haberi poſſunt.

FALSÆ ALLEGATIONES *Explicatur dictum caput, Relatum.*

9. Ex quibus infertur 1. Primam à me ſuperius allatam propoſitionẽ, quam Cruſius erroneam nuncupaverat, veriſſimam eſſe, nempe *quod Monachi non regulariter viventes, per alterius Ordinis inſtitutionem non debeant puniri*, niſi ſervatis prius per Decretalem expreſſe deſignatis gradibus. 2. Illud dictum, nequaquam eſſe (ut vult Cruſius) *DECRETVM Vniverſalis Eccleſiæ*, neq; *Concilii Generalis ſub Alexandro III. congregati, atq; ab eodem approbati*: Adeoque meam alteram propoſitionem, nullo modo *repugnare doctrinæ morum Eccleſiæ, ab univerſa Eccleſia recepta.* 3. Nec illam doctrinam Laymanni veram eſſe, quam attulit Iuſtæ defenſ. fol. 491. & Aſtri Cenſura 40. in fin. *Si iterum atque iterum adhibita cura & admonitione, ad reformationem adduci non potuerint, eſſe Canonicam Monaſterii ad alium Ordinem transferendi cauſam.* Nam prædicti Canones, certos gradus præſcribunt, qui de iure ſunt præmittendi, priuſquam ad alium ordinem Monaſterium transferatur. Infertur 4. Etiam Eugenium Lavandam hallucinatum eſſe, quãdo ſcripſit: *Alium Canonem non obſtare, quo minus, qui regulas non ſervant, eiician-*

451. Concil. Lateran.

FALSÆ ALLEGATIONIS Lavanda lavatur.

ciantur, & alii inducãtur. NON SERVAT A illa gradatione Abbatis, ut patet ex c. relatum. ne Cler. vel Mon. PRÆSERTIM ſi ſermo ſit de Monaſteriis extinctis. Iſta enim gradatio non eſt Abbatis, aliorumve ſolum Canoniſtarum ſed ipſius etiam expreſſe Canonis, ſeu d. c. relatum. quod pro ſe ſtare, perperã credit Lavanda. Iſq; cauſam ridendi præbet hic ſub finem Democrito, aſſerẽs, Monachos qui regulas non ſervant eiiciendos, & alios inducendos, *non ſervata illa gradatione, PRÆSERTIM ſi ſermo ſit de Monaſteriis extinctis. Extincta* nulla ſunt, *deſtitutis*, dicere debebat. Sed quomodo in Monaſterio deſtituto poteſt aut debet ſervari regula, in quo habitare Monachi non permittuntur? aut quomodo poſſunt eiici de Monaſterio, qui non adſunt? An forſan Monachi ante centum annos mortui, hodie debent è ſepulchris eiici, quod regulam non ſervent? O, lepidum capitulum, electo lixivio *LAVANDVM?* Verum, his tandem miſſis, ad alia pergamus.

FOVEA.

Perſeverantia, manifeſtum eſt voluntatis indicium.

Fol. 78. col. 2. & fol. 93: col. 1. & 2.

Qu. 2. ſect. 3 c. 1. n. 21. & c. 3. n. 10. & ſeqq.

451. Aſtrum inext.

1. Nil novi eſt, incidere in foveam aliis paratam; incidit Cruſius: In *Aſtro inextincto*, eiuſq; fine, duodecim circiter Reſcripta Cæſarea Ferdinandi II. Imperatoris inſerveram, partim ad Commiſſarios Cæſareos, partim ad ſuum Oratorem Romæ, partim deniq; ipſis Religioſis Ordinibus antiquis conceſſa, & ſi opus ſit, plura adiungam, quibus Imperator conſtanter declaraverat, mentis & intentionis ſuæ eſſe, ſemperq; fuiſſe, ut in reſtitutione Monaſteriorum, ab hæreticis eousq; detentorũ, habita ratione primævæ fundationis, quæq; ſuis Ordinibus Regularibus, iuxta Sacrorum Canonum præſcriptũ, ordinanda relinquerentur. Quib. ſe opponens Cruſius, citatis Eclipſeos locis, & in ſcriptura, quam ſub manu propria Coloniæ Agrippinæ ad acta Cõpulſoria, Anno 1643. 4. Octob. exhibuit, nõ reveritus eſt, illa omnia, cũ Laymanno, ſub- & obreptionis inſimulare, quaſi præter, aut contra voluntatem Imperatoris emanaſſent.

Audacia Cruſii magna.

Qui ſubreptionem allegat, tenetur eam probare.

2. Per ſe autem notum eſt, quod qui ſubreptionem allegat, tenetur illam probare, ut ait Rota deciſ. 89. n. 1. ap. Coccinum. id quod tanto minus poterit pręſtare Cruſius, quanto in Iure certius eſt, quod geminatæ (nedum decuplatæ) literæ, omnem ſub- & obreptionem tollant. Quo ipſiſſimo argumento uſi ſunt Patres Societatis coram tribunali Cæſareo, contra Ordinem Ciſterciẽſem in cauſa Monaſteriorum Monialium Coronæ-Mariæ, & Pontis-ſalutis, Palatinatus inferioris, & Domus Otterbergicæ VVormatii, dum 7. Aprilis. 1639. Viennæ in quadam replica, Conſilio Aulico Imperii præſentata, ſequentia §. Geſtalt dann auch, inſerverunt. *Prout Sacra Cæſ. M. Veſtra una cum Diva Auguſta Coninge, ut ſupra dictum, ad Regem Hiſpaniarum, & Sereniſſimum Cardinalem Infantem, geminatim clemẽtiſſime ſcripſit; geminata vero litera, vim motus proprii habent, omnemq; ſub- & obreptionem tollunt, ut videre quoq; eſt, apud D. Card. Tuſchum tom. 4. concluſ.* 28. *n.* 49. & 50. Hæc illi pro ſe & me.

Geminata litera omnem ſub & obreptionem tollunt

3. *Ex*

3. *Ex geminatione* enim *verborum*, ſeu literarum, *colligitur voluntas clara & enixa.* ut ait Flamin. Pariſ. lib. 10. q 7. num. 3. de reſignat. benef. & ſecundus juſſus habetur pro certa ſcientia, vel pro motu proprio. ut l. nec damnoſa. C. de precib. Imp. offer. & ibi dicit Baldus. & facit gl. in verb. alijs. quam not. ibi Ang. in authent. de non alien. aut permu. §. quia verò ſimile. col. 11. Alphonſ. Soto in reg. 45. Innocentij VIII. quæ eſt 46. Pauli V. Quod Io: à Chokier ibid. nu. 9. limitat ſingulariter, ut procedat, quando ſecunda juſſio, vel ſecundum reſcriptum, facit expreſſam mentionem de primo, (ut in præfatis Ferdinandi II. reſcriptis ſæpius factum) aliàs iſta geminatio, nō habet effectum. per not. Baldi in l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 2. Iaſon. in l. nec damnoſa. C. de precib. Imp. offer. Vide Menoch. lib. 2. præſumpt. 13. n. 3. ubi pluribus hac de re agit. Ex quibus manifeſtum evadit, prædicta Reſcripta, *Aſtro* inſerta, perperam à Cruſio ſub- & obreptionis inculpari; nedum quòd ea Doctoribus Vniverſitatis Duacenæ *obtruſerim.*

FALSÆ ALLEGATIONES.

ΥΣΤΕΡΟΝ, ΠΡΟΤΕΡΟΝ·

A libero petit aquam, à Lymphis vinum.

Fol. 114. & 115. col. 1. & 2.

Qu. 3. c. 3. nu. 1.

Præpoſtera cenſura Cruſij

1. Hoc loco rurſus egregium ſpecimen indolis Bremenſis Cruſius exhibet, ac ventum totis viribus conſtringit, ut de umbra Delphica pluribus contendere liceat. Aſtri q. 1. n. 6. docturus quo pacto per Fundatores Monaſteria fuiſſent incorporata ſuis quæq; Ordinibus: *Fundator*, ajebam, *transferendo rerum ſuam dominium IN ABBATEM ET CONVENTVM introductum, non fecit illud INTVITV ſtemmatis perſonarum in individuo, vel Natalium ipſorum Monachorum; neque INTVITV prioris Monaſterij, in quo erant Profeſſi, (aliàs incorporatio facta fuiſſet ſtemmati, vel priori Monaſterio. &c.) nec inquantum erant purè Clerici duntaxat; quia ſi hoc voluiſſet, debuiſſet purè Clericos ſæculares, non Monachos introducere. Iam autem Fundator bona ſua IN EOS TRANSTVLIT immediatè inquantum erant Monachi, ſive membra hujus illiuſvè Regulæ vel Ordinis, (prout erga quemlibet Ordinem ſeſe inſpirari vel affici ſenſit.) Et ſic Monaſterium cum omnibus bonis fuit incorporatum Ordini.* 453. Aſtrum inext.

An Fundatores Monaſteria fundaverint intuitu ſtemmatis & nobilitatis.

2. Multa culpat hoc loco Cruſius, ſemper anxius ne offendam; præſertim illud vocabulum, *INTVITV*, cùm poſſit ambiguè ſumi, diſtrahit in omnem partem. Ipſum audiamus: ***Negat F. Romanus fundationem & donationem factam fuiſſe INTVITV ſtemmatis perſonarum in individuo, vel natalium ipſorum Monachorum: Reſpondeo ego, hoc in multis eſſe falſum, quia multæ fundationes factæ ſunt à Principibus, Comitibus, INTVITV liberorū ſuorum, ut patet ex fundatione Gerenrodenſi in ſilva Hercynia, à Gerone Comite, INTVITV filiæ ſuæ Haduigis: Eltinenſi ad Rhenum, à VVichmanno Comite, RESPECTV filiæ ſuæ Ludgardis: Heslingenſi diœ-***

ceſis Bremenſis ab Hettone Comite, RESPECTV filia VVendilgerdis, factis. Igitur &c. Atq; huic noſtra reſponſioni ſubſcribunt *ICti Dilingani in tract. de Compoſit. Pacis.c.7.q.51.n.29.* Bellus homo Cruſius eſt: Nos loquebamur de Oriente, ille de Occidente reſpondet: Nos quærebamus, quid *ex parte introducti Abbatis & Conventus* Fundatorem moverit, ſeu quis fuerit ipſius finis CVI, ut in hos potius, quam in alios rerum ſuarum dominium transtulerit? & reſpondebamus, fuiſſe certam illam qualitatem regularitatis & Inſtituti, ſeu talem ac talem Monachatum, aut profeſſionem. At contra Cruſius; *hoc in multis falſum eſt*, ait, nam multa Monaſteria fundata ſunt INTVITV (id eſt, extrinſeco interventu ſeu interceſſione) filiarum Haduigis, Lutgardis, & VVendilgerdis; ergo, ſecundum Cruſium, Fundator in perſonis introductis, ſæpius non habuit INTVITVM ſeu conſiderationem Abbatis & Conventus, cuius fuerint Ordinis aut Inſtituti.

Gen. 13.

In fundationibus Monaſteriorum, vari' poteſt eſſe intuitus Fundatoris.

3. *Si tu*, Cruſi, *ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo; ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.* Mea propoſitio non ideo falſa eſt, quia tua vera eſt, cum ſibimet non contrarietur, ad inſtantiam filiæ, Principem fundare Monaſterium Ordini S. Benedicti; ubi filia, cauſa eſt impulſiva; Ordo S. Benedicti, finalis. Vide Dyn. in reg. iur. decet. & ſic utriuſq; INTVITV fit fundatio. Vnde, male Cruſius allegat *Aſtrum*, quaſi vel interventum filiarum aliarumq; perſonarum à fundationibus excluſerim; vel intuitus Ordinis Religioſi, non fuerit ſemper cauſa finalis in Fundatore. Quin, etiamſi filia Fundatoris, ipſamet intraverit huiuſmodi Monaſterium, & ad ipſius preces Pater illud multis bonis dotaverit (quod ſæpe factum legimus) tamen illorum dominium non tranſtulit in filiam, utpote per votum paupertatis, dominii ſingulariter incapacem: ſed nec adæquatus finis CVI, filia fuit, alias ipſa mortua, bona non pertinuiſſet ad Monaſterium. Cum proinde Fundator dominium bonorum illorum non in filiam, ſed in gratiam impellentis filiæ in Sanctimoniales tranſtulerit, quæ inibi Ordinis eiuſdem Inſtitutum complexæ, Deo fideliter ac devotè, iuxta ſuam Regulam, ſerviverint; certum eſt, talis Ordinis Moniales, ſive Collegium Monialium, adæquatum finem *Cui* fuiſſe: ſicq; *INTVITV* ſolius ordinis Religioſi, veluti finis *Cui*, Monaſterium eſſe fundatum.

Cauſa impulſiva, nō proprie dicitur cauſa. *Menoch lib. 4. præſumpt. 24. num. 18.*

4. *Hinc 2. colligitur*, pergit Cruſius, *F. Romanum falli, quando negat fundationes factas INTVITV illuſtrium perſonarum: cum quotidianus uſus contrariū oſtendat.* Iterum fumum in horto vendit Hortulanus. Non abnuo poſſe fieri fundationes Eccleſiaſticas, intuitu illuſtrium perſonarū, id eſt, ut ſolū Illuſtres perſonæ ibi recipiantur & ſuſtētētur, nō tamen quatenus *ſolū* illuſtres, ſed quatenus ex illuſtribus perſonis in Clerū adſcitæ. Quāvis nō ſatis appareat, in quanam Eccleſia Collegiata vel Cathedrali per universā Germaniā eiuſmodi fundatio pro ſolū illuſtrib. perſonis facta fuerit; cū & nobiliſſimus Epiſcopatus Argentinēſis, ut patet ex c. Venerabilis. 37. de præb. & dign. contra ignobiles Sūmo Pontifici non fundationē, ſed ſolam conſuetudinem obiecerit; nec ab aliis Cathedralib. facile, imo nec ab ipſa Eccleſia Romana, ulla conſuetudine, minus fundatione à Piſcatore deducta, nō-illuſtres genere excludantur. Verū, his

ad no-

ad noſtram allegat. 317. remiſſis, ſermo ſolumodo nobis hîc eſt *de Monaſteriis*, in quæ inductis Abbate cum Conuentu Regulari, quærebatur, cur talis Inſtituti, homines introduxerit, & non alius? reſpondi id factum intuitu finali ipſius Ordinis & Inſtituti, ſiue jam Abbas & Conuentuales fuerint genere illuſtres, aut non-illuſtres; ſiue nobiles fuerint, ſiue ignobiles; Originem ſtirpis & ſanguinis attentam non fuiſſe, ſed Regulæ obſeruantiam. *Sermo nobis eſt, de ſolis Monaſteriis.*

5. Neque inueniet Cruſius, Monaſterium, quod pro *ſolis* genere nobilibus, nedum illuſtribus perſonis fuerit extructum & fundatum; cùm nec ipſam Fuldenſem Abbatiam, quæ inter omnes Germaniæ & Galliæ Primas eſt, legamus à S. Bonifacio, vel S. Sturmio pro ſolis Nobilibus fundatam fuiſſe; ſimulque conſtet, hominum memoriâ, non-nobiles ibi Monachos & Officiales extitiſſe. Lapides loquuntur & Epithaphia quæ coràm inſpeximus. Quotquot enim fundatores antiquitus pro Ordine S. Benedicti Monaſteria fundarunt, nō aliter ſe fundaſſe declararunt, quàm vt ibi Monaſtica vita, iuxta Regulam S. Benedicti inſtitueretur, in cuius cap. 2. expreſse continetur, *ne ingenuus præponatur ex ſeruitio conuertenti, quia ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes in Chriſto vnum ſumus, & ſub eodem Domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus; quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio.* Adeoque eſto, poſſint aliquæ Eccleſiæ intuitu *ſolùm* illuſtrium perſonarum finaliter fundari, (de quotidiano vſu Cruſij non conſtat) nihil hoc ad Monaſteria, de quibus mihi ſolùm ſermo. Nec diſſentiunt à nobis ICti Dilingani, tract. compoſ. pac. c. 7. q. 51. n. 29. dum dicunt, *Maiores Confeſſioniſtarum, ETIAM eam ob cauſam Eccleſias & Monaſteria fundaſſe, vt ex numeroſa illuſtriſſimorum aut nobilium familiarum prole, aliqui Deo offerrentur.* Veriſſima ſunt hæc, & magis pro nobis, quàm pro Cruſio; dicunt enim, Eccleſias & Monaſteria non pro *ſolis* illuſtribus & nobilibus, ſed, *ETIAM pro illuſtribus & nobilibus* fundata eſſe. Hinc eſt, quòd omnia Monaſteria patent honeſtis familijs, non ſolùm non-illuſtribus, ſed *etiam* illuſtribus; non ſolùm ignobilibus, ſed *etiam* nobilibus, vbi non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, ſed idem Dominus omnium, diues in omnes. *Regula S. Benedict. vetat, in Monaſteriis nobiles præponi ignobilibus.*

6. Vt verò Cruſio ſcrupulum omnem eximamus, quid Patres Vniuerſalis Eccleſiæ, in Concilio Baſileenſi circa rē hanc definiuerint audiamus; quòd licet ab Eccleſia, Summoque Pontifice non legatur in omnibus receptum, tamen, quoad hanc reformationis Monachorum Bullam, nullibi legitur reiectum aut improbatum fuiſſe, quæ ſic incipit: *Sacroſancta Generalis Synodus Baſileenſis in ſpiritu ſancto legitimè congregata, Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, dilectis Eccleſiæ filiis, Vniuerſis & ſingulis Præſidentibus & Viſitatoribus pro futuris Capitulis Prouincialibus nigrorum Monachorum, vbilibet deputatis, & in futurum deputandis, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Inter curas multiplices, quibus occurrentium rerum & negotiorum Vniuerſalis Eccleſiæ varietatibus diſtrahimur, illa potiſſimùm mentes noſtras incitat, per quam regulares Ordines, & loca iugo ſanctimoniæ dedita, in ſpiritualibus refloreant &c.* Et inferiùs artic. 17. *Volumus & ordinamus, quòd in omni Monaſterio, vbi ſufficiunt*

9. Quibus omnibus conformiter, in decimo ſexto Capitulo Prouinciali, itidem Erfordiæ celebrato, Anno 1456. ſequentia Receſſui inſerta leguntur. *Præterea, nonnulla feruntur in noſtra Prouincia eſſe Monaſteria vtriuſque ſexus, in quibus militares duntaxat & Nobiles ad profeſſionem recipi conſueuerunt; Vnde prouenit omnis diſſolutio, & deſtitutio Regularis obſeruantia, ac TOTALIS eorundem Monaſteriorum, in ſpiritualibus & temporalibus RVINA. Exquirant Viſitatores huius conſuetudinis rationem: & ſi priuilegia allegentur, diligenter ea examinent, vt veritate comperta, huiuſmodi ELATVS ABVSVS poſſit aboleri, & indifferenter perſonæ (aliàs idoneæ) abſq; nobilitatis reſpectu, deinceps ibidem SECVNDVM REGVLAM, profiteantur.* Quinimo, in primo Capitulo Prouinciali, Conſtantiæ in Monaſterio Petri domus Anno 1417. congregato, hæc eadem concluſa fuere: *Volumus & ordinamus, quòd numerus Monachorum antiquitus inſtitutus, ſi ad hoc ſufficiant facultates, vel ſi non, tot quot commodè contentari poterunt, teneantur, ne prætextu priuilegij ſeu conſuetudinis, QVÆ POTIVS DICENDA EST CORRVPTELA, qui dicunt, ſe nullum niſi Nobilem recipere debere, defendere ſe valeant aliquo modo.* Quæ omnia, cùm toties propoſita, iniuncta, & vnanimiter citra contradictionem vllius acceptata & approbata fuerint, noſtram ſententiam ſolidè confirmant, viciſſim figmentum Cruſij, de *fundationibus Monaſteriorum, intuitu ſtemmatis perſonarum in indiuiduo, vel natalium ipſorum Monachorum factis*, funditus euertunt; quia proculdubio illa Monaſteria reclamaſſent & contradixiſſent, ſi quæ pro ſolis nobilibus fundata fuiſſe conſtitiſſet. Proinde vana eſt ſine viribus vmbra Cruſij, qui inſtar Semei, ſemper extra chorum ſaltans, aliamque viam *per iugum montis ex latere contra* me *gradiens, terram ſpargit, & lapides mittit*, ne eum Diabolus ocioſum inueniat.

Totalis Monaſteriorum ruina prouenit exinde, ſi ſoli Nobiles in Monaſteriis ſuſcipiantur.

2. Reg. 16.

10. Præterea (pergit iterum Bremenſis) *negat F. Romanus fundationem factam Religioſis, inquantum erant purè Clerici. Reſpondeo. Si de prima F. Romanus agit fundatione, non eam in omnibus obtinere Monaſteriis: nam multa Eccleſiæ principiò pro purè Clericis ſæcularibus fuerunt fundatæ, quæ poſtea tranſlatæ ſunt ad regulares.* Hæc ille aquam hauriens cribro. Ego loquebar expreſsè de fundatione *factâ Religioſis*, non Clericis; & de illis Monaſterijs, in quæ per Fundatores primitus Abbas & Conuentus inducebantur, non Clerici: Cruſius verò, vt concluſionem pro libitu formet, theſin pro arbitrio variat, & ex ὕστερον, facit πρότερον, alter Metamorphoſeos Ouidius. Fingit, niſi dem, quod carpat. Cruſi, cape conſilium ab amico, & Eclipſin tuam quantocius ſupprime, ne *fabula Orbis* nomineris, & cognati Bremenſes te *in curia leonem, in caſtris leporem eſſe* dicant.

454 Aſtrum inext.

Omnia inuertit Cruſius.

SAL

FALSÆ ALLEGATIONES

SAL INFATVATVM.

Error aliquando pro opinione ſumitur.

Fol. 121. *col.* 1. *ante fin.*

Qu. 3. *c.* 3. *n.* 17.

455. Ius Canonicum. *Abbas vel Prior aliunde poſtulatus, vt ius aliquod habeat in hoc Monaſterio independente, ad quod euocatur,* doctore Cruſio, *de nouo DEBET illic ante profiteri per textum EXPRESSVM in c. Abbate. de V. S.* At verò textus iſtius capitis, expreſsè aliud loquitur, ideoque *inſulſa* eſt allegatio, & Religionum praxi contraria, vt ſuprà fuſius dictum. allegat. 108. & alibi.

VLTRA CADES.

In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte. *Horat.*

Fol. 102. *col.* 2. *poſt med.*

Qu. 3. *c.* 1. *num.* 9.

456. Aſtrum inextin. Ioannes Cruſius, pro iſta aſſertione, *quod Ordini Religioſo ius in bonis illis, fundatis, & modò deſtitutis, acquiſitum ſit,* ait me inter cætera allegare c. cùm venerabilis. de relig. dom. & paulo poſt allegat Aſtri fol. 36. & 37. Vtrumque perperam. Thomas ſum, niſi videro non credam: nam nec ijs locis, nec alijs, eo fine me caput illud allegaſſe memini. Itaque Cruſius, cui memoriter loqui mos eſt, hac vice *vltra Cades* nauigauit.

BACVLVS.

Baculus in angulo.

Fol. 91. *col.* 1. *ante med.*

Qu. 2. *ſect.* 3. *c.* 3. *ſub. nu.* 6.

457. Ius Canonicum. 1. *Monachi tranſituri ad aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis & Inſtitutionis, debent in illo alio nouam emittere profeſſionem, PER c. præterea. de prabend. ibi & in vtraq; Eccleſia regulariter profeſſus.* Ita Cruſius, cui ſolenne eſt, textus allegare ſiue congruentes, ſiue ocioſos, dummodo folia citationibus impleantur ad impediendum vacuum. Exſcribo totum illud caput: *Præterea de G. qui in tua & Tholoſana Eccleſia eſt Archidiaconus conſtitutus, & in vtraq; Eccleſia regulariter profeſſus: Mãdamus, quatenus eundẽ altero, quem maluerit, Archidiaconatu facias eſſe contentum.* Mandat hoc loco Papa, vt habens duas dignitates, alterã dimittere compellatur: ergo Monachi tranſituri ad aliud Monaſterium eiuſdẽ Ordinis, debent ibi nouam emittere profeſſionem. Vide cõſequentiã ipſo Cruſio craſſiorem. Quæ autem ibi præmittuntur de Canonico illo Regulari, ꝙ in vtraq; Eccleſia Cathedrali fuerit regulariter profeſſus, ad narrationẽ pertinent; quæ narratiua legẽ non conſtituit, ſed quid factũ fuerit, hiſtoricè exponit: Neq; de tranſlatione Canonica ibi ſermo eſt, cùm præfatus Canonicus,

Canonicus,utrumque Archidiaconatum ſimul tenere intenderit, non cupiens ſe ab una Eccleſia ad aliam transferri. Unde & optionem alterutrius retinendi accepit. Vide c. nullus. c. mandamus. & c. ſtatuimus. 19. q. 3. Igitur alius baculus Cruſio quo ſuſtentetur inquirendus eſt, quàm ille in angulo. Rectè Seneca: *Nullum magnum ingenium, ſine ſpecie dementiæ fuit.*

FALSÆ ALLEGATIONES.

2. Eodem loco,pro eàdem ſententia confirmanda, allegat authoritatem Abbat. & Decij,quem ait plures contra alios afferre Dd. authoritates; ubi ſubjungit hæc,*Quamvis Fridericus de Senis contrariam illic proponat ſimul Doctorum opinionem,quam Panorm. & Decius cit. loco,& maximè Navarr. in comment. 4. de regular. n. 22. REFUTANT, & noſtram ſententiam latè propugnant.* Certè allegatus Panorm. in d. c. præterea. neminem omnino refutat,nedum ut latè propugnet Cruſij ſententiam. Decij verba ibid. nu. 2. ſunt hæc. *Tertiò nota,quod ſi Monachus profeſſus eſt in uno Monaſterio, & ad aliud proficiſcatur, debet etiam ibi profeſſionem facere. Ita dixit Abb. hic. & ita probatur in c. Abbate. ubi Abb. in 4. not. infra de verb. ſign. no. Feder. in conſ. 5. incipit. quidam Monachus. dub. 2. & adde Abb. in conſ. 96. cùm ad aures. in fi. col. Quod verum videtur,quantum ad hoc,ut Monachus ſecundi Monaſterij dicatur, prout loquitur text. in d. c. Abbate. SECUS quoad ſubſtantiam regulæ,quia non videtur neceſſaria alia profeſſio, cùm ſit eadem Religio.* Ergo Decius ſuam duntaxat,& quidem cum diſtinctione, profert opinionem, nec (ut aiebat Cruſius) refutat contrariam; nec plures pro ſe allegat Doctorum authoritates, præterquam Abbatis & Federici. Navarrus porrò,etiam à Laymanno citatus Aſtri cenſurâ 12. ex conſil. 3. de regularib. edit. 1. non loquitur de Monacho transeunte ad aliud Monaſterium ejuſdem Ordinis: ſed quæſtionē ponit; *An Monachus,ſeu Regularis unā RELIGIONEM APPROBATAM legitimè,profeſſus trāſiens legitimè ad ALIAM APPROBATAM, teneatur de novo profiteri in ſecūda RELIGIONE.* Adeoq; ſententiā Cruſij nec *latè* nec longè *propugnat*; nec *refutat* contrariam, quam multi Doctores defendunt; quos inter Rebuffus de translat. Monach. *Notandum eſt*, inquit, *quando quis translatus eſt ad aliud Monaſterium, non eſt neceſſe facere novam profeſſionem in ſecundo Monaſterio, nam ſemel facta profeſſio ſufficit. c. nullus. c. indemnitatibus. de elect. in 6. quando non ſunt diverſæ Regulæ. Pan. c. Abbate. not. 4. de V. S.* Quam ſententiam efficaciter firmat Benedictina, cap. 31. ubi ſolam expreſſionem voluntatis alterutrius Monaſterij eligendi, ad canonicam translationem (ſuppoſito utriuſque conſenſu) ſufficere pronunciat: *Nos,* inquiens, *auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, quòd quivis ex Monachis ſuprà dictis, infrà menſem poſt publicationē præſentis Conſtitutionis, dictarum Eccleſiarum ſeu Monaſteriorum alterum eligere teneatur. Quodſi ſecundùm elegerit, ſtatim eo ipſo ejus verus Monachus cenſeatur, & eſſe deſinat in priori.* Hæc ibi.

458. Panor. 459. Phil. Decius. 460. Navarr.

Monachus canonicè translatus ad aliud Monaſteriū. non tenetur iterum profiteri, ſi aliunde cōſtat utrinq; de cōſenſu incorporationis.

FALSÆ ALLEGATIONES.

NODUS GORDIUS.

Puriùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Fol. 129. *col.* 1. & 2.
Quæſt. 3. *c.* 3. *nu.* 23.

461. Ius Can. 1. Canoniſtam eſſe Cruſium, vel ex hoc loco liquet; ubi laborat in expoſitione cap. *quæ ſemel dedicata ſunt Monaſteria cum conſilio Epiſcoporum, SEMPER MANEANT MONASTERIA.* 19. q. 3. Quod cùm pro me in *Aſtro* allegaſſem, Cruſius hîc illud *nihil contra ſe facere*, ait, *quia per Monaſteria Deo Dicata, illic intelliguntur Collegia Religioſa, ijs enim ſervantur res & bona. Probibet autem dictus Canon, ne Collegia Religioſa aboleantur, & ſubſtituantur homines ſæculares.* Et infrà. *Sed nihil contra nos; Nec enim nos agimus, ut loca pia transferantur, ad uſus prophanos, aut fiant habitacula ſæcularia,* ſed ut fiant habitacula, vel prædia Patrum Societatis Ieſu, æquè Collegia Religioſa conſtituentium: *In favorabilibus* enim, ut ait Laur. Forer in Anatom. ſect. 5. num. 9. *ſub nomine Monaſterij, etiam intelligitur Collegium Societatis; & ſub Monachorum nomine, Ieſuitæ*; adeoque dictum caput. *quæ ſemel*, non violatur introductione Societatis, violaretur autem introductione Clericorum ſæcularium. Similia Cruſius, probè ſciens, *nihil eſſe utilius, quàm fieri utilem ſibi*, ut ait Seneca.

Diſtorta Cruſij explicatio capitis. quæ ſemel. 19. q. 3.

Dæmon languebat, Monachus mox eſſe volebat. &c.

2. Verùm, hunc nodum, jam dudum Gordium exiſtimatum (tametſi evidenter fallat in translatione Monaſteriorum, ad Seminaria Clericorum ſæcularium) ſolvimus Aſtri q. 7. nu. 5. his verbis: *Sanè perlepidum eſt audire, illos, qui cæteroqui Monachorum nomen in ſeipſis averſantur, in gratiam hæreditatis alienæ capeſſendæ, Monachos hodie nominari velle. Sed non ſuccedet artificium; nam eſto, Monachorum nomine, Regulares omnes in Iure Canonico nonnunquam veniant, tamen, quando Clerici Regulares & Monachi, eorumq; domicilia inter ſe opponuntur, ut partes contrariæ, (quod in hac ipſa Monaſteriorum cauſa contingit) tunc nomen Monachi, & nomen Monaſterij, ſtant pro ſuo principali; & favor propriam ſignificationem ſequitur, non Metaphoricam aut ſecundariam; aliàs contingeret, ut Sacri Canones eandem rem individuam partibus contrarijs adjudicarent: quod eſt impoſſibile.* Explico; nam video, Cruſium hanc ſolutionem non intellexiſſe. Eſt Monaſterium Ord. S. Bened. ab annis octoginta deſtitutum; veniunt hodie Monachi Benedictini, ut ipſum reſtaurent, tanquam Monaſterium pro ſuo Ordine fundatum: veniunt Patres Societatis, ut illud occupent, neque ſinant à Benedictinis inſtaurari, idque ſub prætextu majoris gloriæ Dei. Sunt hi, partes inter ſe contrariæ, & de Monaſterio collitigantes. Appellatur utrinque, ſeu potiùs compromittitur in d. cap. quæ ſemel. velut in Iudicem, cùm id erga utroſque videatur indifferens eſſe. Partibus contrarijs utriſque in ſolidum, hic Iudex Monaſterium adjudicare non poterit, cùm unius rei individuæ dominium

Patres Societatis, etiam volunt nominari Monachi, ut Monaſterijs potiantur.

neque-

nequeat eſſe penes duos : Sed neque diviſum, cùm non ſit arandum in bove & aſino. Verùm, pro tribunali ſedens, ſic pronunciabit: *Quæ ſemel dedicata ſunt Monaſteria, SEMPER MANEANT MONASTERIA.* Hîc Monachi pro ſe habent propriam ſignificationem Monaſterij; Ieſuitæ ſecundariam ſeu translatitiam. Hoc ergo litigio inter propriam, & adſcititiam ſignificationem Monaſterij exiſtente, nomen Monachi, & nomen Monaſterij, ſtant pro ſuo principali ſignificato, & favor ſententiæ prolatę, propriam ſignificationem ſequitur, non impropriam. *Verbum enim ſimpliciter prolatum, debet intelligi in potiori ſignificato. c. penult. de ſent. excomm.* Zerola part. 1. prax. Epiſc. verb. abſolutio. ad 3. *ejusq; PROPRIETAS eſt attendenda.* l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. non aliter. de leg. 3. Men. lib. 4. præſumpt. 177. n. 3 & 5. *nec extenditur ultra ſuam ſignificationem.* l. Titia. §. Cajus. de leg. 2. Menoch. cit. lib. præſumpt. 100. num. 28. Et ſic Patres Ieſuitę, hoc Iudice, causâ cadunt; adeoq; mala eſt allegatio d. c. quæ ſemel.

Verbum ſimpliciter prolatum, debet intelligi in ſenſu principali, non metaphorico.

3. Prout idem caput, eodem ſenſu, pro ſignificato principali expoſuit Innocentius III. in Brevi ad Guilielmum Archiepiſcopum Rhemenſem dato Romæ. 5. Idus May, anno 1198. ubi: *Nos*, ait, *ut in Abbatia Caſtri Moſobin Epiſcopatum erigere valeas, liberam tibi concedimus facultatem, ita tamen, quòd ab eodem Monaſterio Monachi nullatenus excludantur, ne fortè venire contra ſanctiones Canonicas videremur, quibus provida fuit deliberatione ſtatutum, ut quæ ſemel Deo dedicata ſunt Monaſteria, ſemper maneant Monaſteria.* Cur autem ſub nomine Monaſterij hoc loco non poſſit intelligi Collegiū Societ. Ieſu, inter alias, cauſa eſt, quòd Dignitates & Beneficia inibi authoritate Eccleſiaſtica fundata, ſint Dignitates, tituli, & Beneficia Monaſtica Benedictina, v. g Abbatia, Præpoſitura, Prioratus &c. quæ ſunt jura realia, utpote intuitu loci, Monaſterio conceſſa, & ſuapte natura perpetua, adeoque omnibus etiam de Collegio mortuis (ut ſuprà demonſtratū) habitu durantia. Harum ergo Dignitatum & Beneficiorum Monaſticorum, cum Patres Societatis ſint incapaces, velut non qualificati; imò nec ullum Monaſterium legitimè poſſidere queant, antequā omnes Dignitates & tituli Monaſtici, eorumq; eſſentia, exiſtentia, & dependentia ab Ordine S. Benedicti, per Papam legitimè ſupprimantur, & forma Monaſtica olim introducta, extinguatur; ſequitur eos ſub nomine Monachorum, & Collegia Societatis, ſub nomine Monaſteriorum hoc loco non poſſe compræhendi.

Cur ſub nomine Monachi, hic nequeant intelligi Ieſuitæ, ratio fundamētalis.

4. Ac licet in *Aſtro*, & *Aula* noſtra, plus quàm abundè docuerimus, per mortem omnium de Collegio, Monaſterium cum ſuis titulis, beneficijs, & dignitatibus, juribus & privilegijs extinctum non eſſe; in gratiam tamen Cruſij, ſi fortè ſpes ſit ipſum convertendi, adhuc uno motivo rem tentabimus, id quod num. 43. *Aula* noſtræ breviter inſinuavimus. Quid ſi, enim, Pontificem Maximum, qui conditor eſt Iuris Canonici, quiq; omnia jura in ſcrinio pectoris ſui continere creditur, adeoq, Curiam Romanam, nobiſcum ſentire, clariſſimè demonſtravero? Animum adverte Cruſi ad Summi Pontificis verba.

Venerabili fratri Martino Epiſcopo Inſulan, moderno & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in partibus inferioris Germaniæ Nuncio.

VRBANVS PP. VIII.

Vrbani VIII. literæ ad Nuncium Apoſtolicum Germaniæ inferioris.

Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Aliàs à Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Dilecto filio, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in partibus inferioris Germaniæ Nuncio, Vrbanus PP. VIII. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Etſi Romanum Pontificem, omnes qui Chriſtiano nomine cenſentur, paterna decet charitate complecti; ijs tamen æquum eſt, plura & uberiora paſtoralis benignitatis argumenta præbere, qui arma lucis induentes, errorum tenebras depellere, impietatemq; profligare nituntur, quod quidem, ſicuti in omnibus maximè laudatur, ita in Principibus juris, quorum exempla in cæteros manare, virtuteſq; in æternæ ſalutis viam creditis ſibi populis prælucere conſueverunt, ſummopere expetendum eſt. Hac igitur Nobis ob oculos proponentes, nec non etiam laborioſam, atque indefeſſam, quam Societas Ieſu in militantis Eccleſiæ agro colendo, & vepribus purgando, ſalutaribuſq; Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſementis irrigando, inter cæteros illius cultores, aſſiduam navant operam, intra cordis noſtri arcana aſſiduè revolventes, meritò inducimur, ut ad ea, per quæ ejuſdem Societatis Collegijs, pro ſuis neceſſitatibus & oneribus ſublevandis, congruæ ſubventionis auxilia ſubminiſtrari valeant, libenter intendamus, atque in his, Paſtoralis officij noſtri partes favorabiliter interponamus, prout rerum & temporum qualitatibus debitè penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè dilectus filius Ioannes Aloyſius Comes de Naſſavv-Catzenelenbogen, Nobis nuper exponi fecit, quòd ipſe Catholicæ Religionis exercitiũ, in eam Comitatus de Naſſavv partem, quæ ſibi in diviſione bonorum paternæ hæreditatis, inter ipſum ac fratrem & nepotes ſuos facta obvenit, reſtituere plurimùm deſiderat; & ad hunc effectum, dilectis filijs Presbyteris dictæ Societatis, quorum etiam opera ipſe Ioannes Aloyſius Comes fidem Catholicam ſuſcepit, uti intendit. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, in loco de Dier, Trevirenſis Diœceſis, quædam Collegiata Eccleſia, olim per Comites de Naſſavv hujuſmodi pro duodecim Canonicis fundata, in qua, ab eo tempore, quo Comites, ejus prædeceſſores à fide Catholica defecerunt, Miniſtri Eccleſiaſtici ampliùs nunquam fuerunt; & inſuper non longè ab eodem loco, unum de Dürſtein S. Benedicti, ac aliud de Beſelick Præmonſtratenſis, dictæ Trevirenſis; & aliud Throun Ciſtercienſis Moguntinenſis; nec-non reliquum de Gnadenthal etiam Ciſtercienſis Ordinum prædictæ Trevirenſis reſpectivè Diœceſium, Monialium Monaſteria, in quæ poſt introductam in dictum Comitatum, illiq; adjacentes ſeu vicinas Provincias Calviniſticam hæreſin, nullæ aliæ Moniales introductæ fuerunt; verum illorum fructus, reditus & proventus, tum in proprios Miniſtrorum hæreticorum uſus, tum etiam in ipſorum, & cujuſdam ſcholæ, in qua impiæ Calvini hæreſes docebantur, manutentionem hactenus converſi ſunt, reperiantur; idem Ioannes Aloyſius opere pretium futurum eſſe exiſti-

Quatuor Abbatiæ Monialium, & una Eccleſia Collegiata petũtur pro unico Collegio Societatis Ieſu, & puerorũ Seminario.

exiſtimavit, ſi Eccleſia, & Monaſteria, hujuſmodi Ordinibus prædictis ac omni illorum ESSENTIA & EXISTENTIA REGVLARIBVS reſpective, Apoſtolica Authoritate perpetuò SVPPRESSIS & EXTINCTIS, Eccleſia, & Monaſteria ipſa eidem Societati Ieſu, pro VNO illius Collegio, unoq; puerorum Eccleſiaſtico Seminario inibi erigendis concederetur; fructus verò Eccleſiæ & Monaſteriorum hujuſmodi, quæ OMNINO DESTITVTA ſunt, cum omnibus Iuribus, & pertinentijs univerſis, eiſdem Collegio & Seminario, pro illorum dote & manutentione, onerumq; eis incumbentium ſupportatione applicarentur & approprîarentur; cùm ex hoc profectò fieret, ut ejuſdem Societatis Presbyteri, juxta ſalubria eorum inſtituta, prædictorum & finitimorum locorum juventutem, in Catholica Religione, & doctrina Chriſtiana, boniſq; moribus & diſciplinis imbuerent & inſtituerent, hæreſum & damnatarum opinionum contagium illis partibus adhuc graſſans reprimerent, & fidei Catholicæ ſinceritatem ibidem conſervarent, aliaq; pia & ſalubria miniſteria, ad publicam utilitatem & ſalutem jugiter obirent.

Quare pro parte dicti Ioannis Aloyſij, aſſerentis fructus, reditus & proventus Eccleſiæ & Monaſteriorum hujuſmodi, cum illis forſan annexis, ſummam mille & ſexcentorum Ducatorum auri de Camera, vel circiter, ſecundùm communem æſtimationem annuatim inſimul non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes Beneficia Eccleſiaſtica alijs uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundùm communem exiſtimationẽ tam beneficij uniendi, quàm illius, cui aliud uniri peteretur, alioquin Vnio non valeret; & ſemper in Vnionibus Commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, & idem obſervari voluimus, in quibuſvis ſuppreſſionibus, perpetuis conceſſionibus, & diſmembrationibus, &c. de quibuſvis fructibus & bonis Eccleſiaſticis, egregium Catholicæ Religionis Zelum ipſius Ioannis Aloyſij plurimùm in Domino commendantes, ipſumq; à quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harũ ſeriè abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon Eccleſiæ & Monaſteriorum hujuſmodi ------ ---- etiamſi ex illis, quavis generalis reſervatio, etiam in Corpore Iuris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus inclinati, De Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Palatinatus præpoſitorum conſilio, Tibi per præſentes committimus & mandamus, ut Eccleſiam & MONASTERIA prædicta, ſicut præfertur DESTITVTA, quovis modo, & ex quorumcunq; perſonis, ſeu per liberas reſignationes, vel ceſſiones quorumvis de illis illorumq; regimine & adminiſtratione in Romana Curia, vel extra eam, & coram Notario publico & teſtibus ſponte factas VACENT, etiamſi tanto tempore VACAVERINT, quòd eorum ac dictæ Eccleſiæ Canonicatuum & Præbendarum, aliorumq; Beneficiorum Eccleſiaſticorum proviſio, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilij, aut alias Canonicas ſanctiones, ad Sedem Apoſtolicam legitimè DEVO-

Aliquid deeſt.

Monaſteria deſtituta vacant, & non ſunt extincta.

DEVOLVTA exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad Sedem eandem ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac ſuper illorum regimine & adminiſtratione inter aliquos lis, ſeu illorum poſſeſſorio, vel quaſi, moleſtia, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, DVMMODO tempore datæ præſentium, non ſit ijſdem Monaſterijs DE ABBATISSIS CANONICE PROVISVM, aut CANONICATVS ET PRÆBENDÆ, ALIAQVE BENEFICIA hujuſmodi, ALIIS COLLATA NON EXISTANT, cum illorum annexis, ac omnibus Iuribus & pertinentijs ſuis, Collegio & Seminario erigendis hujuſmodi, ex nunc prout poſtquam erecta fuerint, ita quòd liceat illorum Rectori ſeu Rectoribus præsbyteris & Clericis pro tempore exiſtentibus, per ſe, vel alium ſeu alios eorum ac Collegij & Seminarij hujuſmodi omnibus, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, ac Monaſteriorum prædictorum, propria auctoritate, liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, ac illorum fructus, reditus & proventus, Iura, obventiones & emolumenta quæcunque percipere, exigere, levare, locare, arrendare, adminiſtrare, atque in uſus, neceſſitatem & utilitatem Collegij & Seminarij erigendorum hujuſmodi convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita, Auctoritate noſtra Apoſtolica perpetuò applices & appropries; ac IN DICTIS MONASTERIIS, S. Benedicti, Ciſtercienſem & Præmonſtratenſem ORDINES, & REGVLAS, OMNEMQVE illorum, & COLLEGIATÆ hujuſmodi STATVM, ESSENTIAM, & DEPENDENTIAM REGVLARES reſpectivè, eâdem auctoritate perpetuò ſimiliter SVPPRIMAS ET EXTINGVAS: Nec non præſentes literas, etiam ex eo, quòd Superiores Ordinum prædictorum, & quicunq; alij in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, minuſq; cauſæ, propter quas illæ emanarunt, coram loci Ordinario, etiam tanquam Sedis prædictæ delegato, ſive aliàs examinatæ, verificatæ vel juſtificatæ non fuerint, de ſub- & obreptionis ſeu nullitatis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel quopiam alio defectu, notari, impugnari, retractari, annullari vel invalidari, ſeu in jus vel controverſiam vocari, aut ad viam & terminos Iuris reduci, ſive adversùs illas quodcunq; juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari aut concedi nullatenus unquam poſſe; ſed illas ſemper & perpetuò validas, firmas & efficaces fore & eſſe; neque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiam per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac Sedem prædictam ſub quibuſcunque verborum expreſſionibus & formis pro tempore quomodolibet factis, nullatenus unquam comprahendi vel confundi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè redintegratas, ac de novo, etiam ſub quacunq; poſteriori data, per Rectorem & Collegiales prædictos, Collegij & Seminarij prædictorum quandocunque eligenda conceſſas eſſe & fore, ſuoſq; plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere; Sicq; per quoſcunq; Iudices, Ordinarios & delegatos, quavis aucto-

Superſunt in ijs præbendæ & fũdata Beneficia.

Status regularitatis & Ordinis primùm hic jubetur ſupprimi & extingui.

Summũ Pont. in ſcholas mittit Valent. Mangionius, quãdo ſcribit: Impropriè & FALSO dicitur extingui & ſupprimi, in caſu incorporationis alicujus Monaſterij alteri Ordini: *Theorica Aſtri. 1. 4.n.208.in fin.*

auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, ſeu vicelegatos, dictaq; Sedis Nuncios judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, eâdem auctoritate noſtra decernas, & declares: Super quibus omnibus & ſingulis, plenam & amplam tibi per præſentes facultatem impartimur.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Noſtris de Vnionibus committendis ad partes, vocatis intereſſe habentibus, ac de exprimendo vero annuo valore, ſecundùm æſtimationem prædictam, tam Beneficij uniendi, quàm illius cui ſit unio; nec non Lateranenſis noviſſimè celebrati, Vniones perpetuas, niſi in caſibus à Iure permiſſis, fieri prohibentis, alijſque quibuſvis Apoſtolicis, ac in Vniverſalibus, Provincialibusq;, & Synodalibus Concilijs, editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Eccleſiæ, Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegijs quoq;, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumq; Superioribus & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusq; etiam alijs Decretis, in genere vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter, etiam iteratis vicibus, in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumq; tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenoribus, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 12. Apr. M. DC. XXXI. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Cùm autem, ſicut dictus Ioan: Aloyſius Nobis nuper exponi fecit, Venerabilis frater Petrus Aloyſius Epiſcopus Tricaricenſis, tunc Noſter, & Sedis prædicta in partibus inferioris Germaniæ Nuncius, poſtquam præinſertas literas hujuſmodi, cœpiſſet executioni demandare, à Nunciatura hujuſmodi deceſſerit: dictus verò Io: Aloyſius eaſdē præinſertas literas noſtras executioni demandari ſummopere deſideret; Nos dictum Ioan. Aloyſium amplioribus favoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliyſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendū, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ad totalem atq; omnimodam præinſertarum literarum noſtrarū hujuſmodi, auctoritate Noſtra procedas in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi illæ à principio tibi nominatim, & in ſpecie directæ fuiſſent. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis literis volumus non obſtare, cæte-

cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die 10. Auguſti, M. DC. XXXVII. Pontificatus noſtri, anno decimo quarto.

M. A. Maraldus.

Colliguntur ſequela pro nobis, contra Cruſium.

5. Ex quibus literis, ſeu Brevi Apoſtolico tranſlationis tot Monaſteriorum & Eccleſiarum ad unicum Collegium Societatis, & Seminarium puerorum, Obſervandum 1. quòd præinſerta Eccleſia Collegiata, & quatuor Abbatiæ ſeu Monaſteria, omnibus de Collegio ibidem mortuis, nō *Extincta*, ſed bis expreſsè per Summum Pontificem nominentur *deſtituta*, & bis *vacantia*. 2. Quòd in dictis Monaſterijs & Eccleſia, ex eo tempore, quo Comites Naſſovienſes jam olim à fide Catholica defecerant, nulli Miniſtri Eccleſiaſtici, nec ullæ Moniales hactenus introductæ fuerint; adeoq; tales Eccleſiæ, à multis retrò annis, extiterint per mortem omnium totaliter *deſtitutæ* & *vacantes*. 3. Non obſtante hac deſtitutione per mortem omnium, & diſſolutione facti, nihilominus hujuſmodi Eccleſiam, à Summo Pontifice adhuc *Collegiatam Eccleſiam*; & Monaſteria, *Monaſteria* nominari, & agnoſci. 4. Et quidem talia Monaſteria & Eccleſiam, quæ *VACENT*, & quorum proviſio uſq; ad Sedem Apoſtolicam *DEVOLVI* poterat, quibus etiam hactenus reſpectivè, de Abbatiſſis per inferiores Prælatos *PROVIDERI*, Canonicatus autem & Præbendæ, aliaq; Beneficia, alijs *CONFERRI* potuiſſent, per illa verba: *Dummodo tempore datæ præſentium, non ſit iiſdem Monaſterijs Canonicè PROVISVM*, (ergo Canonicè provideri euſq; poterat) *aut Canonicatus & Præbendæ, aliaq; Beneficia hujuſmodi ALIIS COLLATA non exiſtant.*

Efficaciſſima illatio, quòd Monaſteria deſtituta, non ſint extincta.

5. Vnde ſequitur, hujuſmodi Monaſteria, & titulos Abbatiæ, Canonicatuum, Præbendarum & Beneficiorum, unà cum juribus cohærentibus, in his Collegijs, per mortem omnium non fuiſſe extinctos; quia nec Beneficia extincta *vacare*, nec eorum proviſio *devolvi*, nec de eo quod non eſt, cuiquā *provideri* poteſt; non-entis enim nulla eſt *vocatio*, nulla *devolutio*, nulla *collatio* nec *proviſio*. 6. Confirmatur, quia tales tituli, Ordines & ſtatus Regularis, primùm jubentur hîc extingui & ſupprimi, verbis illis: *Tibi per præſentes committimus & mandamus, ut in dictis Monaſterijs, S. Benedicti, Ciſtercienſem & Præmonſtratenſem ORDINES & REGVLAS, omnemq; illorū & Collegiatæ hujuſmodi STATVM, ESSENTIAM, & dependentiam REGVLARES reſpectivè, eâdē auctoritate perpetuò ſimiliter SVPPRIMAS & EXTINGVAS.* Conſequenter hactenus Ordines Religioſi, & ipſorum Regulæ, omniſque illorum Regularis ſtatus, regularis eſſentia & dependentia &c. in his per mortem omnium deſtitutis Monaſterijs non fuerunt ſuppreſſa vel extincta: *omnis enim privatio, præſupponit habitum* l. decem. de V. O. l. manumiſſiones. de juſtit. & jure. Decius in l. ejus eſt nolle. n. 3. de reg. jur. Hinc, extinctum tam parum poteſt extingui, quàm parum cæcus excæcari. 7. Sed neq; ſpes juridica Cruſiana ibi ſupererat Monaſteria reſtaurandi, cùm nullæ adfuerint. Novitiæ,

Eclipſ. q. 3. c. 3. n. 13.

Nouitiæ,& in Eccleſia Collegiata ſæculari,Novitijs locus non detur. 8. Nec denique illa Abbatia Ord.S.Bened.nec Eccleſia Collegiata,leguntur olim alicui Congregationi particulari incorporatæ fuiſſe; ſed quælibet gubernabatur per ſe,& Monaſteria obſeruabant ſtabilitatem loci: nec poterant etiam Generales Ordinum Ciſtercienſis & Præmonſtratenſis perſonas eorundem aut bona, ab vno loco ad alium LIBERE transferre: Vnde patet hæc & ſimilia, ad extinctionem vel non extinctionem Monaſteriorum(vt volebant Opponentes) nil conferre;quia *vbi Papa non diſtinguit, nec non diſtinguere debemus.* Rota deciſ.1.de præbend.in nouis.ubi vide Indicem,verb.Papa.

FALSÆ ALLEGATIONES. *Monaſteria deſtituta, non ſunt extincta, etiamſi in Cõgregatione non fuerint unita, quia fundatio & tituli inhærent Monaſterio, non Cõgregationi plurium Monaſteriorum.*

6. Ergo *quæ ſemel dedicata ſunt Monaſteria cum conſenſu Epiſcoporum, ſemper manent Monaſteria*, ſuis Dignitatibus,titulis Regularibus ſeu Monaſticis,& iuribus affecta,quãtumuis omnes de Collegio,nullo ſuperſtite,mortui ſint,donec authoritate legitima Superioris extinguantur: Adeoque priùs nec Monaſteria,mortuis omnibus,ſunt extincta,nec dignitas Abbatialis illius Ordinis,nec alia Beneficia regularia,nec ipſe ſtatus Monaſticus,nec illius Regula, nec Regularis eſſentia,nec dependentia; ſed omnia hæc, veluti forma Monaſterij primitus in materiam ſeu fundum Fundatoris introducta,habitualiter ibi conſeruata fuere. Hunc nodum Gordium,vbi ſoluerit Cruſius,magno maior erit Alexandro. Quod ipſum de omnibus alijs deſtitutis Monaſterijs dicendum. Proin' reſipiſce bone Cruſi, &

Tolle moras ſemper nocuit differre paratis,

Fac vt lubeat, quod neceſſe eſt.

CÆCVS CÆCVM.

Ambo in foveam cadunt.

*Fol.*133.*col.*1.*&*2.

Quæſt. 3.*c.*3.*num.*27.*in fin.*

Non ſemper idem ſpirat ventus; quia Cruſius omni vento doctrinæ circumfertur.Et præſenti quidem loco,ſemper erat de generali illa ſanctione Eccleſiaſtica: *Vt Ordo Monaſticus,qui in aliquo Monaſterio ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam dignoſcitur inſtitutus,perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſeruetur.* Hîc Cruſius Forerum tueri cupiens, ſuo more profundiùs lapſus eſt. *Aio*,inquiens, *vt Ordo perpetuis alicubi temporibus obſeruetur* (ideſt, obſeruari debeat) *requiri*: *Primum, vt numerum Religioſorum diuino obſequio ſufficientem alat. Dd.in c.*2.*de Inſtit.& in c.cùm Eccleſia.de elect.Deinde, vt congruenter Regulæ approbatæ vivant. c.relatum.ne cler.vel Mon.* Quæ duæ conditiones in *Aſtri* q.7.ſub num.5. ſatis refutatæ ſunt; & eas non requiri,patet manifeſtè ex allegato Breui Apoſtolico Vrbani VIII. in quo refertur, Ordinem Monaſticum, eiuſque eſſentiam in Monaſterijs *deſtitutis* ſuperfuiſſe,licet neutra conditionum præfatarum actu adfuerit. Solùm hîc iam innuo,falſas eſſe citatas Doctorum & Iurium allegationes, quòd eas exigant conditiones ad

262. Doctores.

263. Ius Canoni.

FALSÆ ALLEGATIONES.

prædictum finem: ſed potiùs contrarium tradunt, videlicet, vt in defectum Regularium eiusdem loci, alij eiusdem Ordinis ſubſtituantur. Dd. in c. relatũ. ne cler. vel Mon & in c. inter quatuor. de relig dom. & Benedictina. vt ſuprà fusè demonſtratum in Aula, & allegatione 408. & ſeqq.

PRÆCIPITATIO.

Sors ſua quemque manet.

Fol. 134. *col.* 2.

Qu. 4. *c.* 1. *num.* 1.

464. Aſtrum inext. Sapiens alterius periculo diſcit, inſipiens ſuo, Cruſius neutro, adeò pertinaciter errat. *F. Romanus*, inquiens hîc, *quia novit bona vacantia cedere fiſco, ideo ne cogatur concedere, bona Monaſteriorum emortuorum eſſe verè vacantia, negat ea cedere fiſco. q.* 1. *n.* 48. 49. 52. *&c.* EO QVOD *quæ cedunt fiſco, fiant de* PATRIMONIO PRINCIPIS, *l.* 2. *§.* 3. *ff. ne quid in loc. publ.* Pauperem ſpoliat hoc loco Cruſius, nam omnibus illis allegatis numeris, *Patrimonij Principis*, & citatæ leg. 2. ne ſemel quidem memini. Nihil ordinatum, quod nimis feſtinatum. Sat celeriter fit, quicquid bene fit.

IVRIS INVERSIO.

Finis loquacitatis, eſt infortunium. *Euripid.*

Fol. 140. *col.* 2. *in med.*

Qu. 4. *c.* 2. *nu.* 8. *&* 9.

465. Pancr. 466. Rebuff. 467. Bald. 468. Doctores. 469. Archidiac. 470. Frid. de Sen s. 471. Tanor- 472. mit.

1. Duas hoc loco quæſtiones ex Bonacina proponit Cruſius: Vnam; *Ad quem pertineant bona Religionis, quæ à Summo Pont. deleta fuit.* Alteram; *ad quẽ pertineant* BONA *Religionis, cuius Religioſi* OMNES *extincti fuerunt, nullo ſuperſtite.* Bonacina reſpondet; *Diſpenſationem huiuſmodi bonorum, pertinere ad Summ. Pont. ſi loquamur de Religione exempta*, 1. quoad Monaſteria exempta: *ſi verò loquamur de Religione*, quæ, vel in quantum eſt *non exempta, ſed Epiſcopo ſubiecta, pertinent ad Epiſcopum, non tanquam dominum illorum bonorum, ſed tanquã diſpenſatorem bonorum vacantium. Sanch. l.* 7. *moral. inſtit. cap.* 32 *n.* 58. *Azor* 1. *part. lib.* 12. *c.* 16. *q.* 10. *& alij.* Quæ doctrina Bonacinæ, intellecta de toto Ordine ſeu Religione, veriſſima eſt. Sed obſerua Cruſium hîc nomine *Religionis* exemptæ & non exemptæ, non intelligere *Religionem toto Orbe diffuſam*, (vt Bonacina, Sanchez & Azorius intelligunt) ſed *cætum plurium vno aliquo in loco, in Ordine, ad cultum Dei, ſub certa regula approbata congregatorum*: vno verbo, vnicũ Monaſterium aliquod, vel Collegiũ particulare; in quo, ſi fuerint omnes mortui, docet bona illius temporalia, veluti vacantia, ad fiſcum Eccleſiæ, exempti quidem ad Summum Pont. non-exempti ad Epiſcopum recidiſſe. Mox ſubiũgit: *Idem ſentiunt Dd. quotquot mortuis omnibus de Collegio, tradunt* PROVISIONEM *illius* DEVOLVI, (*accepto hoc nomine, prout directũ eſt*) *ad Epiſcopum. ſi Collegium non ſit exemptum; ſin' exemptum, ad Pontificem. Pan. in c. nullus in Eccleſia. n.* 10. *de elect.*

*elect.& in c.cùm in cunctis.§.clerici ſanè.n.6.de elect.& in Clem. quia regulares de ſuppl.negl.præl.& in c.cùm Eccleſia.de elect.ſub n.9.& 10.Rebuff.in prax. beneſic. de deuolutionib.n.18.Bald.in Margarita.in verb.mortuus. Dd.in clem.in pleriſq; de elect.Archidiac.in c.cũ ſimus.9.q.3.Frid.de Senis conſ.*34. Videamus breuiter, num hîc allegati Dd.ita ſentiant,prout à Cruſio allegantur. Vereor,ne dum de fiſco agimus,Cruſius ſuo ſe *viſco* capiat,& ab æſtu veritatis *fuſcus* euadat,dicaturque

—hic niger eſt,hunc tu Romane caueto.

Certè Bonacina cum ſuis loquuntur de Collegio totius Religionis vniuerſali; alij Dd.in margine ſignati,de Collegio Religionis vel Eccleſię particulari: Cruſius autem,vt omnia iura inuertat,omnia confundit, omniumque verba & ſenſum inuitis authoribus,alio torquet.

2. Notet autẽ Lector,Bremẽſem multò frequentius & libentius ſermonẽ facere de BONIS Monaſteriorum,quã de ipſis Monaſterijs;quòd ſignũ eſt,*bona* Monaſteriorum ab ipſo vehementiùs cõcupiſci,quã Monaſteria:hæc enim vel præterit,vel ait extincta eſſe;eorumque Monachos tanti æſtimat, quanti nos Chriſtiani Iudæos,fuiſſe nimirũ eos olim *gentem ſanctam,populum electum,Regale Sacerdotium &c.* ſed præ nouo teſtamento iam exoleuiſſe,ac præter cæpas & allia nil olere. Verùm,ſi bene penſito,hircum olet hæc æſtimatio,quæ petulco pede tot Doctoribus à ſe productis tam audacter imponit,eoſque ſingulos triplici afficit iniuria,dicendo. I. quòd ſentiant,omnibus Collegiatis in vnò Monaſterio vel Eccleſia mortuis,eorum bona temporalia eſſe *bona vacantia.* II. Quòd ſentiant eiuſmodi bona,eſſe deuoluta *ad fiſcum* Eccleſiæ, ita vt de iure communi ſit in libera poteſtate Papæ, dare quibuſcunque Eccleſiaſticis viſum fuerit expedire. III. Quòd ſentiant,per mortem omnium de Collegio particulari,prouiſionem illius deuolui *deuolutione directa*,ſeu iure proprio,ad Epiſcopum,ſi Collegium non ſit exemptum;ſin' exemptum,ad Papam. Vt vel hinc appareat,extremum judicij diem à nobis haud procul abeſſe, quandoquidem leges & iura,ante ipſum,peſſum itura perhibentur;cuius initij præclara fundamenta iaciuntur à Cruſio. *Appropinquante ſeculi termino,* ait Lactant. Firmianus lib.7.diuinar.inſtit.aduerſus gentes, cap.15. *Confundetur* OMNE Ius, *&* LEGES *interibunt.* Et Carolus Caraſa Epiſcopus Auerſanus, apud Ferd. II.Imp. octennio Nuncius Apoſtolicus, in ſuis Commentarijs, de Germania Sacra reſtaurata, Colon. Agripp. apud Cornelium ab Egmond, Anno 1639 fol.5. ait, *Martinum Lutherum ante annum.* 1521. *Ius Pontificium Witenbergæ,publicè incendiſſe*; & fol.52. *Electorem Brandenburgicum,ut Hollandis magis placeret, ditionem ſuam,eouſq; Lutheranam, ad Caluiniſmum coëgiſſe; quo tempore* DECALOGUS, *&* CATECHISMUS *debebat corrigi.* Subintrat hodie Cruſius, & quia nec decimum Decalogi præceptum corrigere, nec Sacros Canones ſibi adverſantes Vulcano publicè dedicare audet, nihil non agit, nihil non molitur, vt eos vbique confundat,eorumque Commentatores in diuerſa raptos,aſſerat dixiſſe,quæ nunquam animo conceperunt.

Tripliciter Doctoribus imponit Cruſius,in vna ſententia.

Ante extremũ iudicii diem, omne ius & leges interibunt.

3. Sed modò per ſingula eamus, primoque videamus, an omnibus de Collegio particulari mortuis, horum Dd. iudicio, bona Monaſteriorum ſint *ἀδέσποτα*, ſeu verè *bona vacantia*. Ad I. igitur, Pan. in c. cum ſuper. de cauſ. poſſ. & propr. ait: *quòd contra ingredientem poſſeſſionem Eccleſiæ, vacante ipſa Eccleſia, poteſt Prælatus ſubſtitutus agere, tanquam contra invaſorem, quia poſſeſſio non erat vacans, licet vacaret Eccleſia*; *imò Eccleſia poſſidere cenſetur.* Et ibid. num. 18. *Et per priùs dicta infert Innoc. quòd quantumcunq; moriatur Prælatus, & OMNES Clerici alicuius Eccleſiæ, tamen proprietas & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, qui vivit in æternum*; *VEL penes Vniverſalem, & SINGULAREM ECCLESIAM, quæ nunquam moritur, nec vnquam eſt nulla.* Eadem habet in c. cùm dilectus. tit. eod. In eodem ſenſu Bald. ad l. ſi tibi. §. in decurionib. ff. quod cuiuſque vniverſ. q. 2. *Bona, quantum ad proprietatem*, ait, NON ESSE VACANTIA, (de poſſeſſione paulò pòſt idem pronunciat.) *Vnde* OMNES *licet Canonici* ESSENT MORTVI, *Eccleſia eſſet Domina ſuorum bonorum, quia Eccleſia non moritur.* Idem docet Frider. de Senis conſil. 15. Innoc. in c. olim. de reſtit. & Speculat. tit. de petitorio, & poſſeſſorio, & ſpoliatione, num. 36. vbi ait: *Sed pone vacante Eccleſia, P. occupavit quandam poſſeſſionem ad eam pertinentem: Electo autem ibi Prælato, repetit Prælatus dictam poſſeſſionem à P. petens eum tanquam invaſorem puniri. Sed P. dicit, quòd intravit vacuam & vacantem poſſeſſionem, vt ff. de vſu. nunquam. §. vacuum tempus. & c. vnde vi. quærebatur. Sed dic, quòd non dicitur vacua talis poſſeſſio, quia* ECCLESIA & LOCUS *dicitur poſſidere, & ius habere. vt. C. de Epiſc. & cler. l. raptores. §. ſi quando. quia Eccleſia nunquam moritur, vt 12. q. 2. liberti.*

Bona Eccleſiæ destituta & vacantis, non ſunt bona vacantia.

Bona vacantia ſunt in duplici differentia, alia ſunt vacãtia vt hæreditas, & hæc ad fiſcum nõ pertinent, ſed hæredem: Alia ſunt, cũ nullus hæres ſupereſt; & hæc ad fiſcũ deferuntur.

4. Et clariùs Gloſſa, (cuius maxima eſt in Iure authoritas) in l. ſicut. 7. §. de decurionib. ff. quod cuiuſque vniverſ. ECCLESIA *ipſa*, inquit, *ſeu* LOCVS CONSECRATVS *dicitur ius habere*, & POSSIDERE, *& vindicare, vt C. de ſacroſ. Eccleſ. l. iubemus. §. ſcientes. & §. ſanè. verſ. ſi quando agitur. Vnde videtur, quòd talis* LOCUS, SIVE PARIETES POSSIDEANT, ETIAM *durante Collegio, & vendicent per Prælatos, tanquam quilibet privatus per Procuratorem vel Colonum.* Idipſum docet Bart. ibidem, & Menoch. 13. remed. recup. poſſ. nu. 74. *Et Dominus Alb. dixit, quòd bona ipſa ſunt loci concluſi muro, ad inſtar vacantis hæreditatis, quæ vicem obtinet perſonæ. ff. de acquir. rer. dom. hæreditas.* Gloſſ. in c. cauſa Carpenſis. verb. Eccleſiarum. de V. S. Et Paulus Layman. q. 1. præamb. Iuſt. defenſ. pag. 7. *Bona*, inquit, *immobilia & cenſus, ſecundùm benignam iuris fictionem, ad* LOCVM, *ſeu* MONASTERIVM, *& Eccleſiam* MATERIALEM *pertinere, cenſentur, tanquam acceſſoria ad ſuum principale.* Et paulò pòſt. *Hanc doctrinam partim ſuprà tradidi, partim ſumitur ex gl. in l. ſicut. 7. §. in decurionib. ff. quod cuiuſq; univerſit. cum ait, quod Eccleſia ipſa, ſeu* LOCVS *conſecratus dicitur ius habere, &* POSSIDERE, *& vindicare, iuxta l. iubemus. 14. C. de ſacroſ. Eccl. & conſentiunt Innoc. in c. cùm ſuper. ibid. Panorm. num. 14. de cauſ. poſſ. & propr. Ioſephus Maſcardus de probat. vol. 3. con. 1323. n. 19. cùm aiunt, ſi Eccleſia, cùm vacabat, ſpoliata ſit per penſionis annuæ, aut decimarum ſubtractionem,*

Bart. §. decurionibus. in l. ſicut. quod cuiuſq; univerſ. n. 3. & 4.

Gloſſæ opinio, ſuperat omnes Doctores, & authoritates Doctorum.

Petra de iure queſ. no toll. c. 32. n. 148.

Parietes loci ſacri poſſident bona tempo-

nem, quòd Parochus, Prælatus, aut Beneficiarius quicunq́ verbaliter inſtitutus, ante poſſeſſionem acceptam, non ſuo, ſed ECCLESIÆ nomine agere poſſit interdicto Vnde vi. Quia non ipſe, qui nunquam poſſedit; ſed ECCLESIA QVÆ POSSEDIT & ſpoliata fuit, agere cenſetur. Huculque Layman. Videatur Aula noſtra num. 22.

ralia ad ipsũ ſpectantia.

5. Quid quòd & ipſum Beneficium (vt ibidem diximus) ſiue vacet, ſiue non vacet, dicitur poſſidere bona ſua particularia, vt not. Innoc. in c. in literis. de reſtit. ſpol. & Abb. in c. dudum. 2. de elect. & alij. Idem ſentiunt Rebuff. Archid. & Doctores. quicunque aſſerunt, omnibus de Collegio mortuis, ius PROVIDENDI deuolui ad immediatum Superiorem: cum enim nemini poſſit prouideri de Beneficio extincto, ſeu quod nullibi eſt, ſequitur hos Dd. ſentire, adhuc ſupereſſe Beneficium, ſeu Eccleſiam cum ſuis Iuribus Collegialibus, & titulis, poſt mortem omniũ Collegiatorum, cuius PROVIDENDÆ Ius deuolui tam diſertis verbis pronunciant. Si ergo (vt etiam ex ſuprà allato Breui Vrbani VIII. euincitur) adhuc Regularia Beneficia, ſeu Eccleſiæ beneficiatæ ibi ſuperſunt, iam ſupereſt Domina bonorum temporalium, eò ſpectantium; adeoq; bona vacantia non ſunt, quæ poſſeſſore Domino, & quidem immediato, nõ carent; vbi fictio tantum valet, quantum veritas, Prout & in Iure ciuili, quamdiu hæreditas iacens, eſt Domina, tamdiu bona non ſunt vacantia quæ ad fiſcum deferantur. Bart. d. §. decurionib. in l. ſicut. ff. quod cujuſque vniuerſ. n. 3. & 4. Vide quæ ſuprà diximus alleg. 442. & ſeq.

Ipſum quoque Beneficium dicitur poſſidere bona ad beneficium ſpectantia.

Bona eius qui nullo modo habet aliquẽ ſucceſſorem, dicuntur bona vacantia, & deferuntur, in fiſcum hæredem. *Bart. l. vacãtia. C. de bonis vacantibus.*

6. Nec eſt, quòd objiciat Cruſius, bona Templariorum aut Humiliatorũ, poſt extinctum Ordinem, fuiſſe verè *bona vacantia*, quantumuis eorũ prouentus & prædia etiam poſt ſuppreſſionem, à ſingulis ſuis Eccleſiis, & *locis Deo conſecratis* adhuc fuerint, juris intellectu, prætacto modo POSSESSA; adeoque per hanc, Iuris fictione Eccleſiis materialibus attributam poſſeſſionẽ, nihil impediri, quò minus eiuſmodi bona, mortuis omnib. de Collegio, verè dicantur *bona vacantia*. ℞. enim 1. Templariorum & Humiliatorũ Eccleſias & Monaſteria cum adhærentibus prædijs & cenſibus, inter *bona vacantia Eccleſiaſtica* rectè computari, quòd per extinctionem totius Ordinis ab Apoſtolica Sede legitimè factam, eiuſmodi loca ſacra, omnib. Dignitatibus, Perſonatibus, Beneficijs Regularibus, fũdatis Iurib. & Priuilegijs Collegialibus, certi Religioſi Ordinis, fuerint penitus exuta, & denudata, & in talẽ indifferentiã collocata, qua ſtãte, & nouis Beneficijs nondum erectis, nemo particulariter erat in tota Vniuerſali Eccleſia, qui ſibi aliquã collationem aut ſucceſſionem, vel illorũ bonorum prouentus & iura, in genere vel in ſpecie deberi, prætendere potuerit; ſed eorundẽ diſpoſitio, & alterius nouæ habitualis formæ introductio, (habita ratione ædificationis, non deſtructionis Eccleſiæ Catholicæ) in LIBERA Sũmi Põtificis poteſtate poſita fuerit. Vnde in huiuſmodi Eccleſiis & Monaſterijs denudatis & extinctis, ceſſat integra & completa ratio *poſſeſſionis*, per iuris fictionem illis, à legibus, Canonibus, & Dd. attributæ. Id quod locum non habet in Eccleſiis & Monaſterijs, quæ morte omnium de Collegio particulari non extincta, nec ſuis fundatis Dignitatibus, Beneficijs Regularibus, Iurib. & priuilegijs

BonaTemplariorum, quomodo fuerint bona vacãtia.

Nec vlla perſona in ſpecie, nec aliquis Ordo in genere.

Inde non ſequitur, bona Monaſteriorũ deſtitutorum

eſſe quoq; bona vacantia, ad fiſcum devoluta.

gijs Collegialibus exuta, ſeu priuata fuerunt (de quibus inter nos diſputatio) vbi *poſſeſſio* rectè attribuitur *locis Deo conſecratis*, adhuc habituali ſua fundationis, & beneficiorum Regularium formâ imbutis: Qua formâ, velut animâ, de corpore per Superioris auctoritatem ablata, nulla remanet in extincto funere Iuris *poſſeſſio*, toti compoſito per Dd. attributa, quantumuis illud quibuſdam formis partialibus adhuc informatum eſſe videatur. Atque hæc reſponſio ſumitur ex ipſo Cruſio q. 1. Eclipſ. c. 4. n 5. vbi dicit, *mortuis omnibus de Collegio, nulla relicta ſpe iuridica certa & proxima illi ſimilis reparandi*, (prout nulla relicta fuit in Eccleſijs Templariorum) *ipſum Collegium*, ſeu locum Deo conſecratum, *non eſſe bonorum Collegii dominum verum*, VEL FICTUM, *nec* POSSESSOREM, *nec ſuiipſius hæredem*. Imò, n. 6. ibid. ſubiungit, *Locum Deo conſecratũ, aut parietes, non eſſe dominii, nec poſſeſſionis huiuſmodi capaces*, veluti quæ naturaliter careant omni rationis arbitrio, & voluntate propria. per l. in re mandata, C. mandati. Illos autem Dd. qui benigna iuris interpretatione, talibus locis & parietibus dominium aut poſſeſſionem attribuunt, nec Theologos, nec IureConſultos, ſed Rhetores agere, rotundè pronunciat.

Templariorũ bona, quomodo non fuerint omnino bona vacantia.

7. ℞. 2. Etiamſi Templariorum & Humiliatorum Eccleſiæ materiales, per extinctionem Pontificiam, fuerint exutæ & priuatæ omni forma Regulari, & Beneficiali; non tamen fuêre priuatæ formâ conſecrationis, aut titulo inuocationis Sanctorũ, propter quam, videntur adhuc retinuiſſe minutam quandã poſſeſſionẽ bonorum ſibi adpertinentium; ita quidem, vt ſi ante nouam introductionẽ alicuius formæ Beneficialis, in decimis aut alijs rebus ſpoliũ paſſæ fuiſſent, non dubitarem Romanum Pontificem, velut Adminiſtratorem omniũ bonorum Vniuerſalis Eccleſiæ, aut quelibet eius, vel dictæ Vniuerſalis Eccleſiæ nomine, agere poſſe vel potuiſſe interdicto, *Vnde vi*. quia poſſeſſio nõ erat omnino vacua, quæ remanſit adhuc penes Chriſtum, qui vivit in æternum; & penes Vniuerſalem, & materialem Eccleſiã, non iam vt Beneficiatã, ſed vt Deo & Sanctis eius conſecratam; quia per extinctionẽ ſolius Ordinis Religioſi, nihil horum ſuppreſſum aut extinctum fuit. Nihilominus, his non obſtantibus, dico cũ Bart in l. vlt. n. 22. ff. de Colleg. illicit. Templariorum relicta bona, rectè dici, & *eſſe bona vacantia Eccleſiaſtica*, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis: Principale autem hîc cenſetur Eccleſia, omnibus titulis beneficialibus, per extinctionem Ordinis exuta; quæ cùm deſtituta ſit vero domino & poſſeſſore imẽdiato, nec vlli ſucceſſori per ſpem iuridicam debita, rectè inter bona vacantia, vnà cum adhærentibus ſibi bonis, iuribus, pertinentijs, agris, paſcuis, pratis, ſiluis, piſcationibus, & prouentibus quibuſcunque, numeratur. Sicut & Caſtrum, cuius nulli ſunt hæredes, cum omnibus ſimilibus bonis & emolumentis, ad Fiſcum Principis ſæcularis devoluitur. Dixi notanter, *eſſe bona vacantia Eccleſiaſtica*, quia ſicut nomen *fiſci* (vt fatetur Cruſius q. 4. Eclipſ c. 2. n. 1.) non propriè, ſed analogicè duntaxat Eccleſiaſticis bonis applicatur; ita & nomen *bona vacantia*, quod eſt fiſci correlativum. Ideoque in Corpore Iuris Canonici, non invenitur titulus de iure fiſci, nec de bonis va-

Nomen fiſcus, bona vacãtia.

can-

cantibus; quia hæc ambo, in ſenſu Iuris ciuilis, in bonis Eccleſiaſticis non reperiuntur; Vnde mirum non eſt, quòd eorum mutua comparatio claudicet, cùm analogia numquam perueniat ad proprietatem. Aliud eſt in Eccleſijs & Monaſterijs non extinctis, quæ, cùm ſpe iuridica fulciantur, & ſucceſſoribus eiuſdem qualitatis & Ordinis ſint debita, inter bona vacantia, cum ſibi cohærentibus bonis & iuribus, computari non poſſunt.

& ſimilia, in bonis Eccleſiaſticis, ſumuntur analogicè, non propriè.

8. Ad II. deueniendo, dicimus nullum ex allegatis Dd. aſſerere, quòd bona Monaſterij exempti ad Papam, nō exempti ad Epiſcopum ſpectent, ſi omnes de Collegio particulari ſint mortui; ſed aiunt tali euentu, *prouiſionem Eccleſiæ* deſtitutæ *deuolui* ad *immediatum Superiorem*. Quis autem ignorat inter *prouiſionem Eccleſiæ*, & inter *bona Eccleſiæ*, ingens eſſe diſcrimen, ita vt à deuolutione vnius, non liceat argumentari ad deuolutionem alterius. Quodque plus eſt, dico impoſſibile eſſe, vt per hos Dd. bona talis Eccleſiæ deuoluta ſint ad fiſcum: Nam bona ſic eſſe deuoluta, ſeu ſpectare ad Epiſcopos & Papā, præſupponit Eccleſiam, eiuſque iura & priuilegia extincta eſſe; quod autem extinctum eſt, eſt non-ens. Quare citati Dd. eo ipſo, quòd dicunt, Ius prouidendi ad immediatum Superiorem deuolui, confitentur Eccleſiam, eiuſq; iura Collegialia, titulos, & dignitates extincta non eſſe; adeoq; bona temporalia eorundē non ad Epiſcopos aut Papam, ſed ad Eccleſiā forma Beneficiali adhuc animatā pertinere, & ab ea poſſideri. His inſuper accedit, quòd Cruſius adhuc alio ſenſu, citt. Doctores malè alleget, quaſi doceret mortuis omnib. de Collegio particulari, prouiſionem illius ſolumodo deuolui ad Papā vel Epiſcopum: tradūt n. potiſſimi adhuc tertium Superiorem deuolutionis, qui nec eſt Papa, nec Epiſcopus. Verū de hac impertinēti allegatione, iā ſupra egimus alleg. 115. & ſeqq.

Bona Monaſteriorum deſtitutorum nō deuoluuntur ad Papam, nec ad Epiſcopum, ſed manent in iure ſuarum Eccleſiarum non extinctarum.

9. Ad III. denique quod attinet, quando mortuis omnib. ius prouidēdi, prædicto modo deuoluitur ad Superiorē, ait Cruſius, Doctores allegatos accipere verbū *deuolutionis*, prout directum eſt, & non obliquum. Quid autē intelligat nomine *directæ*, & nomine *obliquæ* deuolutionis, ſatis explicuit q. 3. Eclipſ. c. 8. n. 11. & 12. Videlicet, Deuolutionē directā eſſe, quæ defertur iure proprio, nulla intermediante perſona. Obliquā autem, quę defertur iure deuoluto, ſeu perſona intermedia præcedente. Dicamus clarius. Deuoluto Iure prouiſionis ad Epiſcopum, ſi Epiſcopus provideat iure & nomine proprio; hanc deuolutionē Cruſius nominat directā; (quæ tamen in beneficialib. Collationibus non habet locū.) Si vero Epiſcopus eligat nomine eligentiū indignum, vel eligere negligētium, &c. hanc dicit eſſe obliquam, ſeu iure deuoluto factā. Videamus ergò, an Cruſius directè vel obliquè fallatur. Ait Doctores affirmare, ſi omnibus de Collegio particulari mortuis provideat Epiſcopus, id eum facere nomine & iure proprio, non deuoluto. Atqui Doctores expreſsè contrarium tenent, vt videre eſt in Aula noſtra, nu. 67. & ſeqq. vbi ad hoc propoſitum adduximus verba. Archid. Iñoc. Panor. allegantis in communi Dd. in clem. pleriſq; de elect. ipſiuſque Cruſij. Idem ſentiunt Rebuff. Layman, Abb. & alij, quotquot abſolutè docent, *Propter negligentiam Collegij*, VEL, *per mortem omniū de Colle-*

Superior deuolutionis, providet iure deuoluto, non proprio.

Colle-

FALSÆ ALLEGATIONES. *Collegio, ius providendi deuolui ad Confirmantem*; cum enim conſtet deuolutionem, propter Collegij negligentiam, eſſe obliquam, etiam altera, propter mortem omnium erit obliqua; quia Doctores iſti non diſtinguunt inter vtramque, ſed eandem deuolutionem tribuunt vtrinque Confirmanti: vbi autem Dd, non diſtinguunt, ibi nec nos.

Tantùm octo impertinentium allegationum reum in margine Cruſium hîc ſtatuimus, cùm tamen quemlibet Doctorum illorum ter perperam allegauerit; ſed quoniam ſuperius allegat. 115. & ſeqq. & alibi, nonnullas earum præmiſimus, pluribus hîc adnotandis ſuperſedemus.

IVGLANDES.

Naturam expellas furca, tamen vſque redibit.

Fol. 150. *col.* 2. *& fol.* 551. *col.* 1.

Quæſt. 5. *c. vnic. num.* 1.

473. Aſtrum inext. 474. Gloſſa. 1. Præſenti loco Cruſius probaturus hanc ſuam concluſionem, *Igitur poterit Superior Monaſteria* LIBERE *aliis alterius Ordinis Religionis conferre*; me in teſtẽ vocat ſuę ratiocinationis; *Cõfirmatur*, inquiẽs. *Ex F. Romano, qui q.* 1. *n.* 16. VULT *Gloſſam in c. inter quatuor. de relig. dom. verb. regulares. agere de hoc etiã noſtro caſu, quo* OMNES MORTVI SVNT. Quid Gloſſa docuerit, mox videbimus. Ad Aſtrum quod attinet, male id allegatur à Cruſio, nam toto cit. 1. num. 16. nunquam expreſſi pro gloſſa caſum, *quo omnes mortui ſunt*, ſed allegans c. inter quatuor. citaui Gloſſam & Abb. dicentes, quòd *quærebatur à Domino Papa, vtrum Eccleſiæ regulares, poſſint fieri ſæculares*, abſtrahendo à Monaſterijs Ordinatis, & morte omnium deſtitutis; qui autem abſtrahit à ſpeciebus, non agit de ſpeciebus.

2. Iam verò, gloſſam ſic ſcripſiſſe recitat Cruſius: *In Eccleſia regulari, nõ poteſt Epiſcopus ponere Canonicos ſæculares, vt hic patet. &* 19. *q.* 3. *quæ ſemel. &* 18. *q.* 2. *peruenit. & ſup. de reb. Eccleſ. non alien. poſſeſſiones. ſup. de ſtat. Mon. ea quæ. ſed homines diſtrictioris vitæ ſunt ibi ponendi,* VEL *alterius Religionis*. Mox

Cruſius Gloſſam peruertit. ſubdit Cruſius: *Vnde, ſi hæc gloſſa agit de noſtro caſu, ſequitur ex F. Romano, quòd Superior in Monaſteriis emortuis, non neceſſariò habeat ſubſtituere alios eiuſdem Ordinis Religioſos, ſed* LIBERVM *ſit illi, iſthic collocare generatim diſtrictioris vitæ,* VEL *alterius inſtituti. Hoc enim arguit particula diſiunctiua* VEL, *quæ alternatiuam conſtituit propoſitionem & diſpoſitionem. In alternatiuis autem, circa officia ac beneficia huic vel illi conferenda,* LIBERA *eſt Superioris electio, vt cui velit, & expediat, ea conferre poſſit.* Hic eſt Achilles Cruſij, quo rationem ſuam fundamentalem firmat, cur bona Monaſteriorũ deſtitutorum, hodie de iure communi conferri poſſint alterius Ordinis Religioſis, & Seminarijs puerorũ; qui tamen de Seminarijs nihil euincit. Mirum ſanè eſt, Cruſium tantam molem ædificij, ſuperſtruere vni gloſſæ, quam vtinam fideliter & integram allegaſſet, nec mutilando, in ſiniſtrũ ſenſum torſiſſet. Gloſſa ſic habet: *In Eccleſia regulari, non poteſt Epiſcopus ponere Canonicos ſæculares, ſed hominis diſtrictioris*

vitæ

vitæ ſunt ibi ponendi, VEL alterius Religionis, (ſequentia Cruſius callidè prætermiſit) *infrà, ne cler. vel Monach. c. relatum. dum tamen haberi poſſint, aliàs ponerentur ſæculares, vt hîc dicitur, quia neceſſitas legem non habet. ſuprà. de conſuetud. c. quanto.* Gloſſa proinde, allegando pro ſe d. cap. relatum, regulatur ſenſum dicti ſui, iuxta textum capitis illius, qui textus expreſsè continet, poſſe fratres alterius Ordinis introduci, *ſi non poſſit præſcriptum Monaſterium in ſuo Ordine reformari*: conſequenter à contrario, ſi illud poteſt in ſuo Ordine reformari non debebunt alij introduci: quocirca dicit gl. & Abb. ibid. in rubr. *Nota, quòd Eccleſia DEBET SEMPER reformari, per homines EIVSDEM RELIGIONIS.* — *Explicatur Gloſſa.*

3. Et ſic illud VEL, propter ſubauditam conditionem Decretalis, ad quam à Gloſſ. fit remiſſio, non conſtituit propoſitionem & diſpoſitionem alternatiuam arbitrariam, ſeu liberam; ſed conditionatam, *ſi*, videlicet, *Monaſterium non poſſit in Ordine ſuo reformari.* Quia *Doctorum dicta & aſſerta, intelligi debent ſecundùm legem quam allegant. Euerhard. in loc. à rat. leg. ſtrict. n. 3.* vt ait Cruſius q. 7. Eclipſ. c. 2. n. 1. Qui ex ipſo etiam c. inter quatuor. iſtud hîc colligere potuiſſet. Gloſſa enim commentans in iſtud cap. inter quatuor, vult exponi taliter, vt textui non reſiſtat; textus autem eſt: *ſi regulares defuerint, propter eorum defectum &c.* Et ſecundùm hunc textum, homines diſtrictioris vitæ ſunt ibi ponendi; VEL, (ſi tales defuerint; aut Monaſterium non poſſit in Ordine ſuo reformari) tunc neceſſitas, quæ legem non habet, admittet alterius Ordinis Religioſos; & in horum defectum, Clericos ſæculares. gl. vbi ſupr. cum textib. alleg. & Dd. ibid & in d. c. relatum. Qua de re pluribus egimus allegat. 450. nu. 7. & ſeqq. Vnde Cruſius, cum iniqua ſua allegatione gloſſæ, aliam quercum excutere poterit, ſi errori ſuo nutriendo iuglandes quærit; hîc enim præter folia nil decuſſit. — *Coniunctio VEL, aliquãdo facit propoſitionem alternatiuam arbitrariam; aliquando conditionatam, vt ſi vna conditio non poſſit adimpleri, altera de neceſſitate impleatur.*

PVLVERES.

4. Fol. ſuo. 115. col. 2. in me inuectus, *Nota,* inquit, *quòd F. Romanus terminis valde abutatur, quando Monachos vocat MEMBRA REGVLÆ; & Regulam cum Ordine confundit. Quis ita vnquam locutus eſt?* Grande piaculum, ſi non morte piandum! Ante me, eâdem phraſi inter alios vſus eſt Silueſter. verb. electio. 1. n, 14. ibi: *Abbas quoque exemptus eligi poteſt in Epiſcopum, ſiue IN ABBATEM EIVSDEM REGVLÆ, & habitus.* Poſt me, Ioannes Cruſius, col. eâdem qua me culpauerat: *Ordo,* inquiens, *in concreto ſumptus, nihil aliud eſt, quàm aliquod totum ex omnibus EIVSDEM REGVLÆ MONACHIS, & Monaſteriis per accidens aggregatis.* — *Parturiunt montes.*

Sed amabò, quale illud monſtrum eſt ſermonis, Eclipſi digniſſimum, quod ipſe Cruſius fol. 110. col. 2. in theatrum producit, *VNIO NON-MENDICANS?* Vbinam locorum ſub cælo habitat *Vnio mendicans*, vt ad eius excluſionem dicatur *Vnio non-mendicans*? Puluerem mendicat Cruſius, & in puluerem verba reuertentur.

Tt FRA-

FALSÆ ALLEGATIONES

FRATRES.

Superbia, puerilis animi ſignum eſt.

Fol. 147. *col.* 1.
Qu. 4. *c.* 3. *n.* 4.

475. Aſtrum inext.

1. *Peius errat F. Romanus*, pergit vlteriùs Cruſius *quando docet, quòd vbi eſt ius vocis paſſiua, ſede vacante, in Eccleſiaſticis, ibi ſit verum rei dominium &c. Nam ſecundum F. Romanum, olim Sede Epiſcopali, vacante, penes Regulares fuit ius vocis paſſiuæ, cùm olim fuiſſent capaces Electionis paſſiuæ. Et tamē quis affirmauerit, quòd regulares illi etiam coniunctim ſumpti, habuerint verum Epiſcopatus illius dominium? Vide mi Frater, in quas te conijcias abſurditates. Videris igne fatuo deluſus, in omnia alia rapi. Sed tui me miſeret.* Hactenus Frater Cruſius, callidè mutilatam proferens meam ſententiam, vt locus eſſet ampliori condolentiæ & exprobationi. Mea hæc erant: *Vbi verò eſt ius vocis paſſiuæ, ſede vacante, in Eccleſiaſticis, ibi eſt verum rei dominium, non quaſi ſinguli habentes Electionem paſſiuam, ſint veri domini, ſed quia in omnibus ſimul & coniunctim ſumptis, reſidet IMMEDIATIVS DOMINIVM.* Vides me de *immediatiori* dominio locutum eſſe. Vacante proinde Epiſcopatu, ius vocis paſſiuæ reſidet primitus in ſingulis Canonicis Cathedralibus illius Eccleſiæ; penes quos etiam retinetur immediatius dominium bonorum Epiſcopatus; vnde & ex illis vnus eligendus eſt in Epiſcopum, ſi reperiatur idoneus, aliàs fieret illis iniuria, ſi extraneus inuitis obtruderetur. Abb. in c. ne pro defectu. nu. 7. de elect. 16. diſt. c. nullus inuitis. 18. q. 2. c. quàm ſit. Quod ſi verò perſonam idoneam inter ſe non inuenerint, vel etiam omnes vnanimiter iuri ſuo cedentes, aliquem Monachum elegerint, (ſicut olim S. R. E. Cardinales fecerunt in Electione Cæleſtini V. & aliorum) tunc dimiſſis illis, penes quos reſidebat immediatius dominium, fit tranſitus ad illos, qui in altiori dominio Vniuerſalis Eccleſiæ cum eiſdem Canonicis conueniunt, cuius Eccleſiæ Vniuerſalis pars & membrum eſt etiam ille taliter electus. Qua in re, ſi abſurditatem depræhendis, ne tu omnibus miſerabilior es Cruſi, cum ex verò nemo colligat abſurdum, niſi abſurdus. *Miſeret te aliorum, tui te nec miſeret, nec pudet,* vt ait Plautus.

Ius vocis paſſiuæ immediatius in electionibus Eccleſiaſticis, ſignum eſt immediatioris dominij.

2. Iam autem in ſuperioribus allegat. 332. in aurem tibi ſuggeſſi, Monachos etiam hodiè in Epiſcopos Canonicè, & quidem de iure communi eligi poſſe. Rota deciſ. 28. circa med. de præb. in nouis; quod de Patribus Societatis Ieſu dici non poteſt, cùm S. Ignatius Inſtitutor, ipſis ferreum obicem ad eiuſmodi dignitates interiecerit; qua in re, non ſuæ modò Societati, ſed vniuerſæ Eccleſiæ præclariſſimè conſuluiſſe ſanctiſſimus fundator cenſendus eſt.

3. Quod

Appellatio fraternitatis, teſſera fuit Chriſtianorũ in primitiua Eccleſia. Tertullian. apud Marchant. Hort. Paſtor. lib. 1. tr. 3. lect. 26. in apparit. 5.

3. Quòd porrò Cruſium nonnunquam Fratrem appellem, nolim mihi vitio vertatur, hæc eſt enim correlatiuorum natura, cùm & ipſe nomen Fratris tam affectuosè & frequenter erga me vſurpet. Accepimus nos Monachi nomen iſtud à primis patribus Societatis Ieſu in terris conuerſati; ideſt, ab ipſis Apoſtolis; Hinc Ioannes, Apocal. 1. *Ego Ioannes*, inquit, *frater veſter, & particeps in tribulatione, &c.* Et Apoſtolus ad Philemonem; *Paulus vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater.* Et quid in Epiſtolis eiuſdem Pauli frequentius, quam *Fratres, Fratres?* iuxta illud Chriſti Domini: *Omnes autem vos fratres eſtis, & patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt: nec vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Et poſt reſurrectionem ad Magdalenam. *Vade ad fratres meos, & dic eis: aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum.* Iterumque ad mulieres: *Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.* Monachi proinde, quando ſe ex humilitate fratres ſcribunt & nominant, inſinuant ſe maximo Dei beneficio, fratres Chriſti & ſanctorum nuncupari & eſſe; nec de gloria tanti nominis (ſi ſapiunt) erubeſcere poſſunt. Vnde S. P. N. Benedictus (vt conſtat ex eiuſdem Vita & Regula) hoc nomen *Fratris*, ſuis Monachis non ſolùm cordialiter commendauit & impreſſit; ſed, vt lib. 3. Vitæ S. Odonis Abbatis Cluniacenſis apud Surium, menſe Nou. & in Bibliotheca Cluniacenſi 6. *quadam die dum prædicti fratres.* legimus, quadringentis poſt obitum ſuum annis, cuidam Monacho Floriacenſi, præ Monaſterij foribus apparuit, &, quis eſſet interrogatus, reſpondit: *Ego ſum Frater Benedictus &c.* Conſtat ſimiliter eundem, dum Sancto Henrico Imperatori, in Cœnobio Caſſinenſi quandoque apparruiſſet, rogatum quis eſſet, pariter reſpondiſſe: *Scias quia ego ſum Frater Benedictus.* qua de re legi poterit Bulla Benedicti VIII. poſt Chronicon Caſſinenſe Leonis S. R. E. Cardinalis, impreſſum Pariſiis, anno 1603. Quid quod ipſe Vrbanus II. Pont. Max. atteſtatur in Bulla ibidem ſubſequente, ſub dato, Calend. April. anno 1093. ſibi in eodem monte Caſſino S. Benedictum viſibiliter apparuiſſe; & eodem modo interrogatum, quiſnam eſſet, reſpondiſſe: *Ego ſum Frater Benedictus, huius Caſſinenſis Cœnobij cuſtos & habitator in ſempiternum.* Si proinde Sanctiſſimus Patriarcha noſter, hoc nomine etiamnum vtitur gaudens in cælis, non eſt quòd nos puſilli, eius vſum erubeſcamus in terris; nedum vt alio, minus humili prænomine aſſumpto, tanti nominis pulchritudinem, Beatiſſimi Patris teſtamento nobis relictam, quacunque ex cauſa vel reſpectu à nobis abdicemus; niſi verecundemur, quod tanti Patriarchæ filij nominemur, & ſimus.

Matth. 23. — *Ioan. 20.* — *Matth. 28.*

Origo huius nominis, Frater.

S. Benedictus in cælo exiſtẽs, adhuc Fratrẽ ſe nominat.

4. Nihilominus, quia noſtris temporibus honorificum hoc FRATRVM nomen, hominum vitio in contemptum abijſſe videtur, non decet, vt ab alijs vertatur in contumeliam, quod ex animi demiſſione pro ſe quiſque Mo-

Idem verbũ, in vnius ore verbum eſt humilitatis, in alterius ore, contemptus.

nachus vſurpat in Dei gloriam. Quis enim noſtrum Summum Pontificem nominet ſeruum, quòd is ex radice profundiſſimæ humilitatis ſeipſum ſcribat *Seruum ſeruorum Dei*? Olim ſanctiſſimi quiq; patres, Abbates & Epiſcopi, ſeipſos in litteris *Peccatores* ſubſcribebant; quos tamen ab aliis peccatores appellari nullo modo par erat: Et S. Paulus ſe, *primum peccatorum, abortiuum*, & *minimum* vocat *Apoſtolorum, qui non ſit dignus vocari Apoſtolus*; ſed quis adeò delirat, vt cum eo, vel de eo loquens, his titulis & nominibus vtatur? Multa conueniunt humilitati de ſeipſo loquentis, quæ non conueniunt honeſtati alterius, eadem in authorem repetentis: Quod enim in vnius ore verbum eſt Virtutis, in alterius, ore fit contemptus, dum vnius humilitate faſtus alterius abutitur; contra illud Apoſtoli, *Honore inuicem præuenientes.*

5. Videtur ſanè Cruſius, & alij, ſæpius contemptim *Fratris* nomen in me ſputare, ſed nihil moror, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me: Charitas omnia ſuffert, ſecura illius, *Beati eritis cùm exprobrauerint NOMEN veſtrum, TANQVAM MALVM &c.* quippe cùm hic contemptus, in Chriſtum Dominum, iſtius nominis Inſtitutorem redundet, cui aſſimilari nō eſt quod erubeſcam. Imò, ſi verum eſt, quòd honor ſit in honorante, etiam contemptus erit in contemnente; adeóque nec capillus mihi læditur; nec ſanctiores in iudicio reſurgent, qui Patrum hodie ſibi aſſumpto nomine, Fratribus inſultant; quibus tamen (ſi ſuam Originem intuerentur) nihilo ſunt meliores; id quod Cruſius ex Epiſtola S. Ignatij diſcere poterit, quam ex originali deſcriptam, mihi nuper amicus tranſmiſit, vt ſequitur: *Ignatius de Loyola Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis, dilecto in Chriſto FRATRI Ioanni de Victoria, ſacerdoti eiuſdem Societatis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm probata nobis ſit vitæ tuæ integrtas, doctrina, & ſtudium illud charitatis, quo animarum ſalutem pro virili parte curas; ad gloriam Dei, & communem vtilitatem fore confidimus, ſi arma illa ſpiritualia, quæ nobis Apoſtolica Sedes diſpenſanda tribuit, tibi committamus. Omnes ergo & ſingulas gratias & facultates, quocunque modo Societati noſtræ, iuxta Præpoſiti Generalis diſpoſitionem conceſſas, & nominatim quæ ad prædicationem ſiue lectionem verbi diuini pertinent, & alias, quæ FRATRIBVS SOCIETATIS vſui eſſe poſſunt, tibi communicamus, precamurq́; Deum altiſſimum, vt his armis cum fructu maximo, ad ipſius laudem, & Eccleſiæ ædificationem vtaris. Romæ in ædibus Soc. Ieſu. 7. Cal. Febr. anno 1556.*

Epiſtola S. Ignatij Loiolæ.

Fratres Societ. Ieſu.

Ignatius.

Ad huius *FRATERNI* nominis aſylum nuper confugerat Paulus Layman, procœm. 3. Iuſtæ defenſ. n. 63. cùm dicebat, eos, qui nonnullos Patrum Societatis errores refutant, *id maximè velle & optare, vt plurimorum animi excitentur, & armentur ad perſequendos FRATRES.* Sed iam, *Fratribus* omnibus benè precari, ad alia feſtinemus.

CYNI-

FALSÆ ALLEGATIONES.

CYNIPHES.

Fama quicqnid invenit, maius facit.

Fol.178.col.2.

Qu.6.c.2.n.21.

1. Bis vel ter hoc loco pedibus incautis in errorem labitur Cruſius, quando in Catalogo Eccleſiarum, pro Clericis ſæcularibus aut Religioſis fũdatarum, & ad alterius Ord. Regulares translatarum, inter cæteras computat Præpoſituram in Selden, & Monaſterium Sorethanum, ſic loquens: *Præpoſitura in Selden, prius habuit Ordinis Cluniacenſis Monachos; deinde incorporata fuit Monaſterio S. Petri Ord. S. Benedicti in ſilva Hercynia. Sorethum, vulgo Schuſſenrietum, Diœceſis Conſtantienſis Præpoſitura, olim fuit Eremitarum, ex Alba ſeu Augia minore, poſtea Præmonſtratenſium. Myræus in Chron. Præmonſtr. fol.158.* Hæc ille; qui ſcire debet, Ordinem Cluniacenſem, non eſſe diverſum ab Ordine ſeu Regula S. Benedicti, ſed eſſe ipſius partem integrantem, unde prædicta Præpoſitura Seldenſis, licet à Cluniacenſibus translata fuerit ad Monaſterium S. Petri in Hercynia ſilva, Suevicæ Congregationis, non fuit tamen translata ab uno Ordine ad alium. Monachos autem Cluniacenſes, fuiſſe Ordinis S. Benedicti docet Bibliotheca Cluniacenſis. 476. Selden præpoſ. 477. Sorethũ & Aubertus Myræus.

2. Sorethana itidem *Abbatia* (patria mea) nunquam fuit Eremitarum ex Alba ſeu Augia minore, non enim dantur Eremitæ Ord. Præmonſtratenſis ſed Præpoſitus Augiæ minoris eiuſdem Ordinis, tranſmiſſis Sorethum primis Religioſis, *Pater domus* Monaſterii Sorethani nominari meruit, ut in eodem Ordine moris eſt; & fundatio prima, facta fuit pro Religioſis Præmonſtratẽſibus immediatè; ut Myræus, Cruſio contrarius, expreſſe ſcribit, his verbis: *Sorethum, vulgo Schuſſenrietum à Schuſſio præterfluente fluvio ſic dictum, apud Suevos in Diœceſi Conſtantienſi, apud Alendorffum arcem Baronum à Künigsegg ſitum, EX ARCE, IN MONASTERIVM PRÆMONSTRATENSE CONVERTITVR, anno 1188. à Bertingero & Conrado Baronibus à Schuſſenriet; quorum prior, Monachus ibidem, ut vocant, Converſus factus eſt. Primos huc Monachos ex Alba ſeu minore Augia miſit Vlricus à Thamèn, Præpoſitus Augienſis. IV. Bruſch. lib. cit.* Hæc Myræus; qui de Eremitis, & de translatione ab eiſdem ad Præmonſtratenſes (ut ipſi Cruſius imponit) ne ſomniavit quidem. Ad quaternionem 68. fac. 1. lin. 29. *Monaſterium Sorethanum, nunquam fuit Eremitarum.*

Cui ut omnem ſcrupulum eximamus, placet huc ex Archivo Monaſterii, ipſam fundationem, eiusq; cauſam & modum inſerere, quæ ſic habet: *Regnante Dn. Friderico Imperatore, erant duo fratres milites, nobiles, & liberæ conditionis, Beringerus & Conradus, ipſi Imperatori ſatis accepti, & aliis Magnatibus terræ, qui habebant reſidentiam in Caſtro Schuſſenrieth. Qui cum non haberent hæredes filios aut filias, divina inſpirante gratia, placuit eis, ut in eodem loco, ubi Ca-*

illis minimis INVIDEAT, Chriſto inviderit. *Reſp.* 2. *Si F. Romanus ſentit, quod bona Monaſteriorum emortuorum, collata Societati ac Seminario Clericorum, non Chriſto conferantur, profectò temerè ſentit. Ecquis enim Catholicorum unquam contra Eccleſiæ definitionem docuit, Societatem ac ſeminaria Clericorum, non eſſe membra Chriſti?* Hucusq; Cruſius; qui ſi uſpiam ſpecimen perſpicacis ingenii præbuit, hoc loco dediſſe cenſendus eſt; ubi acuminis loco lapidibus utitur quadratis. Verum, ordine progrediamur.

Conſequentiæ huius ſyllog. non negamus.

2. *Apud Adrianum Chriſtus dicit, quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; atqui Societas Ieſu, eſt minima Chriſti: ergo.* Conceſſa maiore, plerique hæſitant hodie in Minore; non enim vident quæ maior ſit in Orbe Chriſtiano Societas ipſa Societate Ieſu, tam quoad multitudinem Sociorum & Collegiorum eorumque amplitudinem, quàm quoad opulentiam, potentiam, præeminentiam in aulis Principum, in cathedris, in gubernandis Vniverſitatibus & Academiis; Pontificum, Imperatorum, Regum & Magnatum conſcientiis, in apparatu Eccleſiaſtico, in ſplendore ædificiorum, Comœdiarum, in æſtimatione hominum, & ſimilibus; ut non dubitarit R. P. Dominicus Gravina, Ord. Prædicatorum, in Congeminata voce Turturis. c. 16. §. *eiusdem de occupatis Monaſteriis proſecutio.* in hunc modum de ea ſcribere: *Tolerabile, ſi fieret quoq; Vniverſalis contributio Epiſcoporum, civitatum, Canonicorum, imo & ipſius SVPER OMNES RELIGIONES DITISSIMÆ SOCIETATIS; adeo enim ob ſuam Religioſitatem divitiis repleta eſt, ut Regũ, Principum, Dynaſtarum (quod in eius magnam laudem cedit) mammilla lactetur; & nedum Seminaria, collegia ſed & EPISCOPATVS, (ſi reditus computentur) aliive tituli, de SVPERFLVIS erigi poſſint; vel ad ſubventionem captivorum, recuperationem terræ ſanctæ, pauperum Eccleſiaſticorum in dignitate conſtitutorum ſublevationem, abſque VLLO Societatis domorum detrimento, & ſummo Eccleſiæ adiumento.* Hæc ille. Vnde & Claudius Aquaviva, Præpoſitus Generalis eiuſdem Socier. datis ad Ferdinandum Albertum Provincialem Germaniæ ſuperioris literis, Romæ 4. Febr. 1589. nominat Societatem *Eccleſiæ membrum non inutile, NEC INFIMVM.* Quodſi Cruſius dixerit, Societatem eſſe *minimam* humilitate: fateor fuiſſe, & eâ creviſſe; ſed hodie cum Apoſtolis multi clamant, *Domine adauge nobis fidem.* Lucæ 17. verſ. 5. Quin & Ludovicus Richeome Soc. Ieſu, in Academia Honoris, Viennæ in Auſtria, latine edita, ſcribit fol. 266. S. Ignatium Loyolam, ſuam Societatem paſſim *MINIMAM* vocaſſe: *In quo*, inquit, *oſtendit, eam eiuſmodi ſpiritus eſſe, ut ſe aliis Ordinibus libenter ſubmittat*: Sed Emanuel Alvarez in ſua Grammatica, talia

Opulentia Soc. Ieſu.

Creſcente ſupercilio decreſcit fortuna.

Paccuvii proavis, abavisque utenda relinquit.

3. Verum enim vero, ſit ita, ut aliquo ſenſu Societas hæc dici poſſit *minima*, nam & ille, *qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum.* Matth. 5. ſunt tamen, qui nomen Minimorum in Orbe Chriſtiano, longe excellentius circumferunt, Fratres, videlicet, Ord. S. Fran-

Fratres Minimi coram Deo non minimi. S. Franciſci de Paula, de quibus Carolus Carafa, in Germania ſacra reſtaurata, fol. mihi, 156. *Subdam rem memoratu dignam*, inquit, *obſervatam à piis curioſis, quod Pragæ in Eccleſia*, ab hæreticis recuperata, *& in omnibus ianuis domus Eccleſiæ adiunctæ, in qua Prædicantes habitabant, & poſtea dicti Fratres Minimi ſucceſſerant, erat inſculptũ; Quod minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Certè hæreticis prophetantibus, Eccleſiam & domum futuram eſſe præfatorum Religioſorum Minimorũm.* Eandem Chriſti Domini ſententiam de *minimis*, S. Benedictus c. 36. Regulæ, etiam ſuis applicat Religioſis: Nec dubium, illos quoque *minimos* eſſe, de quibus in iudicio Dominus dicturus eſt, *Infirmus fui, & viſitaſtis me; nudus, & cooperuiſtis me; eſuriui, & dediſtis mihi manducare &c.* Quid quòd ipſum regnum cælorum, comparatur grano ſinapis, quod minimum eſt omnibus ſeminibus: cui & dictum fuit *noli timere puſillus grex.* Tot ergo *minimis* concurrentibus, Minor Cruſii quoad vim probandi claudicat, & inſtar tubæ ductilis, ad cuiuſvis Muſicam extendi poteſt; adeo demonſtrativus eſt totus ſyllogiſmus. Seminarium Clericorum quod attinet, non eſt illud magis *minimum* reſpectu Ordinis S. Benedicti, quàm quodlibet eiuſdem Ordinis Monaſterium ſit *minimum* reſpectu totius Societatis Ieſu, quæ cum ſtellis & cælis merito comparari poteſt, propter doctorum virorum multitudinẽ, qui *fulgebunt ut ſplendor firmamenti, & quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Proinde ſi Cruſius iſtis *minimis* Benedictinis, aut Paulinis, ſua Monaſteria *invideat*, Chriſto inviderit. En denuo ductilem tubam.

Argumenta Cruſii cereum naſum habent. 4. Secunda ſimiliter reſponſio Cruſii ſuperius allata, chameleontis inſtar, aut polypi, omnium rerum colores aſſumit. Applico, & in Cruſium retorqueo. *Si Cruſius ſentit, quod bona Monaſteriorum deſtitutorum, reddita ſuis antiquis Ordinibus, non Chriſto reddantur, profectò temerè ſentit. Ecquis enim Catholicorum unquam contra Eccleſiæ definitionem docuit, Ordines S. Benedicti, S. Auguſtini, Ciſtercienſem, Præmonſtratenſem &c. non eſſe membra Chriſti?* Viden' Lector effigiem, ſeu ſtatuam cunctos viatores æqualiter aſpectantem! Viden' Cruſium præſtantiſſimum Muſicum, *in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ* buccas ambas inflantem: voluntas Dei fuit, ut argumenta proferret, non tam ſibi, quàm nobis omnibus profutura.

Hugo Caſtrenſis Epiſcopus ſuo malo expulit Monachos è Monaſterio. 5. Sed iam in ipſius gratiam, toties translationes ad Collegia & Seminaria affectantis, audiamus, quid circa Monaſteriorum eiuſmodi translationes Cæſar Cardinalis Baronius, tom. 12. Annal. Eccleſ. ad annum Chriſti 1191. nu. 54. de Hugone Conventrenſi ſeu Caſtrenſi Epiſcopo, in Nortmannia iamiam morituro, recenſeat: *Tunc idem Hugo*, inquiens, *audientibus cunctis, cum ingenti mœrore recognovit, qualiter expulſis Monachis Conventrenſibus, ad cumulũ omnium malorum, in loco eorum religioſos Clericos introduxit. Ad cuius flagitii ſatisfactionem, aliud genus correctionis non invenit, niſi ut in eorum habitu vitam finiret: Sicq; cum magno eiulatu Abbatem Becci deprecans adiuravit, quatenus intuitu charitatis ad Diaboli confuſionem, habitum ſibi concederet Monachalem, ut illos haberet patronos in ſæculo futuro, quos perſecutus fuerat in hoc mundo.* Hæc Baro-

Baronius. Cui ſuccedat Io. Trithemius lib. de ruina Ordinis Monaſtici. cap. 4. dum ait: *Meminerint omnes, qui Cœnobia Monachorum occupant, quam duro notentur anathemate, qui res Monaſteriorum Deo conſecratas, in alios vſus conuertere non verentur. Sit eis in exemplum Thietgaudus Treuirorum quondam Archiepiſcopus, qui cùm Cœnobium S. Andreæ in manſionem ab Adriano Papa in Vrbe Roma accepiſſet, ab eodē Apoſtolo & S Gregorio in viſu tertiò monitus, ne habitacula Monachorum diutius occuparet; cùm inde recedere iuſſus diſſimularet, cum omnibus ſuis, dira morte interijt.* Et ibidem, loquens de translationibus Monaſteriorum ſui temporis, ait: *Audiui à multis, quanta mentis amaritudine, in mortis articulo PLERIQVE conſtricti fuerint, qui huiuſmodi translationum authores extiterunt.* Hæc ille.

Londini apud Io. Bilium impreſſus anno 1628.

6. Similia in Anglia quoque obſeruata fuiſſe, ſcribit F. H. in Annalibus rerum Anglicarum, ad annum Domini. 1525. *Wolſeus Cardinalis*, inquiens, *hoc anno duorum ſimul Collegiorum fundamenta iecit, vnius quidèm apud Ipſevvicum, vbi natus eſt, alterius Oxoniæ, quod hodie Chriſti nomine dicatum noſcitur; At iſtud, quidem quanquam ad vmbilicum non perduxerit, (opus magnificum, & planè regium) Doctorum tamen mater fertiliſſima, innumeros quotidie eruditos Eccleſiæ, Reipublicæq; progignit, meq; inter alios ipſum, (qualis qualis ſum) agnoſcit alumnum. Alterum illud, cum Fundatore concidit, & maxima ex parte dirutum, in neſcio quorum priuatos vſus iam olim ceſſit. His enimuero Collegiis, cum de fundis & prouentibus pro ſtructuræ amplitudine proſpectum cuperet Cardinalis, neque priuatis ſuis opibus (quanquam ingentes ea erant) efficere illud potuiſſet, Clemente Papa annuente, quadraginta minoris notæ Monaſteria demolienda curat, & omnia quæ illorum fuiſſent, nuper à ſe extructis Collegijs addici. Negotium hoc (vt nonnulli animaduerterunt) tanquam aurum Tholoſanum, omnibus qui illud attigiſſent, aut perniciem, aut ſaltem maximas calamitates attuliſſe creditur. Ex Miniſtris quinque, quorum opera Cardinalis vſus eſt, in tot piorum hominum donariis interuertendis, euenit poſtea, vt duobus duello decertantibus, alter alterum occideret, & homicida ſuſpendio plecteretur; tertius in puteum ſe dederit præcipitem, ac ſpontanea morte ſubmerſus perierit: quartus, homo opulentus, ad eam egeſtatem deuenerit, vt victum oſtiatim emendicare ante obitum cogeretur: alius denique Doctor quidam Alanus, qui authoritate inter cæteros præcipuè pollebat, quo tempore Archiepiſcopus Dublinenſis in Hibernia agebat, ab inimicis crudeliter confoſſus periit. Vtinam his & ſimilibus exemplis edocti, diſcant homines, res Deo ſemel conſecratas timidè attrectare. Si iſtos iuſtitia diuina tam ſeuerè puniit, qui bona Eccleſiæ dicata, ... ad vſus haud dubiè meliores conuerterunt, ... quid illis putabimus imminere, qui res Eccleſiaſticas, quacunque data occaſione ſine delectu diripiunt & expilant, ſemet tantum locupletandi gratia?* Hactenus ille. Quibus haud diſſimilia Tyrnauij in Hungaria, & alibi obſeruarunt Hungari, & alij: ijs tamen iudicium meum non interpono, vtpote contentus recenſere quid acciderit; non cur acciderit, perueſtigare. Securum eſt, in hora mortis alienis bonis ani-

Quid in Anglia obſeruatū circa translationes Monaſteriorum ad Collegia.

Pſal.65. *Pſal.75.* mam non contaminaſſe, & cœlitum indignationem in ſe non prouocaſſe. *Terribilis in conſiliis* DEVS *ſuper filios hominum*; qui *aufert ſpiritum Principum*, & nemo poteſt dicere, cur ita facis? id vnum ſcimus & experimur, quòd aliæ ſint cogitationes Dei, aliæ hominum. Opponentes autem, vt hâc euentuum remora & moleſtia ſe liberent, ea quorum metus aut reuerentia obſtare poſſet, inter fabulas reponunt: at viderint ne ſibi infelicium fabularum authores fiant;

—*omnes exſpectat auarus*
Portitor. & poſt hoc, iudicium.

CONCORDATA GERMANIÆ.

Fides, ſupremum vinculum eſt mortalibus.

Res mira quæ in Monaſterio Eberſpergenſi hodieq; ſolet euenire.

1. Vnum ſupereſt, cuius oraculum à Cruſio exſpecto. Ipſorum Societatis Ieſu Patrum fideli relatione didici, in Cœnobio Bauariæ Benedictino Eberſperg nuncupato, tunc temporis non deſolato, quod intuitu publice vtilitatis, ad inſtantiam Guilielmi quondam Bauariæ Ducis, Clemens VIII. Monacenſi Collegio, dictæ Societatis datâ Bullâ vniuerat, certis anni temporibus, in hanc vſq; diem, intempeſta nocte, Monachorum dudum ſepultorum animas in dormitorio, quaſi à ſomno excitatas, è cellis ſeu cubiculis cum ſenſibili ſtrepitu prodire, templi Chorum adire, inibiq; Dei laudes Monaſtico more decantare. Diuinare Cruſium cupio, cur id fiat, præſertim cùm (vt ipſe ait) dignioribus & melioribus hæc vnio facta fuerit. Neque enim Carolo Carafæ, in ſua Germania reſtaurata tantùm tribuere poſſum, vt quem is ſimilem cantum Pragæ, anno 1620. in Eccleſia Metropolitana auditum, aſſerit clamaſſe vindictam, hîc loci quoque vindictam implorare ſentiam. Non vindictam, ſed reſtitutionem inclamare conĳector.

De valore Reſcripti Principis quando licitum ſit indagare.

2. Dubium non eſt, quin peculiare quidpiam Deus hoc ſeu animarum ſeu Angelorum cantu (laruas enim & ſpectra infernalia, ad laudes Deo in ædibus conſecratis cantandas occupari, nec ratio, nec fides Catholica, vt ſentiamus, admittunt) velit indigitare. Si liceret ominari, crederem eos inter alia, neglectum Concordatorum Germaniæ, & inde cauſatam nullitatem extinctionis inſinuare. Fas mihi ſit, præſenti occaſione, dicta Concordata nonnihil enucleare, non vt de plenaria poteſtate Clementis VIII. Summi Pont. Bullam concedentis, vllo modo diſputem; ſed vt de voluntate, ſcientia & intentione ipſius, doctrinaliter inquiram, quibus abſentibus, plenitudo poteſtatis nihil operatur; vt ſuprà dictum ſub allegat. 385. nu. 27. & ſeqq. Præſumitur enim Pontifex Max. vt fons Iuſtitiæ, nulli velle ſcienter præiudicare textu ſingular. in c. ſi quando. in fin. de reſcript. Vnde tolerat, quòd Veritas, Iuſtitia & concordata defendantur. Alex. conſil. 216. vol. 2. Et, iuxta iura notiſſima, omne reſcriptum ſub- & obreptionis argui conceditur. 1. ſi

ipſa

ipſa narrata impetrantia vera non ſunt. 2. ſi tacetur id, quo expreſſo, non eſſet conceſſum, aut non ita facilè. 3. ſi reſcriptum plura capita continet principali negotio connexa, tunc omiſſo vitio in vno, totum corruit & vitiatur. 4. Si ea qualitas, cuius intuitu decretum, non reperiatur: gloſſ. in c. ſuper litteris. de reſcript. Bald. in c audientiam. eod. tit. in 6. apud Wernherũ Thummermuth in Schedio Apologetico. fol. 78. & 79. Quibus adde, 5. ſi Princeps reſcribat contra proprium contractum, præſertim continentem clauſulam irritantem omnia quæ ſecus attentari contigerit, nec in reſcripto derogetur expreſsè tali contractui, nec vlla fiat eius mentio; tunc enim præſumitur obreptitium, & cenſetur inefficax, nullius valoris & dignitatis, per tradita in c. 4. de reſcript. in 6. Couar. lib. 1. reſolut. cap. fin. Menoch. de arbitr. iudic. caſu. 201, quod autem nullum eſt, nullum producit effectum, cùm non entis, nullæ ſint qualitates, nec operationes, iuxta vulgatam.

3. Iam ergo narrata erant hæc. *Quòd in Monaſterio Eberſperg nuncupato PROPE, & extra MVROS oppidi Monachij Ordinis S. Benedicti, Friſingenſis Diæceſis, QVINQVE Monachi, vel CIRCA ſuperſint, ipſiq; vitam licentioſam, & Regularibus inſtitutis dicti Ordinis parum conformem ducant, & VIX aliquod futuræ emendationis ſpecimen præ ſe ferant, atq; ita ſcandali potiùs, quàm ædificationis occaſionem præbeant.* Abſit à me, vt tanti Ducis fidem & ſinceritatem in dubium vocare cupiam; aliqua ſolum narrata ſcrupulum mouent, quæ vel à Miniſtris Cancellariæ irrepſerunt, vel ab ipſis Patribus Societatis in chartam, relata, & Sereniſſimo Guilielmo Duci (vt aliàs factum) deſcribenda, Romamq; mittenda tradita fuiſſe, non eſt incredibile. Eberſpergam eſſe *extra muros* oppidi Monacenſis, tam clarum eſt, quàm certum & Romam extra muros Monacenſes eſſe: ſed quòd dicatur eſſe *prope muros*, ſatis latè dicitur, cum hac ratione pleraque Monaſteria futura ſint *prope muros* alicuius ciuiuitatis: Certè ſi ciuibus Monacenſibus aſſignaretur Cœmiterium tali modo *extra & PROPE ſui Oppidi muros*, vt Eberſpergam vſque mortuos ſuos deportarent, non dubium, omnes reclamaturos, quòd hoc nomine tanta ad muros vicinitas vulgò intelligatur, quæ facilè ſit in conſpectu. Deinde, conſtat plures Monachos quàm *quinque* in Monaſterio ſuperfuiſſe. Et quid opus erat addere illud *CIRCA*, quaſi ſeptem aut octo difficulter numerari potuiſſent, niſi vt etiam quinarius numerus deprimeretur? *vVigul. Hundius tom. 2. Metrop. Saliſburg. fol. 285.*

4. Porrò, an, & quàm licentioſam aut ſcandaloſam vitam illi duxerint, compertum non habeo: Quod autem *vix* emendationis futuræ ſpes fuerit, difficile creditu eſt; poterat enim Monaſterium, iuxta cap. relatum, ne cler. vel Mon. in ſuo Ordine reformari, introductis illuc, ſecundùm Benedictinam, ex alio Monaſterio Monachis; ſi illi fuiſſent incorrigibiles; quòd tamen minimè præſumendi ſunt fuiſſe: Cùm enim vniuerſa reliqua Monaſteria, diuerſorum Ordinum in Bauaria hodie Religioſam & exemplarem vitam ducant, dubium non eſt, etiam iſtud ad meliorem frugem reduci potuiſſe, nî Monacenſis vicinitas obſtitiſſet; tam *Monachi Eberſpergenſes an fuerint incorrigibiles.*

deſperatos enim Monachos non habuit, quin vnus ex ipſis, Cœnobio ſuo, anno 1595. eiectis, Cyriacus Empel dictus, dignus fuerit habitus, qui poſt triennium, in centiſſimum triceſimum ſeptimum Abbatem antiquiſſimi ad Danubium Monaſterij Weltenburg, Ordinis eiuſdem, Canonicè & vnanimiter à Conuentu eligeretur; cui per annos duodecim, ad annum vſq; 1610. quo viuere deſiit, laudabiliter præfuit; priùs in ſuo quoque Eberſpergenſi Monaſterio, per triennium & ampliùs, Adminiſtratorio munere functus; vt docet Hundius in ſua Metropoli.

Translatio Monaſterij Eberſperg. facta fuit contra Concordata Germaniæ.

5. Num fortè Manes illi queruntur, Monaſterium ſibi, ſuiſque, contra Concordata Nationis Germanicæ, adeoque etiam inuitis Fundatoribus ablatum, & cum Monaſterio, Monaſticum cantum extinctum fuiſſe? Concordata diſponunt, vt *Dignitatibus & Beneficiis QVIBVSCVNQVE, ſæcularibus, & REGVLARIBVS VACATVRIS* (Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubiectis) *iure Ordinario prouideatur per ILLOS inferiores, ad quos aliàs pertinet.* Hîc autem, vacante Abbatia Eberſpergenſi, ius eligendi Abbatem, ILLIS inferioribus ad quos alias pertinebat, nempe Conuentualibus adhuc viuentibus, in gratiam ſupplicantis vnius Principis, primò ſuſpenſum, deinde totaliter per ſuppreſſionem ablatum fuit; id quod Concordatis directè contrariari manifeſtum eſt; quibus tamen Papa derogare voluiſſe non præſumitur, cùm idipſum non intendat, niſi fuerit ſeruata forma & modus, quibus fieri ſolet derogatio Concordatorum, vt docet Wameſ. conſil. 255. num. 6. hîc verò, nullius derogationis huiuſmodi facta fuit mentio; quippe cùm & nulla fuerit in ſupplicatione, adeoque tacebatur id in ſupplicatione, quo expreſſo, Bulla non emanaſſet, aut non ita facilè. Et ſic plura vincula fortiora ſunt vno. §. affinitatis. Inſtit. de nuptiis. C. de adopt. Hinc fit, vt quando plura ſunt obſtacula, non ſufficiat clauſula generalis, ſed de ſingulis defectibus debet fieri mentio. Bald. l. 1. num. 22. verſ. vnum etiam ſcias. C. de furt. Felin. c. nonnulli. n. 21. verſ. quinta concluſio. de reſcript. Gonzalez ad reg. de altern. gloſſ. 31. num. 91 & 101. Ioan. Chokier in reg. VIII. Cancellar. gloſ. 11. num. 35. *Tametſi enim Canonica & receptiſſima doctrina ſit, quòd Romanus Pont. circa beneficia, tum Regularia, tum ſæcularia, liberam & abſolutam diſponendi facultatem habeat; hæc tamen regula, quæ per ſe vera eſt, per accidens & extrinſecè limitari debet; Primò, propter ſpecialia Nationis Concordata, quæ vim pacti habent, quibus etiam Pontifex DE IVRE NATVRALI, ac GENTIVM OBLIGATVR &c.* vt ait Paul. Layman Iuſtæ defenſ. fol. 185. & 281.

Clemens VIII. nō intenderat derogare Concordatis, quia id nullibi expreſſit.

Papa de iure naturali ac gentium Concordatis obligatur.

6. Cum igitur in prædicta translationis Bulla, non fuerit expreſſa ulla derogatio Concordatorum, ſignum eſt, Pontificem Max. non intendiſſe derogare Concordatis; adeoque impetrationem translationis ad Soc. Ieſu, fuiſſe ſub- & obreptitiam, veluti quæ inter narrata tacuerit, per huiuſmodi extin-

ctionem

ctionem Monaſterii contraveniri Concordatis,quæ tamen nullus Germaniæ Princeps ignorare præſumitur; & per conſequens, ipſo iure nullam; Eo præſertim etiam,quod dictis Concordatis,ſeu Conſtitutioni Nicolai V.adiectum ſit decretum irritans,*ſi ſecus à quoquam ſcienter vel ignoranter attentari contingat*,quod ipſum quoq; Pontificem ligat,ut docet cit.Chokier n.7.per cap.quodam ibi Dominic.de præb.in 6. *Decretum* enim *irritans*,(*ut dicere ſolebat Guil. de monte Laud.in clement.ſi Romanus.verb.cum cura. de præbend.*) *eſt penetrabilius omni gladio ancipiti,omnia interiora & occultiſſima afficiens & aſtringens.Nã eſt tam malignantis naturæ,quod,quicquid invenit,deſtruit,& in oppoſitum ducit.* inquit Lud.Gomes.in reg.cãcell.de annal,poſſeſſ.q.23.§.pro parte negat.in fin. (Quod limita,niſi Pontifex graviſſima cauſa motus, eiuſmodi Concordatis expreſſe derogaret,id quod in hac Bulla non fecit.) Hinc quando ſub Clemente VIII. duo Monaſteria, Griffen & Arnoldſtein,Ordinum Præmonſtratenſis & S.Benedicti,in Carintha, Patribus Societatis iamiam tradenda & incorporanda erant,ad Epiſcopi Bambergenſis,& nuperrimè Monaſterium Albę Dominarum eiuſdem Ord.S.Benedict.ad Eminentiſſimi Principis Electoris Treuirenſis factam informationem,ex hac ipſiſſima radice Concordatorum,poſthabitis prioribus Reſcriptis ſeu Indultis Pontificiis, in priſtinum Religionis ſtatum repoſita fuerunt. Et noviſſime, anno 1633. cum dicti Patres aliquot Bullas Apoſtolicas, pro uniendis ſibi quibuſdam Monaſteriis Hildeſienſis Diœceſis, nominatim Dernburg Ord. Ciſterc. aliiſque, ab Vrbano VIII.ſub variis prætextibus boni publici,& erectionis Seminariorum,inſciis partibus, impetraſſent,à Rev.& Illuſt.Principe & Epiſcopo Oſnabruggenſi, Mindenſi & Verdenſi, velut Apoſtolico & Cæſareo Commiſſario(ut accepimus) non acceptatæ, nec executioni mandatæ; ſed repudiatis earum impetrantibus, antiqui Ordines,quibus præfata Monaſteria, vigore primæ fundationis ; & Concordatorum Nationis Germanicæ debebantur,in poſſeſſionem eorundẽ Apoſtolica & Cæſarea autoritate reſtituti fuerunt.

Irritãs Decretum quantarum ſit viriũ.

Certum eſt, quod ſi iudex uidet ſententiam Principis iniuſtam, non debet eam exequi. *Petr. de Petr.de iur. quæſit non tol q. 8. tit. concl. 2 principal. fol.mihi 611. n. 4. Et idem dic,ſi videt eſſe ſubreptitiã.*

7. Et rectè quidem, quia *Princeps* (ut ait Petr. Ant.de Petra. tract.de iure quæſit.non toll.c.32. n.88.) *non poteſt venire contra contractum vel pactum ſuum, quia eſt IVS NATVRALE, quod non poteſt tolli,niſi contingat illud tendere in DAMNVM PVBLICVM.* Idem ſentiunt Flamin.Pariſ.lib. 3. de reſignat. benefic. q.18.n.125. & q. 6. n. 7. de confidentiis beneficial. Menoch. lib.2. præſumpt.10.n.49.per plurimos ibid. allegatos Dd. *Nec tantæ potentiæ eſt Princeps,ut poſſit extinguere IVS NATVRALE.* Petr. ibid. c. 24. n.198. aſſerens c.32.num.58. *Ius quæſitum de iure gentium,mediante contractu partis, non poſſe tolli per Principem,de plenitudine poteſtatis.* intellige in ſenſu Petræ,ſine magna & ſufficienti cauſa. *Contractus* enim *non debent claudicare.* ibid. n. 66. Et *Princeps tenetur ex propria fide, quæ eſt fundamentum Iuſtitiæ.* ibid. n. 75. ipſaq; *honeſtas ligat Principem, cui nimis grave eſt fidem fallere.* ibid. n. 91. Et, ſi *moribus bonis inimicum eſt, quod Princeps reſcindat bene ordinata per*

Ius quæſitũ etiam in ſpe, ex contractu nominato, non poteſt tertio auferri. *Petra ibid. c.30. n.44. Lel Zechius, de Principe. lib. 2. c.1. n.6 & ibi citati Ancharan. Bald. Dec. & Greg. Tholoſan.*

eum, vel ſuos prædeceſſores. ibid. c.3. q.3. num. 23. quanto magis ſi etiam contractus intervenerit: Vbi c. 32. num. 283. infert d. Petra, *Principi nullo modo licere à contractu proprio reſilire*, idque *ne ex cauſa quidem.* nume. 150. ſubintellige qualibet, in Papa; qualis eſt inſtantia impetrantis, quam vel reſpectus potentiæ, vel importunitas facile comitantur. Vnde c. 24. numer. 84. & num. 9. fol. mihi 612. *Concludendum eſt*, inquit idem Petra, *negative, ut cauſa non præſumatur in Principe, auferenti ius alienum, ei quæſitum de iure NATVRALI, GENTIVM, vel divino.* Legata autem pia, fundationes Monaſteriorum, & *teſtamenta, quoad ſuam originem & materiam, ſunt de iure gentium, quamvis ſolennitates in eis requiſita ſint de iure civili*, ut ait idem c.25. num. 38. *Quodſi Princeps vellet tollere alicui actionem ſibi* deſuper *competentem, non poteſt; quia licet actiones ſint inventa de iure poſitivo*, quoad modum, *tamen deſcendunt à iure naturali, & ab eo ortum habent.* ibid. c.24. num. 97. ubi c.26. num. 15. etiam allegatur Bart. dicens; *non valere ſtatutum, tollens defenſionem, ex eo, quia defenſio eſt iuris naturalis.* Quibus omnibus ſuffragatur Vincentius Filliuc. tract. 41. de benef. Eccleſ. c. 1. num. 13. aſſerens, *Papam non poſſe tollere contractum tacitum vel expreſſum, ſive CONTRA ILLVM VENIRE, INVITO CONTRAHENTE; & ſi faciat, ad id quod intereſt obligari.*

Papa non poteſt venire contra contractũ proprium.

8. Cum igitur *impoſſibile de iure dicatur, quod eſt de iure* (vel per Concordata,) *prohibitum.* cit. Petra c.3. q.3. n. 23. ſequitur, eſſe impoſſibile, ut huiuſmodi Monaſteria Germaniæ transferantur ad Soc. Ieſu, aut eiuſdem Seminaria, vel alias; niſi contingat, ut ſupra dictum, obſervationem Concordatorum tendere *in damnum publicum.* Quæ omnia fuſius deduximus in *Aſtro inextincto*. q.3. n.5. §. ſed inſuper & q. 4. n. 51. §. Ad Concordata.

9. Nec ſatisfaciunt, qui apud ad d. Chokier num. 18. & ſeqq. obiiciunt, Decretum irritans, Concordatis inſertum, non ligare Papam, 1. eo quod Decretum non dicat, *etiam per Nos, aut ſucceſſores noſtros contigerit attentari, &c.* 2. quia Concordata, non ſunt leges generales, ſed tantum avocationes quædam proviſionis beneficiorum per Papam ad ſe factæ; adeoque leges non poſſunt nominari, ſed potius quædam gratia. 3. Quia Nicolaus. V. non potuit ſuis ſucceſſoribus aliquam legem imponere, quam ipſi de neceſſitate tenerentur ſervare; quia par in parem non habet imperium, per leges ibid. alleg. Ad 1. enim R. licet Domini de Rota, ab eodem Chokier ibi citati, fuerint aliquando iſtius opinionis; tamen poſtea Paulus V. Pont. Max. in Bulla ſua revocationis, de anno 1613. 5. Cal. April. contrarium tenuit, ut ibid. refert Chokier num. 23. Vbi motu proprio declaravit, ſe non intendere, nec ſuos prædeceſſores intendiſſe lædere Concordata. Quamvis enim Dn. Quirinus Bilſtein Clericus Leodienſis, à Clemente VIII. & d. Paulo V. collationẽ Canonicatus cuiuſdam, & Præbendæ, & Scholaſtriæ Tungrenſ. cum expreſſa derogatione Concordatorum Germaniæ obtinuiſſet; tamen Paulus V. huiuſ-

Obiectio quorundam de Decreto irritante

Solvitur.

Princeps in contractibus

huiuſmodi collationem Concordatis contravenire animadvertens, motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eam non ſolum revocavit, caſſavit, & annullavit; ſed etiam *nullius roboris, vel momenti unquam fuiſſe* declaravit; adeoque decretum irritans, Concordatis inſertum,etiam ad Papam extendi intellexit. Id quod ante ipſum Iulius III. ſpeciali ſua Conſtitutione, quæ incipit, *decet Romanum Pontificem. &c.* expreſſe quoque declaraverat: Et Pius IV. in ſua revocatione, motu ſimiliter proprio facta derogationis Concordatorum Nationis Germanicæ,declaravit, intentionis ſuæ non fuiſſe, nec eſſe, Concordatis prædictis derogare, aut alias illis in aliquo præjudicare; ſed *eandem prætenſam derogationem, ob Expeditorum inadvertentiam,& præoccupationem,obreptam,tanquam cōtra intentionem & voluntatem ſuam extortam, nullam,invalidam, ac nullius roboris vel momenti FVISSE, aut eſſe.* Et ita quidem apud d. Chokier declararunt Summi Pontifices, de expreſſis derogationibus Concordatorum: Quanto minus lædere velle Concordata præſumentur, ubi de nulla derogatione huiuſmodi, in Bullis fit mentio; qualis illa fuit Clementis VIII. de tranſlatione Monaſterii Eberſperg ad Societatem Ieſu?

non habet plenitudinē poteſtatis. Petra cit. lib. c.32.num.112. Compoſitio Pacis Diling. DD.c.5.quæſt. 25.n.24. in fi.

10. At inquies: Pontifices Maximos, huiuſmodi derogationes declaraſſe fuiſſe nullas,ſolummodo ex defectu voluntatis contraveniendi, non autem ex decreto irritante. R. quod ex utroque, per illa verba, *ſi ſecus ſuper his à quoquam,ſcienter VEL IGNORANTER contigerit attentari:* eo quod Concordata, veluti pactum publicum, ſeu contractus, utramque partem contrahentem æqualiter complectantur & obligent,(niſi cauſæ graviſſimæ, derogationem Papæ, militantis Eccleſiæ Paſtori, extorqueant) quandoquidem, ut ait d. Chokier. num.24. ſunt individua, & correſpectiva, c.pervenit. 2. ibid. nec tu ei etiamſi promiſſum. de iureiur. Mohed. deciſ. 10. num. 1. de ſent. & re iudic. Roland. à Valle conſil. 60. num. 15.11. & 12. & conſ. 4. n. 42. vol. 4. adeoque contractus claudicaret, ſi Summus Pont. liberè poſſet contravenire Concordatis; & viciſſim omne illud eſſet irritum & inane, quod ex parte ſolum Nationis Germanicæ contra fieret. Et quomodo à Clemente VIII. in ſuo Brevi ad Rudolphum II. ſuperius in Aula noſtra num. 125. allato, dicerentur eiuſmodi Concordata, *tanto pondere ſancita* fuiſſe,niſi pondus illis adderet irritans utrinq; decretum & inviolabile pactum? Quare, in contractibus inter ipſam Sedem Apoſtolicam,& alios, cum dicta Sedes ſit pars contrahens,& in tali contractu Princeps habeat rationem privati hominis potius,quam publici ſeu Principis, ut ait Reginald. lib.13. c. 17. num. 168. & Azorius.1.part.moral.inſtit. lib.5.c.11. q.1.non procul à prin.referens plures præſertim cum eiuſmodi Concordata (ut mox dicemus) vim legis obtineant, cui ſe ſponte Sedes Apoſtolica ſubmiſit; non eſt neceſſe, ut decretum irritans contineat illam clauſulam, *etiam per Nos aut ſucceſſores noſtros*; ſed ſufficit clauſula generalis, *ſi ſecus ſuper his à quoquam* (intellige contrahentium) *quavis authoritate* (tam Imperiali ſcili-

Ius quæſitū de iure gentium, mediante contractu partis, non poteſt tolli per Papam, etiam de plenitudine poteſtatis. *idem Petra. ibid.c.32. num.58.*

Concordata non debent claudicare.

Princeps in contractibus habet rationē hominis privati.

Notabilis doctrina.

ſcilicet,aut privata, quàm Apoſtolica) *ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.&c.* Ita ſentiunt Probus ad Monach.in c.ſi tibi qui,n.5.& 21.de reſcript.in 6.Rebuff.in Concord. tit. de firma & irrevocab. concord. ſtab. in princ. Menoch.conſ.83.n.6.lib.1.In aliis autem,ubi Papa non eſt pars contrahens,locum obtinet ſupradicta ſententia Rotæ,& Garziæ apud d.Chokier.

Concordata, non ſunt nuda avocatio proviſionis Beneficiorum per Papam ad ſe facta,

11. Ad 2.℞. Concordata Germaniæ,non eſſe nudam avocationem proviſionis beneficiorum per Papam ad ſe factæ,ſed eam eſſe veſtitam pacto, ſeu contractu cum d.Natione Germanica, à quo & accipit,ut inter contrahentes obtineat vim legis,ſi non civilis,ſaltem naturalis, obligantis de iure naturali ac gentium. Et eſto primitus ex parte concedentis Papæ,fuerint potius gratia, quam lex,eo quod Apoſtolica Sedes plenitudinem ſuæ poteſtatis,in favorem Nationis Germanicę, ſibi nonnihil mitigari & reſtringi (quod non tenebatur) libenter permiſerit; tamen poſteaquam in contractum tranſierunt, potius ſunt lex,quam gratia. per not.Gail.lib.2.obſervat.127.n.8.ubi ait,quod *contractus per eos celebrati,qui poteſtatem legis condendæ habent,vim legis obtinẽt text.in l.Caſar.ff.de publ.& vectigal.& in l.penult.C.de donat.inter vir.& ux.Bar. ibid.n.4.& in l.4.§.actor.n.9.ff.de re iud.Alexan.in d.l.4.n.21.Zaſ.conſ.1.vol.2. & Socin.iun.conſ.143.vol.1.per allegata ibid.* Et Iulius Pacius tract.1.de contractibus,n.65.ait,non eſſe dubitandum, quin contractus Principis habeat vim legis: & hanc ſententiam communiter probari à Dd. allegans inſuper Matth. de Afflict.decis.299. Adeoq; licet contractus ab initio ſint voluntatis, ex poſt tamen, ſunt neceſſitatis. & promiſſum cadit in debitum. l.in commodato.§.ſicut. ff.commod. & in ſpecie ita ſcribunt omnes in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolut.matrim.Menoch.lib.4,præſumpt,109.num.3.& præſumpt.110. num.3.

Contractus Principis, obtinet vim legis

Compoſitio Pacis Diling c.5.q.25.n.26.

Contractus, primo ſunt voluntatis.deinde neceſſitatis.

12. Hinc docent communiter Dd. *quod ex contractu Principis cum ſubdito, Princeps obligetur ſaltem naturaliter,adeo etiam, ut ſucceſſor eius teneatur ad ipſius obſervantiam. Cyn.in l.digna vox.verb.ultimo ſciendum. C.de legib.Panorm.c.1.de probat.n.1.late Felin.ibid.n.3 verſ.modo adverte.Io.de Imola ibid.verſic.nota quod ex contractu.Panorm.in c.1.n.7.de conſtit. Et hanc communem opinionem Doctorum eſſe inquit Dec.in d.c.1.de probat.n.1.verſ.ſubiicit D.Abbas.& moderni hic ſequuntur,ubi plures authoritates Dd. adducit. Quæ obligatio naturalis tamen eum obligat efficaciter, vel, utilis & efficax eſt ad agendum,ſecundum communiorem ſententiam,referente Vasqui. Menchacenſ.in l.1.controverſ.illuſt. c.3.n 1.Licet autem nonnulli alii(* ut Iul.Pacius d.li.1.de contract.n.64.Baldus, Abbas,Alb.& Gomezius per eum allegati, & Franc.Suar.lib.3. de legib. c. 35. n.22.) *noluerint,illum quoq; civiliter obligari,per pulchra fundamenta, quæ cum authoribus referuntur à Hieron. Schurff.in conſ.72.n.8 & ibi illa doctrina egregiè ab eo explicatur,in 2.centuria conſil. In hac ſententia OMNES Dd.perſiſtunt, Principem tam efficaciter, ſecundum ſententiam Doctorum communiori calculo approbatam,obligari,ut nec DE POTESTATE ABSOLVTA poſſit à tali cõtractu recedere, aut illum ulla ex parte violare. Paul.de Caſtr.in d.l.digna vox.n. 5.ubi*

Princeps, ex contractu obligatur ſaltem naturaliter.

Excipe Chriſti in terris Vicarium, graviſſimis de cauſis, in manifeſta Eccleſiæ neceſ-

5. *ubi ipſe allegat doctrinam Bart. in l. omnes. in 3. q. principali num. 21. cum ſeqq: ſequ. Si ſtatutum tranſiviſſet in contractum, illud non potuiſſe à ſtatuentibus revocari. ff. de iuſt. & iur. Doctores communiter in d. c. 1. de conſtit. in d. c. 1. de probat. & ibi Decius multas authoritates Doctorum adducit. Similiter in conſil.* 528. *nu.* 6. 580. *num.* 1. *&* 600. *num.* 3. *Pulchrè Iaſon in l. 1. poſt alios ff. de pact. in princ. & in conſ. 1. num. 1. 2. & 3. imo per totum conſil. in 1. vol. Ludov. de Gozad. conſ. 9. num. 44. & 45. Marian. Socin. inn conſ. 60. num. 15. 16. & 17. in 3. tom. conſ. Reſtaurus Caſtaldus in ſuo tract. de imper. q. 111. verſ. 81. Princeps non poteſt, etiam DE PLENITUDINE POTESTATIS contravenire contractui proprio. & q. 116. dicit, Principem etiam civiliter obligari ex contractu. in 12. vol. tract. Hieron. Schurff. conſ. 7. num. 1. & 2. & conſ. 59. num. 4. 5. 6. & 7. in 1. cent. & conſ. 53. num. 16. & in d. conſ. 72 num. 8. in 2. cent. Nicol. Everhard. in locis ab argu. legalibus loco à plenitudine poteſtatis. num. 30. cum ſeqq. verſ. ſecundo limitatur, ut non procedat quoad legem contractus. Et valdè eleganter Andr. Alciat. in reſponſ. 167. verſ. circa tertium dubium. num. 10 conſulendo ſcribit, in alio caſu, fidem Domino non ſervanti, impunè non ſervari.* Hucusque Laur. Kirchovius, in theſaur. commun. opin. verb. princeps. § principem ex contractu. Vnde viciſſim, *ſi fidem non ſervent facientes Concordata cum Sede Apoſtolica, non eſt illis fides ſervanda,* ut ait d. Chokier in reg. 8. gloſſ. 11. num. 24. quia, ut iam dictum, Concordata ſunt individua & correſpectiva; & correlativorum idē eſt iudicium. Io. Nic. in l. generaliter. num. 26. C. de ſecundis nuptiis, dicens eſſe communem: & quod contraveniens contractui, non poſſit ex eo iuvari dixit Rota deciſ. 198. n. 1. & 204. n. 1. apud Coccinum. per l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & ex multis regulis iuris fuit reſolutum in cauſa Vrbevetana Caſtrorum. 11. Ian. 1572. coram 60. me. Oradino. Quare, non ſine ratione timendum eſt, ne Principes Germaniæ, qui Auguſtanam Confeſſionem receperunt, & in diverſis Germaniæ Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis, ius Adminiſtrationis exercent, & collationes Apoſtolicas, vigore Concordatorum factas, hactenus admiſerunt & receperunt, ubi animadverterint per huiuſmodi Translationes, Incorporationes, aut Vniones extinctivas (qualis eſt Eberſpergenſis, aliorumque Monaſteriorum) ad cuiuscunque demum interceſſionem aut petitionem factæ fuerint, per Sedem Apoſtolicam ſæpedictis Concordatis toties (ſaltem ipſo facto) derogari, hinc occaſione ſumpta, eiuſdem ſanctæ Sedis collationibus & proviſionibus deinceps in Eccleſiis, quas obtinent, locum non concedant. Sed de hoc iterum inferius, in peripetaſm.

ſitate, proprio contractus legitime derogā- tem. ut in Aſtro q. 3. n. 11. §. ſpecialiter.

Si fidem non ſervet Princeps contrahens, nec ipſi ſervare tenetur alius contrahens.

Contraveniēs contractui, nō poteſt ex eo iuvari.

13. Ad 3. R. Illud, *par in parem non habet poteſtatem*, hic non obtinere locum, quandoquidem Nicolaus V. cum conſilio & aſſenſu S. R. E. Cardinalium, *nomine Sedis Apoſtolicæ, ſeu Romanæ Eccleſiæ* (quæ nunquam moritur, nec habet ſucceſſorem) contraxit. Vnde dicit Iaſon, ***eſſe communem, quod Princeps obligetur per ſuum contractum, & aſtringat ſucceſſorem in dignitate.***

Sedes Apoſtolica, non habet parem.

conſil.10. vol.3.Cyn.Imol.Felin. & Panorm.paulo ſupra citati. Vide cumulum allegationum apud Tiraquell.in tract.de primogen. 35. q. num. 23. & 24. Aliter enim Natio Germanica fuiſſet circumventa, & ipſa Concordata redderentur deluſoria. Quinimo, ex vi argumenti oppoſiti ſequeretur, quod cum nulla Eccleſia in tota Chriſtianitate, tranſactiones, alienationes, permutationes, aliive contractus aut pacta fieri poſſent citra periculum eluſionis apud ſucceſſores; quod abſurdum, merito vitari debet. Unde d. Nicolaus V. in Bulla Concordatorum Germaniæ, apud Henric. Caniſ. in Summa Iuris Canon. *Nuper ſiquidem*, inquit, *Chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alii dilecti filii, Eccleſiaſtici & ſæculares Principes inclitæ Nationis Germanicæ, ex una; ac dilectus filius noſter, Ioannes Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, per Nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à Nobis, ET SEDE APOSTOLICA authoritate ſuffultus, ex alia, partibus; ROMANÆ ECCLESIÆ, & dictæ Nationis NOMINIBVS, pro IPSIVS ECCLESIÆ unione, pace, & tranquillitate, inter ECCLESIAM & Nationem PERPETVO SOLIDANDIS, & confovendis, diverſa rationabilia & utilia, ordinationes & ſtatuta, à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata fecerunt ac ediderunt, Nobisq; humiliter ſupplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia, robur Apoſtolicæ firmitatis adiicere, nec non authoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur.*

Verba Nicolai V. in Concordatis Germaniæ.

Nos itaq;, qui ſtatuta, ordinationes & Concordata prædicta, per nonnullos ex Venerabilibus fratribus noſtris, S.R.E. Cardinalibus, magnarum maturitatis, authoritatis & litteraturæ viros, diligenter examinari & diſcuti fecimus, eaq; rationabilia & ſalubria tam ECCLESIÆ, quàm Nationi præfatæ comperimus; de dictorum & aliorum Venerabilium fratrum noſtrorum, prædictæ Eccleſiæ Cardinalium CONSILIO & ASSENSV, Apoſtolica authoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, juxta modum & formam ſubſequentes. Placet Nobis, &c. Et in fine. *Inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. &c. Data Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. 1447. ſeptimo Cal. April. Pontificatus noſtri anno ſecundo.* Et hæc, quantum ad Concordata, ex parte Summi Pont. & Apoſtolicæ Sedis obiter dicta ſufficiant.

14. Ad impetrantem Bavariæ Ducem Guilielmum, veluti ſpectabile membrum Nationis Germanicæ, quod attinet, cum ſui anteceſſores & progenitores, dudum in Concordata Nationis, una cum cæteris S.R.I. Principibus, ultro conſenſerint; ab eo pacto reſilire, & interceſſionales Patribus Societatis iure concedere non potuit, tum per præfatam clauſulam irritantem, *ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate &c.* tum, quia *quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.* reg. iur. 21. in 6. quam Dynus ibid. numer. 9. & Henr. Caniſius, aliique Dd. communiter exponunt, præcipuè, ut quod ſe-

Poſſe dicimur, quæ honeſtè poſſumus. *Menoch. lib. 4. præſum.* 183. *n.* 5.

mel

mel placuit in contrahendo, re non amplius integra, (ut hic) amplius diſplicere non poſſit. ut. C. de action. & obligatio. l. ſicut. & C. de reſcind. vend. l. de contractu. Nullus enim poteſt venire contra factum ſuum: adeoque pœnitentia partis, nedum membri partis, non admittitur: cum etiam id, quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari. reg. iur. 29. in 6. & eſt text. in l. in concedendo. 8. ff. de acq. plu. art. & relaxatio Concordatorum, non dependeat ex voluntate unius Principis Germaniæ, ſed totius Nationis, velut Univerſitatis; ſicut viciſſim, ex parte Romanæ Eccleſiæ, non dependet à voluntate unius S.R.E. Cardinalis. Vnde *ſicuti contractus communi conſenſu celebratus fuit, ſic non poteſt, niſi communi conſenſu diſſolvi.* Specul. tit. de locat. & conduct. §. 6. verſ. 128. quia unus Cardinalis, unus Princeps, unus Epiſcopus, Comes aut Dynaſta, non eſt tantæ potentiæ, ut à contractu, cum tota Natione inito, pro arbitrio poſſit reſilere; intereſt enim Nationis; præſertim, invitis Regularibus Ordinibus, qui per Concordata ius quæſitum obtinuerunt, ut, vi illorum, *Dignitatibus & Beneficiis Regularibus vacaturis quibuscunque*, Apoſtolicæ Sedi immediate non ſubiectis (qualis fuit Abbatia Eberſpergenſis, & aliæ) *iure Ordinario provideretur per illos inferiores, ad quos aliàs* de iure communi *pertinet*: (& ſic ius commune, tranſiit hic in contractum) auferretur enim ius illorum, ſibi de iure naturali & gentium, ex contractu quæſitum.

Contractus communi conſenſu celebratus, non niſi communi conſenſu diſſolvitur.

15. *Nec intereſt*, teſte Mandoſio. q. 3. *an ius illud ſit quæſitum principaliter an vero IN CONSEQVENTIAM.* d. Chokier in reg. 16. alias 17. Cancell. Apoſt. n. 12. & 14. ſufficit, illud expreſſe in Concordatis contineri; quia *expreſſum dicitur, quod ab expreſſo reſultat.* ut ait Rota deciſ. 66. n. 12. apud Oliver. Beltramin. per l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab. Bald. in l. fin. n. 23. in fin. C. de hæred. inſt. Socin. in l. in ambiguo. num. 7. ff. de reb. dub. Dec. conſil. 68. num. 3. Vnde ſi ſingulis Ducibus, Principibus & Comitibus, (quibus tamen ius nullum eſt in Monaſteriorum fundationes, & proviſiones) liceret hoc modo, peſſimo poſteritatis exemplo, à Concordatis pro libitu reſilere, in tam grave præiudicium paternarum fundationum & Regularium, qui ſunt æque membra Nationis incluſa contractui, eaque non infima, utpote habentia ſeſſionem inter ſtatus & Principes, ipſa Concordata paulatim redderentur deluſoria, & per partes evaneſcerent; docerenturque poſteri, exemplo præſentium, eorum quandoque conſtitura convellere. Taceo, furti ſpeciem eſſe, de alieno largiri ut ait Petr. Ant. de Petra. de iure quæſit non tollend. fol. mihi 586. num. 56. cum Scriptura dicat; *Honora Deum de TVA ſubſtantia.* Taceo huiuſmodi translationibus Monaſteriorum ad Societatem Ieſu exemptam, locorum Ordinariis per Germaniam, ius & iuriſdictionem in Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate non ſubiecta, etiam per ipſa Concordata firmatam & aſſecuratam, circumſcribi, minui, imo totaliter auferri. Et hanc quidem cupiditatem dictæ Societatis, ſucceſſibus potius accendi experimur quam extingui, ut iam pro dote unins Collegii,

Singuli Principes Germaniæ, Concordatis renunciare nequeunt.

Proverb. 3.

Furti ſpecies eſt, de alieno largiri.

Epiſcopalia iura, per Monaſteriorum translationes, contra Concordata auferuntur.

non ſufficiant unius tranſlati Monaſterii reditus; ſed duæ, tres, quatuor aut plures petantur Abbatiæ, inſuper & Eccleſiæ Collegiatæ, pro duodecim Canonicis quondam fundatæ, ad unicum Collegium Societatis, cum annexo Seminario puerorum ſuſtentandum; pro ut nuper in Comitatu Naſſovienſi accidiſſe, paulò ſupra, ſub allegat. 461. docuimus.

16. Et quæ hactenus tradidimus, locum obtinent non modo in Eberſpergenſi, ſed in omnibus quoque aliis Germaniæ vacantibus & vacaturis ſimilibus Monaſteriis, ſive deſtituta ſint, ſive non; nam inter hæc, Concordata non diſtinguunt. Vnde elucet, quàm periculoſum ſit, Concordata Nationis tam populoſæ, veluti pacta fundamentalia, ad inſtantiam partis privatæ convellere, ut per non obſervantiam, in contemptum & vilipendium denique abeant, quæ authoritate Apoſtolica & Imperiali, tanto pondere olim ſancita, hucusque ſolicitè obſervata, & ad poſteros fideliter tranſmiſſa, hactenus pro norma & Regula Dignitatum & beneficiorum Eccleſiaſticorum in Germania habebantur: Ita, ut Imperatorem, Electores, aliosque Principes tam Eccleſiaſticos quàm ſæculares, Comites & Dynaſtas, pro intercesſionalibus tranſlationum ad Societatem præfatam ſollicitare, in facto non ſit aliud, quam eoſdem ad tranſgreſſionem Concordatorum Germaniæ, eiſque inſertam geſtorum nullitatem incitare; ut mirum non ſit, à defunctorum Manibus eam nullitatem conclamari. De Concordatis vide plura à num. 118. Aulæ noſtræ Eccleſiaſt. Loquimur autem in hac tota materia doctrinaliter, non iudicialiter; libenter ſolidiora docentem ſecuturi.

Rei nullitatē petunt, qui translationes Monaſteriorū petunt.

17. Concludat noſtrum diſcurſum Hugo Capetius, Francorum Rex, ultima exhortatione ad Robertum Pium, filium ſuum: *O, optime fili*, aiebat piiſſimus parens, inter ipſa mortis confinia, *per ſanctam & individuam Trinitatem te obteſtor, ne quando animus ſubrepat, acquieſcere conſiliis adulantium, vel muneribus, doniſque venenatis, Te ad vota ſua maligna adducere cupientium ex iis Abbatiis, quas tibi poſt Deum perpetualiter delego, néve animi levitate ductus, QVOLIBET MODO DISTRAHAS, diripias, aut ira excitante diſſipes. Specialiter tibi vero inculco, nullo pacto ducem omnium, Patrem dico BENEDICTVM à te patiaris divelli: Illum apud communem Iudicem, ſalutis aditum, tranquillitatis portum, poſtque carnis obitum, ſecuritatis habiturus aſylum.* Helgaudus Monachus Floriacenſ. in vita Roberti Pii. Quos Reges, mirum non eſt, tam pios fuiſſe, cum alter horum, moderatorem vitæ habuerit S. Fulbertum Monachum Cœnobii S. Petri apud Carnutum, Ord. S. Benedicti, poſt Epiſcopum Carnotenſem, tantæ ſanctitatis virum, ut quandoque graviter ex morbo decumbenti, per viſum apparens Beatiſſima Regina Cælorū, Virginea ubera ſugenda aperuerit; ut habet Cæſar Cardinalis Baronius in Annalibus Eccleſiaſt. in anno Chriſti 1007. & 1028. & Helg. ubi ſupra. Sed aurem vellit Cruſius.

Hugonis Capetii Francorū Regis ultima verba ad filium ſuum.

S. Fulberti Epiſcopi Carnotenſis laus.

PALEÆ

PALEÆ.

Vnciam concedit, totam libram aufert.

Fol. 180. *col.* 2. *in med.*

Qu. 6. *c.* 2. *n.* 22. *in fin.*

Diſcurrit in quadam declaratione Cardinalium, qua dicitur: *Ante omnia, in Seminariis eſt conducendus Grammaticus & Muſicus, qui pueros inſtruant, & ſi reperiantur Ieſuitæ, cæteris anteponendi ſunt: Vnde,* pergit Cruſius, *ſi omnibus anteponendi ſunt, etiam Monachis Muſicis, quos vox (cæterorum) includit, ante ponentur, adeoq; Societatis Religioſi, magis idonei cenſebuntur*; vt nimirum Grammaticam & Muſicam in Seminarijs doceant. Sed qualem hinc ſequelam inferat, quæſo Lector aduerte. *VNDE relinquitur,* ait, *Pontificem poſſe, non obſtantibus Germaniæ Concordatis, Monaſteriis etiam non exemptis, de vtilioribus* (ideſt Grammatico & Muſico Societatis) *proſpicere perſonis.* & conſequenter Monaſteria vacantia, propter huiuſmodi Grammaticum & Muſicum, quicquid obmurmurent Concordata, ad Societatem iure transferre. Papæ! Acuta ſanè & ſubtilis argumentatio, quam ne Hercules quidem claua ſua penetraſſet, adeò repentinus à Seminariis puerorum, ad Monaſteria Monachorum fit tranſitus, vt propter Grammaticum & Muſicum, etiam Concordata Germaniæ impunè violari concludantur. Mihi crede Lector, ſi paleas Cruſij, à tritico ſelegeris, libram illarum habebis, vix huius vnciam. Vide alleg. 347.

Eandem tundit incudem.

Pegaſo velocior Cruſius.

CRABRONES.

Fata regunt homines.

Fol. 183. *col.* 2. *in princ.*

Qu. 6. *c.* 2. *num.* 26.

Etiam crabrones, vt video, in horto Cruſiano nidulantur. Equis infeſtum animal, non æquis. Forſan apes eſſe, credit Bremenſis; quando ſic ſcribit: *Prælatus vinculo* ſpiritualis matrimonij *ligatus, neq; ſe ſolo, neque cum conſenſu ſuæ Eccleſiæ; poteſt Prælaturâ ſuâ renunciare, ſed opus eſt conſenſu Superioris, qui reſpectu Epiſcopi eſt Pontifex: reſpectu verò aliorum beneficiorum ſæcularium Epiſcopus: AC RESPECTV REGVLARIVM PONTIFEX. Doctores in tit. de renunci.* Falſa eſt hæc allegatio, falſa eſt doctrina; nullus enim ex omnibus Dd. ait abſolutè, Superiorem reſignationis Regularium eſſe Pontificem; ſed bene quidem Regularium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum, vti conſtat ex c. final. de renunc. vbi gl. verb. in manibus. *ad quem pertinet confirmatio, ad ipſum pertinere debet reſignatio.* hoc eſt; reſignationis admiſſio. 18. q. 2. Abbas. & clem. vn. de renunci. verb. manibus. & Dd. ibid. Reſpectu proinde Regularium non exemptorum, talis Superior eſt Epiſcopus;

478. Doctores.

Quid cæco cũ ſpeculo?

FALSÆ ALLEGATIONES pus: reſpectu verò exemptorum mediatorum, Superiores ſuorum Ordinum, à quibus, electi confirmationem accipere ſolent. Vnde nec verum eſt abſolutè, quod ibidem ſubiungit Cruſius, *Prælatum etiam cum conſenſu ſuæ Eccleſiæ, non poſſe ſine licentia Papæ, deſerere Eccleſiam*: nam & Abbates non exempti, aliјque Regularium Præpoſiti, nominantur, & de iure ſunt Prælati.

Fol. 184. col. 1. in med.
Quæſt. 6. c. 2. nu. 26.

479. Ius Ciu. *Mortuis omnibus alicuius loci Religioſis*, ait Cruſis, *cum Prælato, nemine ſuperſtite, non poteſt illic dari habitus; quòd non entis, nulla ſint, nec eſſe queant qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet.* Hanc legis allegationem perperam huc aplicari, fatetur ipſemet Cruſius, fol. ſuo. 8. col. 2. in fin. aſſerens. *Collegium mortuis omnibus Collegis, licet actu deſierit, HABITV tamen MANERE, quando ſubeſt ſpes iuridica illius reparandi*, vt hîc.

SEPVLCHRA CONCVPISCENTIÆ

Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum.

Iacob. 1.

1. Numer. 11. legimus, qualiter Iſraelitæ in deſerto, nauſeantes manna, carnes manducare cum murmure concupierint; quorum concupiſcentiam Deus primùm miſſis conturnicibus ſaturauit; mox irâ exardeſcens, dum carnes adhuc, hærerent in dentibus eorum, cum furore percuſſit eos plaga magna nimis: *vocatuſq́ eſt locus ille SEPVLCHRA CONCVPISCENTIÆ; ibi enim ſepelierunt populum, qui deſiderauerat.* Vereor eundem exitum habituram aliquando, importunam alienorum Monaſteriorum, ceu delicatarum auium *concupiſcentiam*; à cuius reatu Cruſius in fin. cit. c. 2. n. 28. ſeſe extricare, & à violatione decimi præcepti, *Non concupiſces rem proximi tui*, eximere conatur, aſſerens, ab alijs alterius Ordinis Religioſis, illa bona Monaſtica rectè concupiſci, rectè deſiderari & appeti poſſe. *Cùm bona Monaſteriorum emortuorum*, inquit, *ad alios aliorum Monaſteriorum eiuſdem Ordinis non pertinere oſtenderim q. 1. 2. 3. Vel ſi dentur aliqua Monaſteria, ad quæ ius illi alij habeant, ex cauſa vtilitatis Eccleſiæ, à Superiori poſſe alijs alterius Ordinis Religioſis conferri, citra d. præcepti decimi læſionem; Imò etiam ab alijs alterius Ordinis Religioſis illa bona deſiderari; QVIA bona illa ita conſiderata habent ſe reſpectu Religioſorum alterius Ordinis, nec ex ſe, nec ex circumſtantiâ vt mala aut illicita, ſed VT BONA. Igitur appeti poſſunt &c.* Reſpondemus, Cruſium nec quæſtione ſua prima, nec ſecunda, nec tertia oſtendiſſe, deſtituta Monaſteria, eſſe *emortua*; nec oſtendiſſe, bona eorundem ad eundem Ordinem nõ pertinere: Imò è contra, nos in *Aſtro*, & *Aula* noſtra, inſuper & alleg. 461. ex vtroq;

Num. 11.

Non omne cõcupiſcibile, poteſt licitè concupiſci.

vtroque Iure, & Breui Vrbani VIII. adeoque, Romanæ Curiæ praxi, ſufficienter demonſtraſſe, Monaſteria huiuſmodi deſtituta, nec extincta ſeu emortua eſſe; nec eorum titulos, dignitates, iura & priuilegia euanuiſſe; ſed ex iuſtitia, & de iure communi, deberi antiquis Ordinibus, & perſonis iuxta fundationem qualificatis: adeoque primam è Cruſio prolatam rationem, nullam, & inualidam eſſe. Quòd autem Papa de plenitudine poteſtatis poſſit ex ſufficienti & vrgenti motiuo, talia alijs Religioſis conferre, *citra d. præcepti decimi læſionem*, abi, ne iura, ſatis credo, cùm is dando non concupiſcat. Multa autem dari vel conferri poſſunt licitè, quæ non poſſunt licitè concupiſci. *Dignus obeliſco Cruſius.*

2. Quod deinde Monaſteriorum deſolatorum bona, reſpectu Patrum Ieſuitarum conſiderentur, non *vt mala* ſed *vt bona*, itidem veriſſimum eſt, aliàs non concupiſcerentur; ſic enim quiuis alius, alienis bonis inhians, ea deſiderat, vt ſibi *bona*: hæc tamen bonitas, etiam ob Eleemoſinam, ob redemptionem captiuorum, fabricã Eccleſiæ, aliumq; finem bonum intenta, à peccato non releuat, cùm habeat annexam iniuriam tertij, & iniuſtitiæ labem. Hinc dicit Auguſtinus de Ancona (quem Cruſius fol. 182. *doctiſſimum* nominat) tract. de Eccleſiaſt. poteſt. q. 56. §. 1. *Per illud præceptum, Non concupiſces domum, nec rem proximi tui, nomine domûs, intelligi prohibitam concupiſcentiam boni vtilis, & boni honorabilis.* Et ibid. §. 4. ad 3. citatur S. Auguſtinus dicens, quòd *peccatum eſt, appetere quod Iuſtitia vetat.* Certum autem eſt, iuſtitiam vetare, ne Monaſteria deſtituta, ſuis adhuc Ordinibus antiquis, ſecundùm omnia iura, & ex vltima voluntate Fundatorum, & Concordatis Germaniæ debita, appetantur ab ijs, qui de iure, ad illa nec ſunt habiles nec qualificati. Ius autem habere ex fundatione, & Concordatis, facit debitum ex Iuſtitia, & actionem propriè dictam tribuit, vt in Aula nu. 116. & alibi diximus. Hinc etiam, ſi pauperibus, vel ſcholaribus, vel alteri certo generi hominum, alicuius oppidi vel prouinciæ, teſtamento quis legaſſet mille aureos, quos hæredes ſeu executores dare tergiuerſarentur, competeret illis actio propriè dicta, ad legatum huiuſmodi obtinendum, quod ipſis citra violationem iuſtitiæ negari non poſſet: (Quantò magis in his Monaſteriis, in quorum quieta poſſeſſione tot ſæculis Ordines antiqui fuerunt, nec ſolùm *ius ad rem*, ſed *ius in re* pleniſſimè obtinuerunt:) arg. c. ſi pater. de teſtam. gl. & Dd. ibid. verb. pauperes. Specul. tit. de inſtrum. edit. §. 14. verſ. ſed an pauperes. & ſeqq. *Peccatum eſt, appetere quod Iuſtitia vetat.*

3. Certè ſi fratribus Societatis Ieſu, eiuſmodi legatum fieret, vnde conſequerentur *ius* duntaxat *ad rem*, & ex aduerſo Monachi vel Canonici Præmonſtratenſes, propter neſcio quam vtilitatem publicam, legatum illud præriperent; Deum immortalem! quantas à fratribus Societatis ſuſtinerent oppoſitiones? mox alienarum rerum inuaſores, iuſtitiæ perturbatores, charitatis inimici, pacis & decalogi violatores audirent, & mille titulis ſimilibus afficerentur, alijſque vijs & modis vtilitatem illam

Concupiſcentia rei alienæ, quando ſit peccatum mortale. illam publicam quærere, & promouere iuberentur: nec immeriò; Nam, *Concupiſcentia*, vt ait cit. Anconit. vbi ſuprà. ad 4. in fin. *ſi ſit in detrimentum proximi deliberata, & ſi ſit opere contra Dei mandatum, & contra charitatem proximi conſummata, peccatum mortale eſt.* Et mox: *Conſummatum autem intelligitur eſſe peccatum, non ſolùm per operis executionem, verùm etiam per interioris conſenſus deliberationem.* Hæc ille. Nec fruſtra monuit Apoſtolus *Theſſal. 4.* Theſſalonicenſes, *nullius aliquid deſideretis*; quia *radix omnium malorum cupiditas*, *1. Timoth. 6.* quæ vbi ſemel in horto profundè fibras immiſerit, incredibile eſt, quantam malorum ſegetem, ſub ſanctiſſimo adinuentionum prætextu producat. Nummus nimirum eſt cupreus, auro vndique obductus; quo pallido palliamento homines facilè decipiuntur; at ſi ad lapidem lydium fiat affricatio, cuprum eſſe depræhenditur, quod aurum credebatur. Solus Deus verū lapidem lydium habet, quo noſtras actiones explorat. *Venit hora*, dixerat Ser- *Ioan. 16.* uator, *vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Quis crederet, imaginatum homini, *Dei obſequium*, in verò lydio lapide eſſe homicidium? *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis* *Iſai 55.* *veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* Id quod lamentantur, at ſerò nimis, illi miſerrimi, Sap. 5. *Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis.* Proinde cum timore & tremore ſalutem noſtram & aliorum operari conuenit, *Eſt* enim *via, quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem.* Proverb. 14. & 16. *Et; omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus*, Prouerb. 21.

4. Monet opportunè Cruſius, vt deſcriptam Epiſtolam Illuſtris & Generoſi Domini Hermanni Baronis à Queſtenberg, Sacræ. Cæſ. Maieſtati à Conſiliis *Ioan. Theodori Lennep Ieſuitæ, inſidiæ quorundam Monaſteriorū.* Aulicis Imperialibus, hoc loco expromam, quā nuper ad Conſobrinum ſuum Ioann. Theodorum Lennep ê Soc. Ieſu Moguntiam reſcripſerat. Is Theodorus datis ad eum. 2. Octob. 1629. literis, conſcio Nidhardo Bibero Rectore Collegij, P. Zieglero, & Io. Coppero præpoſito prouinciali dictæ Soc. inſtanter rogauerat, vt patronum ageret Societatis, & deſtitutas duas Abbatias Sanctimonialium, Clarenthal prope Moguntiā, & Mariæcron iuxta Oppenheim, Collegio Societatis Moguntiæ, per Cæſarem vniēda & incorporanda (nulla Summi Pontificis facta mentione) curaret. Quem in finem, poſteaquam præcipitē occupationem ſuaſiſſet, mirabiles adipiſcendę poſſeſſionis ſucceſſiuos modos excogitauit ac ſuggeſſit, quos effectui mancipari auidè deſiderabat per Sacræ Cæſ. Maieſt. deputandos Cōmiſſarios, Eminentiſſimū Principem Electorem Moguntinū, vel Sereniſſimū Electorem Colonienſem; aut horū defectu, per Dn. Gubernatorē Crucenacenſem, Don de Sylua, Adminiſtratorē Monaſterij Clarenthal, volebat Cæſareo nomine ad tēpus conſtitui, Dn. Carol. à Schonſberg, Dynaſtam in Bacharach, notū aulicum Moguntinum: aut Dn. Euſtachiū ab & in Frankenſtein, Satrapam in Hœchſt; quem deniq; cupiebat (ſi placeret Viennæ) ſimul Adminiſtratorem, & Primarium Commiſſarium & Exe-

cutorem

cutorem à Cæſare deſignari, *vt vna*, inquiens, *& eadem breviſſima, facilimaq́ via (Patrum ſuæ Societatis iudicio) ſimulq́ compendioſiſſima & expeditiſſima, totum negotium perficeretur.* Iſtud nimirum eſt, quod alibi ſcribunt, ſe à Summis Reipubl. Chriſtianæ capitibus cogi, vt etiam reluctantes, delata ſibi Monaſteria acceptent; eſſe ſe filios Obedientiæ, nec poſſe non obedire Summo militantis Eccleſiæ Paſtori, cui ſe quarto ſingularis Obedientiæ voto dudum adſtrinxerint.

Cunctulo & ſubito non perfici rogat Theodorus, priusquā innoteſcat Ordinibus antiquis.

5. Monaſterium Mariæcron, Ord. Ciſtercienſis, eſſe modò (ſcribit) in manibus Hiſpani, olim proſcripti Palatini; idque ante mortem ſeptimanis aliquot, Electorem Georgium Fridericum Archiepiſcopum, ab Imperatore petiiſſe DONARI Collegio Societatis Moguntino: Monachos Ciſtercienſes ægrè habere, quòd illud Cæſareâ beneficentiâ, Collegio prædicto donatum ſit. Alterum Clarental, Ordinis S. Claræ, trans Rhenum Moganum, milliario ab vrbe Moguntia, ex latere, non horulæ ſpatio à Wisbaden, vbi thermæ celebrātur, in fundo Comitis Naſſovij, qui reſidet in Iſtein, vbi ait ſe templum vidiſſe, ſtructurâ perpulchrum, ſed ſqualidum: Principum & Comitum ex Regia Romanorum ſtirpe tumulos, non ſine piorum lachrymis illic inſpectari: Fundatorem Anno Dom. 1292. fuiſſe Adolphum Comitem de Naſſaw, Regē Romanorum; cujus, vti & Conjugis Reginæ Ymaginæ effigies, vtrinq; geniculantes in pariete, manibus in altum leuatis, templum Deo, velut è cœlo proſpectanti offerunt, cum inſcriptione: *Domine in ſimplicitate cunctis meis peccatis miſerere.* Monaſterium hoc, primùm poſt tempora Tranſactionis Paſſauienſis ab hæreticis occupatum fuiſſe, conſtare ex lapide tumulari vltimæ Abbatiſſæ, in quo & ipſa, Abbatiſſæ forma exſculpta, pedo & velo ornata ſit, cum hac inſcriptione: 25. *Octobr. obiit Veneranda & Nobilis Domina, Soror Anna Brendelin de Homburg, Abbatiſſa, Anno.* 1553. Multas hoc Monaſterium vtilitates allaturum Societatis ſuæ Collegio Moguntino, *maximè ob paſcua & prata, quæ habet multa. &c.* Sed iam generoſum reſponſum, Generoſi Domini audiamus.

Mendicorum loculi ſemper inanes.

Theodorus nō tam gerit curam animarum, quàm animalium.

6. *Reverende in Chriſto Dn. Pater, Domine Conſobrine Colendiſſimè. Habui R. Dn. Conſobrini literas, ad quas vt paribus verbis reſpondeam, occupationum multitudo non patitur. Rem dico. Animus enim meus, lingua & calamus, quod bonum virum condecet, idem loquuntur. Laudo R. D. Conſobrinum, quòd Societatis, cui ſe credidit, incrementa cogitet; equidem meretur, vt bonorum omnium auxilio & fauore prouehatur in maius, & literis enim & pietate Germaniam noſtram & Europam propemodum vniuerſam, vltimis hiſce exulceratis temporibus illuſtrat, ignorantes inſtruit, aberrantes reuocat, agros ſolatur, quà voce & actione laudabili, omnibus iuſtitiæ vias commonſtrans; agros, & vulpes vineam Domini depaſcentes abigit, ac glorioſo triumpho in Vniuerſalis Eccleſiæ gaudium ſe plurimis in locis commendat. Velim occaſio ſit, nobiliſſimæ Congregationis optima ſtudia ad maiorem præpotentis Dei gloriam proferendi, mercede mihi in cœleſtibus, concurrentibus piiſſimorum votis, repoſita, & R. D. Conſobrini me poſtulan-*

Lacus Societatis Ieſu.

tis amore, & vltroneo deſiderio promouendi, quæ publicè vtilia ſint, Societatis me fideliſſimum clientem comprobarem.

Cæterùm, cauere conuenit, ne dum parti faueo, partibus præiudicem, dum vnius fauore me conſolor, alterius me lachrymæ & ſuſpiria obruant. Vt quid enim morituri, in ſuperuacua circumſpicimus? & Sanctiſſimorum Patrum, ac Ordinũ Fundatorum iniuriâ plura ſemper concupiſcimus? Si quis me ſuperſtite, Collegia, tam bene de Repub. & Eccleſia merita Societatis, interpretatione ſpecioſiſſima licet, transferre satageret, an non iure merito concurrerem, vt quæ laudatiſſimi Anteceſſores pietate & ſtudio pararunt, ſucceſſoribus ſeruarentur? Idem hic. Conſcientia mihi duco, olim & iam ſanctitate illuſtribus, qui continuis ſæculis Eccleſiã ſuſtinent, & adornant pulſis & eiectis, aliis quibuſcunq; etiam patrocinari, vt in hæreditates eorũ introeant. In S. Benedictum, S. Claram, S. Franciſcum, D. Bernardum, magna cœli triumphantis ſimul ac militantis Eccleſiæ ſidera, inſurgere trepido; nec familias eorum in terris licitè turbari aſſentior. S.mæ. Societati Nominis Ieſu, omnia ſumma adprecor; ſed, vt dixi, cùm aliorum bonorum iniuriâ nolim, vt nominis mei fama inclareſcat. Vereor enim, ne & Dei, & ſequentis ætatis diuerſa ſint iudicia. Et amabo, R. D. Conſobrine, cũ celebratiſſima Veſtra Societas, Regũ fermè omniũ Catholicorum, Principum, Archiepiſcoporũ & maximorũ Eccleſiæ Præſulum cõmendatione, & liberalitate ſuſtineatur, quid neceſſum his proceſſibus, odio & inuidiæ Orbis, propemodũ ſpretis Chriſtianæ charitatis legibus, tumultari? Senſim accedit, & accedet Societati; ſic ominor & voueo: præſtolentur modò in patientia. Accelerata ruunt. Nec Religioſorum familia, à prima ſtatim plantatione, in ſumma enituerunt; prouida rerũ diſpenſatio, bonorum liberalitas, Dei benedictio, per interualla adiecerunt. Prouinciarum calamitates, Monaſteriorum debita, Collegarum penuriam, paſſim omnium Religionum Præſides queruntur. Sed an ad vnius egeſtatem locupletandam, plures deſtituendi, ipſe D. Conſobrinus pronunciet.

Congeruntur argumenta contra Concupiſcentiã Monaſteriorum.

Malè parta, male dilabuntur.

Certè fundationes antiquiſſimas laudatiſſimorũ Ordinũ ſic deſpui, proteri, & in aliud quotidie transferri, omni etiã Fundatorũ memoriâ abolitâ, & ſubtracto hæredib. in egeſtate ſubinde comprehenſis ultimo perfugio, neſcio quã crudelitatis ſpeciẽ habet. Id verò, ſi indulgetur, ego ſcandalizor, nec in pias fundationes conferre velim, licet millies millena millia quotannis rationib. meis ſupereſſent. Hæreditatẽ ſi filiis relinquo, illi (modò ne decoquant.) Nepotibus, qui ordine ſuccedentib. Pronepotibus; nec interuenit, qui in alienã ſtirpem proceſſu ſpecioſo, à me acquiſita transferre diſponat: Cur, ſi certæ Religioſæ familiæ aſſigno, illi poſt annorum & ſæculorum quietã poſſeſſionem iure excidant? Theologorum profunda non intueor quidem, at ſimplici meo ſenſu, RAPINAM interpretor. Quorſum tam diræ execrationes Pontificũ, Archipræſulum, Imperatorum & Regum, in perpetuum irreuocabiliter (vt Diplomata loquuntur.) pronunciata in omnes, qui Religionibus ſacra, alio cõuertunt, aut qualicunq; interpretatione, ſiue colore transferunt. ſi eadem mox à facili aſpernati, irrita pronunciamus? Non miremur, ſi Chriſti in terris Vicarii denunciationes, ſi tam diræ anathemata, & iacta fulmina rideant, qui ab Eccleſia ſeceſſionem fecerunt, cum & Eccleſiæ ſingulari prærogatiua filii, idipſum, diuerſa licet facie, faciant.

NB.

Dolendum & indignum eſt, Regulares Ordines deterioris fieri conditionis, quã ſit quilibet ſæcularis.

Qui-

Quibus Auguſtiſſimus Imperator exemptionum & libertatum Priuilegia indulget, gratia etiã in hæredes clementiſſimè decreta, hos ſi quis impedit, iã olim acceptis exemptionum tabulis ſe validè tuetur. Cur, nõ dico par, ſed maius robur nõ inſit Summi in Eccleſia Paſtoris Decretis, ſi in omnẽ venientem ætatẽ pronunciet? Quicquid ſit, non alieni ſolum, aut hæretici, ſed & Orthodoxi, & inter eos magni & boni ſcandalum patiuntur. Longè rectiùs ſancta Societas, & perenni in omnẽ poſteritatẽ laude faceret, ſi ſtudia ſua conferret, ad primi feruoris Zelum, in Ordinum Religioſis (ſi quibus in locis prolapſi) reuocandum, vt plurium ope adiuti fructificarent in ædificationem; nec vna ſaltem via, creſcere Eccleſiã concupiſcerent. Magis, meo ſenſu, opera pretium eſſet, ſi datis dextris, iam ante adprobatarum Religionũ Chriſti ſerui, ſuccincti charitate, in caſtris Dei exercitati pugiles ſtarent. Nunc diſſenſus ille, & velut antipathia Religioſorum & Chriſti ſacerdotum, pluribus in ruinam eſt. Equidem ſubinde miror, quòd, qui ſpretis facultatibus, & omni ſpe ac deſiderio habendi profecto, nudi nudum Chriſtum ſequi praelegerunt, tam anxiè ſudent, & ætatis optimas horas impendant, quo familiæ ſuæ locis adiiciant.

Miratur, auaritiam cadere in pauperes ſpiritu.

Idem fit à ſæculi hominib. & Religioſis, eodẽ proceſſu, etſi inumbrent, niſi quod nocentius peccent ſub ſpecie boni, qui pietatis colore ſe veſtiunt. Cur mihi crimini datur, ſi uſura, fraude, aut quocunq; illicito proceſſu rẽ proximi meam facere laboro, & mox Eccleſiaſtes aliquis inclamat, Nõ concupiſces rem proximi tui: ſi Chriſti ſeruus, ſine noxa proxima ſibi familia, eadẽ reclamante, proteſtante, & nõ raro ad Dei iudiciũ adpellante, patrimonia extorquet, & ſibi ſuisq; adſcribit? Plura vellem; ſed occupationes prohibent; & maior inter nos ſanguinis neceſſitudo, quã ut ingrata hæc per eadem ſæpius occinam; etſi meliora vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis, D. Conſobrinũ meminiſſe ſciam. Nec paucula hæc voluiſſem, niſi crebra, ne dicã continua plurimorũ querela & dicteria in laudatiſſimæ Societatis inſatiabilẽ, vt loquuntur, cupiditatem, etiam quaſi invito extorſiſſent. Vna hæc eſt, quam perpetuò, etiam optimi quiq; in PPbus. Societatis culpant. Si deſideria (putant quos dico) ſine proximi iniuria moderatè vrgerent; & res ſuas magis ſtabilirent, & maiori Dei benedictione concurrente, bonorum omnium auxilio abundarent, dicturi cum Sanctiſſimo ſuo Franciſco Xauerio, *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Hactenus ille.

Scandalum Orbis uniuerſi.

Beneficiũ eſt, citò negare quod petitur.

7. Qua fideliſſima & ſolidè ſcripta Epiſtola, potuiſſet Io: Theodorus, ſi voluiſſet, erroris ſui palinodiã addiſcere; ſed ardore cõcupiſcentiæ faſcinatus, tantũ abeſt vt reſipuerit, vt etiam Conſobrinum ſuum prænominatũ; inuerſo totaliter boni Theologi officio, ſub æternæ dãnationis reatu pertinaciter obſtringere maluerit, ad conſulendum Imperatori Monaſteriorum ad Societatẽ inſtituendas translationes. Dato n. ad eundem prolixiſſimo reſponſo, Mogũtiæ 15. Ian. 1630, vehemẽter inculcare conatus eſt, Imperatorẽ, nõ modo optimo iure, prudenter, piè & Religioſè poſſe reditus *emortuorũ* quorundã Monaſteriorũ, Societatis ſuæ vſib. ac alimoniæ aſſignare, verũ etiã in cõſcientia corã "
Deo ad id obligari; ſicut & Conſiliariũ, (ſi fidelis Deo, & Imperatori) vt idem "
omnibus modis ſuadeat, ac curet; *peccaturum grauiter*, ſi obſtet vel diſſuadeat. "
Rationẽ primã eſſe: Quod teneatur Imperator propagare Eccleſiã Dei, & fidẽ "
ortho-

Mendici pera non impletur.

orthodoxam à maioribus acceptam: Atqui veram fidem Chriſti magis creſcere *non poſſe*, quã ſi plurimi ſint adſcripti militiæ Ieſu, quales Collegia Societatis Ieſu nutriunt. Ergò. Eum proinde optimum agere Conſiliarium, qui huius cõſilij author eſſet futurus: qui contrà, talem ſuadere quod facit contra Eccleſiã, Imperatorem, & multorum ſalutem. Societatem, hæreticis conuertendis *natã*, magnam pati neceſſitatem & penuriam Concionatorum, & illorũ qui iuuentutem bene ac piè erudiant, ideoque Conſiliarios, qui Imperatorem auertunt, ne Monaſteria Monialiũ illi conferantur, *ſumma*, ſibi debere ducere Religioni, & *crimen* coram Deo fateri *maximum*; id enim aliud non eſſe, (cùm alia media non ſuppetant, exhauſtis vbique ærarijs.) quàm *Eccleſiam neceſſariis operariis fraudare*, animarum lucrum retardare, *hæreſin fouere*, & ſanctis Societatis conatibus obluctari. Probè ſe noſſe, quòd Societas multos ac potentes habeat æmulos, & inuidos aduerſarios: ominari tamen, fore, vt illi, eorumque poſteri, Deo vltore, ſentiant ſe *pupillam oculi diuini* læſiſſe.

> *Ibunt in aduentionibus ſuis.*

Alterum caput rationum inde peti, quòd optimi Imperatoris partes ſint, ſtudere paci & tranquillitati publicæ, rebelles arcere, hoſtes boni communis & Imperij profligare & debellare. Ad quem finem promouendũ, paucula transferenda Monaſteria Monialium parum momenti adferre queant; Societatis verò Patres, longè maximum: Imò, *per eos totum hoc bonum Imperio obuenturum*: ſicut in Bauaria quondam ſub Alberto Bauariæ Duce, opera Societatis factũ. Si ergo prudentes viri facilè agnoſcant, aut alia nulla, aut admodũ tarda & moroſa media ſeſe offerre, Societati Ieſu *paſſim* erigẽdæ aut amplificandæ, ob huiuſmodi obſequia adeò neceſſaria, (quæ al*ij ſeu nolunt, ſeu* ea ſolertia, felicitate, & conſtantia obire *non poſſunt*) & tamẽ hæc conſilia præpediant, & optimos conatus ſiſtant, viderint quàm grauiter peccent, Deum offendant, adeoq; cũ ipſa Dei Eccleſia, hi ipſi, licet Catholici, eiuſque matris filij, at in piam Matrem *iniurii, impie pugnent*. Oculatos & auritos teſtes ſupereſſe, quòd noſtra ætate iubenti Philip. II. Hiſpaniarũ Regi, in primarijs Belgij vrbibus, muniendas arces, in propugnacula Prouinciæ ſubitò extrui, Dux Alexander conſuluerit, Arcium loco, Societatis Collegia erigi curaret. Dictum, factum; Regem ea fundaſſe, dotaſſe: quod niſi factum, modò in Prouincijs Belgicis non fore vſpiam Religionem Catholicam, nec Hiſpanicum nomen. Eum qui Imperatori idem ſuaſerit, meritam laudem relaturum: qui contrà; *interitus & damnationis multarũ animarum cauſam, impedimentum conuerſionis innumerorum, & pacis Imperii, grauiſſimi ſceleris reum, mox à Rege viuorum & mortuorum iudicandum, puniendum & damnandum, de peſſimo conſilio, quo factum, vt tot animæ æternũ perirent.*

> *Religioſi antiqui, rurſus indigitantur eſſe ventres pigri, & inutilia terræ pondera.*

> *Lucrum pudori præſtat.*

Hanc, hanc rem agi, quando quæſtio mouetur, An Societati Ieſu, huius vel illius derelicti Monaſterij Monialium, velut *emortui*, annui reditus ab Imperatore attribuendi. Conſultius vtiq; & expedientius eſſe, tali in ſolo ſtare Collegium Societatis, quàm Monaſterium Monialium, quæ *priuatam* Religioſam vitam agunt. Quis autem bonus Conſiliarius non ſuadeat, ex duobus bonis eligẽdũ quod præſtantius, & bonum publicum priuato anteponendum? Nec Societatẽ hæc ambire, quòd Virgineum ſtatum minoris faciat, *cùm & ipſa Societas Virginita-*

nitatem caſtiſſimam voveat,& colat, Virgines educet, Monaſteria Monialium "
foueat,erigat ac propaget:Quorum *mille* iam ſua mole,aut *Antiſtitum ignauiâ* "
ruiſſent,& ſepulta jacerent,nî Patres è Societate, ſuâ induſtriâ impigrè obſti- "
tiſſent.Majorem eſſe Societatis hoc tempore neceſſitatem & vtilitatem,eam a. "
alendi meliorem & expeditiorem occaſionem ſeſe nullam oſtendere. Se hîc, "
non quamcunq; Monaſteriorum,*cuicunq;* factam donationem aut vnionem "
ſibi approbandam ſumpſiſſe; pro eâ,velut Societatis Theologum pugnare,& "
probare Imperatori,quòd ea,*bonâ conſcientiâ,ſaluâ iuſtitiâ*,prudenter & Reli- "
giosè à bono Conſiliario ſuaderi poſſit, in qua agitur de pauculis Monialium
Monaſterijs,ruri conſtitutis,*nunc extinctis*,ac deſertis,Societati amplificandæ,
cum conſenſu Pontificio tranſcribendis.Eum qui contrauenerit, non leuiter "
peccaturum,& *reum* non vnius,ſed *plurimorum grauiſſimorum ſcelerum coram* "
Deo fore. Iudicium hoc portaturum,quicunque ſit ille. "

Non eſt conſilium contra Dominum.

Quæ verò contra hoc ſuum *Theologicum effatũ* facere videantur,ſponte ſua "
cadere,ſi circumſtantiæ conſiderentur. Non hîc metuenda eſſe Fundatorũ ac "
Pontificum anathemata, diras & fulmina,in eos iacta,qui præter fas,iniuria ea "
bona occupent,& in vſus non ſacros prophanent.Solere quidẽ Societati inuri "
notam auaritiæ,rapacitatis,& alienæ rei injuſtæ appetentiæ; ſed hanc antiquã "
ab hæreticis profectam obiectionem,doctè refutari à P.Iacobo Gretſero, qui "
tranſlata olim innumera Monaſteria recenſeat:ſimul & notam eſſe paſſim lau- "
dabilem tranſlationẽ Monaſterij Mariæ-Syon,à Monialib.Ciſtercienſibus ad "
Brigittinas. Imò ipſum Deũ(teſte Baronio in An.Chriſti.970.975.& 979.ſuo- "
rum Annalium)miraculoſæ vocis oraculo approbaſſe, factas in Anglia per S. "
Dunſtanum tranſlationes Eccleſiarum à Canonicis ſæcularibus,ad Monachos "
Ord.S.Benedicti:igitur omnem tranſlationem damnari non poſſe. Si autem "
vlla probanda,tunc illam eſſe,de qua hîc agitur,eo quòd *nulla*,plura *Iuris an-* "
minicula vnquam habuerit.Prudentis proinde viri eſſe,à *peritioribus Theologis* "
ac Doctoribus *addiſcere*,quæ Monaſteriorũ tranſlatio ſit bona & vtilis, *Deoq;* "
probata,ne *turpiter* in re ſacra aberret,Deumq; grauiter offendat;*ne præpoſtero* "
zelo,prudentiâ ſæculi,& ſcientiâ Mundi abductus,ſtet & pugnet contra Deum, & "
pœnam mereatur.Si bonæ conſcientiæ eſt, ſuæq; ſalutis cupidus, præter ea quæ "
prudentia politica ſuggerit,etiam attendere debere Sacros Canones, Eccleſiæ "
& Pontificum Decreta,receptam Theologiæ doctrinam.Quæſtionem enim
hanc Eccleſiaſticam,ad ſacrum forum duci debere: in qua ſi tantum Iuris ci-
uilis peritus pronunciet,fore vt turpiter impingat,*iniquiſſimam ſententiã pro-*
nunciet,ius lædat diuinum,Eccleſiæ grauiſſima inferat damna, *ac velut Diuini*
Iuris inuaſor ac læſor, Diuinam manum vindicem ſit ſenſurus. Politicam pru- "
dentiam, veluti *cæcutientem*, nunquam in hac lite pronuntiaturam ritè ac ve- "
rè : nec nouum eſſe, illam in rebus Religionis *iniqua* probaſſe. Vnde in mul- "
tis, Ius ciuile, à Canonico correctum. Quodſi ſæpe in huiuſmodi caſibus, "
viri in ſæculo prudentes, *Theologorum grauium ac bonorum* ſententias inqui- "
rerent, audirent, *admitterent*,multa in Eccleſia & Imperio fore vt ſtarent,quæ

Nihil tam abiectum, quod verbis extolli & colorari nequeat.

„ modò iacent ac peſſum eunt. Magna faſtigia, vnius rei laborare inopia, „ quòd nimirum omnia poſſidentibus deſit ille, qui verum dicat; Id tamen in Imperatoris aula locum minimè habere. &c. Hucuſque Io: Theodorus, cuius pleraque verba dedimus, emphatica typo inclinante deſcripſimus, & ſententias contraximus.

Pſal.65. 8. *Terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum*, à quo ſancta deſideria, *recta conſilia*, & iuſta ſunt opera, *cuius nutu infatuatum eſt conſilium Achitofel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum*; is ipſe hodie infatuat conſilia quorundam Theologorum, *vt videntes non videant*, & *audientes non intelligant*; errare putent alios, ipſi omnibus planetis errabundiores; (nempe vertiginoſi, omnia præter ſe circumagitari putant, cùm præter ipſos, nil eo morbo laboret.) Quos inter, Ioan. Theodorus, meritò ſibi dici credere poteſt illud Lucæ 11. *Vide ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Si autem lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Et illud Eſaiæ. 5. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Si vera ſunt, quæ in præfata Epiſtola Theodorus docuit, jam & ego, & Inquiſitor Apoſtolicus, & quatuor Vniuerſitates Catholicæ, earumque Theologi & Doctores, alijque, quicunque *Aſtrum inextinctum* ſcripſimus aut approbauimus, iam, inquam, *pupillam oculi diuini* læſimus, iam *plurimorum grauiſſimorum ſcelerum coram Deo rei*, mortis æternæ pabulum facti, *à Rege viuorum & mortuorum iudicandi & damnandi* ſumus. Arrogans eſt hominis iudicium, quod ſe Diuino æquat. *Spiritualis* quidem *iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur*, ſi tamen eius *Spiritus carnem & oſſa non habet*, quibus inhærente *concupiſcentiâ* ſit *abſtractus & illectus*. Incredibile dictu eſt, quantum cauſa propria corrumpat hominem, etiam doctum, etiam Theologum, *ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Si ſapientum oculos excæcant munera*, quantò magis Monaſteria? par vtrinque irritamentum: quin, ibi maius, vbi maius pretium. Amor proprius, omnia ſibi licere exiſtimat; cauſas ſi non inuenit, rimatur; vt Eccliples, meridiem eſſe ſibi perſuadeat; veræ ſint, an fictæ, *Theodori nihil refert*. Non omnia ſunt *Dei dona*, quæ à *Theodoris* ſcribuntur; multa dictat, qui *ſe transfigurat in Angelum lucis*, præſertim hominibus ſupercilio ſibi cognatis, quique *Deo gratias agunt, quòd non ſint ſicut cæteri hominum; velut etiam hic publicanus*, qui publicans *Aſtrum inextinctum*, commiſerit *crimen maximum, in piam Matrem Eccleſiam iniuriis impiè pugnet, eandem neceſſariis operariis fraudet, animarum lucra retardet, hæreſin foueat, & ſanctis Societatis conatibus obluctetur, mox à Rege viuorum & mortuorum puniendus & damnandus.*

2.Reg 15.16. & 17. Luc.8. Matth.6. 1.Cor.2. Luc 24. Matth.24. Deutor.16. 2.Cor.11. Luc.18. Adhuc cælum voluitur.

9. Primus lapis, in quem *cæcutiens* Theodorus impingit, eſt, quòd deſtituta Monialium Cœnobia, opinetur eſſe *emortua & extincta:* Hîc omnis erronum cohors, viam nocendi corripit: hic lapis eſt offenſionis, quem Iuris

Ca-

Canonici, non Sancti Thomæ detegit *Summa*. Hinc error Theologorum, *ponentium tenebras lucem, & lucem tenebras*; hinc vana perſuaſio, ſub graui peccato Cæſarem & Conſiliarios obligantium; hinc *cæci, & duces cæcorum*: hinc exſpectata vitis, vt faceret vuas, facit labruſcas. *Nunquid* enim *colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* Infecta radice, infecti ſunt omnes rami. Legatur Aſbeſtus noſter. Eſai. 5. Matth. 15. Eſai. 5. Matth. 7.

10. Alter lapis ſyllogiſmo Theodori infixus, propria ſolùm æſtimatione intumeſcit, periculo ponentium. Nam veram Chriſti fidem, magis creſcere *non poſſe*, quàm ſi plurimi ſint adſcripti Societati Ieſu, tam verum non eſt, quin reclament Apoſtolorum acta, & quindecim ſæculorum experientia, necdum natâ Societate; reclamat totus Septentrio, ferè Monachorum operâ, *ſequentibus ſignis*, ad veram Chriſti fidem perductus: Verba monent, exempla mouent. Hodieque tota die ſtant in foro otioſi, quos nemo conducit; *quomodo autem prædicabunt niſi mittantur?* Iniuria eſt dicere, eos operari *nolle*, eâ ſolertiâ *non poſſe*, arrogantia. *Da occaſionem ſapienti, & ſapientior erit.* Non culpanda eſt expectatio ſtantium, quando vitio vertitur ambitio currentium: *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant; dicit Dominus.* Sed eſto, vera fides hodie magis creſcere *non poſſit*, quàm per homines Societatis; num ideo lucrum animarum retardant, qui eos mittunt *ſine baculo & pera?* Num *hæreſin fovent, & grauiſſimorum ſcelerum rei fiunt*, qui non eis mox Monaſteria ſua tranſcribunt? cur non idem periculum in ſæcularibus, qui ſuperfluis bonis non vtuntur, aut in Dei offenſam abutuntur? Num à Deo puniendi & damnandi, qui ſua defendunt, qui juſtitiæ & vltimis fundatorum voluntatibus inſiſtunt? An non ſupereſt Deus, qui coruis aut viduæ præcipiat, vt Eliam aliquem paſcant? Quis eis reuelauit, exhauſtis hodie ærarijs, *alia media alendæ Societati non ſuppetere*, quàm vt operiatur vnum altare, alio diſcooperto; auferatur fundatoribus antiquis, quod nouis detur; alij operarij in vinea Domini dimittantur, vt alij conducantur? Heus Apoſtole, verte ſtylum, & ſcribe: *Qui non manducat, non laboret.* Prô pudor! Nunc fides retardatur, & hæreſis fouetur, niſi ante prædicationem menſa paretur. Iterum dico: Suſpecta eſt omnis prædicatio, quam præcedit poſſeſſionum deſignatio; & quid dico, poſſeſſionum deſignatio? etiam charitatis & juſtitiæ violatio. Quid inde mirum, ſi quandoque tota nocte laborantes nihil capiunt, qui retia non laxant in verbo CHRISTI, tam diſertè ſpondentis & hortantis: *Nolite ſolliciti eſſe, dicentes; quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis: Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & HÆC OMNIA ADIICIENTVR VOBIS.* Hi autem, adiciienda quærunt, & quærenda adijciunt. Plura lege *Aſtri* q. 8. numero 11. Matth. 20. Rom. 10. Prouerb. 9. Ierem. 23. 3. Reg. 19. 2. Theſſal. 3. Aſtri q. 8. nu. 11. Matth. 6.

11. Tertius lapis Theodori, eſt, quòd putet, *Imperatorem paci & tranquillitati publicæ non ſtudere*, nec *rebelles arcere*, nec *hoſtes boni communis*

& Im-

& Imperii profligare & debellare, niſi Societati ex Monaſterijs Monialium Collegia erigantur. Non ſic Philippus II. Rex Hiſpaniarum in Belgio, qui honorauit Deum de *ſua* ſubſtantia, non de alienâ; ære proprio arces Collegiorum erexit, non aliorum injuriâ; cæmentum non ſubegit piorum lachrymis & gemitibus; ideo *benedictio Domini ſuper caput* IVSTI fuit. *Proverb.10.*

Itane verò Imperator *nec paci & tranquillitati publicæ ſtudere, nec rebelles arcere, nec hoſtes boni communis & Imperij profligare & debellare* poteſt, niſi Societati ex Monaſterijs Monialium Collegia erigantur! Vndenam autem eam habent Ieſuitica ex Sanctimonialium cœnobijs excitata Collegia efficacitatem, vt Imperatorem & pacis, tranquillitatiſque publicæ ſtudioſum, & hoſtibus boni communis ſuperiorem facere, & felicitare per omnia queant? An à ſolâ literarum affluentiâ, & eruditione? At ſanctus Ambroſius ſapientiâ, & prudentiâ, & ſermonis gratiâ, & verborum diſertudine, & optimarum literarum copijs qualibuſcunque inſtructiſſimus erat, cumque ijs rebus tantum valeret, quantum in omni Gratiani Imperio alius nemo, non literarum tamen, ſed orandi ſtudio Imperatorem illum hoſtibus imminentem poſſe iuvare arbitrabatur. De quo ipſe in epiſtolâ ad Gratianum illa: *Tuum quotidianum iter legebam, nocte & die in tuis caſtris curâ, & ſenſu locatus, orationum excubias prætendebam.* Hæc ille ibi, & Ammian Marcellinus l.31. talia: *Affuit noſter Ambroſius Gratiano pugnanti, & ſi non corpore, certè ſanctis precibus præſto fuit, ac licet longè poſitus, cominus tamen ſuppetias tulit.* Iam ſi precationibus diurnis, ac nocturnis piorum potiſſimum fit, vt Imperatores arcere rebelles, & hoſtes profligare queant, actumque eſt, vt Gratianus ſeptuaginta barbarorum Gothorum millia fuderit, & quinque millia, quæ à cæde ſuperfuerunt, ad deditionem cogerit, cave, ſis, Theodore, ne exigendas ſuis cœnobijs Caſtimoniales putes, quarum orationibus, lachrymis, & abſtinentiæ tantum olim tribuebat Gregorius noſter, ille Doctor, Magnus, & Pontifex omnia Maximus, vt earum meritis bonis & ſuam, & totius Romanæ vrbis inter nefandiſſimorum Longobardorum gliſcentia arma ſoſpitatem adſcriberet. Adverte tantiſper animum, bone vir, & quid ſanctiſſimus, ac ſapientiſſimus ille Pontifex de Sacrarum Veſtalium gratia apud Deum, & precum efficientiâ ſentiat, vaciuis auribus attentus accipe. Sabinianus quidam ejus diaconus auri libras triginta illi à Theoriſto attulerat. Harum partem alteram in redemptionem eorum, quos Longobardi captiuos attinebant, erogauit, *de medietate verò ancillis Dei* (inquit ipſus libr. 6. ep.23. c.187.) *quas vos græcâ linguâ monaſticas dicitis, lectiſternia emere diſpoſui, quia in lectis ſuis graui nuditate in huius hyemis vehemētiſſimo frigore laborabant, quæ in hac urbe tria millia reperiuntur. Harum verò vita talis eſt, atq; in tantum lachrymis, & abſtinentia diſtricta, vt credamus, quia ſi ipſa non eſſent, nullus noſtrum iam per tot annos in loco hoc ſubſiſtere inter Longobardorum gladios potuiſſet.* Si ergo exanimitus optat Theodorus, vt optimo Imperatori ſit benè, noſq; omnes inter Gothorū gladios, & iā nimis diu infeſta arma ſubſiſtere in locis noſtris poſſimus, non putet

id aliter fieri non poſſe, niſi profligatis Monialibus ſua ex illarum aſceterijs Collegia Jeſuitis excitentur, magis autem curet, ſtudeatque, ut piarum Monialium plurima ſit copia, quæ ſuarum precum, & lachrymarũ, quas fundunt, atque inediæ, quam tolerant, adjumentores Imperatoris adversùs perduelles, cauſamque noſtram communem efficaciùs promovebunt, quàm tota Ieſuitarum Collegia. Sinat domi ſuæ agere ſponſas Chriſti, ne dum illis Cœnobia nudat, nos earum validiſſimo apud Sponſum patrocinio nudet. Non ſic adipem ſuum adversùs eas concludat, ut etiam tectis exigere velit, quibus Vicarius Chriſti, ut neceſſariam in lectis captare per frigus quietẽ poſſent, & ſtipẽ comendicavit, & integumenta coëmit. Time offenſam Dei, qui cùm ardens ſit amator, non tolerans rivalem, nec ferens ab alio Sponſas ſuas, quàm à ſe amari, quomodo ferat odio tali, ac tanto haberi, ut ejiciantur de habitationibus ſuis? Leonina eſt eorum ſocietas, quorum tanta eſt ergâ tales vicinas inhumanitas, ne dicam feritas.

At, *araria exhauſta ſunt*, inquies? Non omnia; nec illorum, qui nuperrimè dimidiam auri Millionem Venetis contra Turcam obtulerunt, ut habita Collegia reciperent, olim proſcripti.

At, *conſultius eſt, tali in loco ſtare Collegium Societatis, quàm Monaſterium Monialium privatim viventium*? Quid verò, ſi conſultius ſit utrumque ſtare? hîc Martham per domum curſitare, ibi Magdalenam Chriſti pedibus inhærere? Duę Sorores erant, nõ unica; non Magdalena mutata in Martham; non extincta, quæ partem elegit optimam. Nomen ſororum, charitatis nomen eſt, non inſidiarum. Soror non eſt, quæ ſororem cupit extinctam, mortuam, abolitam, ut ipſa ſuperſit. Melius eſt ambas vivere. *Quis autem bonus Conſiliarius non ſuaſerit, ex duobus bonis, eligendũ, quod præſtantius*, & bonum publicum cùm privato promovendum? Quòd, ſi non poſſit utrumque, (licet privatum dici nequeat, quod Deo publicè offertur) ſignum eſt, Deum nolle, cùm injuria privati, publicum augeri, qui totius Mundi converſionem, (magnum utiq; & publicum bonum) vetat unicò peccato procurari: Vnus Machiavellus docet, *facienda mala, ut eveniant bona*; idcirco damnatus. Dei contrà ſentientis, prævenientem voluntatem nos ſequi convenit, non prævenire ſequentem. *Fata viam invenient*, ni moretur impatientia. *Nullum violentum diuturnum*. Imò, ſi rectè penſito; bonum publicum privato ſemper anteferendum eſt: Quando verò concurrunt ſalus Reipublicæ, & charitatis aut juſtitiæ violatio, qua Deum offendi neceſſum eſt; præſtat millies mori, milleq; Reſpublicas perire, quàm Deum vel leviſſimè offendi. Declinata ſequidẽ offenſa Dei, rationẽ habet boni publici; ſalus populi, boni privati. Quid enim magis publicum ipſo ſummo & vero Deo? quid totius Mundi pugillus, ad immenſum, æternũ? quid cinis & pulvis, ad ens increatũ, neceſſariũ? quid gutta ad mare? imò ne gutta quidẽ. Hinc fumus Machiavelli evaneſcit.

At inquies, *injuriam irrogari nemini, modò Papa conſenſum interponat*? Durus eſt hîc ſermo, præſertim ubi & Concordatis contravenitur, niſi eorum

obſervantia vergat in damnum publicum, verum ac manifeſtum. Solius Dei privilegium eſt, ſpoliare Ægyptios vaſis aureis, argenteis, veſteque plurima; tollere terram Amorrhæorum, Chananæorum, aliorumque Regum, & dare filijs Iſraël, quia *Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo*: ſolus hic dicere poteſt; *Amice, non facio tibi injuriam, tolle quod tuum eſt, & vade.* In reliquis

Pſalm. 23. *Matth. 20.*

O, formoſe puer, nimium ne crede colori,

ubi mille malorum inſidiæ, mille pericula. Qui *ſcrutabitur Ieruſalem in lucernis*, æquiſſima bilance librabit omnia, ſub- & obreptiones, ambitiones, falſa narrata, pondus cauſæ, conſcientias impetrantiũ, promoventiũ, concedentium: pacta fundatorum, aliaq; innumera: Ibi, quis *pupillã oculi divini* tetigerit, apparebit; ibi procul erit à fulmine, qui procul ab offenſo Iove.

Sophon. 1.

At, *Monaſteria ſic translata, mutantur in melius?* Neſcio. *Iacob* olim *videns ſcalam, erigebat lapidem in titulum, fundens oleum deſuper.* Iſti hodie, reſervata pro ſe olei pinguedine, titulum redigunt in lapidem, Monaſteria in prædia, ſponſam in pediſſequam, Dominam in ancillam, liberam in mancipium: Si hoc eſt Eccleſiam mutare in melius, judicent qui melius intelligunt. Culinæ ſuæ miniſteria, non Monaſteria mutant in melius, qui talia dicunt. Scala Iacob, fundatoribus quondam in fundo Monaſteriorum ſæpius viſa vel præviſa, ſi vel ſemel apparuit in Collegio Societatis, neſcio; in tranſlatis ad eam Cœnobijs unquam apparuiſſe, nego.

Gen. 28.

At, *paucula ſolùm Monaſteria Monialium transferri petuntur?* Suſpecta petitio eſt, quæ certo numero caret: Hodie petuntur paucula, cras paucula, ſed perendie non erunt paucula. Pro Collegio Moguntino jam dotato, Theodorus hodie petit duas Abbatias, pro Hadematenſi petuntur quatuor aut plures: Si *paſſim* (ut vult idem.) *Societas erigenda & amplificanda*, & cuiq; Collegio duæ, tres, quatuorvè Abbatiæ pro dote uniendæ, ubi ſatis Monaſteriorũ inveniemus? Inter Ethnicos non facilè invenias filiam, quæ pro dote ſua augenda, velit tot ſororibus, jam dudum dotatis & elocatis, dotes ſuas auferri, ſibiq; à parente donari. Inter Chriſtianos autem, eosq; Religioſos, ſunt hodie, qui etiam parentes ad id, ſub æternæ damnationis reatu obligari docent. Et quis tandem fundatorum, ſatis Cœnobiorum Monialium fundaverit, ut ſorori juniori ſua dos exinde ad ſatietatem augeatur?

Frivolæ injectiones Theodori, retorquentur.

At, *obſcuriora virorum accedent?* Hoc ipſum deterius eſt, quod Monaſteria Monialium jam non ſufficiant. Obſcuriora peti prætenduntur, ſed meliora concupiſcuntur; quibus obtentis, obſcuriora manumittuntur: docet praxis Caſtellenſis, Eberſpergenſis, aliorumque.

Ignem igne extinguit.

At, *& ipſa Societas, Virginitatem caſtiſſimam VOVET & colit, Virgines educat, Monaſteria Monialium fovet, ERIGIT, ac propagat: quorum MILLE ſepulta jacerent, ni Patres Societatis obſtitiſſent.* Quòd Societas Virginitatem colat & foveat, tam verum eſt, quàm falſum quòd eam *voveat*: quòd autem Virgines *educet*, Fortunæ tribuendum, non Societati, quæ ſelectum invenit,

Falſa docet Theodorus.

non requirit. Quòd denique *Monaſteria Monialium erigat ac propaget*; novum eſt; *flores* iſti, nondum *apparuerunt in terra noſtra*: Vepres apparuerant, ſed eradicatæ ab Vrbano VIII. *Mille* ſervata Monaſteria ſi Theodorus numeravit, Arithmeticum laudo, ſed vereor ne Rhetorem inveniam aut Poëtam.

Ieſuitiſſæ extinctæ ſunt ab Vrbano VIII.

12. Iam, quàm temeraria illa promiſſio, *quod per Patres Societ. totum hoc bonum pacis & tranquillitatis publicæ; rebellium, hoſtiumq; boni communis & Imperij profligatio & debellatio Imperio ſit obventura?* ſaltem addidiſſet, *volente Deo*. Sed Hieremiam audiamus: *Prophetæ tui*, inquit, *viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent. Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & electiones*. Thren. 2.

Porrò *effatum Theologicum* Theodori, ſapit oraculum; & hoc, piaculum. Quid ni? cùm & inter *peritiores Theologos*, à quibus *prudentes viros addiſcere* oporteat, ſeipſum computari velit. (Symbolum Aquilonis.) Qui nolit, eum vult *præpoſtero Zelo, prudentia ſæculi, ſcientia Mundi abductum, contra Deum pugnare, pœnamq; mereri*; ideoque more Anabaptiſtarum, in maledictum Mundum ejici & exturbari. Sic nimirum malo boni, bono mali nomen attribuendum eſt: ſic virtus vitio, vitium virtute veſtiendum, ad hæc Saturnalia celebranda.

Dij laneos pedes habent.

Sacros inſuper *Canones*, & *Decreta Pontificum* Theodorus allegat; nec certum eſt, quòd ea ſemel legerit. Etiam in Angliam navigat, translationes S. Dunſtani, Monachi Benedictini & Archiepiſcopi Cantuarienſis deprædicat; ſed non niſi ſummo ſuo periculo: nam illæ, non à Monialibus aut Monachis ad Clericos; ſed à Clericis ad Monachos factæ, & divinæ vocis oraculo comprobatæ leguntur; ideoq; facilius probant, Collegia Clericorũ Societatis ad Monachos, quàm Monachorum ad Clericos transferri. Taceo, illã Angliæ, de jure communi, ſecundùm Canones, fieri potuiſſe; hodie petitã Germaniæ, non item. Sed neq; par cauſa. A diſparibus autem non fit illatio: aliàs, ſi ſemel aliqui Ieſuitæ, facti ſunt Monachi Benedictini; ſequeretur, omnes fieri debere. Quodſi tamen Theodorus, divinæ vocis oraculum in Germania pro Societate, contra Monachos aut Moniales, vel ſemel auditum eſſe docuerit, etiam pulverem de pedibus excuſſum relinquentes, hac hora abibimus.

Cladius Goliath.

13. Ait, *nullam translationem fuiſſe, quæ plura Iuris adminicula VNQVAM habuerit* hodiernâ. At ego nullam video, quæ pauciora: nullo enim, pauciora eſſe non poſſunt. Nec evidens eſt, ſcire Theodorum, quid ſit *Iuris adminiculum*, cujus tantum facit periculum. Minus verum, eos laborare politica ſcientia, mala conſcientia, Divini juris invaſione ac læſione, qui contrà ſentiunt.

At, forſan ardor habendi, nonnihil hodie Societati deferbuit?

Sic ait & vulpes, cùm prendere poma nequiret,
Non ſunt hæc ſtomacho commoda poma meo.

VVeſtphalia nuperrimè mitigavit, non Virtus. *Monaſterij*, Monaſteriorũ clauſa eſt janua; ubi plura viſuntur *concupiſcentiæ ſepulchra*, quàm irritamenta.

Sepulchra cō-cupiſcentiæ, multa ſunt Monaſterij in VVeſtphalia.

Sepulchra dico, non omnia *pulchra*. Vmbra carnium canis Æſopici, in cauſa fuit. *Vnius rei* Patres quidam è Societate *laborarunt* hactenus *inopia, quòd nimirum* nihil habentibus, *& omnia poſſidentibus defuerit ille, qui verum diceret.* D I X I. Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν.

Mirabiles machinationes quorundā Patrum Soc. Ieſu.

1. Cor. 1.

14. In eiſdem *concupiſcentiæ ſepulchris* jacent, quibus Epitaphium inſcripſit Dominicus Gravina, in Congeminata voce Turturis, editâ Neapoli, anno 1633. cap. 11. ante §. 1. *Alij*, inquiens, *in Senatu Regis Catholici elaborarunt, ut Iaponiæ Regnum, non omnibus Religioſis eſſet commune in diſſeminatione Evangelij, ſed in quatritarchias divideretur*: (ut nimirum unus Chriſtianus eſſet Pauli, alius Apollo, alius verò Cephæ.) *Quidam, ne Monachi Benedictini in Angliam mitterentur ad prædicandum Evangelium, docuerunt & inſtiterunt.* E quorum numero fuit Robertus Perſonius, ejuſdem Societatis Anglus, homo elati ſupercilij, qui etiam defectus & imperfectiones in ipſo ſacro Oecumenico Concilio Tridentino, veluti maculas in Sole, obſervaſſe fertur. Hic lucubrationem ſcripſit, iſthoc titulo prænotatam. *Memoriale, pro reformanda Anglia, cùm tempora permiſerint.*

Roberti Perſonij nova Eccl ſiæ Anglicanæ delineatio, de affectata Monarchia Eccleſiaſtica vehementer ſuſpecta.

In quo miris artibus & cuniculis, antiquos Regulares Ordines, ſuis juribus & bonis in Anglia exuere conatus eſt, conſulendo, ut univerſa totius Regni bona Eccleſiaſtica, in communem maſſam redigerentur, cujus cura eſſet penes *ſeptem Sapientes*, (quos nullibi melius, quàm in Societate ſua reperiri credidit) ijſque talia bona diſpenſarent, & expenderent, Prout judicaverint expedire Eccleſiæ Anglicanæ; adeoque omnium Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, aliorumq; Prælatorum, Regularium, & totius Cleri proventus & ſuſtentatio, per univerſum Regnum, penderet à voluntate & arbitrio unius Ordinis Mendicantium, ipſiusq; Præpoſito Generali; Summo Pontifice interim ſecurè dormire juſſo. Inſuper ſub graviſſimis pœnis inhiberetur, ne quiſquam Religioſorum, cujuſcunq; alterius Ordinis, citra dictorum Sapientum licentiam, in Angliam reverteretur, (ut abſq; arbitris omnia gererentur.) Reducta verò in eandem fide Catholica, conſultum fore, ut Papa, ſaltem quinquennio, nihil de fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum percipiat, ſed omnia remittat in manus prælibatorum Sapientum. (qui commodi privati negligendi, votum non habent) Cap. 5. ejuſdem *Memorialis*, ita pergit idem Perſonius.

Verba Perſonij, à nobis obiter gloſſata

15. *Quibus autem de cauſis & rationibus neutiquam expediret, ejuſmodi terras ac poſſeſſiones Eccleſiaſticas EISDEM RELIGIOSORVM ORDINIBVS, qui eas antea poſſidebant, denuo nunc reſtitutas tradere, nulli poteſt eſſe obſcurum; quia nimirum alia nunc eſt rerum ac temporum in Anglia ratio, quàm cùm ea primùm à fundatoribus donarentur*, (hoc eſt: ſurrexerunt interim alteriùs indolis homines, qui Eccleſiam unicâ ſuâ viâ creſcere cupiunt) *quæ proinde longè diverſam rerum exigunt diſpoſitionem, ac ordinem, quò præſenti conſulatur Reipub. utilitati, Eccleſiæq; neceſſitati. Neq; dubium eſſe poteſt*, (audax, omnibuſque Iuribus adverſa interpretatio) *quin ſi Fundatores ipſi, harum*

poſſeſ-

poſſeſſionum largitores,nunc iterum in vivis eſſent, *rerumq́ ac temporum conditionem intuerentur*, *obvijs ut ajunt ulnis*, *hanc bonorum ſuorum diſpoſitionem amplexuros eſſe,atque approbaturos*, (literis & ſigillis hîc opus eſt) *cùm MAIOREM DEI GLORIAM reſpiciat*, (ſi tamen) *cujus ipſi cupidiſſimi omnino ſunt præſumendi*. *Quod ut uno exemplo in hac noſtra cauſa declarem*, *ſciendum eſt*, *ad Ordinis S. Benedicti familiam*, *olim multò majorem partem pertinuiſſe earum terrarum ac poſſeſſionum*, *quas nunc reſtituendas cupimus*, *cùm tamen illius Ordinis pauciſſimi ſint hodie Monachi* , *Anglicanæ gentis*, (fortè plures,quàm Jeſuitæ) *quibus ea occupanda tradi poſſint*; *Externis verò hominibus,ut ea concedantur,cùm tot undique Anglia domeſticis prematur neceſſitatibus*, (quibus, ad rem ?) *vix omnino fortaſſis obtineri poterit*: *neque omnibus* (Patribus Societatis) *videbitur*, *tam copioſum numerum illius Ordinis*, *CÆTERORUMQUE MONACHORUM*, *quamvis pro ſuo inſtituto ſunt omnes ſanctiſſimi*, (ſi domi ſuæ manſerint incluſi) *his temporibus*, *vel ſaltem primo hoc ſtatim reformationis initio*, (donec iſti florem terræ ſibi elegerint.) *Angliæ fore neceſſarium*, *aut commodum* ; (iſtud nimirum eſt, rogare Dominum meſſis, ne mittat operarios in meſſem ſuam) *neque Fundatores id aliter judicaturos*, *ſi nunc adeſſent* : (ita enim Iupiter in aurem dixit Iunoni.) *Sed COLLEGIA MAGIS*, *& Academias*, (quaſi nullæ forent in Anglia ?) *ſeminaria & ſcholas* , (de quibus Concilium Tridentinum aliter ſaluberrimè diſpoſuit) *novo noſtro formando*, *inſtruendo* , *atque augendo Clero idoneas*, *in nonnulla Monaſteriorũ partis LOCUM*, *VICESQUE SUCCEDERE poſſe*, *ac DEBERE*. (Quis tantorum bonorum & patrimoniorum Anteceſſores ſibi non optet, quibus, hærede pulſo, pro voto *ſuccedere* liceat ?) *Alijs item Religioſorum familijs*, (at non niſi temporalium bonorum incapacibus) *æquum fore* ; *ſedes quoque & domicilia conſtituere*, *quæ poſt primas illas*, *antiquioresq́ natæ*, *atq́ à Deo excitatæ*, *temporum neceſſitatibus ſe accommodaverunt*, (quaſi verò etiam antiquiores ſe accommodare non poſſint ?) *ſuumq́ inſtitutum*, *ad proximorum quoq́ curandam ſalutem*, *concionibus*, *prælectionibus*, (ac ſi Benedictini nihil horum egiſſent,aut agerent) *modis alijs omnibus*, *juvandis animabus incumbentes*. *Atq́ hac ipſa de cauſa videbuntur fortaſſis huic tempori magis neceſſarij*, *ut cum Epiſcopis*, *cæteriſq́ è Clero*, *ingenti huic moliendo*, *ac promovendo operi manus admoveant*, *operam ſedulo adjungant*. *Quamvis dubitari etiam non debet*, *quin reliquis item Ordinibus*, *diligenter*, *atq; affatim* (ne quid nimis) *provideri quoq; oporteat*, *PROUT Reformationis*, *quod diximus*, *CONSILIO*, (ideſt, Patrum Societatis arbitrio) *ad Dei gloriam* , *communeq́ totius Regni ac Reip. bonum EXPEDIRE maximè IUDICABITUR*: *Longè enim majori tum pace*, (Ieſuitis in aliena patrimonia, abſque obice graſſantibus) *tum æquitate*, (relegata Iuſtitiâ,) *tum etiam utilitate publica* (Societatis) *reditus iſtiuſmodi*, *poſſeſſioneſq́ ac proventus Eccleſiaſtici*, *ab hoc SENATU*, *pro re nata*, (pro arbitrio videlicet Patrum Societatis) *adminiſtrari atque diſtribui poterunt* , *quam ſi ANTIQUIS POSSESSORIBUS ſtatim ac indiſcriminatim remitterentur*.

Spinæ S. Benedicti hærent Perſonio in oculis.

Matth. 9.

Exulat jam Decalogi illud ; Non concupiſces rem proximi tui.

 Huc-

Hucuſq; prænominatus Perſonius, à nobis per parentheſes gloſſatus: Cui nihil aliud ſupereſt, quàm ut ipſum Regnum Angliæ, veluti feudum Eccleſiæ Romanæ, ſibi ſuoq; ſynedrio, ad majorem Dei gloriam promovendam, conferri poſtulet; ſibiq; dictum exiſtimet, *omnia poma, nova & vetera, dilecte mi, ſervavi tibi.* Quinimo, ſi ſolum Regnum poſtularet, minor fieret injuria & ſuppreſſio pſalmodiæ Eccleſiaſticæ, ab Angelis inſtitutæ, piarum fundationũ, & Monaſticæ diſciplinæ; ſimulq; ſtarent veteres Ordines & recentiores, quod utiq; ex duobus bonis, melius eſſet.

Cantic. 7.

16. Simile quid attentaſſe feruntur in Germania ſub Ferdinando II. Imperatore Auguſto, de duodecim *Sapientibus*, quib. in Reformationis Catholicæ negotijs, pariter ſubeſſent Archiepiſcopi & Epiſcopi totius Germaniæ, ita ut Eccleſiarum paſtores, non opus haberent amplius baculo paſtorali, omni ovium cura & ſollicitudine in alios translata. Et quis dubitat ſimilia conſilia, ſeu *Memorialia* ſecutura pro Regno Scotiæ, Regno Hiberniæ, Regno Daniæ, Regno Sueciæ, Regno Noruegiæ, Regno Gotthorum & Wandalorum &c. ſi Deus miſeratus hujuſmodi Regem aut Principem, penes quem eſt ſubditos ad fidem ſuam adigendi poteſtas, ad ovile Catholicæ Eccleſiæ, quod optamus, aliquando reduxerit? Eadem enim ratio in omnibus militat, ubiq; alia rerum ac temporum eſt ratio, quàm olim, ubiq; par ſalutis animarum æſtimatio. Verùm ad Angliã, (Ordinis S. Benedicti meſſem) redeundo, dignus eſt Perſonius, cujus ambitioſa concupiſcentia ex fundamento refellatur; quod, quia præſentis inſtituti non eſt, Monachis Ordinis noſtri Anglis retorquendum aut eludendum relinquimus; *Qui* (ut in quadam Bulla refert Vrbanus VIII.) *imitati ORDINIS SVI ANTEQVVM DECVS, glorioſa memoria GREGORIVM Papam primum, qui per Benedictini Ordinis Monachos, Britanniam Chriſto peperit, Angliæ ad fidem Catholicam reducendæ operam navant, ac proficiſcendi in patriam, ibidemq; fidem Catholicã prædicandi, etiã contempto vitæ periculo, juramento ſe adſtringunt. &c.* his, inquã, ſe ſuumq; Regnũ ulterius defendendi provinciam relinquimus, ne falcem in viciniorum meſſem mittere videamur.

S. Gregorius Magnus etiã teſtimonio Vrbani VIII. fuit Monachus Ord. S. Bened.

17. Conſtat, jam ante mille annos, univerſum Angliæ Regnum, ſparſim à paucis hinc inde Chriſtianis tunc temporis habitatum, per prædictos Monachos in florentiſſimum Eccleſiæ Catholicæ ſtatum à gentiliſmo elevatum; omnes Epiſcopatus, Academias & Monaſteria, ab eiſdem fundata, plurimiſq; ſæculis in debito flore, & vigore conſervata fuiſſe: conſtat, ſanctiſſimis Epiſcopis, Abbatibus & Doctoribus Inſulam abundaſſe, qui miraculis, virtutibus & doctrinis Regnũ illud mirificè plantarunt, rigarunt, &, Deo incrementum dante, gubernarunt. Præcipuæ Cathedrales Eccleſiæ, etiã ad ultima tempora Henrici VIII. Regis, Benedictinorũ erant; inter quas eminebat Monaſterium Cantuarienſe, penes quod erat, & etiamnũ eſt de jure, Electio Cantuarienſis Archiepiſcopi, totius Regni Primatis. Eam ſedem, inter cæteros ſua ſanctitate poſt S. Auguſtinum illuſtrarunt S. Mellitus, S. Iuſtus, S. Theodorus, S. Dunſtanus, S. Lanfrancus, S. Anſelm⁹, ac deniq; S. Thomas Archiepiſcopus & Martyr, omnes

Monachi Benedictini quid in Anglia egerint.

Archiepiſcopi Cantuarieñſes non Monachi, à Deo graviter mulctati ſunt.

omnes Monachi Benedictini: Cæterorũ autem nemo audebat ſe conjungere illis, nec cathedram illam aſcendere, niſi Monachus: qui aliter præſumpſiſſent, (ut de Stigando XXXII. Archipræſule legimus) varijs calamitatibus à Deo exagitati, vitam miſerrimè clauſerunt. Hinc eſt, quòd prædictus S. Thomas, è Cancellario Regni, ad Archiepiſcopatũ ſublimatus, Cantuarienſibus præeſſe noluerit, priùs, quàm factus Monachus, habitũ Benedictinũ, ſibi ab Alexandro III. Summo Pontifice miſſum induiſſet; quòd (ut refert Baronius in Anno Chriſti 1162.) exempla multa præceſſiſſent, eorũ, qui non Monachi cathedram illam conſcendentes, à Deo malè mulctati eſſent. Qui Baronius in anno 1164. memorat eundem, in exilio ab Alexandro III. commendatum Abbati Pontiniacenſi Ord. Ciſtercienſis, *MONACHVM* inter Monachos, omnes Monaſticæ perfectionis numeros impleviſſe.

Matthæus VVeiſs, in Lyceo Benedictino Salisburgi. Anno 1630.

18. Quæ res, licet author Vitæ illius, non meminerit, tam certa eſt, ut eam etiam acatholici Scriptores Angli libenter atteſtentur. Hinc anonymus author Antiquitatum Britannicarum, primùm Londini, 1572. dein Hanoviæ typis Wechelianis, Anno 1605. editus, in Thoma Becket (ſic enim nominat XXXVIII. hunc Archiepiſcopum) in hunc modum ſcripſit. *Peracta conſecratione, Adamus Abbas Conchamenſis, ad Alexandrum Papam, pro pallio miſſus eſt. Quod ſimul atque Thomas, unà cum cuculla Monaſtica, accepiſſet, diſſimili & immutato vitæ genere à priori illa Curiali fuit, ut Monachalem ſuperſtitionem* (ita nominat hæreticus) *ſub veſtitu Clericali texerit. Nam ut ſcribit Trivetus, poſt ſuſceptum paſtoris officium, ſupra humanam æſtimationem, factus eſt Deo devotus. Conſecratus enim, cilicium clàm induit famoribus, & uſus eſt uſque ad poplites alicinis, ſub veſtis Clericalis honeſtate, habitum colens Monachalem; & paucis conſcijs, ſub lorica fidei militabat, gaudens, quia in triplici veſte, triplicem perſonam gereret, exteriori Clericum exhiberet, interiori Monachum occultaret, & intimâ,* cilicinâ, *Eremitæ moleſtias ſuſtineret. ------ Atque hæc prima eſſe poterat offenſionis & diſſenſionis Regiæ cauſa, quòd cùm antea politiùs, urbaniùsq; vixiſſet, jam odioſam illam MONACHALEM INSTITVTIONEM SVSCEPERIT.* Hæc ille: qui circa finem, de Martyrio ejuſdem Archiepiſcopi ſcribens: *Itaque multis minis,* ait, *utrinque datis ac relatis, Milites Monachis* Cantuarienſibus *à Rege præceptum ajunt, ut Thomam, ne exiret, intus ſervarent: Atque hora Veſpertina, armati in Thomam atque Monachos ſacra facientes, irruentes, exclamaverunt; Vbi eſt Regni, Regiſq; proditor Archiepiſcopus? Ille à Tertio, quartove prasbyterij gradu, quem aſcenderat, eis obviam regreſſus, ab unoquoque militum,* (quos quatuor, eoſque genere Nobiles fuiſſe docet Baronius) *gladio, capite uno ictu percuſſus, atque trucidatus, gradibus cecidit. Cujus cadaver, cùm milites aut in mare, aut amnem aliquem projicere, vel in minuta fruſta diſcerpere vellent, à Priore atque Monachis* Cathedralibus, *ſine ulla dilatione, mox humi conditum eſt. ------ Rex ipſe,* Henricus II. *per legatos* Romæ *ſe purgare coactus eſt.*

Etiam hæretici Angli atteſtantur S. Thomam Archiepiſc. Cantuar. Monachum fuiſſe.

Martyrium S. Thomæ.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Abſolvi tamen non poterat, niſi ----- in Angliam reverſus, ad Thomæ tumulum flexis genibus devotè oraret, & in Monachorum Capitulo, à ſingulis ordine Fratribus, uno virga ictu percuteretur. Verùm, iſtius S. Thomæ acta plura, & longè ſinceriora, apud Baronium, & ab eo citatos Hiſtoricos leguntur.

19. Hæc in illorum gratiam, qui vel dubitant, vel neſciunt, tantum Angliæ Martyrem, & Eccleſiaſticæ libertatis propugnatorem, Ordinis S. Benedicti Monachum extitiſſe, obiter dixiſſe ſufficiat; Vt vel hinc appareat, eos, qui tot ejuſdem Ordinis Metropolitanas, Cathedrales, aliaſque Regulares Eccleſias, & Abbatias extingui, ſuæque diſpoſitioni earundem bona committi conſulunt, aliud, quàm animarum lucrum animo ſibi deſignare; quippe qui novitatis amantes & ſtudioſi, longè diverſam Vniverſalis Eccleſiæ partitionem, quàm à Chriſto domino, & Spiritu Sancto edocti fuerint Apoſtoli, mente ſecum meditentur; optentque naviculæ Petri Gubernatorem, Romanum Pontificem, tantiſper à clavo quieſcere, & in utramque aurem dormire. Eò uſque Monaſteriorum concupiſcentia redundat; digna quæ à Paſtoribus militantis Eccleſiæ profundè ſepeliatur; ne ſit diſcipulus ſuper Magiſtrũ, nec ſervus ſuper Dominum ſuum. Sed his deniq; miſſis, ad inſtitutum revertamur.

Matth. 10.

DELIQVIVM.

Iniquum pete, ut æquum feras.

Fol. 179. *col.* 2. *poſt. med.*

Qu. 6. *c.* 2. *num.* 22.

480. Ioan. à Chokier.

1. Quæſtio hîc vertitur, num Papa de jure communi teneatur Concordata Nationis Germanicæ, in beneficialibus obſarvare? Reſpondi in *Aſtro*, communiter loquendo teneri, quia contractus ligant Papam & Principem, imò ipſum Deum. Subintuli dein', ſecundùm Concordata, Dignitatibus Regularibus, quæ Sedi Apoſtolicæ non ſunt immediatè ſubjectæ, provideri debere per illos inferiores, ad quos aliàs de jure communi pertinet. Hic Cruſius, primò negat Concordata agere de Monaſterijs inter nos controverſis: Deinde, *Reſpondetur ſecundo,* inquit, *Poſito etiam, illa agere de Monaſterijs emortuis, adhuc poſſet Pontifex ijs de DIGNIORIBVS, & VTILIORIBVS perſonis proſpicere. Chokier in reg.* 8. *Cancell. gl.* 11. *n.* 22. *& ſeq. maximè* 26. *Adeoq; Pontifex, utendo hoc ſuo jure, nec Ordinarijs, nec alijs Religioſis, qui ſunt ejuſdem Ordinis, ullam inferret injuriam; contrà, ac ſentit F. Romanus q. ſua* 1. *n.* 16. In ſequentibus autem mox aſſerit idem Cruſius, Societatis Ieſu Religioſos, velut albæ gallinæ filios, *digniores & utiliores* eſſe cæteris, præſertim Monachis nigris; adeoq; Chokierum allegat, quaſi doceret, Pontificem, illæſis Concordatis, poſſe beneficia regularia unius Ordinis, alterius Ordinis Religioſis, velut *dignioribus & utilioribus* conferre: quæ allegatio falſa eſt, & in errorem abducit.

Nam

Nam & Chokier & Concordata loquuntur de *digniori & utiliori* perſona, ejuſdem qualitatis ſeu regularitatis, cujus eſt ipſum beneficium ſive Dignitas cui providetur, & non alterius diverſæ. *Per reſervationes*, ait cit. Chokier n. 25. & 26. *vigore Concordatorum Germaniæ, ſi extra Curiam vacare contingat Epiſcopatū vel Monaſterium, & Prælatus qui deceſſit, non fuerit Cardinalis vel Officialis Curiæ, Electio Canonica permittitur fieri in partibus, juxta Concordata, ibi, Item placet nobis, quòd in Metropolitanis &c. In quo tamen notes, Pontificem non ſic electione eſſe ligatum, quin ex evidenti ſeu rationabili cauſa, poſtpoſito ELECTO, Eccleſiæ de alio PRÆLATO poſſit PROVIDERE, ut ſatis oſtendunt verba ipſa Concordatorum: Niſi ex rationabili & EVIDENTI cauſa, ac dictorum Fratrum* Cardinalium *conſilio, de DIGNIORI & VTILIORI perſona duxerimus providendum.* Vbi manifeſtè ſermo eſt, de *digniori & utiliori* perſona ejuſdem qualitatis, cujus erat alter, per Capitulum antea electus; perſona enim inhabilis, & non qualificata tali Prælaturæ, non poteſt dici *dignior & utilior* habili & qualificata: nec hîc per Concordata ſibi Papa reſervat extinctionem Dignitatis aut Monaſterij, ſed *proviſionem*; quæ Dignitatem vel Monaſterium in ſuo antiquo regularitatis &c. ſtatu conſervari præſupponit. Quare cùm fratres Societatis Ieſu, à tali Capitulo Regulari, in Abbates eligi non poſſint, ſequitur, eos nec eſſe perſonas illas *digniores & utiliores*, de quibus Chokier, & Concordata loquuntur.

Falsæ Allegationes.

Quanam perſona dignior & utilior nominetur in Concordatis, quoad proviſionem Beneficiorum.

2. Taceo, hanc reſervationem de *digniori & utiliori* perſona, in Concordatis Germaniæ ſolummodo factā eſſe, in Eccleſijs Cathedralibus; & Monaſterijs eidem Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis, non verò in cæteris Monaſterijs Sacrarū Virginū aut virorum. Legantur ipſa Concordata & d. Chokier cit gloſſ. 11. n. 3. Taceo deniq;, cauſam hujuſmodi proviſionis Apoſtolicæ, de *digniori & utiliori* ejuſdē qualitatis, à Cōcordatis requiri *evidentē.* Quę omnia, in tranſlationibus Monaſteriorū ad Societatē, eorumq; Seminaria, locū non inveniunt. Volebat hîc Cruſius pedibus inducere chirothecas, & fugientem agnū ad lupos reducere; ſed medio ſtadio, à curſu deficiens, paſſus *deliquium*

Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos. *Virgil.*

ANNATÆ.

Nulla calamitas ſola.

Fol. 184. *col.* 2.

Quæſt. 6. *c.* 2. *nu.* 23.

1. Non ſolùm Monachis ſua Monaſteria, ſed & Epiſcopis Germaniæ, & antiqua conſuetudine, vel Germaniæ Cōcordatis numeratas à Monaſterijs annatas, negare pręſumit Cruſius, optimus Monaſteriorum Advocatus; ne videlicet occupando Monaſteria, quicquā Epiſcopis abſtuliſſe videatur, veluti queis dici queat, *Tua non intereſt. Nam,* ait, *vel loquitur F. Romanus de Monaſterijs exemptis, quorſum tunc annata? vel de non exemptis. at quid? an neſcit, quòd*

481. Concil. 482. Trid. bis. 483. Zeiola.

FALSÆ ALLEGATIONES.

ſacrum Concilium Trid. ſeſſ. 24. c. 14. de reform. & ſacra Cardinalium Congregatio declaratione 422. in hac verba reſponderit: Epiſcopus non poteſt primi anni fructus alicujus beneficij ſibi retinere ſeu attribuere, pro datione poſſeſſionis, ei, qui legitimè proviſus eſt. Zerol. prax. Epiſc. p. 2. verb. bulla. q. 3. Annatæ autem ſunt ejuſmodi fructus primi anni. ----- Neq; F. Romanus poteſt hic in contrarium adducere VLLAM conſuetudinem. Et infrà. *In dicto Concilio Trid. ſunt etiam ipſæ annatæ Nationis conſenſu immutatæ.* Hæc ille; ſemper ſibi candore cretæ ſimilis.

Annatæ Monaſteriorum Epiſcopis ſolvendæ, num à Concilio Trid. fuerint abrogatæ.

2. Sed reſpondeo 1. Concilium Trid. loco cit. non habere verba illa: *Epiſcopus non poteſt primi anni fructus beneficij ſibi retinere. &c.* 2. Concilium eo cap. nunquam facere mentionem Monaſteriorum, nec annatarum inde ſolvendarum, ubi viget conſuetudo. 3. Sermonem ibi ſolummodo eſſe (ut patet ex antecedentibus & conſequentibus, ipſoque contextu) de Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis & Parochialibus ſæcularibus; id quod obſervavit Zerola eod. lib. p. 2. verb. poſſeſſio beneficij. ad. 5. ante fin. ibi. *Pro poſſeſſione, electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione alicujus Eccleſiæ, vel beneficij CANONICATVVM, aut PRÆBENDARVM, nihil poteſt accipi.* 4. Poſito, ſermonem ibi etiam eſſe de annatis Monaſteriorum; tamen ſolùm illæ prohibentur, *quæcunq; hujuſmodi*, ut loquitur Concilium, *in uſus pios non convertuntur.* Sed nec annatarum hujuſmodi mutationem, in d. Concilio factam fuiſſe Nationis conſenſu, hactenus legi, nec docet conſuetudo. Et ſic ſiniſtra eſt utraq; allegatio Concilij Cruſiana. 5. Zerolam mox ibid. ſeq. q. 4. ſe ſuamq; mentem declarare, dum ait: *Quartò, annatæ ſeu medij fructus, an poſſint exigi à beneficijs, ubi viget conſuetudo? Reſpondetur quòd ſic. extravag. ſuſcepti. de elect. Ioan. 22. Navarr. conſ. 3. de ſimonia.* quæ omnia ſtudioſè diſſimulavit Cruſius, ut Zerolam ſibi favere nobis perſuaderet. Ad conſuetudinem denique quod ſpectat, quam in his annatis *ullam* dari negat Cruſius, ea in Germania ſuperiori, per omnia (quod ſciam) Monaſteria non exempta, tam conſtans eſt, ut contrariam ignorem. Videatur *Aſtrum.* q. 4. n. 51. ante fin. §. ſanè per præfatam. ubi hac de re pluribus egimus.

C V L I C E S.

Initium ſalutis, notitia peccati.

Fol. 193. col. 1. & 2.

Quæſt. 7. cap. 1. num. 1.

484. Gloſſa. 485. Abbas. 486. Card. Zabarell. 487. Innoc. 488. Comunis Dd.

1. *Ad probationem ſecundam, reſpond.* ait Cruſius, quòd *apud citt. Doctores ſupponuntur religioſi illius Monaſterij adhuc ſupereſſe.* Et Paulò pòſt. *Vnde ſequitur, male à F. Romano illa verba Doctorum & Canonum, IN DEFECTVM EORVM, accipi pro omnibus mortuis, cùm hic ſit Doctorum citatorum ſenſus; ſi non adſint illic idonei, per quos Monaſterium poſſit reformari,* ut

ut arguunt præcedentia & ſequentia illic Doctorum verba. Sermo eſt hoc loco de genuino ſenſu Capitis, Inter quatuor. de relig. dom. & Doctorum in illud commentantium; ubi Pontifex ait, *Quamdiu Monaſteria per Regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſæculares Clericos transferenda: Sed ſi regulares DEFVERINT, propter EORVM DEFECTVM in eis ſæculares Clerici poterunt ordinari.* Hoc eſt; ſi regulares non poſſunt inveniri, adeoq; mortuis omnibus non adfuerint, ſed *defuerint*: Quamdiu enim regulares vivunt, ſeu adſunt, tamdiu non *deſunt*; unde & *propter eorum defectum*, Monaſteria ad ſæculares clericos non ſunt transferenda. Hinc gloſſ. in c. poſſeſſiones. de reb. Eccleſ. non alien. verb. clericis. *Quamdiu*, inquit, *INVENIRI poſſunt Regulares, NVNQVAM ponendi ſunt ſæculares.* Et Azorius p. 2. lib. 9. c. 3. inſtit. moral. *Si non INVENIANTVR*, ait, *aliqui Monachi illius inſtituti & ORDINIS, per quos poſſit Monaſteriũ conſervari ac regi, poteſt authoritate Papæ, ex eo fieri Eccleſia ſæcularis.* Si ergo tales non poſſunt *inveniri*, ſignum eſt, eos eſſe mortuos, quamdiu enim ſuperſunt, tamdiu poſſunt *inveniri*.

Falſæ Allegationes. 489. Ius Can. 490. Io: And. *Exponitur textus c. inter quatuor. de relig. dom.*

2. *Oportet autem*, inquit Abbas in d. c. inter quatuor. *prius ſervari certos gradus, cùm iſta litera indiſtinctè dicat, Quamdiu per Regulares &c. ut prius reformetur locus de regularibus ejuſdem Monaſterij; ſecundò, IN DEFECTVM EORVM*, (prout hodie, in omnibus Monaſterijs, per mortem omnium de Collegio deſtitutis) *de regularibus aliorum Religioſorum EIVSDEM ORDINIS. Tertiò, deveniendum eſt ad regulares alterius Ordinis. Poſtremò, IN DEFECTVM OMNIVM REGVLARIVM poterunt inſtitui Clerici ſæculares.* Eoſdem gradus enumerat Card. Zarabella ex Joan. Andrea, in d. c. inter quatuor. verb. ordinari. apud Cruſium q. 7. c. 1. n. 1. in fin. & Dd. communiter. Et iterum Abb. Innoc. Gl. & alij in c. relatum. ne cler. vel Mon. ubi vide. & in c. ſtatuimus. 19. q. 3. verb. quæritur. E quibus evincitur, citatos Dd. pro eodem habere hæc verba, *in defectum eorum*; & hæc, *ſi non inveniantur*; hoc eſt ſi nullibi tales ſuperſint. Nam ſi Monachi illius Monaſterij, vel Ordinis (ut Cruſius autumat) adhuc per omnia ponantur adeſſe, fruſtra ſtatueretur à Dd. tertius & quartus gradus, inducendorum alterius Ordinis Monachorum, aut omnino Clericorum ſæcularium: ſi namque tales ejuſdem vel alterius Ordinis adhuc viverent, impoſſibile foret moraliter, ex tanto numero omnium regularium, vel etiam ejuſdem Ordinis duntaxat, nullos *idoneos* inter eos *inveniri*; cùm hoc ipſo intelligantur adeſſe idonei, qui alia Monaſteria ejuſdem Ordinis, vel Ordinum ritè gubernent ac regant; cur igitur pro iſthoc ſolo Monaſterio ſimiliter reformando, nulli *invenirentur idonei?* Quapropter omnes Religioſi illius Ordinis, ſupponuntur in tertio & quarto gradu mortui: ac denique in quarto gradu, omnes omnino regulares. *Legis* enim & Doctorum *verba, debent intelligi taliter, ut nullam iniquitatem* aut impoſſibilitatem *includant.* Rota. deciſ. 64. de appellat. n. 5. in novis.

Cruſius in meridie quærit parietes; quod ſignum magnæ cæcitatis eſt.

3. Vno verbo. Quæſtio eſt, an dictum c. inter quatuor. & Doctores ibid.

faveant meæ ſententiæ, quoad Monaſteria deſtituta, ita ut exinde probari queat, hujuſmodi Monaſteria, de jure communi reſtituenda eſſe perſonis Ordinis ejuſdem. Ego in Aſtri q. 1. n. 16. docui quòd ſic. Cruſius negat, ex ratione, quòd verba illa, *propter eorũ defectum*, nõ intelligenda ſint de caſu, quo omnes è Collegio mortui ſunt, ſed quo Religioſi illius Monaſterij adhuc ſuperſunt, tamen ad reformationem inidonei. Replico. quando omnes de Collegio mortui ſunt, (ut in præſenti ſupponimus) utiq; in tali Monaſterio nec ſuperſunt qui reformentur: adeoq; tunc major eſt *defectus* illorum, quia nullibi in Orbe poſſunt ampliùs *inveniri*; & ita longè efficacius intramus in caſum dicti capitis, & Doctorum expreſsè cum Abbate ſentientium, quòd *IN DEFECTUM ejuſdem Monaſterij regularium, reformari debeat locus de Regularibus aliorum Religioſorum ORDINIS EIUSDEM.* Qui doctrinæ gradus, ſi pervertantur, ita ut in defectum ejuſdem Monaſterij regularium, mox, eodem Ordine regulari præterito, alterius diverſæ profeſſionis & Ordinis Clerici inducantur, manifeſtum eſt, Doctorum citatorum expreſſis verbis, dictumq; caput exponentium interpretationi contraveniri.

Textus c. inter quatuor. multò efficacior eſt in caſu, quo omnes è Collegio mortui ſunt.

Viden' ergo Cruſi, ut ex unico capillo pendeant tuæ Doctorum & Canonum allegationes? Quale ſemen, talis meſſis. Reſipiſce. Peccatum non eſt, veram doctrinam ſuſcipere. Culices ſunt, qui frontem circumvolant: pungent, niſi abigantur.

MONSTRVM INGENS.

Curioſitas res ſuas negligit, curat alienas.

1. Exprobrat mihi Bremenſis, fol. ſuo. 122. col. 1. quendam Sacræ ſcripturæ abuſum; aitq; me Sacris abuti verbis, quando illam S. Pauli ſententiam Roman. 8. & Galat. 4. *Quodſi filij, & hæredes*, applico ſpiritualibus filijs S. P. Benedicti, eò quòd Apoſtolus loquatur de hæreditate ſalutis æternæ, ego verò de hæreditate bonorum temporalium eam exponam *Ad probationem tertiam*, inquit, *ex Gal. 4. deſumptam, Reſpondeo, ex illo loco oſtendi, F. Romanum nihil ad rem dicere vel afferre, ſed tantum juribus abuti, ſicuti hoc loco Scripturæ Sacra abutitur. Nã Apoſtolus ex hoc antecedente, quòd Chriſtiani probi, ſint filij Dei, concludit, ergò & hæredes ſalutis æternæ. Atqui, hîc nõ agimus de hæreditate ſalutis æternæ, ſed de bonorũ temporaliũ, Monaſterij emortui. Igitur locus ille nihil ad rem.* Cruſi, ne præcipita: nam Apoſtolus argumentatur à temporalibus ad cœleſtia & æterna; cùm juxta leges civiles ac naturales, filij ſint hæredes parentum: Quonam igitur modo, dictâ ſententiâ poſſum abuti, quam ad temporalia per ſenſum accommodatitium revoco, argumentatione morali, non demonſtrativa?

Sacræ Scripturæ ſenſus accommodatitius, non eſt abuſivus.

2. Accidit Monachii in Gymnaſio Societatis Ieſu, ut aliquot abhinc annis, quidã juvenis ſtudioſus, ipſo die Feſto Corporis Chriſti, inter publicas,

de

de more, carminum & Emblematum affixiones, etiam exponeret effigiem Martini Lutheri cum obeſiſſimo corpore depictam, cujus ventri, inſtar tympani inflato, hæc erant inſcripta verba: *Hoc eſt corpus meum.* Iſta tum alij, tum ipſi Patres Societatis & Profeſſores aſpexerunt, legerunt, tolerarunt, riſerunt. Hem Cruſi inauditam Eclipſin, hem iteratò

FALSÆ ALLEGATIONES.

Intolerabilis abuſus S. Scripturæ.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, & lumine caſſum.

Sacroſancta & tremenda conſecrationis Euchariſticæ verba, ſpurciſſimo Hæreſiarchæ abdomini applicare & inſcribere, nunquid abuſus Sacræ Scripturæ non fuit? de filijs autem S. Benedicti, Monachorum Patriarchæ, dicere, *Quod ſi fily, & hæredes*, grandis abuſus erit? Profectò qui culicem excutiunt, & camelum deglutiunt, Phariſæorum ſi non *fily*, ſaltem *hæredes* eſſe videntur, ut meritò prius trabem de proprio, quàm feſtucam de alieno oculo tollere, à primo Societatis Ieſu inſtitutore jubeantur. Neque dicas, nullum è Profeſſoribus aut Magiſtris hoc feciſſe, ſed quendam duntaxat imprudentem diſcipulum: Nam, *qui non vetant peccare cùm poſſint, IVBENT.* Et ; *patientia Vniverſitatis, habetur loco mandati.* Bald. in l. ſicut. §. ſi quid. ff. quod cujuſq; univ. allegans l. qui patitur. nu. 2. Saltem *præſentia, ſcientia, & patientia, operantur conſenſum*, ſecundùm omnes. Rota deciſ. 16. nu. 4 de renunci. in antiquis. Felin. poſt Bald. apud Menoch. lib. 5 præſumpt. 27. nu. 14. Vnde meritò *facientem, & conſentientem, par pœna conſtringit.* c. nuper à nobis. de ſent. excommun.

Hic emplaſtrū adhibe Cruſi.

Qui malo cōſentit, aquè reus eſt, ut qui malum facit.

REFORMATIO.

Turpe eſt ſeni, ex Commentario ſapere. *Seneca.*

Fol. 193. columm. 2.
Quæſt. 7. c. 2. num. 1.

1. *Deinde*, pergit architectus Eclipſeos, *quòd Doctores*, paulò ante in In c. inter quatuor. *citati, agant de Monaſterio reformando IN VITA ET MORIBVS, adeoq; de exiſtente adhuc Collegio vivo, arguit allegatum ab ipſis cap. relatum. ne cler. vel Mon. Hoc enim agit de Monachis alicujus loci incorrigibilibus reformandis, adeoq; adhuc vivis.* -------- *Conſequenter Doctorum à F. Romano citatorum dicta, ſunt accipienda de Conventu Religioſo exiſtente & vivo.* Duo ſimul involuit hîc Cruſius. 1. Caput inter quatuor. de relig. dom. & ibi Dd. agere de Monaſterio reformando *in vita & moribus*. 2. Eoſdem Dd. conſequenter, & ex allegatione d. c. relatum. loqui de Conventu Regulari adhuc *exiſtente & vivente*. Vtrumque malè: quia d. c. inter quatuor. & ibi Doctores tam parum agunt de Monaſterio *in vita & moribus* reformando, quàm parum in quarto ſuperiùs poſito gradu, intendunt, Monachos in *vita & moribus*, per Clericos ſæculares reformari deberi; vel in tertio gradu, per alterius Ordinis inſtitutionem. Atque

491. Doctor.

Cruſius poma quærit in corylo.

 hinc

FALSÆ ALLEGATIONES.

ARVNDO.

Nihil eſt quod non ætate ſeneſcat.

Semper graculus aſſidet graculo. Egit hîc Cruſius (ut vidimus) de verbo *Reformare*, ejuſque ſignificatione; de quo pariter & Wolfgangus Schönsleder ejuſdē Societatis, in ſuo Dictionario, ſeu *Promptuario Germanico-latino*, impreſſo Monachij, anno 1921. ubi citra ullam datam ſibi occaſionem, in verbo Reformieren/S. Benedictum pro ludibrio pueris ex theatro, cum plurium admiratione, propinavit. *S. Benedicti diſciplinam*, inquiens, *prope intermortuam excitavit.* Quid hoc exemplum ad pueros in ſcholis, niſi ut à teneris doceantur averſari Monachos, eorumque inſtitutum; & dum diſcunt *equitare in arundine longa*, recitent intermortuam diſciplinam S. Benedicti? Ac ſi nullius unquam alterius generis mortalium diſciplina hactenus ab orbe condito remiſiſſet, quæ exempli loco, ſtudioſorum ſeu beanorum manibus, per ſcholas & plateas circumferretur, quàm S. Benedicti? Scio, præterita magis repræhendi poſſe, quam corrigi. Sed viderint hujuſmodi Didaſcali, ne --------- *tollantur in altum*

Etiam in Lexicis, propinantur pueris Monachorum defectus.

Vt lapſu graviore ruant.

Fata viam invenient, etſi plumbeo pede incedant. Flamma fumo proxima eſt; ab IGNE flamma: Neq; enim invenitur flos, qui florendo nō defloreſcat; nec horologiū, cujus pondus elevatione non egeat; nec lexicon, in quo poſt verbum *formari* non ſequatur *reformari*. Etiam luſcinia cantando macreſcit. Nec ideo Monachis inſultandum, quòd in communi navi navigent, ubi nulli viſuntur Regulares *exempti*. Venit hora, & nunc eſt, in qua locus erit proverbio, *Va tibi tu, nigra dicebat cacabus olla.*

Qui ſecundo flumine navigant, putant non ſe, ſed aridam moveri, monteſq; urbeſq; recedere: Procul ſtantes in littore, aliter ſentiunt, & meliùs. At miſſa jam hac arundine, vento Cruſiano ad nos agitata, qua etiam Chriſto Iudæi illuſerant, ad ſcholas altiores revertamur.

LATERNA.

Amant alterna Camænæ.

Fol. 143. *col.* 2. *poſt init.*
Quaſt. 3. *num.* 13.

Vt *Aſtrum* meum obnubilet poteſtas tenebrarum harum Eclipſeos, aſſerit, *Non obſtantibus Concordatis, Pontificem, ob plenitudinem poteſtatis, poſſe etiam in menſibus Ordinariorū conferre Monaſteria, per notata F. Romani, in d. reſponſ.* 4. Sed Malchus me ſua laterna proſternat, ſi vel ſemel in *Aſtro* dixi, in menſibus Ordinariorum *alternativis*, Monaſteria ſeu Prælaturas Regularium conferri ab Ordinarijs, nedum à Pontifice; cùm *alternativa* menſium proviſio, in Monaſterijs Germaniæ locum non habeat. Quis

492. Aſtrū inext.

Alternatiua menſiū proviſio, in Monaſterijs non habet locum.

FALSÆ ALLEGATIONES Quis enim unquam monſtrum illud Monaſterij vidit, cui, dato caſu vacationis, *alternativis* menſibus per Concordata Germaniæ de Prælato provideatur à Papa, & Ordinarijs? Si cauſæ ſuæ confidit Cruſius, proferat alacriter mea verba, ut Lectori quoq; conſtet factæ allegationis dexteritas. Nempe duarum literarum metatheſi, ex *alterna* fit *laterna*, pro Diogene Cynico aſſervanda, qua in tanta Eclipſi, homines Bremæ quærat.

MODERATA DVRANT.

Pavidis conſilia in incerto ſunt.

Fol. 194. col. 1. poſt. init.

Quæſt. 7. c. 2. num. 2.

493. Aſtrum inext. 1. *Atque hinc ſufficienter*, pergit Joannes Cruſius, *refutata oſtenditur F. Romani opinio, qua & abſurdo laborat. Nam ſi, VT VVLT F. ROMANVS, Epiſcopus Monaſterium reformaturus, prius DEBET SINGVLA TOTIVS ORBIS MONASTERIA inveſtigare, & inde Monachos reformatores conquirere, ----- erit illi aliquid moraliter impoſſibile.* Per fidem tuam te obteſtor Cruſi, quo folio *Aſtri inextincti*, qua columna, quo verſu aut linea *VOLVI* tantum onus Epiſcopis alijſvè Prælatis delirando injungere, ut ſi devoluto jure, oporteat in deſtituto quopiam Monaſterio Abbatem ordinare, *DEBEANT ſingula totius Orbis Monaſteria inveſtigare?* Eclipſis tua, tuis oculis tenebras inducit. An non in vicino, omnes Catholicæ Provinciæ, omnia Regna plena ſunt Regularibus illorum Ordinum, quorum Monaſteria reſtituenda ſperabantur? id quod expreſſeram q. 1. n. 17. verbis ex Epiſtola S. Petri Venerabilis, Abbatis Cluniacenſis ad Cardinalem Albanenſem deſumptis, in hunc modum exclamantis: *Vt quid ſaltem malis illis, boni Monachi non ſuccedebant? An quia nuſquam tales INVENIRI poterant? O, quam innumerabilis Monachorum turba, per ſupernam gratiam, noſtris maximè diebus multiplicata, univerſa pene Gallica rura operuit; Vrbes, caſtella, oppida implevit? ----- Aut ergo, omnes iſti pro expulſis introducendi, expulſoribus DEFVERVNT: aut, tanta multitudine eis in nauſeam verſâ, inopes eos (ut dicitur) copia fecit.*

Æthiops non albeſcit.

2. Nimiùm ſolicitus es Cruſi: & quare?

Quod te non tangit, cur te tam fortiter angit?

Rem impoſſibilem Epiſcopis injungi fingis, ut magis poſſibilem translationem eſſe ſuadeas. Σπεῦδε βραδέως, & non mihi, ſed ſapienti crede. *Subſtantia feſtinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Proverb. 13. *Quod citò fit, citò perit.* Feras omnes non cepiſſe, nemini culpæ fuit. Non labentur anni centũ, & veſtris libris, veſtris argumentis impugnabimini, quibus in aliena ruitis hodie. Auguſtinus Barbaricus, quondam Dux Venetorũ, in ſuo ſymbolo frugiferam gerebat arborẽ, cujus rami, præ fructuum pondere fracti, terram ſpectabant, cũ hac inſcriptione: Copia me perdit.

Nimiam ingeſtionem ſequitur catarrhi ſuffocatiui

In

In ſe magna ruunt: Ipſa nocet moles. Moderata durant. Fortuna vitrea eſt, dum ſplendet, frangitur. *Falsæ Allegationes*

Magna cadunt; inflata crepant; tumefacta premuntur.

Caue quod eſt nimium. At ſurdo fabulam canto: Sol lippienti tenebras præſtat, non lucem. Non omnibus placent optima; ideo tot ingraueſcunt.

NEBVLÆ.

1. Cruſius, vt Lectorem fallat, toto libro nebulas offundit; & plerumque quæſtiones ac diſcurſus, ſolummodo format de ***bonis temporalibus*** Monaſteriorum: ***de æternis***, Monaſticum ſeruat ſilentium: Qua in re, prudentum ſæculi iudicio, multùm deſipit, niſi quòd præcipitet, oblitus illud Matth. 6. *Quærite primùm regnum Dei, & IVSTITIAM eius, & cætera adijcientur vobis.*

2. Præterea, nomen Religioſi *Ordinis*, vt par erat, rarenter vſurpat: ſed eius loco, nominat ordinariè *Monachos aliorum Monaſteriorum*; quo termino, nonnullos eiuſdem Ordinis excludit; & ſic nihil probat; quia vno vel altero excluſo, iam totus Ordo non intelligitur. Sed eſto, nulla hoc nomine, perſona excipiatur Ordinis; adhuc magna eſt differentia: quia nomine *Ordinis*, velut vnius complexi, venit tota Vniuerſitas Ordinis, adeoque totum aggregatum ſemel & ſimul. Nomine verò ***aliorum Monachorum*** veniunt ſingula partitim indiuidua incomplexa. Cùm ergo cauſa Vniuerſitatis ſeparata ſit à cauſa ſingularium; vt eam Cruſius ſubterfugiat, hinc iſtâ fallaciâ dictionis frequentiſſimè fallit incautum Lectorem, vt præ nebularum offuſione, dolum vix aduertat. Vigilandum proinde Monachis, vt ſua defendant: quia *paſtorum ſomnolentia, luporum eſt gaudium.* Nebulis non fidendum; ſed quis inſidietur videndum.

Aliud ſignificat Ordo, & aliud Monachi aliorum Monaſteriorũ.

Beniamin lupus rapax. Gen. 49. Vide ſuprà allegat. 385. & ſeqq.

DOMINIVM VBI?

Lacti gypſium malè miſcetur.

Fol. 39. col. 1 poſt med. & fol. 40. col. 1. in med.

Qu. 1. in append. domini. mediat. n. 3. §. vnde rurſus.

1. In Aſtri q. 1. nu. 48. & ſeqq. loquens de dominio alto Vniuerſalis Eccleſiæ, quod habet in omnia bona Eccleſiaſtica totius Orbis, dicebam num. 51. cum Bart. Innoc. & n. 61. 62. cum Molina, Rebuff. gloſſ. Alciat. & alijs, quatenus vnaquæque Eccleſiarum particularium, pars eſt Vniuerſalis Eccleſiæ, dominium bonorum omnium Eccleſiarum particularium, eſſe penes Eccleſiam Vniuerſalem, hoc eſt, *CONGREGATIONEM FIDELIVM*, vt ibi loquuntur P. [illegible] & Innoc. Cruſius, vt lacti gypſium affundat, ait, ***me ſunt pſeudolo-*** *d. q. 1. nu. 48. Aſtri. Innocentij, aliorumq; Dd ſequi ſententiam, qui Eccleſiam Romanam, ſeu Chriſti Vicarium deſignant Eccleſiaſticorum bonorum dominum*

494. Aſtrum in ext. Innoc. & Dd.

Baſes Eclipſeos Cruſianæ. pſeudologia.

 abſolutum

abſolutum & Directum. Vbi tam mihi, quàm Innocentio, cæteriſque Dd. ibidem à me allegatis imponit. Neque enim vllus noſtrum d. n. 48. vel ſemel nominauit Eccleſiam Romanam, aut Papam. Verba Panormit. ibi deſcripta. in c. cum ſuper. de cauſ. poſſ. & propriet. (quæ ſola Cruſio à longè anſam dare poterant, ita de me ſentiendi) hæc erant. *Per priùs dicta infert Innocēt. quòd quantumcunq; moriatur Prælatus, & OMNES Clerici alicuius Eccleſiæ, tamen proprietas & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, qui viuit in æternum, vel penes VNIVERSALEM, & SINGVLAREM ECCLESIAM, quæ nunquam moritur, nec vnquam eſt nulla.* Aliud autem eſt Eccleſia Vniuerſalis, ſeu Congregatio fidelium, cui tale dominium proprietatis concedimus; & aliud Papa, ſeu Eccleſia Romana in particulari, cùi ſolum iuriſdictionis dominium cum communiori aſſignamus.

Ceram auribus obdit.

2. Quoniam verò Cruſius perpetuò ſimulat ſe non capere, allatam à me dominiorum Eccleſiaſticorum ſubordinationem ſiue ſubalternationem, rudi exemplo rem declarabo. Pono mercatorem in pollice dextro aureum geſtare annulum? nunquid rectè dico, Dexter pollex mercatoris pulcherrimum gerit annulum; & quia pollex, eſt pars manus, hinc iterum aio, Dextera mercatoris, aureum annulum geſtat: quia denique manus eſt pars hominis, rurſum bene pronuncio, Mercator annulum gerit elegantiſſimum. En geſtationem triplicem & veriſſimam, quarum ſemper inferior alteri ſubordinatur: *homo enim & corpus hominis dicitur ambulare propter pedes, res apprehendere propter manuum digitos*, vt ait Layman Cenſur. 14. Aſtri inextinct. §. vltim. Sic & vnum Monaſterium, habet dominium immediatum bonorum ſibi fundatorum, vigore Sacrorum Canonum & Concilij Trident. Quia verò tale Monaſterium, (nomine Monaſteri, communitatem ipſam intelligendo cum ſuo capite) pars eſt & membrum ſui Ordinis, ſic dominium bonorum eiuſmodi mediatum, tranſit ad Ordinem: (nam & dextera mercatoris, non niſi mediante pollice annulum gerit.) Quia denique Ordo Religioſus, pars eſt integrans, & verum membrum Vniuerſalis Eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus Dominus, ſic tranſit dominium altum *ad Eccleſiam Vniuerſalem*, eorumque fidelis diſpenſatio, ad Pontificem Maximum, ceu Chriſti Vicarium. Et ſimile eſt, quoad alienationem bonorum Eccleſiaſticorum: nam ſi mercator transferat annulum à pollice in indicem, eſt quædam alienatio ab vno digito in alium; ſed non à manu, nec à mercatore: ſi verò transferat à dextro pollice in ſiniſtrum, eſt mutatio geſtationis ab vno digito in alium, & ab vna manu in aliam; ſed necdum à mercatore, niſi transferat annulum in alium hominem.

Exemplo declaratur dominiorũ ſubordinatio.

3. Data opera cum Doctoribus dixi, *ad Eccleſiam Vniuerſalem*; licet enim Ordo Sacerdotalis habeat bonorum eiuſmodi poſſeſſionem & adminiſtrationem, gl. in c. hoc conſultiſſimo. de reb. Eccleſ. non alien. verb. ipſarum. in. 6. tamen Eccleſiæ facultates ſunt, & eſſe debent in neceſſitate communes.

c. expe-

c.expedit.12.q.1.& totâ q.2.ibid. ex Gelaſio, Simplicio, Gregor. Auguſtin.c. conceſſo. c. quatuor.c.mos eſt. c. ſancimus. & ſeqq. vbi ſtatuitur, vt huiuſmodi facultates partim cedant in ſuſtentationem Cleri, vt qui altari ſeruiunt, de altari vivant: partim in Eccleſiæ fabricam; partim in pauperes & peregrinos; quin & in redemptionem captiuorum &c. Vnde & S. Hieron.16. q.1. c. fin. *Quoniam quicquid habent Clerici, pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debent.* Et tales facultates dicuntur Patrimonium pauperum, ſeu Patrimonium Chriſti in ſuis pauperibus & miniſtris; origine ducta à primitiua Eccleſia, cui erant omnia communia, dabaturque ſingulis, prout cuique opus erat. Hinc eſt, quòd pauperibus, etiam titulo iuſtitiæ, ex dictis bonis ſubueniendum ſit, iuxta illud Pſalmographi: *Diſperſit, dedit pauperibus; IVSTITIA eius manet in ſæculum ſæculi.*

Bona Eccleſiaſtica quomodo dicantur patrimonium pauperum.

Actor.4.

Pſ.111.

4. Verùm, contra hanc Bartoli & Innocentij ſententiam, videntur dicta bona Eccleſiaſtica, quoad dominium, non *ad Eccleſiam Vniuerſalem* (inquantum ea totam *fidelium Congregationem* complectitur) pertinere. Nam 1. Conſiderando fidelium Congregationem; ſunt in ea tum Clerici, tum ſæculares ſeu laici: & horum quidem tantus eſt numerus, vt vix vnus ſit Clericus, vbi centum laici; neque tamen iſti (ſecluſis modò pauperibus & peregrinis) videntur quicquam participare de dominio rerum Eccleſiaſticarum; cùm nec earum vtile, nec directum dominium participent. Non vtile; quia nihil eis tale obuenit ad vſum, ſed ipſi potiùs dant Eccleſiis prouentus annnuos, decimas, cenſus, oblationes &c. Non directum; quia ius diſponendi in ſuum commodum, de bonis talibus, tanquam ſuis, nec habent in particulari, vt habent Clerici beneficiati; nec in communi, ſiue collegialiter, vt Religioſi, aut Canonici in ſuis Eccleſiis, quarum bona ſunt indiuiſa: hinc eſt, quòd in Synodis Diœceſanis, Prouincialibus, & Oecumenicis, in quibus nonnunquam de bonis Eccleſiaſticis diſpoſitiones ordinantur, vótum nō habeant. Quæ omnia, ſigna ſunt, eos nec participare de illorum dominio iuriſdictionis, nec proprietatis; nec directo, nec vtili; nec pleno, nec non-pleno. 2. Licet facultates Eccleſiæ, in quatuor partes, ſecundùm Canones antiquos, diſtribui ſeu diuidi mandentur, inde tamen verum dominium partium non infertur, cùm & pars debeatur fabricæ, quæ tale dominium, velut incapax, non habet, nec pars eſt Congregationis fidelium. 3. Tametſi facultates Eccleſiæ, dicantur patrimonium pauperum, non tamē inde inferri poteſt dominium; vt patet etiam in hoſpitalibus pauperum, orphanorum, viduarum, leproſorum &c. quia *patrimonium non ſemper ſignificat id, quod eſt ſub dominio alicuius, propriè loquendo; ſed id, ex cuius proventibus ſuſtentatur*; vt inquit Vincent. Filliuc. in append. poſthuma. qq. moral. tract.44. c.3. nu.5. antè fin. cuius etiam ſuſtentationis intuitu, pauperes nonnunquam domini dicuntur. gl. 12. q.1. c. expedit. verb. communes. in fin. & cit. c. conſultiſſimo. & d.c. quoniam quicquid, ſed impropriè, quia non habent ius in re: In ſolo autem

Octo argumēta contra Bartol. & Innoc. de dominio bonorum Eccleſiaſticorum.

Patrimonium, non ſemper importat dominium.

vſu, parum iuris eſt. 4. In neceſſitate, facultates Eccleſiaſticas communes eſſe debere, quoad vſum, non abnuo; ſed quòd communes fiant, cauſat neceſſitas, non dominium. Nam & bona ſæcularium, in extrema neceſſitate communia fiunt: hinc pauperi cuiuis, ſi aliàs fame ſibi moriendum eſſet, licitum eſt panes piſtoribus, aut alijs obuijs auferre & conſumere, licet per hoc non fiat dominus officinæ piſtoris, aut panum expoſitorum. Et quamuis Silueſt. verb. dominium. §. 3. & alij dicant, in rebus vſu conſumptibilibus, non diſtingui vſum à dominio; hoc ideo ſolùm dicere videntur, quia per vſum huiuſmodi ſimul conſumitur & perit dominium; aliàs autem, rerum vſum, earumque dominium ab inuicem diſtingui, patet in Regularibus, quibus ad vſum conceduntur eſculenta, poculenta, veſtes, luminaria, libri, & ſimilia, quorum ius vtendi habent in particulari, & dominium in communi. Imò Fratres Minores ne in communi quidem, dominium habere rerum vſu conſumptibilium, docent ex Nicolao III. Clemente V. & communi, Soto de iuſt. lib. 4. q. 1. Nauarr. comment. 2. de regular. n. 3. Vinc. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 31. c. 3. num. 63.

In neceſſitate extrema, omnia ſunt communia.

Dominium, & vſus rerum conſumptibilium diſtinguntur.

5. Quando Canones dicunt, facultatates Eccleſiæ pauperum eſſe, non diſtinguunt inter pauperes fideles & infideles; & vbi Canones non diſtinguunt, ibi nec nos. Vnde in neceſſitate, præſertim extrema, æquè tenentur Chriſtiani ſæculares ſeu laici, ne dicam Eccleſiaſtici, de ſuis, & Eccleſiæ bonis, infidelibus & acatholicis ſubuenire: nemo tamẽ inde euincet, huiuſmodi bonorum, cum primis Eccleſiaſticorum dominium illis concedi, qui ne membra quidem ſunt Vniuerſalis Eccleſiæ. ergo nec penes alios pauperes; quia lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet. l. de pretio. ff. de pub. & Lud. de Ro. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Hinc gl 12. q 2. in rubr. verb. nunc. quæritur. Pauperum alimoniam, & captiuorum redemptionem, ad cauſam pietatis reuocat, non iuſtitiæ. & S. Ambroſ. ibid. c. aurum, licet dicat, *aurum Eccleſiam habere, non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſſitatibus*, in vſus ſcilicet pauperum captiuorum lytrum, ſpatia Eccleſiarum & cœmiteriorum amplianda; tamen in fine ſubdit, *omnia in hos vſus PIE poſſe conuerti*. 6. Si facultates Eccleſiarum deberentur incertis pauperibus, peregrinis & captiuis ex iuſtitia, tunc non dando, fieret illis iniuria, & oriretur obligatio reſtituendi: ſemper enim violationem iniuſtam iuris alieni, ſequitur obligatio damnum reparandi. Filliuc. cit. lib. tract. 32. c. 2. n. 25. Leſſ. de iure & iuſt. & Dd. communiter poſt S. Thomam in 2. 2. Atqui hanc, de reſtitutione pauperibus facienda, doctrinam, in Eccleſia tradi. hactenus non audiui. 7. Neque his obſtat Pſalmus 111. *diſperſit dedit pauperibus, IVSTITIA eius &c.* quia ibi, vt ex antecedentibus & conſequentibus liquet, *iuſtitia* accipitur, prout eſt virtus generalis, ſiue genus ad omnes virtutes; iuxta illud Sap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent.* & illud Ezechiel. 18. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis; in iniuſtitia quam operatus, eſt morietur.* illudque 1. Petri 4. *Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Sic

Alimonia pauperum, pertinet ad cauſam pietatis, nõ iuſtitiæ.

Iuſtitia quandoque ſumitur prout eſt genus ad Virtutes, quandoque vt ſpecies.

Noë

Noe, Abraham, Simeon, Ioſeph, Zacharias & Eliſabeth, aliique ſancti, in Scriptura Sacra, dicuntur iuſti fuiſſe ante Deum. *Iuſtitia enim communis eſt virtus*, ut ait S. Ambroſ. lib. 2. comment. in Lucam. Per iſta tamen non negaverim, huiuſmodi pauperibus, peregrinis, captivis, & fabricæ Eccleſiæ, de bonis Eccleſiaſticis (non autem ſæcularibus) titulo particularis Iuſtitiæ, tempore neceſſitatis ſubveniendum eſſe: At hæc obligatio Iuſtitiæ, quæ in Clero reſidet, non reſpicit pauperes aut fabricam Eccleſiæ, ſed bonorum Eccleſiaſticorum fundatores. Nam ſi fundatores ideo fundarunt (ut fundarunt) Eccleſias aut Monaſteria, ut illorum bona, vel decimæ cederent etiam in uſus pauperum & fabricæ, tunc ex acceptato pacto, ſeu tacito ſeu expreſſo, adeoque ex iuſtitia, obligati ſunt Eccleſiarum Paſtores & Miniſtri, tali conventæ diſpoſitioni ſatisfacere. Adeoque unus & idem actus ſubventionis pauperum & peregrinorum, in Clericis, reſpectu fundatorum, eſt actus Iuſtitiæ; reſpectu vero pauperum & captivorum; actus pietatis & Eleemoſinæ; quia talis Eleemoſina, pacto eſt incluſa. 8. In primitiva Eccleſia, erant credentibus omnia communia quoad uſum; dominium autem ſuarum pecuniarum, quas ex venditis agris comparaverant, deponebant & reſignabant ad pedes Apoſtolorum, & diſcipulorum Domini. iuxta illud Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* Vide c. dilectiſſimi 12. q. 1.

Idem actus pietatis, poteſt eſſe diverſo reſpectu actus miſericordiæ & iuſtitiæ.

5 Ex his videtur concludendum, dominium altum omnium bonorum Eccleſiaſticorum, eſſe penes Eccleſiam Vniverſalem, prout ea Clerum, ſive Ordinem Sacerdotalem, aut Statum Eccleſiaſticum in communi ſignificat. Ita tenet Vinc. Filliuc. d. lib. tract. 27. c. 7. n. 149. & 150. gl. 12. q. 1. c. expedit. verb. communes. ubi dicit, *tale dominium eſſe apud Clericos, ſicut dominium rerum univerſitatis apud cives. inſtitut. de rer. di. § univerſitatis.* Nam ſecundum Baldum in Margarita. verb. Eccleſia. *Eccleſia tribus modis dicitur, uno pro univerſis Eccleſiis Chriſtianorum*; (omnes enim Eccleſiæ, una Eccleſia ſunt, ut ait Innoc. in c. fin. de cler. non reſid. ex c. quamvis. diſt. 21.) *Secundo, pro univerſis Clericis, & Miniſtris Eccleſiarum: Tertio, pro univerſa Congregatione fidelium.* Sic igitur Eccleſia Vniverſalis, ſumpta pro univerſitate ſtatus Eccleſiaſtici, habet inprimis dominium iuriſdictionis ſupremum, reſidens in capite, viſibili Eccleſiæ (quod eſt Papa) ſuper omnia bona Eccleſiaſtica totius Mundi: Deinde, habet dominium altum proprietatis directum, in eiuſmodi bona; habet enim ius diſponendi de iis, tanquam ſuis, in ſuum commodum, tametſi non ſine certis conditionibus & oneribus, ad ſuſtentanda nimirum onera Paſtorum Eccleſiæ, inter quæ, ultra dominium utile, ſive propriam ſuſtentationem, ſunt etiam ſumptus in fabricam Eccleſiæ, peregrinos & pauperes; & cum conditione, nihil ab Eccleſia alienandi. Quæ conditiones, dominio nihil obſunt; ut patet in ſimili, quando Pater aut frater donat aliquid ſorori, cum conditione, certam Eleemoſinam hebdomadatim elargiendi, & extra familiam non alienandi. Atque hac in parte, repræſentat Ordo Sacerdotalis, quaſi

Dominium bonorum Eccleſiaſticorum ſummum, reſidet in Clero.

Certa conditiones, nihil officiunt dominio.

quaſi Senatum totius Congregationis fidelium, ſeu Reipub. Chriſtianæ; ut conſtat ex Synodis particularibus & Oecumenicis: Vnde, ſicut conſilium generale, ſive Senatus Venetus, aut Genuenſis, habet principatum & dominiũ bonorum ſuæ Reipub. ſecundum Iacobum de Ardizano. in tit. de pace iura. fir. & Bald. in l. decernimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. qui ait, de conſuetudine ita ſervari. apud Gothofred. in praxi civil. lib. tit. 4. §. de Ducibus. ita Clerus habet dominium bonorum Reipub. Eccleſiæ Vniverſalis, qua talis, id eſt Eccleſiaſticorum, ad finem ſupernaturalem Chriſti Domini ordinatorum. His ita præmiſſis, tendamus *plus ultra*.

HERCVLIS COLVMNÆ.

Oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt.

1. Cruſius ſua q. 2. ſect. 2. nu. 1. fol. 55. format contra me argumentum, propria opinione *irretortum*, ſeu inſolubile; illoq; demonſtrare nititur, bona deſtitutorum Cænobiorum, iure dominii mediati ad Ordinem ſuum non pertinere: Sed quàm illud ſit elumbe, applicatione facta ad Eccleſiam Vniverſalem modo docebimus, & duabus iuxta ſe conſtitutis columnis parallelis, quàm imbellis ſit hic Hercules, quidq; ſimilia Cruſii argumenta virium habeant, demonſtrabimus.

Deſtitutus ventis remos adhibet.

Siniſtra columna Ioannis Cruſii.

2. *Quod Ordini dominium in emortuorum Monaſteriorum bonis non competat, probatur. Si Ordini ius competeret, in ſui inſtituti Monaſteriis emortuis, vel igitur toti Ordini, ſeu omnibus Monaſteriis illius inſtituti collectivè ſumptis, ſeu ut univerſis; vel aliquibus ſaltem Monaſteriis, ius in eorum bonis erit: Non omnibus collective ſumptis, ſive ut univerſis; quia aliàs aliorum Monaſteriorum eiuſdem inſtituti Monachi, ſine graviſſima Iuris læſione, adeoq; ſine maxima iniuſtitia, non potuiſſent nuper exules ſui Ordinis, in illa collectione, ſeu inter univerſos comprahenſos, maioreq; neceſſitate laborantes, ſuis Monaſteriis excludere, vel prohibere; ſed obligati fuiſſent, & quidem ſub mortali peccato, utpote in gravi materia*

Dextera columna F. Romani Haij.

Quod Eccleſiæ Vniverſali dominiũ altum in deſtitutarum Eccleſiarũ Cathedralium, Collegiatarum aut Parochialiũ bonis non cõpetat, probatur. Si Eccleſiæ Vniverſali, ſeu Ordini Sacerdotali ius competeret, in eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Eccleſiis, vel igitur toti Ordini Sacerdotali, ſeu omnibus Eccleſiis collectivè ſumptis, ſeu ut univerſis; vel aliquib. ſaltẽ Eccleſiis, ius in eorũ bonis erit: Non omnib. collectivè ſumptis, ſive ut univerſis, quia alias aliarum Eccleſiarum eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Clerici, ſine graviſſima Iuris læſione, adeoq; ſine maxima iniuſtitia, non potuiſſent nuper exules Clericos in illa collectione, ſeu inter univerſos compræhenſos, maioreque neceſſitate laborantes, ſuis Eccleſiis excludere vel prohibere; ſed obligati fuiſ-

teria, eos hoſpitio, & convictu excipere quod tamen factum eſt nuſpiam.

3. *Deinde, ſi omnia Monaſtica bona, quoad dominium* (ſubalternum ſemper intellige) *ſubeſſent omnibus Monaſteriis collective ſumptis, ſeu ut univerſis, quomodo igitur aliquorum Monaſteriorum eiuſdem Ordinis bona, dicantur huic vel illi Monaſterio eiuſdem Ordinis uniri, in iiſq; acquiri dominiũ? An quod meum eſt, meum amplius fieri poteſt? VIDE NOS INFRA.*

4. *Nec etiam aliquibus ſaltem Monaſteriis, dominium illud, in emortuorũ* (ut ſemper abuſivè nominat) *bonis competit; quia nec huic, nec illi ius ipſum adſcribi poteſt: quare enim huic potius, quam illi? vel illi, quàm huic tribueretur? Et ſi huic, vel illi dominium bonorũ alterius Monaſterii competit; Igitur poterit hoc vel illud Monaſterium, de bonis alterius Monaſterij eiusdem Ordinis, liberè diſponere: Atqui hoc falſum eſt. Igitur non poterit dici, huic vel illi Monaſterio competere in alius Monaſterij eiusdem Ordinis bonis dominium.*

5. *Irretortam huius argumenti lucem ſuo F. Romanus exiſtimat Aſtri obſcurari & offundi lumine; quare undiq; rationum conquirit radios, quibus illius ſplendorem perſtringat; ſed fruſtra. Nam ut bene Servius in 2. Æneidos: Lux claritatem novit & ſplendorem, nihil fumi; contra, lumen, fumi, aliquid habet admixtum: At bone Deus? quantum in reſponſionibus ſuis fumi nobis vendit F. Romanus, ut vix ſplendoris aliquid videatur reliquiſſe.*

Faber, compedes quas facit, ipſe geſtat.

Non plus ultra.

fuiſſent, & quidem ſub mortali peccato, utpote in gravi materia, eos hoſpitio & convictu excipere, quod tamen factum eſt nuſpiam, aut raro.

Deinde, ſi omnia Eccleſiaſtica bona quoad dominium (ſummum ſemper intellige) ſubeſſent Eccleſiæ Vniverſali quomodo igitur aliquarum Eccleſiarũ dicti Sacerdotalis Ordinis bona, dicũtur huic vel illi Eccleſiæ eiuſdem Ordinis Sacerdotalis uniri, in iisq; acquiri dominium? An quod meum eſt, meũ amplius fieri poteſt? Vide nos ſupra, in digitis mercatoris.

Nec etiam aliquibus ſaltem Eccleſiis, dominium illud ſummum in deſtitutarum bonis competit; quia nec huic, nec illi ius ipſum adſcribi poteſt: quare enim huic potius quàm illi? vel illi, quam huic tribueretur? Et ſi huic, vel illi dominium bonorum alterius Eccleſiæ competit; Igitur poterit hæc vel illa Eccleſia, de bonis alterius Eccleſiæ eiuſdem Sacerdotalis Ordinis, libere diſponere: Atqui hoc falſum eſt. Igitur non poterit dici, huic vel illi Eccleſiæ competere ius in alius Eccleſiæ, eiusdem Sacerdotalis Ordinis bonis dominium.

Irretortam huius retortæ argumẽtationis ſequelam, ſua Ioannes Cruſius exiſtimat ſubterfugere *Eclipſi*, quare undiq; rationũ conquirit *deliquia*, quibus illius efficaciam & vim eludat: ſed fruſtra. Nam, ut Servius non negat, *Aſtrum*, claritatem novit & ſplendorem, nihil fumi vel Eclipſeos; contra, *Eclipſis*, fumi & deliquii multum habet admixtũ: Et bone Deus? quantũ in argumentis ſuis fumi nobis vẽdit Cruſius, ut nihil ſplendoris videatur reliquiſſe!

Plus ultra.

6. Igitur

FALSÆ ALLEGATIONES

6. Igitur ab ultimo redeundo ad primum, ſi Eccleſia Vniverſalis non habet ius aut dominium in bona Eccleſiaſtica deſtituta, ſibique violenter ablata (cuius tamen Cruſius contrarium in Eclipſi paſſim fatetur) miſerabiliores ſumus omnibus gentibus & Vniverſitatibus, quæ bonorum ſibi, contra ius ablatorum violenter, dominium retinent, & omnibus modis proſequuntur: Quid inde mirum, ſi poſthac, huiuſmodi bonis ablatis pertinacius inhæreant hæretici, cum doctore Cruſio Bremenſi diſcant, nullum ius & actionem in illa competere Vniverſali Eccleſiæ, nedum Ordinibus Religioſis? Sed fallitur & errat Cruſius, Dædali labyrintho ſeductus, ipſiusque argumentatio, quam irretortam nominat, revera ſiniſtra eſt, & ex illato abſurdo valide retorta; quia nimium probat: quæ autem nimium probat, nihil probat, ipſo Cruſio teſte q. 1. append. n. 3. per gl. in authent. ut determ. ſit num. cler. circa princ. coll. 1. cum ſuis alleg. Quin & limes, quem ſuæ columnæ deberi credebat, *Non plus ultra*. iam luxatus, & in glaciem reſolutus, in Oceanum prolapſus eſt, ut citra metum Herculis, cum Carolo V. *plus ultra*, navigare tuto poſſimus. Vide Lector amice, ſupra allegat. 145. & *Aſtri*. q. 1. nu. 60. & ſeqq. ubi hac de re ex inſtituto quoque egimus. Atque in hunc modum, ſi per applicationem parallelam; Cruſianos diſcurſus ad Eccleſiam Vniverſalem, velut ad lapidem Lydium, frequentius adhibuerimus, deprehendemus omnes columnas Cruſianas trepidare. Et quid facient tabulæ, ſi tremunt columnæ?

Argumentum quod nimium probat, nihil probat.

7. Sed & opera data, maiuſculis expreſſi in ſuo contextu, *Vide nos infra*. Incredibile enim dictu eſt, quoties iſtiusmodi verba repetat in Eclipſi: *Vide nos ſupra*: *Vide nos infra*: *Vide nos hic*: *Vide nos ibi &c.* Quo loquendi modo, revocat in memoriam faſtum Marcionis, qui olim, referente S. Hieronymo, factus obviam S. Polycarpo Epiſcopo & Martyri, dixerat, *Cognoſcis nos?* cui ille ſatisfaciens reſpondit. *Cognoſco primogenitum Diaboli*. Sicut enim *principium verborum Dei veritas*, primogenitus in ſinu Patris, qui & dixit: *Ego ſum* via, *Veritas*, & vita; ſic principium verborum Diaboli falſitas & deceptio, quippe qui *in veritate non ſtetit*, *quia non eſt veritas in eo*.

Lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt.

Pſalm. 118.
Ioan. 14.
Ioan. 8.

CRAMBES BIS COCTA.

Ad menſam unam mendacium loquentur, & non proficient. *Dan.* 11.

Fol. 194. col. 1. poſt med.
Qu. 7. c. 2. n. 2.

495. Alexander III.

1. Crambem bis vel ſæpius coctam, nobis apponit Architriclinus Bremenſis, dum hoc loco Alexandrum III. Pont. Max. iterato in theatrum producit: *Atq; ita intelligendus eſt*, inquiens, *Alexander III. quando in Concilii Lateranenſis Appendice STATVIT, ut Monachi non regulariter viventes, per*

alterius

alterius DEBEANT Ordinis inſtitutionem puniri: nempe ſi Abbas ipſorum, ter admonitus eos non reformet, iuxta Conſtitutionem Innocentii III. Epiſtolarum ſuarum Decretalium lib. 1. Ambanino Epiſcopo reſcribentis, ut, *quod ſi TER admonitus Abbas S. Martini de Gemellis, non reformet CANONICOS ſui Ordinis, in domo Spiſſi Campi, ipſe Epiſcopus, VEL eiusdem, VEL arctioris Ordinis viros inſtituendi, appellatione poſtpoſita, liberam habeat facultatem. atque ita intelligendus eſt Alexander III. &c. ut ſupra. Cum igitur coniunctio VEL, alternativam inducat. Barboſ. in tract. de diſtinctionibus uſu frequent. dict. ſive. 375. numer. 2. cuius libera eſt electio apud Superiorem, ſubſtitutio perſonarum ſubſtituendarum, prudenti Superioris arbitrio permittitur.* ut concludit Cruſius cit. loco. num. 3. adeoque, ſecundum ipſum, non eſt neceſſe, ut Monaſterium primitus in ordine ſuo reformetur, etiamſi poſſit.

Cuniculi ſuffodiunt omnia plebs infirma.

2. Omnia rimatur, omnia conquirit argumenta Cruſius, ut caput relatum. de relig. dom. ſubvertat; cuius præpoſteram allegationem ex putata Appendice Concilii Lateran. iam ſupra, alleg. 449. 450. & 451. ſatis deduximus. Videndum modo, quid probet allatus Opponentis diſcurſus. Et 1. quidem, d. conſtitutio Innocentii III. ex lib. 1. ſuarum Epiſtolarum Decretalium, expreſſe loquitur de *Canonicis*, non de Monachis: Monſtrum enim eſt apud Cruſium, Monachum nominari proprie Canonicum. q. 1. Eclipſ. c. 2. n. 4. & ſic nihil contra Monachos: pro quibus, quid, in tali caſu agendũ ſatis declaratur in d. c. relatum. Odia namq; reſtringenda ſunt, non amplianda. 2. Cum allatus textus Alexandri Papæ, ex appendice Concilii Lateran. non ſit Alexandri III. nec illius Concilii Generalis (ut iiſdem allegationib. demonſtravimus) conſtat eum nullius authoritatis eſſe; adeoq; nec intelligendum iuxta dictam Epiſtolam Innoc. III. 3. Etiam poſito, quod hæc Innoc. III. Decretalis loqueretur de Monachis, certum eſt, in Corpore Iuris Canonici eam non contineri: contineri autem dictum cap. relatum. Quæritur nunc, quando duæ Decretales inter ſeſe diſcrepantes proponuntur, utra earum alteri cedere debeat. Cruſius vult, caput relatum, quod eſt Alexandri III. cedere, & intelligi debere iuxta d. Decretalem Innoc. in corpore Iuris non contentam. Nos tenẽtes oppoſitum, dicimus d. caput relatum in Decretalibus Gregorii IX. contẽtum, in ſcholis & iudiciis prævalere contra d. decretalem Innocentii III. Id quod expreſſe ſtatuitur ab ipſomet Innoc. III. in c. paſtoralis. de fide inſtrum. *Authoritate præſentium*, inquiente, *duximus ſtatuendum, ut, cum Decretalis aliqua, de qua Iudex merito dubitet, allegatur, ſi eadem IVRI COMMVNI ſit conſona, ſecundum eam non metuat iudicare, cum non tam ipſius, quàm Iuris cõmunis authoritate procedere videatur: Verùm ſi Iuri communi ſit diſſona, ſecundum ipſam non iudicet.* Non enim ratione Reſcripti recedendum eſt à Iure cõmuni; ut ait ibid. gl. verb. paſtoralis. Imo *verba Reſcriptorum, ſecundum Ius commune intelligenda ſunt.* gl. in c. cauſam quæ. de reſcript. verb. præcedat. Et ſic, d. decretalis Innoc. III. intelligenda & explicanda eſt, ſecundum cap. rela-

Quando concurrunt duæ Decretales diſferentes, defertur ei quæ in corpore iuris communis continetur.

 tum

FALSÆ ALLEGATIONES tum,in corpore Iuris communis Canonici de relig.dom.contentum, (ut videlicet,tunc primum arctioris Ordinis viri introducantur,*ſi non poteſt praſcriptum Monaſterium in ſuo Ordine reformari*) non è contra. Neque enim delirat amuſſis,ut volebat Cruſius,denuo cupiens averſa prora navigare.

3. Silebo,quod Patres Societatis(quibus hic patrocinari deſiderat Cruſius)nullo modo ſint *arctioris Ordinis viri*,quam Monachi Benedictini,Ciſtercienſes,Carthuſiani &c. ideoq; iuxta Decretalem d.Innocentii III.tales in locum Monachorum,in Monaſteriis non ſint inſtituendi. Silebo denique Innocentium III.loqui de Monaſterio, non deſtituto,(ut hic)ſed de eo, quod habet Abbatem, & Ordinis perſonas viventes.De coniunctione VEL, alternativa, vide ſupra tit.iuglandes.alleg. 473. & 474.n.2.& 3.

HOSPITALE.

Falſum,ſine dolo non committitur. *Menoch.*

Fol.200.col.2.

Qu.7.c.2.n.12.

496. Concil. Trid. 1. Iterum ex Concilii Trident. c.8.ſeſſ. 25.de reform.ubi de ſolis hoſpitalibus diſponitur,argumentatur Cruſius,Monaſteria deſtituta, de iure communi poſſe aliis alterius Ordinis Religioſis conferri; qua de re iam ſuperius, alleg.127. aliquid actum eſt. Hoc autem loco peculiare eſt, quod textum dicti Concilii pluribus imposturis corrumpat,cuius ſe formalia deſcripſiſſe,claris verbis, & duabus lunulis in margine, tam hic, quam fol. 152. col. 1. continenter appoſitis, profitetur. Age, oppoſita iuxta ſe poſita, magis ut iterum eluceſcant,amborum verba, ut iacent deſcribamus, quo conſtet, qua fide Cruſius Eclipſin ſuam Orbi Chriſtiano vendere voluerit.

Cruſius Concilium Trid. ſexties falſo allegat.

Textus Ioan.Cruſii.	Textus Concilii Trident.
2. *Nam ita Concilium Trid. ait: Si LOCA PIA, VEL hoſpitalia ad CERTARVM PERSONARVM GENVS ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec IBI ſimiles reperiantur, fructus illorum in alium uſum pium,qui ILLORVM inſtitutioni proximior ſit, AVT pro loco & tempore utilior, CONVERTIT EPISCOPVS, ADHIBITIS duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint,per ipſum deligendis; niſi aliter forte etiam in hunc CASVM, in eorum fundatione, ET inſtitutione fuerit expreſſum.*	*Quod ſi hoſpitalia hac, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta; nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia,ſimiles perſona, aut perpauca reperiantur,mandat adhuc* Sancta Synodus, *ut fructus illorum in aliū pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, AC pro loco & tempore utilior, convertantur, prout* Ordinario *cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè,etiam in hunc eventum in eorum fundatione aut inſtitutione fuerit expreſſum: quo caſu,quod ordinatum fuit,obſervari curet Epiſcopus.*

3. In

3. In hoc igitur textu depravando, multipliciter deliquit Cruſius. 1. Quaſi concilium dixiſſet, *Si loca pia, VEL hoſpitalia*; ac ſi disiunctive de ambobus loqueretur. Addidit autem data opera Cruſius *loca pia*, ut ſub hoc nomine, Monaſteria facilius intelligerentur, quæ clarum eſt, ſub nomine *hoſpitalis* non contineri. 2. Vt rurſus quaſi manu occultaret hoſpitalia, omiſit illa verba Concilii, *ad certum peregrinorum, aut infirmorum genus* ſuſcipiendum. 3. In eundem finem, ne cogeretur contra ſuam intentionem fateri, de ſolis hoſpitalibus Concilium loqui, prætermiſit iſta; *nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia*; ſed horum loco poſuit *IBI*, ut præter hoſpitalia ſubintelligeret alia quoque *loca pia*, & inde facilius Monaſteria. 4. Omnino præteriit illa verba Concilii, *aut perpauca* reperiantur: tales enim perſonæ, quamvis *perpauca*, difficiliorem redderent tranſlationem ad Societatem. Deinde, Cruſius allegat hoc loco pro ſe Concilium, in caſu, quo perſonæ penitus deficiunt: proinde ne illud ſuo caſui reclamaret, omiſit illud *perpauca*. 5. Concilium dicit, *qui eorum inſtitutioni proximior ſit, AC pro loco & tempore utilior*. Cruſius videns inſtitutum Societatis, Monaſticæ inſtitutioni non eſſe proximius, mutato *ac* in *aut*, ſaltem Societatem hoc loco & tempore utiliorem & digniorem eſſe inſinuat, ut conditiones, quas Concilium coniunctivè requirit, diſiungendo, Monaſteriis cautius inſidiaretur. 6. Deniq; , ubi Concilium habet, *in eorum fundatione AVT inſtitutione*; Cruſius ſcripſit, *in eorum fundatione ET inſtitutione*; quia Cruſio minus obſtaculi ponit unicus obex, quàm duo diſiuncti.

Magna Cruſii temeritas.

4. Bis totum hunc Concilii locum, ut dixi, depravatum Cruſius Eclipſi ſuæ inſcripſit, & utrobiq; ſexties textum corrupit, ut cauſam plus quàm ſufficientem dederit, duodecim falſas Concilii Trid. allegationes in margine una numerandi. Vnicam numero; cæteras alibi ſubſtituat, ſi putet ſibi non ubique ſatisfactum. *Turpe eſt aliorum vitia ſcrutari, ſuorum oblivisci*, ut ait Cic. Nemo malus felix. Nempe *nobis omnia ignoſcimus, aliis ne hilum*. Verte ſtylum Cruſii; *Aliis omnia ignoſce, tibi nihil*. At at, in hoſpitale, ut video, intrat.

MEDICVS.

Honora Medicum, propter neceſſitatem etenim illum creavit Dominus, à Deo enim omnis medela. *Eccli.* 38.

1. Hoſpitalia non decet abſque Medico eſſe: Vbi ulcus, ibi manus. Sed & *Medico* & Cruſio *malè eſt, ſi nemini malè eſt*. Aliorum corruptio, eſt ipſorum generatio. Vt ergo malè ſit Monachis, noſter Phyſicus Bremenſis, graviſſimas febres ſi non invenit, illis affingit: ut qui paulo antea ex hoſpitalibus fecerat Monaſteria, iam ex Monaſteriis faciat hoſpitalia, plena Lazaris languentibus, & incurabilibus morbis. Viciſſim εὐεξίαν & valetudinem Patrum ſuæ Societatis ad longum deprædicans

Vbi hoſpitale, ibi Medicus.

dicans; pro recipiendis Monaſteriis deſtitutis, eos paſſim aſſerit Monachis eſſe *digniores & utiliores*; adeoq; propter continuum corporis, & activæ vitæ coniunctum exercitium, longe agiliores & valentiores: tantum non exprimens, Monachos, ſuis Monaſteriis *indignos & inutiles*, veluti propter vitam ſedentariã, perpetuo valetudinarios: Ventriculum, in eis, ob nimiam ingeſtionem, plurimum eſſe deſtructum; hinc oriri difficultatem digeſtionis, chili nõ concocti cruditates, & inutilis ſaburræ colluviem; Plura Monaſteria ingeri non debere; ſed inedia, ſalubri dieta, vinoque diluto vires reparandas, quod plura non ferat naturæ debilitatæ infirmitas. Ac ſi non ageretur, de reſtituẽdis Cænobiis antiquitus fundatis, & inde Ordini ſuo debitis; ſed de novis fundandis, & adhuc in æquilibrio Religioſorum Ordinum conſtitutis, ubi liceret in concurſu plurium competitorum, *digniores & utiliores* cæteris anteferre; ſi tamen pro omnibus fundationibus ſint *digniores & utiliores*; id quod *neſcio, Deus ſcit.* Iſtius Medici diſcurſus & ratiocinatio nova eſt, & à Galeno non tradita, quod nimirum debita creditoribus reddi non oporteat, ſi morbo laborent; adeſſe enim alios ſanos & valentes, quibus *dignius & utilius* ea numerentur.

Imperitia Medicorum, mors eſt infirmorũ.

2. Alibi, (ut q. 2. ſect. 3. c. 2. n. 3. & 4.) pulſum arteriarum Monaſticarum, tactu digitorum explorans, ait, integra Monaſteria, ſeu *Prælatos CVM TOTIVS CONVENTVS CONSILIO, per hæreſin aut apoſtaſiam à fide Catholica turpiter defeciſſe*; re proinde turpiter amiſſa, non dari poſtliminium perſonarum, nec etiam poſtliminium familiæ reliquæ innocentis, ſive certi generis perſonarum. Ac ſi clare noſſet eiuſmodi Monaſteria, ubi totus Conventus una cũ Abbate, communicato inter ſe conſilio, & pulſata campana Capitulari, nullo penitus diſſentiente, in graviſſimã hæreſeos Epilepſiam incidiſſent: Cũ ne unum quidem tale nominare poſſit. Fingit nimirum gravitatem morbi modicus hic Medicus, ut circumſtantes ægrum amici, vaſa præ deſperatione colligant & abeant, ipſe futurus hæres ex aſſe. Qua de re conſulatur *Aſtrum* q. 1. n. 59. §. ſed quid ſi Prælatus.

Morbi Monachis affinguntur mirabiles.

3. Cruſio conſentit alter quoq; Medicus, qui ſcripſit *Recipe* Diſceptationis (ut vocabat) Solidę & modeſtæ; ac tertius, qui edidit aphoriſmos *Diſceptationis placidæ*, ambo ſimiliter è Societate Ieſu: quorum hic, in ratione 1. n. 8. & alibi, explorato pariter arteriarum Cænobialium pulſu, deſperabundus, *Ordines ipſi*, inquit, *hoc eſt, Monaſteriorum* reſtituendorum *incolæ, multa per luxum, iniuriam, hæreſin, vendiderunt, dilapidarunt; Eccleſiam Monaſteriis, templis, filiis ſpoliarunt; & ex Monachis plures fuere hæreſeon doctores &c.* Et quoties hactenus refricarunt, & omnium auribus ingeſſerunt, illud neſcio cuius Æſculapii pronunciatum? *A nullo genere hominum, maius Eccleſiæ damnum illatum eſſe, quàm ab antiquis Ordinibus*; (Nempe, à nullo hominum genere, maius damnum vitæ, Chriſto Domino illatum eſt, quàm ab Apoſtolis Chriſti, propter Iudam proditorem, qui, cæteris innocentibus, ſolus Magiſtrum, Dominum ac Deum ſuũ, oſculo ferali tradi-

Varia medicorum iudicia, de Monachis.

tradidit in mortem) applaudentes etiam dicenti, *Monachos eſſe inutilia terræ pondera, ventres pigros, ſtupidas pecudes*: quibus tamen ſæpe dignus non erat Mundus.

4. Alibi, nonnulli contra illud Pſalmi 87. *Numquid mortuis facies mirabilia, aut Medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi*? Ioannem Trithemium Abbatem rediuiuum, centenarijs ſuis exhortationibus, in prælum & prælium contra hodiernos Ordines Monaſticos armarunt. Quid quod Eugenius Lauanda, nuper indutus Epomide, ex Pharmacopola repentè Medicus factus, inſpecto vitro vrinario non humanam, ſed Aſini vrinam in Monaſterijs ſeſe depræhendere, publicè profeſſus eſt, in Notis *Aſtri inextincti*, ſub allegatione paginæ 254. §. quid verò. *Quid diceret F. Romanus*, inquiens, *ſi Monacho vno ſuperſtite, non poſſe adiri reliqua Monaſteria, in quibus vel vnus ſupereſſet, audiret probari per l. 1. §. veteres. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. & confirmari à Io. Andrea. QVIA, ſcilicet, ASINVS INTVMESCIT, CVM PER COMPAREM SE VIDET APPRÆHENDI*? *quid ad hæc F. Romanus*? *hæreret, opinor, ipſo ſtupore ſtupidior.* Hæreo planè, quia ex rudiru (vt eſt in fabula) agnoſco, Leonis vocem hanc non eſſe. Videtur iſte Medicus, non inter Galeni diſcipulos, ſed inter agaſones, Medicinæ operam dediſſe, adeò *ſtupidas pecudes* vbique ſubodoratur: hinc in allegatione paginæ. 129. § nec dubium. in fin. *Neq; exiſtimo*, ait, *futurum contra vocationem antiquorum Ordinum, ſi in humanioribus periti euadant.*

In vitro vrinario, Lauanda ſibi videre videtur aſinos.

5. Alibi denique, Phyſicus iterum Bremenſis, Paulus Layman, Laurentius Forer, Eugenius Lauanda, & ex Italia accerſitus Valentinus Mangionius, formato quaſi inter ſe Collegio Medico, vnanimiter concluſerunt, ſi Monachi in Monaſterijs febri quartana, vel paralyſi corripiantur, & bis vel ter admoniti non conualeſcant, vlterioribus pharmacis & medicinis opus non eſſe; ſed liberam facultatē habere Epiſcopos, tales ex hoſpitali infirmorum quamprimum eijciendi, alioſq; ſubſtituendi valentes & vegetos, qui non infirmentur, ſed alibi Chriſtianis Catholicis & acatholicis infirmantibus ſubueniant & miniſtrent: Satius enim eſſe, & ad maiorem Dei gloriam cedere, ſi prouentus taliter decumbentium, applicentur ipſis Medicis & Pharmacopolis, in hoſpitali totius Chriſtianitatis, bono publico, ex vi ſuæ profeſſionis & inſtituti ſeruientibus, quàm ſi permittantur ijs, qui priuatam duntaxat valetudinem curant. Vt quid enim perditio hæc? Quòd ſi etiam contingat, Epidimica peſte, vel hoſtium inuaſione, totam in vrbe domum aliquam exhauriri, & fortuita morte omnem domeſticam familiam tolli; licet intra vrbem adſint de iure communi ſcripti hæredes, & cognati ſanguinis eiuſdem, in primo vel ſecundo gradu, eos tamen ab inteſtato non ſuccedere; ſed ædes vacuas, cum omnibus iuribus & pertinentijs, veluti bona vacantia, ad fiſcum Principis deuolui: non quòd fiſcus ſit hæres; ſed quòd ſit diſpenſator & executor neceſſarius, qui prædicta bona, obligetur in conſcientia conferre hodie ſupramemoratis Medicis, eorumque ſocijs & pharmacopæis. Idque aiunt docere

Conſilij Medicorum plurium iuduciū.

Hypocratem in Aphoriſmis appendicis Concilij III. Lateran. tit. ne Cler. vel Monach. Theophraſtum Paracelſum, Guarinonium, Horſtium & alios in c. relatum. ne cler. vel Mon. & in c. inter quatuor. de relig. dom, vt videre eſt ſuprà, ſub alleg. 450. & in Aſtro. q. 7. n. 5. Cui igitur Medicorum & ſociorum, cor præ gaudio non palpitet, ſi tales infirmos aut mortuos aſpiciat? quis eorum non optet, quàm plurima Monaſteria, tali quartana vel paralyſi corripi, & aſſiduis paroxiſmis, vel contagione penitus exhauriri, ſi hæc proxima & Regia via eſt in omnibus bonis ſuccedendi?

Conſilium Cõſultoribus optimum.

6. Longè diuerſa remedia præſcribunt Sacri Canones & Benedictina, ibid. à me cit. vbi d. n. 5. *Quà in re*, ſubiunxeram, *ſancta mater Eccleſia, ſponſum caputq; ſuum laudatiſſimè imitatur; Samaritanum, inquam, illum, qui faciens iter ſecus hominem incidentem in latrones, deſpoliatum, & plagis impoſitis ſemiuiuum relictum, miſericordia motus eſt, & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam illius egit. Et altera die produxit duos denarios, & dedit ſtabulario, & dixit: CVRAM ILLIVS HABE; & quodcunq; ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Noſtri autem Opponentes, tales ſunt Medici, vt ſicubi viderint Monaſterium aliquod, Diabolica fraude deceptum, in diſciplina Monaſtica nonnihil ægrotare, aut in latrones incidere, feruore ſuo deſpoliatum, & plagis peccatorũ impoſitis, ſemiuiuum in obſeruantia regulari iacere; non modò cum Leuita & Sacerdote ſecuriſſimè tranſiri poſſe, ſed, licet etiam ſpes valetudinis ſuperſit, tamen neq; oleum, neq; vinum infundendum, aut alliganda vulnera; multò minus in longanimitatis & patientiæ iumentum imponendum, & in ſtabulo curam illius per Samaritanum aliquem, ſiue proximum eiuſdem Ordinis habendam eſſe doceant: ſed cauſam ſufficientem & Canonicam haberi dicant, huiuſmodi miſerũ & afflictũ penitus occidendi & extingendi, vt ipſis hac ratione, veluti ſanis & valentibus, nec indigentibus Medico, relicta opulenta vidua, ſeu Monaſterialis Eccleſia, matrimonio copulari queat.* Quem in finem, Cruſius & alij, vt voto potiantur, partim à Concil. Trid. partim ex lib. 1. Epiſtolarum Decretaliũ Innocentij III. partim ab Alexand. III. in prædicta appendice Concilij Lateran. partim à Doctoribus & vndecunq; ſtipites ac fuſtes cõportant, quibus arceant Monachos Samaritanos, ne proximo ſuo, qui in latrones incidit, vllas ferant ſuppetias.

Luc. 10.

Conſiliũ Medicum Chriſti Domini & Sacrorum Canonum, longè aliud.

7. Scio plurimos eſſe in laudatiſſima Societate Ieſu, quibus huiuſmodi Sociorum conatùs, & in antiquos Ordines, nimis aculeato ſtylo publicatæ exprobationes, & Chriſtianæ charitatis irritationes, maximopere diſpliceant, quippe qui non ignorant, in ſua quoq; Societate, ſicut in omni hominum genere & ſtatu, non eſſe tot Angelos, quot capita; nec vbiq; aurum inueniri, vbi ſplendorem; ſed tritico miſceri zizania: Vno verbo; *vbi lilia, ibi lolia.* Interim *vtile non debet, per inutile vitiari.* reg. iur. in 6. quia nec propter amurcam, torcularia ſunt deteſtanda; nec propter fæces, aut tartarum, vina fugienda. Rara domus eſt, quæ ſeceſſu careat: talem appendicem vt Eccleſiaſtico ædificio adderet Iudas Iſcariotes, primum lapidem præpoſterè poſuit,

Vbi lilia, ibi lolia.

poſuit, *ſuſpenſus enim crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius*: Talis in Orientali Eccleſia Arius, qui (vt ſcribit Baronius in Anno Chriſti 336.) cum ventre perurgeretur Conſtantinopoli, diuertens ad latrinas publicas, ſimiliter crepuit medius, effundens vnà cum excrementis ſplen, iecur, & omnia viſcera: Talis in Occidentali Martinus Lutherus, qui iam olim in baptiſmo, Sacramentorum ianuam fædè conſpurcans, ſpecimen dedit futuræ ædificij appendicis: Et has cloacas frequentant, quicunque eos ſecuti & excrementa ſuarum adinuentionum exoneraturi, ab Eccleſia Catholica ſeceſſionem fecerunt aut facturi ſunt.

Actor.1.

Baptiſmus eſt ianua Sacramentorum.

8. Non habent aſſerti noſtri Medici, quod nobis Monachis abiiciant, ſi ſeipſos in ſpeculo diligenter inſpiciant. Vtique enim dicent mihi hanc ſimilitudinē, *Medice cura teipſum*. Nam & ille Medicus eſſe voluit, qui dixerat fratri ſuo; *Frater ſine eyciā feſtucam de oculo tuo*; ipſe autem trabem in oculo ſuo non vidit, & in eodem, imò longè periculoſiore hoſpitali decubuit. Sed quæ ſpes languidis, ſi Medicus in eodem cœno defixus hæret? Si Medicus Medico opus habet? Certè tantò turpius & deteſtabilius eſt, tot hactenus è Societate Ieſu in hæreſin & Apoſtaſiam ſe præcipitaſſe, quantò ſe ad hæreſes horum temporum extirpandas ſingulariter à Deo vocatos & inſtitutos eſſe profitentur. Dominicus Grauina Ord. Prædicatorum, in Congeminata voce turturis. c.11. §. 3. & c.16. §. prima cauſa. inter Epilepticos, & leproſos immundos, qui ſeceſſionem fecerunt, numerat Othonem Brunsfeldiū à Carthuſia, Chriſtianum Francken, Marſegliam, Iacobum Reihing, & Marcum Antoniū de Dominis, omnes quondam dictæ Societatis Clericos Regulares; pòſt, ab orthodoxa fide Apoſtatis; quibus addit Nicolaizantes Menam & Azeuedum. His recèns acceſſit (vt me docet Theatrum Europæum, fol. mihi 475.) Franciſcus Albenus, qui anno 1635. Roma miſſus in Bohemiam ad conuertendos hæreticos, in valle Ioachimica prope Ægram, ægram trahens animam, à fide Catholica turpiter deficiens, in hæreſeos latrinam prolapſus eſt; & ex oue, mutata pelle, factus Lupus, cum lupis viuare cæpit. Taceo alios minorum gentium (numerus in ſimilibus odioſus eſt) qui per Heluetiam, Bauariam, Weſtphaliam, aliasq; Prouincias aut Regna, ſuſpenſâ cucullâ, ex-Monachos præambulones, preſſo pede ſecuti, Societatem Ieſu docuerunt, nil iam innocentibus Monachis exprobrandum ſupereſſe. Cumque *nemo repentè malus* euadat ex optimo, neceſſe eſt huiuſmodi Apoſtatarum animi morbos, bene diu in Societate ſeſe, inſcijs Superioribus occultaſſe, & tractu temporis ſumpſiſſe vires, Deo manum, inſcrutabili ſuo iudicio, retrahente. Quare qui ſtat, videat ne cadat: Nec Angelus à lapſu fuit ſecurus in cælo, nec Adam in paradyſo, nec Loth in ſpelæo, nec Aaron in deſerto, nec Dauid in ſolario, nec Salomon in throno, nec Petrus Hieroſolymis in atrio, nec Marcellinus in fano Romæ. Vbique inſidiæ, vbique pericula; quæ mutuis exprobrationibus non declinamus, ſed augemus.

Luc. 4.

Luc. 6.

Infelix adagium, Medice cura teipſum.

Hydropici, deſperati, & leproſi. è Societ.

Non ſine gemitu hæc proferre compellor: ſcio, ridens hæretici. Ceſſent noſtri exprobratores, & ſcandala ceſſabunt.

9. At, *Monachi non regulariter viuentes, per alterius* DEBENT *Ordinis*

Medici quidã tuſſi fœtida laborant.

nis inſtitutionem puniri. ait Cruſius q.2. ſect.3.c.2. n.4. & q.7. c.2.n.2. & alibi: Eandemque crambem paſſim ructant & eructant præmemorati Medici,(graui nimirum tuſſi laborantes) ac ſi Mundus plenus eſſet Monachis non regulariter viventibus,& incorrigibilibus. Morbum verbis aggrauat,qui ferali *Diſceptationi*, *Placida* nomen impoſuit.c.16.& 22. *Quis hodie*, inquiens,*ſeruat in Germania Regulam S. Benedicti? regulam integram,laxitate non interpolatam? Qua fronte petitur Monaſterium S. Benedicti, ab illis QVI REGVLAM REIECERVNT, regulam carnes vetantem, ieiunia multa imperantem?* Et inferiùs. *At antiqui Ordines aliqui, iſta non ſeruant; non modò igitur non poſſunt ad recuperata Monaſteria admitti; ſed, niſi ſeſe reformari patiantur, POSSVNT ETIAM A SVIS QVÆ POSSIDENT EXPELLI.* Hæc ille, totus, vt apparet, ictericus, bile nimiùm in ventriculum

Aſtri q.2. à n. 39. & q.7.n.5. Allegat.450.

influente; vnde nec Rha-barbarum, nec Ponticum illi profuit. Verùm, his quærimonijs, jam in Aſtro, & Horto noſtro Cruſiano abundè, vt ſpero, ſatisfactum eſt. Sed nunquid etiam viciſſim *Patres Societatis non regulariter viuentes,per alterius DEBENT Ordinis inſtitutionẽ puniri?* De ſimilibus enim ad ſimilia,fit extenſio ex identitate,ſeu paritate rationis,vt inquit Garzias.5.part. c.7.n.65. Et deciſionem aliquam in Decretalibus factam,ad alios caſus,ob ra-

Vna deciſio Decretalium, ob rationis paritatem,etiam al js ſimilibus applicatur.

tionis identitatem, applicari poſſe,tradit Paulus Layman, Cenſurâ 30. Aſtri inext. §. verùm. quo enim iure quis vtitur erga alium, contentus eſſe debet, ſi alter quoque erga ipſum vtatur. Conſtat autem jam ante quinquaginta & amplius annos,per tubum opticum, nonnullas in hoc Sole maculas, à Galilæi ſucceſſore obſeruatas; ſiue, quoſdam in valetudinario communi decumbentes ægrotos Societatis depræhenſos eſſe, à ſupremo Chriſtiani Orbis Medico, Chriſti Domini Archiatri noſtri, in terris Vicario, vt ex Breui Sixti V. quod hîc deſcriptum, Ioanni Cruſio communicare voluimus liquebit,

10. *Dilecto Filio, Nobili viro, Guilielmo Duci Bauariæ.*

Sixtus Quintus.

Breue Sixti V. ad Guilielmũ Bauariæ Ducẽ, anno 1589.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Non miramur equidem te, qui inter cæteros Germaniæ Principes, Catholicæ, Religionis patrocinium, à maioribus acceptum, vſq; adeò conſtanter, fortiterq; defendis, vt excellas; Ieſuitarum quoque inanibus ſuſpicionibus & querelis permotum, partes & cauſam illorum tuendam ſuſcepiſſe. Verumenimuerò, cùm illud falsò circumferatur, vulgoq; diſſeminatum ſit, Nos in animo habere, illorum vetera inſtituta, conſuetudineſq; aut immutandi, aut tollendi; non eſt, cur ea de re magnopere ſollicitus ſis, quandoquidem nihil minus Nobis vnquam in mentem venit, quàm aut præclaram viuendi rationem euertendi, aut vetuſtam Ordinis illius diſciplinam diſſoluendi.

Sixto V. à multis fit iniuria.

Non enim nos latet, quàm fructuoſam, atq; adeò ſalutarem, boni & moderati Ieſuitæ, cum doctrina, tum exemplo Eccleſiæ Dei operam nauârint. Cæterùm, ſi qui ſunt, vt in tanto numero fieri facilè potuit, qui à priſca viuendi regula declinârint, corruptiſq; moribus, ac laxata vitæ licentia, præſcriptos à Patribus terminos prætergreſſi fuerint; hos paſtoralis officij noſtri debitum poſtulat, & coëcere,

coërcere, & in viam à maioribus commonſtratam, & communitam reuocare. Hortamur itaque te, Principem ſcilicet Religioſiſſimum, nobiſq; chariſſimum, primum, vt pro certo habeas, nihil à nobis tanta in re temere immutatum iri; deinde, nihil eorum nos prætermiſſuros, quæ propter paucorum licentiam, clariſſimo Ordini maculam inferre poſſunt; eo certè conſilio; vt & boni commerita virtutis præmia conſequantur, & qui immoderata libertate hactenus abuſi ſunt, debitas peccatorum ſuorum pœnas ſuſcipiant. Nobilitatem tuam in Domino ſemper bene valere cupimus, eiq; benedictionem noſtram Apoſtolicam libenter impertimur. Datum Romæ, die 21. Aprilis, Anno 1589.

11. Porrò, quod nobis objicitur, *ex Monachis plures fuiſſe hæreſeon doctores*; vt non inficior, ſic in eadem naui remigaſſe Societatis Apoſtatas inuenio; præſertim vbi catalogum librorum hæreticorum Iacobi Reihing, & Antonij de Dominis intueor, quibus nuper multarum adhuc animarum millia, ſecum in hæreſum cloacas & barathrum aut precipitarunt, aut in damnatis erroribus ſcandaloſiſſimè roborarunt. Quàm inſuper nonnulli dictæ Societatis homines, qui nondum in hoſpitali deſperatorum decumbunt, impatientes ac pertinaces erga Medicos, in erroribus ſuis defendendis, eſſe incipiant, docuit non ita pridem Ioannes Baptiſta Boza Hiſpanus Cantaber, in Collegio Complutenſi Sacro Sanctæ Theologiæ Profeſſor primarius, qui *cùm* (teſte cit. Grauin. c. 16. §. 11. doctrina Societatis) *nec velle ſubjici Cenſuræ Superiorum CONTENTIONE HORRIBILI, & contentioſa auerſione, multis in eoſdem SCHISMATICO STYLO editis reſponſionibus Apologeticis reclamaſſet, tandem iterum* Romæ à Sacra Congregatione Cardinalium, Generalis ſanctæ Romanæ & Vniuerſalis Inquiſitionis *ſuſpenſus eſt*, ipſiuſque Opera demum omnia (quæ bene multa ediderat) proſcripta, & Indici Librorum prohibitorum inſerta fuère. Docent Catalogi Romæ impreſſi, & à Curia Romana in vtramque Germaniam hactenus tranſmiſſi, præſertim is, de 1. Auguſti. Feria V. Anni 1641. quanta ſolicitudine prædicta Sacra Cardinaliũ Congregatio vigilet, vt vbertim à quibuſdam Patribus ſæpememoratæ Societatis pullulantes errores ac ſcandala ſupprimat, & nouitatis ſtudioſos in officio contineat: Docent pronitatem errandi, Theſes Theologicæ de gratia, libero arbitrio, & prædeſtinatione, Antuerpiæ, anno 1641. Theſes Dilinganæ recentiores, de materia eâdem; Epiſtolæ & Memorialia Petri Biuerij, Henrici Caleni, & Profeſſorum Collegij Louanienſis Societ. Ieſu, Bruxellis & Louanij, eodem anno 1641. edita, aliaque plura; quorum tametſi nonnulla *Ad rem, ad rem*, inceperint, nihil tamen ad rem contuliſſe, dictæ Sacræ Cardinalium Congregationis fulminatio monſtrauit.

Ioan. Baptiſt. Boza pertinax erroris defenſio.

Plurium libri prohibiti.

12. Sed & ipſis Generalibus Congregationibus præfatæ Societatis, illiuſue pro tempore Præpoſitis Generalibus, nedum aliis inferioribus, & priuatis perſonis, Spiritum Sanctum non ſemper aſſiſtere, ſatis apertè docuit Clemens VIII. in Bulla de anno Domini, 1596. contra quaſdam determinatio-

nes Generalis Societatis, quam pariter in gratiam Cruſij deſcriptam, hoc loco inſerere viſum eſt. Ea ſic habet.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Bulla Clementis VIII. cõtra quaſdam determinationes Generalis Societ. Ieſ. 1596.

Ad aures noſtras peruenit, nonnullas Ordinationes Præpoſitorum Generalium Societatis Ieſu, partim à Prouincialibus, ad quintam Congregationem Generalem conuenientibus, ex variis Prouinciis nuper allatas, partim Romæ repertis, quas dilectus filius Claudius Aquauiua, eiuſdẽ Generalis Societatis Præpoſitus, cum Patribus Aſſiſtentibus diſcuſſas, retineri oportere, atq; toti Societati communes eſſe debere iudicauit, ſuperiori anno in Compendium redactas, & in Collegio Romano dictæ So-
» *cietatis editas, atq; in quodam libello impreſſas fuiſſe; hoc titulo; videlicet:* " *Ordi-*
» *nationes Præpoſitorum Generalium, communes toti Societati, authoritate Quintæ Congregationis Generalis recognitæ, & contractæ. Romæ in Collegio Societatis Ieſu. Anno M.DXCV. Permiſſu Superiorum.*

Cùm autẽ idem Libellus, abſq; noſtra approbatione in lucem prodierit, & in dictis Ordinationibus hæc capita, inter alia, continentur. Primũ nimirũ pag. 4. ad argu-
» *mentum:* " *Qualiter in Vrbẽ ad noſtros vel exteros ſcribenda negotia caſuũq; reſo-*
» *lutiones petendæ; hoc tenore: Non leuia incommoda hactenus attulit, quòd noſtri*
» *Romam, ad perſonas Societatis, & fortè etiam ad exteros dent literas, quibus, vel ca-*
» *ſuum conſcientiæ reſolutiones petunt, vel alia negotia cum Prælatis, vel alijs tractã-*
» *da committunt, inconſulto Præpoſito Generali, ad quem antiqua ordinatione, priùs*
» *omnia referenda erant. Proinde V.R. admoneat, vt in poſterum, primum ordinem*
» *diligenter obſeruent, vtq; huiuſmodi literas, tam ad noſtros, quam etiam fortaſſe ad*
» *externos, quæ negotia continent, apertas mittant, per nos, ſi videbitur, deſtinandas.*
» *Caſus verò Conſcientiæ, priùs in Collegijs, à Theologis, alijsq; peritis diſcutiantur, &*
» *cum R.V. omnia communicentur. Qui ſi in aliquo poſtea dubitabit, rationes pro v-*
» *traq; parte, ad nos ſcribet, reſolutionemq; accipiet ſecuriorem. Aliud pag. 37. ſuper*
» *decreto; Ne quiſquam Romã mittatur, ſine facultate Præpoſiti Generalis; his ver-*
» *bis:* " *Dum recuderentur Ordinationes Generalium, occurrit inter alias prohibitio*
» *P.N. Euerardi, ne in anno Iubilæi, noſtri Romam venirent. Hac occaſione venit in*
» *mentem, antiqua Societatis conſuetudo; ne ſcilicet vllus noſtrorum, quocunq; tem-*
» *pore Romã proficiſceretur, abſq; expreſſa licentia, & conſenſu Patris Præpoſiti Ge-*
» *neralis. Hanc vt rationi conſentaneam, & diu iam obſeruatam, renouari opportu-*
» *num cenſuimus in tota Societate Ieſu, ita vt in poſterum, nemo noſtrorum, quocunq;*
» *prætextu, Romam mittatur, ſeu veniat, ex ulla Prouincia, niſi priùs hinc facta ei*
» *poteſtate veniendi. Quòd ſi cauſa aliqua neceſſaria contingeret, quæ non pateretur*
» *dilationẽ miſſionis literarũ & reſponſionis ad illas, poterit Prouincialis, auditis Con-*
» *ſultoribus, perſonã illam deſtinare ad aliquã Prouinciam, vicinã Prouinciæ Roma-*
» *næ, ſeu ad Collegiũ aliquod extra Vrbem, tamen cum expreſſo Mandato, vt ibi ex-*
» *ſpectet noſtræ voluntatis ſignificationem. Interim verò, primo quoque tempore, ſcri-*
» *batur ad nos diſceſſus perſonæ ex illa Prouincia, & cauſa neceſſitas, ob quam diſpen-*
» *ſandum fuit, antequam à nobis licentia peteretur & daretur. Curabit igitur V.R. in ſua Prouincia vſum iſtum, & intelligi, & obſeruari ab omnibus.*

Aliud

Aliud demum pagina præcedenti, trigeſima nimirum ſexta, ad titulum: Quomodo noſtri, quæ ab aliis, ſiue noſtris, ſiue externis, ſub ſigillo ſecreti, extra confeſſionem acceperunt, tacita ſeruare debeant; in hac verba: " Primùm quod ad nos attinet, non multum difficultatis habet. Non enim eſt dubium, quin quæ aliquis " noſtrum committit Superiori, etiam ratione conſcientiæ reddendo; modò id non " fiat in Confeſſione Sacramentali, poſſunt ſine illius facultate, cum altero, qui itidem " illius Superior ſit, communicari: tum quia, cùm hoc ſit tantùm ſigilli ſecreti natu- " ralis, poteſt ob bonum ſubditi non ſeruari; tum, quia in ipſo in Societatem ingreſ- " ſu, renunciauit iuri ſuo, cùm acceptauit regulam & conſtitutionem hac de re cla- " rè diſponentem, debere quemlibet eſſe contentum, vt ſui defectus, extra confeſſio- " nem cogniti, manifeſtentur Superiori: Tum etiam, quia Superiori, cui ab alio Su- " periore manifeſtantur, ſit ius petendi à ſubdito: & qui ſe aperuit, ea de cauſa præci- " puè id facit, vt dirigi à Superioribus poſſit. Sed valde circumſpectè, ea de re proce- " dendum eſt; vt nimirum fiat, quando, & quomodo oportet: Et Superior, cui res ab " alio Superiore patefacta eſt, ita ea notitia vtatur, vt quam minimè fieri poſſit, " qui defertur, offendatur, quòd pluribus ſuos defectus videat manifeſtari. Quòd " autem attinet ad externos, videtur vtendum eſſe diſtinctione: Nam ſi res illa ali- " quid continet, quod ſpectet ad bonam Societatis gubernationem, non debet pro- " mitti ſecretum, aut etiamſi promittatur, non videtur obligare; potiusq; ille ſua- " uiter inducendus eſt, vt patiatur Superioribus aperire, propter Dei obſequium. " Sin autem ſit aliquod particulare negotium, quod ſolum tangat externos, tunc po- " teſt accipi ſub ſecreto, & ſecretum ſeruari debet, quia talis externus non renuncia- " uit iuri ſuo; atq; in hoc tamen excipiendum eſt, & cum res talis eſt, in qua dein- " de ſubditus ille, aliquam operam ſuam poſiturus eſt; nam cum id de facto non poſ- " ſit facere ſine Superioris licentia, neceſſarium eſt, vt ad eius notitiam perueniat: " idq; ipſum externis indicandum eſt, ne ſe deceptos exiſtiment eſſe. "

Præterea, cum in eodem Collegio dictæ Societatis, inſtructio quædam pro Concionatoribus Societatis impreſſa, & eidem libello adiuncta fuerit, in hunc modum: Inſtructio pro Concionatoribus Societatis, ex deputatione quæ de eiſdem habita eſt, in Quinta Congregatione Generali, à R. P. N. Claudio Aquauiua, Præpoſito Generali, iuxta eiuſdem Congregationis decretum 98. recognita; Et in dicta Inſtructione ſub numero 9. hac verba leguntur: " Ne intermittant ſuperiores, iuxta " regulam. 23. Præfecti Eccleſiæ, aliquem deſignare, qui Concionatores obſeruet, vt " quantum opus fuerit, debitè moneantur, ſi quæ in eorum Concionibus minus pro- " bantur, tum circa res, tum circa modum quo Societas vtitur. Nulla autem ra- " tione patiantur, de Concionatoribus, ſi quid fortè in Concionibus errauerint, noſtros minus honorificè apud domeſticos vel externos loqui. Et re- " liqua. "

Cumq; Nos dicto libello perlecto, pro paſtorali noſtro munere, quo illud, præcipuè in Religioſorum regimine, curare tenemur, vt ex eorum Ordinationibus & decretis, nullius occaſio mali oriatur, dicta Capita, ac inſtructionem, adhibita nonnullorũ dignitate ac doctrina præſtantium virorum conſultatione, examinari fecerimus;

Ordinationes quædam Societatis, inuentæ ſunt aduerſari Bullæ Cœnæ Domini.

& inuenerimus duas quidem primas Ordinationes, vniuersè ac generatim conceptas, repugnare & aduerſari literis noſtris, de cœna Domini legi ſolitis; in quibus Cenſuræ Eccleſiaſticæ in eos infliguntur, qui directè, vel indirectè prohibent quibuuis perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne ad Romanam Curiam accedant, ſeu recurſum habeant, idq́ ſtatuunt ſeu mandant. Tertium verò caput, continere doctrinam, non conſonam præcepto diuino & naturali, de ſecreto ſeruando. Ac demum, ſumptam Inſtructionis pro Concionatoribus partem, indefinitè propoſitam, dubitationem aliquam afferre poſſe, & ad ambiguitatem tollendam, declaratione indigere: atq́ hæc omnia, non ſolùm ſcandali, verùm etiam damni & erroris materiam multis afferre poſſe.

Alia præcepto diuino & naturali.

Idcirco Nos hiſce periculis & incommodis, opportuna aliqua ratione conſulere volentes, & eandem Societatem, ex qua alioquin vberes fructus quotidie in Dei Eccleſiam deriuantur, omni criminis & erroris ſuſpicione, nedum crimine atq́ errore ipſo, carere cupientes; Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac matura deliberatione præhabita, deq́ Apoſtolicæ nobis attributæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie, Tria illa prima capita, ex libello dictarum Ordinationum, perpetuò abolemus, & abrogamus, eaq́ nullius authoritatis & roboris eſſe, & fore; nec vlterius quempiam dictæ Societatis, aliquo modo arctare, aut obligare in poſterum ſtatuimus.

Præfatam verò Concionatorum Inſtructionem, nominatim prohibentem ſubditis dictæ Societatis, ne de Concionatoribus, ſi quid fortè in Concionibus errauerint, minus honorificè, apud domeſticos vel externos loquantur; de rebus ad Religionem, & fidem Catholicam pertinentibus (quæ, ſi Concionatores, ſicuti ac par eſt, de illis, in Concionibus ſermonē habuerint, ab omnibus liberè damnari, denunciari, & ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores deferri oportet) minimè intelligi debere declaramus.

Sicq́ & non aliter, ab omnibus & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcunq́ Iudices, & Commiſſarios ac delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari & definiri debere: irritumq́ & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Ordinationibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis; ac quibuuis ſtatutis & conſuetudinibus, etiā iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliâ roboratis; priuilegijs quoq́, Indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Societati, eiusq́ Præpoſitis Generalibus, à quibuſuis Romanis Pontificibus, ſub quibuſcunq́ tenoribus & formis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, & ſæpius confirmatis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq́ totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum inſerta mentio habenda eſſet, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus: cæteriſq́ contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium transſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem fides, vbiq́ locorum ac gentium, in iudicio, & extra habeatur, quæ præſentibus literis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ &c. vt ſuprà.

13. Ex

13. Ex his undique liquet, præclare agere Pontifices Maximos, Paſtores & Medicos animarum totius Eccleſiæ militantis, quod in Apoſtolicæ petræ ſpecula conſtituti, tanquam rationem pro animabus noſtris reddituri, diligenter vigilent, quaquaverſum circumſpiciant, & vulpes parvulas, quæ demoliuntur Domini vineam, captas, intra debitæ doctrinæ cancellos contineant. Liquet etiam, *Non opus eſſe Medico valentibus, ſed malè habentibus*. Nec eſſe, cur inſultent antiquiſſimis Ordinibus illi, qui vix dimidio ætatis ſuæ ſæculo exacto, tantorum Medicorum cura, pharmacisq; & emplaſtris tam ſeriis opus habuerunt: Cum vel hinc appareat, pulſum arteriarum utriusque brachii, (vitæ, & doctrinæ) in hoc Societatis corpore politico (ſic nominat Cruſius in Eclipſi. q.2.ſect. 3. c.3.n.3.) inæqualem, & ſatis concitatum deprælendi, ut niſi præſervatiuis imminenti malo occurreretur, facilè febris aliqua maligna vel Hungarica, ſanitatem omnem corrumperet; præſertim cum & hepatis inflammatio κεφαλαλγίαν, & ſaburra in fundo ventriculi; etiam ex ingeſtorum tot Monaſteriorum, reclamantibus Concordatis, indigerie aucta, obſtructionem venis meſeraicis minitentur. Accedit illa contra Monachos aſſidua tuſſis, & conſequens oris fætor, quæ pulmones charitatis infectos, & phtiſi corruptos denunciant. Et quanquam corpus pleroticum & ſanguinolentum appareat, vereor tamen, potius inflatum eſſe, ſucceſſusque temporis inhydropem aut paralyſin declinaturum. Vt de hypocondriis modo ſileam, ubi vel à ſola ſplenis obduratione (qualem adeſſe Boza docuit) mille corporis incommoda naſcuntur. Hinc optimè ſuo munere functus eſt Claudius Aquaviva, quondam eidem Corpori Præpoſitus Generalis, qui contra omnia hæc morborum genera, ut prudentiſſimus Medicus, *Induſtrias* ſuas edidit, & inculcavit; de quibus in *Aſtro*, q.9, num.11. hodieq; recte agit laudatiſſima Societas, quod ſæpius per annum venæ ſectionibus, & evacuationibus inutilium perſonarum utatur; utinam & Monaſteriorum, quæ difficillimæ ſunt digeſtionis. Quibus tamen omnibus efficere nequaquam poterit, quin eum tempore quoque ſeneſcat, niſi forſan occultum aliquem cuniculum noverit in Paradyſum, ubi comedat de ligno vitæ: Nam nec aurum potabile, nec portabile, tantarum virium ſunt, ut currentem ætatem inhibeant.

Matth. 9.

Morbi Medicorum periculoſi.

Laudatur Claudius Aquaviva.

14. Vnicus ſupereſt Eugenius Lavanda, quem hectica, & longa tabe in hoſpitali conſumendum vereor. Arguit is Ordines antiquos, quod in humanioribus periti non evadant. De moribus id affirmas, Eugeni, an de literis? Si de moribus, tui, tuorumq; ſimiles Monachos per ſummam iniuriam facis. Non ſunt tam hebetes Monachi, tam ab omni humanitate alieni, alienos ut putent facultates citra piaculum poſſe depeculari: è vobis autem plurimi, tam ſunt ignari humanitatis, ut illud è decalogo NON CONCVPISCES, vel prorſus neſcire, vel non ſatis intelligere videantur. An vos quicquam combibiſſe humanitatis credam, qui & illos, ubi ubi fert occaſio, è Cænobiis ſuis exturbatis Monachos, quorum Maiores non pauca vobis à fundamentis excitarunt collegia? Sin literarum humaniorum Monachos vis non omnes, non

Eugenius Lavanda, ponè cortinam graviter decumbit.

etiam pleroſq; valde peritos, volo ita eſſe, dum & hoc mihi Deo in vicem, non tam amuſos eſſe, quin ſua qualibuscunq; literis tutari ſciant, quæ tamen tales ſint, ut ex iis etiam rudes legere, & intelligere queãt, ter iuſtiſſime ab illis hæreditates Patrum ſuorum propugnari, quas hactenus poſſident, & repeti, quæ per vim, atq; iniuriam ereptæ. Dixit quidam perſonatus, & larvam palponis Riedelii indutus Ieſuita Monacenſis: *Nihil profecto purius, & elegãtius Societatis ſtylo eſt, omnis verborum ornatus, rerum copia, & ſententiarum dignitas in Societatis eruditionem commigravit.* Quæ orbis terrarum ſpatia hos caperent homines, ſi magnitudini animi par eſſet habitus corporis, qui ſeipſos tam prælicenter dilaudant, tam impotenter prædicant? *Sit* vera tam permagnifica, quæ ſuſpecta, quia propria, commendatio; omnes dicendi Veneres de toto mundo ſublegerint, & in ſua gymnaſia convexerint Ieſuitæ, ipſa Dea Suada ſedem ſuam in unam ſocietatem tranſtulerit, quid Magni Gregorii noſtri (ut alios tam multos prætereãm) ſimile ſcriptis inde aliquando prodibit, in quibus tamen Lavanda plurima offendet, quæ lavanda, & perpurganda dicet, ſi ad accuratioris Humanitatis ſeveriores canones expendere volet. Hunc nihilominus ſibi Doctorem Maximum univerſa adſcivit Eccleſia, hunc politioris literaturæ vel non ſatis peritum, vel dedita opera negligentem veſter Ribera in Prophetas minores, de ſapientia, & copia verborum ſatis prædicare non potuit, hunc nemo prudens admordendum putavit, quod humaniorum literarum canones vel non præmodum calluit, vel meditato præteriuit, ac diſſimulavit, quod & Magnus Auguſtinus in ſuis Tractatibus, Sermonibus, Homeliis, Enarrationibus, & ſæpiuſculè fecit, & conſulto feciſſe non ſemel commemoravit. Sic ergo docti poſſunt eſſe Monachi, quanquam humaniorum literarum non nimis periti, & Lavanda iſtam exilem peritiam invidioſe criminatur, ut calumnias in Monachos undequaque accerſat, vel ſi extra chorum ſaltare tantiſper oporteat. Sed quid ſi Æthiops carbonarium nigredinis accuſet? Neſcio ſi quis ex antiquis Ordinibus, in tam paucis pagellis, toties Priſciano immerito fruſtrarium ſolverit ut hic Lavanda in ſuis Notis Aſtri inextincti; & quidem utraq; editione. Vnde ſicut iterata Principis iuſſio, vel Reſcriptum omnem ſub- & obreptionem tollit. ſupra allegat 452. ſic & iterata Auctoris impreſſio, ſi cum ipſius notitia procuretur. Omitto illa, neq; enim tam prodigus ſum temporis, ut bonas horas, iis huc adſcribendis tranſmittere nequicquam velim, quæ cum ad rem, qua de concertamus nihil faciant, Typographorum oſcitantiæ adſcribere, quam cum Lavanda de talibus nucibus, nugiſq; altercari mavolo. Floſculus meus, qui incommodum nunc abeſt, cum è triuialibus redierit, tituilitia iſta leget, exſufflabitque. Illud vero mirum eſt quod in allegatione.

Riedelius in ſua cavea Turturis.

In allegatione paginæ. 218. §. hæc & plura. ait me *falſificaſſe* Edictum Generale Cæſareum, quod hæc duo verba, **wir erkennen vnd erklären /** verterim, *Decernimus & Declaramus*, cum vertenda fuiſſent hoc modo; *agnoſcimus & declaramus*. Sed lavanda non *agnoſcit*, ſe errare contra omnia Lexica,

Gravis alapa innocenti inflicta.

tam

tam Iuridica, quam Grammatica; ad quæ provoco. Ideoq; & Carolus Caraſa, Nuncius Apoſtolicus, in ſuis Commentariis de Germania Sacra reſtaurata part. 2. eadem verba, wir erkennen vnd erklären/fol. mihi 8. ſic expoſuit: *Declaramus & decidimus*. fol. vero 10. *Decernimus & declaramus*. An & hic forſan *falſavit* Edictum Cæſareum, Eugeni? Alia inepta & nova nomina (ut, *pueri utriusq; ſexus*, ac ſimilia) volens prætereo. Concludo proin, eum cauſas habere nullas, antiquis Ordinibus, in genere literarum humaniorum quicquam exprobrandi: quippe qui inſuper, non poſſit declinare convitium, ſcōma, ſcandalum, ſepulchrum, & iudicium extremum; ſed etiam totus compoſitus ſit ex ſoloeciſmo: Quid enim aliud, *Eugenius LauandA*? quem vel ipſa ficti nominis origo (thermæ Fabarienſes) docet eſſe *LavandVM*.

Plura opuſcula prodierunt ſub nomine Eugenii Lavanda.

15. Aliud eſt, & gravius, quod Monachos, *Aſinos* nominet: quænam hæc ædificatio fidelium aut infidelium? Quanto melius cum S. Franciſco dixiſſet, *Ego, & aſinus, unum ſumus*? Ad argumentum igitur ℞. Negari, quod per l. 1. §. veteres. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. probetur, Monacho uno ſuperſtite, non poſſe adiri reliqua Monaſteria, in quibus vel unus ſupereſſet; ex allata ratione, *Quia ſcilicet aſinus intumeſcit, cum per comparem ſe videt apprahendi*. Ratio negandi eſt, 1. Quia lex illa, non habet hæc verba: *Quia aſinus intumeſcit, &c.* 2. Quia neque lex, neque Ioan. Andreas loquuntur ibi de Monachis, ſed de ſervis hæreditariis. En Gloſſam in d. §. veteres: *Sed quæ ratio eſt, quod per ſervum hæreditarium nihil quæritur, per iſtos alios ſic? Reſpondet Ioannes, urgens diſputatio: alii, ratio coæqualium; quia dedignatur res hæreditaria per comparē quæri: Nam ASINVS INTVMESCIT, SI PER COMPAREM SE VIDET COMPRÆHENDI.* *Hoc non valet*, (pergit Gloſſa) *quia in legatis idē deberet eſſe, ut in cæteris. Tu dic, quod hæreditarius ſervus, dicitur ante aditam hæreditatem, quo tempore nihil quærere poteſt. At poſt aditam, iam non eſt hæreditarius, ſed proprius hæredis. Hoc ergo nomen hæreditarius, Dominam ſcilicet hæreditatem ſignificat, quam non habet Dominam, ea adita ab hærede.*

Verba gloſſa de aſino.

16. Et quid iſta ad Monachos, ut exinde *Aſini* nominentur, cum Ioan. Andreas de Monachis ne ſomniaverit quidem; eiusq; rationem Gloſſa reiiciat.

Dices; At Monachi comparantur ſervis, & ſervi aſinis, ergo. ℞. Monachos comparari ſervis, in hoc, quod ſicut ſervis nullum eſt arbitrium, ita nec Monachis. gl. verb. nullum. l. Pædius. 7. §. fin. ff. de receptis qui arbitrium. Cōparantur etiam ſervis quoad hoc, ut ex Monachi ſtipulatione quæratur, vel non quæratur Abbati ſeu Monaſterio ſuo. ut in ff. tit. de ſtipular. ſervor. Nunquam autem comparatur Monachus ſervo hæreditario. Servus enim hæreditarius, habet Dominam, hæreditatem iacentem, quæ eſt in animam defuncti, ideoque nihil quærere poteſt. Monachus vero, etiam unicus ſuperſtes in Monaſterio, habet iuris fictione Dominam, Eccleſiam materialem vacantem, quæ, etiam omnibus de Collegio mortuis, & ne uno quidē ſuperſtite ſemper

Monachus cōparatur ſervo

Monachus nunquam cōparatur ſervo hæreditario.

Monachus, quando dimiſſa conditione ſervi, incipiat habere conditionem domini

Quid nomine comparis aſini Io. Andreas intellexerit.

ſemper eſt in animam viventis; quia Eccleſia nunquam moritur. Rota cit. in Aula noſtra, num. 22. Vnde Monachus talis, ſe non habet ut ſervus hæreditarius, quia etiam ſic acquirit Monaſterio viventi: Imo in tali caſu, dimiſſa conditione ſervi, incipit habere conditionem Domini, & penes eum remanet dominium omnium bonorum Monaſterii, repræſentat enim ſolus, perſonam totius Collegii, cum in eo conſerventur omnia iura Collegii, poteſtq; toto tempore quo ſolus ſupereſt, acquirere ſuo Monaſterio; id quod ſervus hæreditarius non poteſt. Adde, quod ſervus hæreditarius, ſecundum Ioannem Andream dicitur habere comparem, non alium ſervum, ſed rem incapacem acquiſitionis paſſivæ hæreditariæ, per ſervum hæreditarium. Monachus autem in Monaſterio ſuperſtes, non habet rem ullam, acquiſitionis pro vacante Monaſterio incapacem; nedum ut per comparem intelligatur alius ſuperſtes alterius Monaſterii Monachus: adeoque, tametſi illa ratio; *NAM aſinus intumeſcit, ſi per comparem ſe videt apprahendi*, locum haberet in ſervo hæreditario, (quod tamen Gloſſa non approbat) ſaltem locum non habet in Monacho, etiam in ſententia ipſius Ioannis Andreæ; qui per comparem, ut dixi, non intelligit alium ſervum; conſequenter nec applicative alium Monachum; ut perperam allegaverat Lavanda.

Fratres Societatis Ieſu, æquè comparantur ſervis ac Monachi.

Imo magis.

Mida Rex, aures aſini habet.

17. Ponamus autem, etſi non concedamus, d. §. veteres, & Ioan. Andream loqui, vel exponi poſſe, per omnia de Monachis, ad mentem Lavandæ ita ut ij aſinis ibi comparentur; aut aſini nuncupentur; plane eiuſdem & ipſi Patres Ieſuitæ conditionis erunt cum Monachis: tam parum enim poſſunt velle & nolle, quam parum Monachi; & quicquid acquirunt, non ſibi acquirunt, ſed Societati, ſicut Monachi Monaſterio; ſerviſque comparantur in omnibus, in quibus & Monachi, propter vota paupertatis & obedientiæ ſolennia, quæ, ut ait Cruſius Eclip. 7. c. 2. n. 4. utrobique ſunt eiuſdem ſpeciei, & utrobique pariter emittuntur. Vnde ſi per d. §. veteres. & Io. Andream probatur, quod Monachus unus ſuperſtes, non poſſit adire aliud Monaſterium, in quo etiam unicus ſupereſt, ex dicta ratione, *Quia aſinus intumeſcit, &c.* ſequitur infallibiliter, per eundem §. & per eundem Io. Andream probari, quod unus Pater Societatis, non poſſit alterius invadere cathedram, profeſſuram, officium, aut quamcunque functionem, ex eadem ratione, *Quia ſcilicet aſinus intumeſcit, cum per comparem ſe videt apprahendi*: Imo, illi aſinis erunt viciniores, qui minus libertatis, adeoque plus ſervitutis in ſe ſuſceperint; Et tales ſunt Profeſſi Societatis Ieſu, qui quarto ſe, præ Monachis, voto ſolenni, obligant Pontifici Romano. Quocirca non video, quid ſuo diſcurſu obtinuerit Lavanda, niſi ut Midæ Regi deinceps profundius genuflectat, quam Ordines antiqui.

18. Quia tamen ſibi nonnihil complacere videtur, in applicatione comparationis Aſini ad Monachos á ſe facta, ac ſi inſignem eis per hoc colaphum infregiſſet; iubeo hominem de ſuo morbo non inſoleſcere, ſed paulo modeſtius loqui & ſentire de Monachis, ne quadrupedem illum medicum contra ſe pro-

ſe provocet, de quo fere in ſimili Iacobus Gaulterus eiuſdem Societatis in ſua Tabula Chronographica, ad annum. 1613. Vbi: *Menſe circiter Iulio*, inquit, *anni eiusdem 1613. Villanova in Provincia Vivarienſi, moritur Notarius quidam publicus Calvinianus, qui ſacerdotes pro defunctis, dum ad ſepulchrum deferrentur, pſallentes, irridere ac rudentibus aſinis æquiparare conſueverat. Hic cum effertur, ecce apparet magnus aſinus coloris fuſci, qui nulla ratione abigi poteſt, quantumcunq; id iubeat Miniſter, quiq; unde venerit, aut cuius fuerit, nemo ſcit. Is quidem circa mortui cadaver, horrendum in modum rudens, ac ſepulchrum eius aliquoties circumiens, demum eos, qui funus erant comitati, ad defuncti domum redeuntes ſecutus evaneſcit. Res ita explicata illic, exploratáq; omnibus eſt, ut nemo, ſive Catholicorum, ſive Calviniſtarum inficiari audeat.* Hæc ille.

Calvinianus, ſacerdotes aſinis æquiparare ſolitus, aſinum infernalem, ſui funeris comitem habuit.

19. Verum de Medico iam ſatis: quæ omnia, velut minus grata, libenter præteriiſſemus; ſed loqui compulerunt, qui tacere noluerunt. Bene vero de tota Chriſtianitate merebitur dictæ Societatis Præpoſitus Generalis, ſi ad evitanda huiuſmodi in poſterum ſcandala & incommoda, frænum Sociis ſibi ſubiectis iniecerit, ne deinceps pro libitu, quicquid in buccam venerit, contra Venerabiles antiquiores Ordines, eorumve membra vel capita evulgent. Sed ſi quid refutare è re viſum fuerit, modeſtiam & Veritatem non fictam præ oculis habeant, ſemper memores diſtricti iudicii Divini quod venturum eſt ſuper illos, qui ſcandalizaverint unum de puſillis iſtis, qui in Chriſtum credunt. Scribunt in ſcholis Theologi contra Theologos, Thomiſtæ contra Scotiſtas, & vice verſa; ſcribunt IurisConſulti contra IurisConſultos, Philoſophi contra Philoſophos, Rhetores perorant contra Rhetores, Hiſtorici emendant Hiſtoricos, imo & Grammatici certant, ſine tamen conviciis & ſcommatibus: Sicq; laudabiliter in ſcientiarum varietate exercentur ingenia filiorum hominum, quolibet in ſuo ſenſu abundante. Soli ferè ſcriptores aliqui Societatis prænominatæ, præſertim recentiores, & ij, qui hactenus ſuppreſſo omni nomine, aut alterius aſſumpta larva, ex propriæ cauſæ diffidentia, plura contra antiquos Ordines ſchediaſmata, etiam abſque debitis Cenſuris & approbationibus ediderunt, modum exceſſiſſe viſi ſunt: Quibus, non dubito, poſthac præfatus Generalis, veluti Medicus domeſticus & immediatus, maturè medebitur; quod ut, pro ſalute multarum animarum, & vere ad maiorem Dei gloriam, Charitatemque inter omnes Regulares Ordines promovendam, facere dignetur, humillime rogo. Certemus virtutibus & ingeniis, non conviciis. Iucundior & honeſtior eſt victoria, quæ de errore modeſte triumphat: quàm quæ contemptu alieno inflata & armata inſoleſcit. Errat, quiſquis ſe alterum Hieronymum, & Monachos, meros Vigilantios eſſe ſibi imaginatur. Vtrinque res nondum eo devenit. Aliorum contemptor, contemptibilis eſt. At iam in viam revertamur.

Generalis Societatis rogatur, ut ægrotis ſuis modeatur

FALSÆ ALLEGATIONIS

VERVM.

Erratis etiam parvis aſſueſcere, turpe.

Fol.202.col.2.in med.& fin.

Quæſt.7.c.2.n.17.

497. Aſtrum inext. Cruſius ait, me *allegare Vrbanum VIII. Papam ita reſcripſiſſe Abbati BENEDICTINO.* Atqui ego in Aſtri q.1.n.106.& 107.allegaveram vivę vocis oraculum Vrbani VIII. factum Dn. Hilarioni Abbati Ordinis *Ciſtercienſis*, non *Benedictino.* Qui ad menſam dormiunt, facile impingunt; nec difficilis eſt venia, dummodo Cruſius in poſterum dicat contentum ſub hoc Logogrypho.

Quinq; placent rectis, ſed quatuor altile figit;
Sunt tria pars anni; Va, duo quisquis habet.

ICARVS.

Cochlea volans, non timet crurifragium.

Fol.80.col.2. & fol.81.col.1.

Qu.2.ſect.3.c.1.num.23.

498. Barboſa
499. Ioan. Honorius. *Serm. de SS. Apoſtolis Petro & Paulo.*

1. Novus Icarus Cretenſis, cera munitis ſibi pennis, vel aquilam ſuperare volando laborat; ſed vereor, qui volare tentat, ſubito ambulare ut nequeat; & qui pennas aſſumit, plantas amittat, ut ait S. Maximus Epiſcopus de Simone Mago. Ac primo quidem, fatetur, hanc quæſtionem ab Imperatore reſolutam, *Vtrum Ordini ſint reſtituenda bona Monaſteriorum* (ut nominare ſolet) *emortuorum*, *eſſe* quæſtionem facti: id quod per ſe quidem clarum eſt, adeoq; *ſupervacuis laborat impendiis, qui Solem certat facibus adiuvare*, ut ait Anacletus Papa. 15.q.1.c.ſi omnia. Mox ſubdit: *Ideoq; prius quæſtio Iuris, de Ordinis titulo, utrum ille canonicus ſit reſpectu Monaſterii emortui &c. apud Iudicem Eccleſiaſticum diſceptanda eſt, quam agatur apud ſecularem, de bonis eorundem Monaſteriorum, Ordini reſtituendis. Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.84.n. 16. Honor. ſum. decret. lib. 2. tit. 10. de ordine cognitionum. num.9. per c. ſuam. de ord. cognit. c. 2. de Iud. Vel certe praiudiciali hac quaſtione neglecta, Ordo nulliter apud ſacularem Iudicem experietur, de bonis emortuorum Monaſteriorum ſibi reſtituendis, per not. Caſt. in l. 1. C. de ord. cognit. Atqui Ordo neglecta hac praiudiciali quaſtione, apud Imperatorem egit, ut Monaſteriorum emortuorum bona ſibi reſtituerentur. IGITVR NVLLITER. CONSEQVENTER ipſum Imperatoris reſcriptum pro Ordine EST NVLLVM.* Hucuſque Cruſius. Cape hoc, Sacratiſſime Imperator. (Sed, per parentheſin Cruſi, Quem quæſo titulum Canonicum habuerunt Patres tuæ Societatis, quando re-

Edictum generale reſtitutionis, Cruſius nullitatis accuſat.

do reſcriptum, & Commiſſionem Cæſaris obtinuerunt, pro facienda ſibi immiſſione Monaſterii VVoltigeroda, & aliorum? an etiam NVLLITER talia? at hæc in aurem) Conſequenter immiſſio Abbatum in VVirtenbergiæ, vel Marchionatus, aliaq; Monaſteria, per Superiores Eccleſiaſticos de- *Sequela, doctrina Cruſiana.* inceps facta, iuxta ſententiam Cruſii, fuit NVLLA; Commiſſiones Cæſareæ in omnes S.R.I. Circulos, NVLLÆ; hodiernæ gubernationes Monaſteriorũ, per dictos Abbates NVLLÆ; Principum Electorum, ea de re data placita NVLLA, Epiſcoporum confirmationes & Benedictioones in Monaſteriis, NVLLÆ; & omnia NVLLA, præterquam ubi Patres Societatis immiſſi perſeverant? Quid igitur obſtat, quo minus hęretici, NVLLITER immiſſos Regulares, ubique locorum iterato exterminent, quando Ioannes Cruſius Bremenſis è Societate Ieſu, cum gladiis & fuſtibus invaſuros antecedit, ut præmiſſo curiali oſculo, Cæſarem & Monachos ab Oliveti pinguedine abductos, NVLLITATISque reos, inter calvarias dormire iubeat. Rectè *1.Timoth.3.* Apoſtolus: *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli.* Iuxta mentem Cruſii, Imperator, Principes Electores, & Nuncius Apoſtolicus Carafa, perperam agnoviſſent, ius antiquorum Ordinum, adeo eſſe liquidum & indiſputabile, ut ſola ſit opus executione. Verum de his alibi egimus. Agè modo, & Icarum noſtrum iam ſublime in aëre remigantem aſpiciamus, & binas alas quas glorioſè expandit, expendamus: Videbimus quo pacto iiſdem prorſus argumentis Eccleſiam Vniverſalem impugnet, quibus Ordinem S. Benedicti: Et quam ex conſequenti nihil probet, quod nimium probet. Hinc vereor, ſublime nimis aſcendentem, pennis ex vicinitate Solis, ardoreque veritatis ambuſtis, aut amiſſis, in mare Creticum fœdè relapſurum.

Ala prima,
è Cruſio prognata.

2. *Pars poſterior concluſionis* (ait Cruſius fol. 62. col. numer. 11.) *quod nec poſſeſſionem bonorum emortui Collegii Religioſi, habeant alii, ex aliis eiuſdem Ordinis Monaſteriis, Probatur. Vel enim Monachi, ex aliis eiuſdem Ordin. Monaſteriis, habent huius Monaſterii independentis poſſeſſionem, viventibus huius Monaſterii Collegis Religioſis, vel ipſis emortuis. Neutrum dici poteſt. Non viventibus ipſis habuerunt alii eiuſdem Ordinis Religioſi poſſeſſionem. Nam illi alii, vel per ſe, vel per Collegas huius*

Ala ſecunda,
Cruſio applicata.

Pars poſterior concluſionis, quod nec poſſeſſionem bonorum deſtitutæ Eccleſiæ Cathedralis, Collegiatæ, vel Parochialis, habeat Eccleſia Vniverſalis, Probatur. Vel enim perſonæ Eccleſiaſticæ, ex aliis Eccleſiis eiuſdē Ordinis Sacerdotalis habent huius Cathedralis, Collegiatæ vel Parochialis independentis poſſeſſionem, viventibus huius Eccleſiæ Canonicis, vel ipſis emortuis. Neutrum dici poteſt. Non viventibus ipſis habuerunt alii eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Clerici poſſeſſionē. Nam illi alii, vel per ſe vel

Cruſius conatur probare poſſeſſionem bonorum Monaſterii alicuius deſtituti, non eſſe penes Ordinem Religioſum.

huius Monaſterii: Et quidem ſi per ſe; tunc vel in ſolidum, vel pro parte, bona illa poſſediſſent. Nihil autem horum aſſeri poteſt. Igitur &c.

3. *Minoris huius membrum primum, quod ipſi alii per ſe in ſolidum non poſſederint, PROBATVR. Vel enim ita ipſi alii, poſſediſſent civiliter, vel naturaliter, vel utroq; modo ſimul. Nō utroq; modo ſimul; quia alias duo in ſolidum darentur poſſeſſores. contra l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſ.cum etiam vivi adhuc Collegæ huius Monaſterii, bona illa civiliter & naturaliter in ſolidum poſſederint. NEC alterutro modo tantum; Non enim naturaliter, iure ſuffragante, alii ex aliis Monaſteriis bona huius Monaſterii eiusdem Ordinis poſſederunt, ut patet ad oculum; quia ſic bona fuerunt detenta corporaliter, ab ipſiſmet viventibus huius Monaſterii Collegis.*

4. *Neque etiam civiliter alii ex aliis eiusdem Ordinis Monaſteriis poſſederūt dicta bona; quia cum ipſiſmet huius Monaſterii Collegæ adhuc vivi, civiliter, ſeu animo poſſidendi ea bona, ſemper tenuerint, ſequeretur duos dari in ſolidum eiusdem rei poſſeſſores civiles; quod, tanquam in iure abſurdum, non eſt admittendum.*

Quid hac ad Mercurium.

5. *Deinde, licet civilis poſſeſſio, ſolo retineatur animo, tamen ut acquiratur, ſupponit naturalem poſſeſſionem, ex l. 2. l. 8. l. 49. ff. de acquir. poſſ. in ipſo poſſeſſore, vel alio, qui iuris fictione idē cum ipſo civiliter poſſidente ſit, qualis eſt vel ſervus, vel filius, vel Procurator, ſi hic nomine alterius rem apprehendat. At in hoc caſu, Monachi ex aliis eiusdem Ordinis Monaſteriis, nunquam vel ipſi per ſe, vel per alios ap-*

vel per Canonicos huius Eccleſiæ: Et quidem ſi per ſe, tunc vel in ſolidum, vel pro parte, bona illa poſſediſſent. Nihil autem horum aſſeri poteſt. Igitur. &c.

Minoris huius membrum primum quod ipſi alii per ſe in ſolidum non poſſiderint, PROBATVR. Vel enim ita ipſi alii, poſſediſſent civiliter, vel naturaliter, vel utroq; modo ſimul. Non utroq; modo ſimul; quia alias duo in ſolidum darentur poſſeſſores, contra l.3.§.ex contrario.ff. de acq. poſſ. cum etiam vivi adhuc Canonici huius collegiatæ, bona illa civiliter & naturaliter in ſolidum poſſederint. NEC alterutro modo tantum. Non enim naturaliter, iure ſuffragante, alii ex aliis Eccleſiis bona huius Cathedralis eiuſdē Sacerdotalis Ordinis poſſederunt, ut patet ad oculum: quia ſic bona fuerūt detenta corporaliter, ab ipſiſmet viventibus huius Eccleſiæ Canonicis.

NEQVE etiam civiliter alii ex aliis, eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Eccleſiis poſſederunt dicta bona; quia cum ipſimet huius Eccleſiæ Canonici adhuc vivi, civiliter, ſeu animo poſſidendi ea bona, ſemper tenuerint, ſequeretur duos dari in ſolidū eiuſdē rei poſſeſſores civiles; quod tanquam in iure abſurdum, non eſt admittendum.

Deinde, licet civilis poſſeſſio, ſolo retineatur animo, tamen ut acquiratur, ſupponit naturalem poſſeſſionem, ex l. 2. l. 8. l. 49. ff. de acquir. poſſ. in ipſo poſſeſſore, vel alio, qui iuris fictione idē cum ipſo civiliter poſſidente ſit, qualis eſt vel ſervus, vel filius, vel Procurator, ſi hic alterius nomine rem apprehendat. At in hoc caſu, Clerici ex aliis eiusdem Ordinis Sacerdotalis Eccleſiis, nunquā vel ipſi

per

præhenderunt corporaliter, vel naturaliter, bona huius Monaſterij; nec ſe ſe apprahendiſſe, unquam poſſunt legitimè docere; Igitur Monachi ex aliis eiuſdem Ordinis Monaſteriis, non poſſunt dici habere aut retinere ciuilem poſſeſſionem bonorum huius Monaſterij, Collegis ipſius adhuc viuis.

6. *Neq; quis dicat, Monachos huius Monaſterij poſſediſſe bona, nomine aliorum Monaſteriorum: Hoc enim falſum eſſe, inde oſtenditur, quòd vt Monachi bona acquiſiuerunt, ita & ea poſſideant. l. 3. ff. de acquir. poſſ. Atqui quicquid bonorum acquiſiuerunt Monachi, ſuo Monaſterio, & non alij, nec alterius nomine acquiſiuerunt, Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. Ergo etiam quicquid bonorum poſſederunt Monachi huius Monaſterij, nomine ſui monaſterij & totius Conuentus, non verò aliorum Monaſteriorum detinuerunt.*

7. *Confirmatur 1. ex eo, quòd Dominus ſoleat ſuo, & non alterius nomine res poſſidere. At Religioſi Collega huius Monaſterij adhuc viui, fuerunt Domini bonorum huius Monaſterij, vt probaui. Igitur ſuo, & non alterius nomine ea bona poſſederunt.*

8. *Confirmatur. 2. Qui alieno nomine poſſidet, is vel alterius ſeruus, vel filius, vel Procurator, vel ſocius in bonis indiuiſis erit. At Collega huius Monaſterij adhuc viui, nec aliorum ſunt ſerui, nec filij, nec Procuratores, nec ſocij in bonis indiuiſis, vt probatum eſt. Igitur &c. Vnde patet, tertium propoſitionis noſtra Minoris membrum, quòd alij ex alijs*

per ſe, vel per alios appræhenderunt corporaliter, vel naturaliter, bona huius Epiſcopalis Eccleſiæ; nec ſe appræhendiſſe, vnquam poſſunt legitimè docere; Igitur Clerici ex alijs eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Eccleſiis, non poſſunt dici habere aut retinere ciuilem poſſeſſionem bonorum huius Cathedralis vel Collegiatæ Eccleſiæ, Canonicis ipſius adhuc viuis.

Neque quis dicat, Canonicos huius Cathedralis Eccleſiæ, poſſediſſe bona, nomine aliarum Eccleſiarum; Hoc enim falſum eſſe, inde oſtenditur, quòd vt Canonici bona acquiſiuerunt, ita & ea poſſideant. l. 3. ff. de acquir. poſſ. Atqui quicquid bonorum acquiſiuerunt Canonici, ſuæ Cathedrali, & non alij, nec alterius nomine acquiſiuerunt. Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. Ergo etiam quicquid bonorum poſſederunt Canonici huius Cathedralis, nomine ſuæ Cathedralis & totius Capituli, non vero aliarum Eccleſiarum detinuerunt. *Tentemus.*

Confirmatur 1, ex eo, quòd Dominus ſoleat ſuo, & non alterius nomine res poſſidere. At Canonici Collegæ huius Eccleſiæ Cathedralis adhuc viui, fuerunt Domini bonorum huius Eccleſiæ Cathedralis, vt probaui. Igitur ſuo, non alterius nomine ea bona poſſederunt.

Confirmatur 2. Qui alieno nomine poſſidet, is vel alterius ſeruus, vel filius, vel Procurator, vel ſocius in bonis indiuiſis erit. At Canonici huius Cathedralis adhuc viui, nec aliorum ſunt ſerui, nec filij, nec Procuratores, nec ſocij in bonis indiuiſis, vt probatum eſt. Igitur &c. Vnde patet, tertium propoſitionis noſtræ Minoris

Monaſterijs Monachi, bona huius Monaſterij, per illius Monachos non poſſederint.

9. *Alterum quoque Minoris membrũ nunc probatur, quòd dici nequeat, alios ex aliis eiuſdem Ordinis Monaſterijs, bona huius Monaſterij pro parte poſſediſſe. Nam patet, id exulum Religioſorum, in Monaſteria alia eiuſdem Ordinis non receptorum experientia. Et PROBATVR idem membrum, ex c. cum ſingula. §. prohibemus. de prebend. in 6. Vnde ſic argumentor, Quod quis facto, ſiue in totum, ſiue pro parte poſſidet, & animo tenet, non eſt opus ad illud poſſidendum, priùs vt Canonicè transferatur. ATQVI ex d.c. cum ſingula. §. prohibemus. opus eſt, vt Monachi ex aliis Monaſteriis ad poſſidenda bona huius Monaſterij, licet eiuſdem Ordinis, ſi ſint illa legitimè adminiſtraturi, Canonicè transferantur. Igitur Monachi ex aliis Monaſteriis nec in totum, nec pro parte bona huius Monaſterij, licet eiuſdem Ordinis, poſſident, & animo retinent.*

Nullo ſcopo iaculatur.

10. *Confirmatur I. quia ſi alij ex alijs Monaſterijs poſſiderent etiam pro parte bona huius Monaſterij, & quidem Collegis ipſius adhuc viuentibus, poſſent illi alij, caſu, quo viuentes huius Monaſterij eſſent ſua poſſeſſione ſpoliati, de ſpolio, ſuo proprio nomine agere, petereq; ſibi poſſeſſionis reſtitutionem; Hoc autem nemo Iuriſconſultorum aſſeruerit, nec ipſe F. Romanus. vt videre eſt q.1.n.63. Igitur nec illud.*

noris membrum, quod alij ex alijs Eccleſijs Clerici, bona huius Cathedralis, per illius Canonicos non poſſederint.

Alterum quoque Minoris membrum nunc probatur, quòd dici nequeat, alios ex aliis eiuſdem Sacerdotalis Ordinis Eccleſiis, bona huius Cathedralis pro parte poſſediſſe. Nam patet id exulum Clericorum, in alias Eccleſias eiuſdem Sacerdotalis Ordinis non receptorum experientia. ET PROBATVR idem membrum, ex c. cùm ſingula. §. prohibemus. de pręb. in 6. Vnde ſic argumẽtor. Quod quis facto, ſiue in totum, ſiue pro parte poſſidet, & animo tenet, non eſt opus ad illud poſſidendum, priùs vt Canonicè transferatur. ATQVI ex d.c. cùm ſingula. §. prohibemus. opus eſt ex paritate rationis, vt Clerici ex aliis Eccleſiis, ad poſſidenda bona huius Cathedralis, licet eiuſdem Ordinis Sacerdotalis, ſi ſint illa legitimè adminiſtraturi, Canonicè transferantur. Igitur Clerici ex alijs Eccleſiis; nec in totum, nec pro parte bona huius Cathedralis, licet eiuſdem Sacerdotalis Ordinis, poſſident & animo retinent.

Confirmatur I. quia ſi alij ex aliis Eccleſiis poſſiderent etiã pro parte bona huius Cathedralis, & quidem Canonicis ipſius adhuc viuentibus, poſſent illi alij, caſu, quo viuentes huius Cathedralis eſſent ſua poſſeſſione ſpoliati, de ſpolio, ſuo proprio nomine agere, petereque ſibi poſſeſſionis reſtitutionem; Hoc autem nemo Iuriſconſultorum aſſeruerit, nec ipſe F. Romanus. vt videre eſt. q. 1. nu. 63. Igitur nec illud.

Confir-

11. *Confirmatur II. Quia ſi alij ex alijs Monaſterijs poſſiderent etiam pro parte, bona huius in eodem Ordine Monaſterij, & quidē viuis adhuc Collegis; Ergo nuper exulibus ad Monaſterium hoc ſui Ordinis non admiſſis, iniuſtitia fuit irrogata, & vis facta, quòd re poſſeſſa prohibiti fuerint ſuo vti arbitrio; Nam vt F. Romanus q. 1. in reſponſ. ad 7. nu. 92. docet, vim patitur, qui re poſſeſſa prohibetur vti arbitrio ſuo l. 10. de Municip. ff. de vi & vi arm. Atqui exulibus, ad alia ſui Ordinis Monaſteria non admiſſis, factam iniuſtitiam & vim F. Romanus non admittit. Igitur F. Romanus concedere debebit, alijs aliorum Monaſteriorum, non competere poſſeſſionem, etiam pro parte, huius in eodem Ordine Monaſterij, viuis illius Monachis.*

12. *POSTERIVS poſterioris Concluſionis noſtræ membrum, quòd alij ex alijs Monaſterijs Monachi, DEFVNCTIS huius in eodem Ordine Monaſterij Monachis, horum bonorum POSSESSIONEM nec obtineant, nec habeant, eſt manifeſtum. Quia cum alij ex alijs Monaſterijs, bonorum huius in eodem Ordine Monaſterij, viuis adhuc illius COLLEGIS poſſeſſionem non habuerint, opus fuit, vt illi alij, mortuis huius Monaſterij COLLEGIS, bonorum ipſorum poſſeſſionem acquirerent, & quidem legitimè, ſi legitimi eſſent futuri poſſeſſores. At quiſquis legitimus eſt, aut haberi vult bonorum aliquorum poſſeſſor, neceſſe eſt. I. vt apprahenderit illorum poſſeſſionem, corpore & animo ſimul. l. 3. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ. II. vt legi-*

Confirmatur II. Quia ſi alij ex aliis Eccleſiis poſſiderent etiam pro parte, bona huius in eodem Ordine Clericali Cathedralis, & quidem viuis adhuc Canonicis; Ergo nuper exulibus ad Cathedram hanc ſui Clericalis Ordinis non admiſſis, iniuſtitia fuit irrogata, & vis facta, quòd re poſſeſſa prohibiti fuerint ſuo vti arbitrio: Nam vt F. Romanus q. 1. in reſponſ. ad 7. n. 92. docet, vim patitur, qui re poſſeſſa prohibetur vti arbitrio ſuo. l. 11. de municip. ff. de vi & vi arm. Atqui exulibus Clericis, ad alias Ordinis Sacerdotalis Eccleſias non admiſſis, factā iniuſtitiam & vim F. Romanus non admittit. Igitur F. Romanus concedere debebit, alijs aliarum Eccleſiarum, non competere poſſeſſionem, etiam pro parte, huius in eodem Sacerdotali Ordine Cathedralis Eccleſiæ, viuis adhuc illius Canonicis.

POSTERIVS poſterioris Concluſionis noſtræ membrum, quod alij ex aliis Eccleſiis Clerici, DEFVNCTIS huius in eodem Sacerdotali Ordine Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, horū bonorū POSSESSIONEM nec obtineant, nec habeant, eſt manifeſtum. Quia cùm alij ex aliis Eccleſiis, bonorum huius in eodem Ordine Sacerdotali Cathedralis Eccleſiæ, viuis adhuc illius Canonicis poſſeſſionē non habuerint, opus fuit, vt illi alij, mortuis huius Cathedralis CANONICIS, bonorū ipſorū poſſeſſionē acquirerent, & quidem legitimè, ſi legitimi eſſent futuri poſſeſſores. At quiſuis legitimus eſt, aut haberi vult bonorum aliquorum poſſeſſor, neceſſe eſt. I. vt apprehenderit illorum poſſeſſionem corpore & animo ſimul. l. 3. §. adi- *Atomos vexatur.*

timo modo & viâ ea apprahenderit, qua in Ecclеſ. eſt inueſtitura à Superiore ad id ſufficientem habente authoritatem facta. Menoch. 15. recup. poſ. n. 222. per c. ex frequentibus. c. ad hac. 6. in quadam. de off. Archid. c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. III. Vt iuſtè, iuſto titulo poſſeſſionem obtinuerit, ne habeatur intruſus. c. veniens. de accuſat. At Monachi ex aliis Monaſteriis, bona Monachorum huius in eodem Ordine Monaſterij defunctorum. 1. nec corpore nec animo ſimul apprahenderunt; 2. nec de ijs à Superiore inueſtiti. 3. nec titulum iuſtum apprahendendæ poſſeſſionis oſtendere poſſunt. IGITVR Monachi ex alijs Monaſterijs, bonorum & rerum Monachorum huius in eodem Ordine Monaſterij defunctorum, nec acceperunt, nec habent poſſeſſionem.

13. *Ex dictis efficitur, alios ex alijs Monaſterijs Monachos, nec Dominiũ bonorum huius in eodem Ordine Collegij emortui habere, nec poſſeſſionem. Proinde vides F. Romane, quàm Aſtri tui radij, quibus noſtra huius veritatis lucem, ac ſplendorem obſcurari putabas, adeò euaneſcant, vt ne vllum quidem eorum veſtigium liceat reperire.*

Exurit mare.

3. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ. II. vt legitimo modo & viâ ea appræhenderit, quæ in Eccleſ. eſt inueſtitura à Superiore ad id ſufficientem habente authoritatem facta. Menoch. 15. recup. poſſ. n. 222. per c. ex frequentibus. c. ad hæc. §. in quadam. de offic. Archidiaconi. c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. III. Vt iuſtè, iuſto titulo poſſeſſionem obtinuerit, ne habeatur intruſus. c. veniens. de accuſat. At Clerici ex alijs Eccleſijs, bona Canonicorum huius in eodem Ordine Sacerdoti Cathedralis Eccleſię defunctorum, 1. nec corpore nec animo ſimul appræhenderunt; 2. nec de ijs à Superiore inueſtiti. 3. nec titulum iuſtum appræhendendæ poſſeſſionis oſtendere poſſunt. IGITVR Clerici ex aliis Eccleſiis, bonorum & rerum Canonicorum huius in eodem Ordine Sacerdotali Cathedralis Eccleſiæ defunctorum, nec acceperunt, nec habent poſſeſſionem.

Ex dictis efficitur, alios ex alijs Eccleſijs Clericos aut Canonicos, nec Dominium bonorum huius in eodẽ Sacerdotali Ordine Collegij deſtituti habere, nec poſſeſſionem. Proinde vides F. Cruſi, quàm Eclipſeos tuæ radij, quibus Aſtri inextincti & veritatis lucem ac ſplendorem obfuſcari putabas, adeò euaneſcant, vt ne vllum quidem eorum veſtigium liceat reperire.

14. Hæc ſunt argumenta, ſeu demonſtrationes Cruſij, quibus euincere conatur, Ordinem Religioſum, bona ſuorum Monaſteriorum; & conſequenter Eccleſiam Vniuerſalem, ſiue Ordinem Eccleſiaſticum, bona Eccleſiarum totius Mundi, non poſſidere: ſimilis nauclero, qui dum nauim influente marina exonerare laborat, nimia antliarum affricatione, tabulâ perforatâ, totam triremem & ſeipſum inopinatò ſubmergit. Nec mirum, quòd operosè laborans, induta lorica, cum Pſyllis contra ventos bellum ineat. Nam

I. Nos

I. Nos tribuimus Ordini dominium non infimum & immediatum, (de quo ſemper loqui videtur Cruſius.) ſed mediatum ſiue ſubalternum; & Eccleſiæ vniuerſali ſummum. Quare argumenta contra poſſeſſionem ſeu dominium infimum propoſita, non lædunt poſſeſſionem ſiue dominium mediatum, neque ſummum. Dedimus exemplum alleg 494. num. 2. Pollex dexteræ Mercatoris gerit annulum aureum, vnde verum eſt dicere, quòd alij digiti non geſtent hunc annulum (idque ſolum probant argumenta Cruſij.) ſed non ſequitur, quòd dextera Mercatoris, vel ipſe Mercator non dicatur eundem annulum geſtare. Quod hîc eſt triplex geſtatio, ibi eſt triplex poſſeſſio & dominium ſubordinatum. Vnde ſicut Mercator eiuſque manus dicuntur annulum geſtare propter pollicem & in pollice: ſic Vniuerſalis Eccleſia, & Ordo Religioſus, dicuntur poſſidere Monaſterium propter hos Monachos, & in his Monachis, tanquam membris Ordini & Eccleſiæ Vniuerſali coniunctis. Si Cruſius, vult probare, quòd Mercator aut illius dextera, non geſtet illum annulum, debet probare pollicem non eſſe membrum ſeu partem dexteræ, & dexteram non eſſe partem ſiue membrum Mercatoris. Similiter ſi intendit probare, Ordinem vel Eccleſiam Vniuerſalem non poſſidere Monaſterium modò deſtitutum, debet docere, Monachos olim mortuos, non fuiſſe membra ſui Ordinis, & Ordinem non eſſe, vel non fuiſſe membrum Eccleſiæ Vniuerſalis; alias nihil vnquam probabit.

Indicantur Cruſio errores in ſua ala.

Is loquitur de dominio infimo, nos de ſubalterno.

15. II. Peccat Cruſius, quòd iterum ſuo more, ad fallendum Lectorem, pro *poſſeſſione Monaſteriorum*, ſemper ſubſtituat *poſſeſſionem bonorum Monaſterij*, & ſic ipſa Monaſteria excludat: Quanta autem inter hæc vtrinque ſit differentia, nemini non compertum eſt.

Aliud eſt Monaſterium, aliud bona Monaſterii.

16. III. Fallit Lectorem, mutatione terminorum, non idem ſignificantium; dum terminum *Ordo*, mutat in terminum *Alij Religioſi.* Nam q. 2. ſect. 1. c. 3. fol. 51. ponit hunc titulum *Proponuntur argumenta F. Romani, quibus oſtenditur, ab* ORDINE *bona Monaſteriorum illius Ordinis emortuorum eſſe adhuc poſſeſſa.* Sectionem item 2. ex qua priorem alam deſcripſimus, in eodem termino adhuc perſeuerans, ſic orditur: *Contrà, P. Laymannus contendit* ORDINI *nullum in dictis Monaſteriorum emortuorum ſui inſtituti bonis eſſe Ius*; SIVE; ORDINEM *non habere eorum dominium & poſſeſſionem.* Vbi mox incipit: *Pars prior Concluſionis, quòd* ORDINI *dominium in Monaſteriorum bonis non competat probatur.* Deinde vero, fol. 62. num. 11. eodem ſermonis contextu, totum ſtylum immutans, non (vt oportebat) ait, Pars poſterior concluſionis, quòd *Ordini* poſſeſſio in Monaſteriorum bonis non competat, probatur: ſed, *Pars poſterior concluſionis, quod nec poſſeſſionem bonorum emortui Collegij*, RELIGIOSI ALII *habeant, ex aliis eiusdem Ordinis Monaſteriis, probatur &c.* Et ſic deinceps loquitur per totam ſect. vt ala prima commonſtrat. Adeoque apud Cruſium hæc duo ſunt ſynonyma, *Ordo Religioſus*; Et; *Alij Religioſi ex alijs Monaſterijs*: Conſequenter in ala ſecunda debebit admittere, etiam hæc duo ſynonima eſſe; *Ordo Sacerdotalis vel Eccleſiaſticus*; Et; *Clerici aliarum*

Aliud eſt Ordo; & aliud alij Religioſi. iſtis excluſis.

Mutabilitas Cruſii.

Eccleſiarum. Callidè nimirum fallaciam hanc excogitauit, vt quia ſub termino *Ordinis*, argumenta ſua proſequi nequibat, ſubſtitueret in eius locum, terminum *Alij Religioſi*.

17. Et nomen quidem *Ordo*, nomen eſt Vniuerſitatis. Eſt enim *Collectio plurium corporum rationabilium, ſpeciali nomine attributo*. Hoſt. in ſum. de ſyndico num. 1. ſiue, vt Azo definit Vniuerſitatem, Eſt *Collectio plurium corporum inter ſe diſtantium*. Vnde à I.CC. Romanis in *Aſtro* q. 1. num. 68. citt. talis collectio eiuſdem inſtituti Regularium, nominatur *Corpus Ordinis*: ab Alexandro III. in c. recolentes. de ſtat. Mon. *Societas Ordinis*: à Bartolo *Collegium Ordinis*: quæ omnia & ſimilia, ſunt nomina juris, intellectualia, anima carentia. Innoc. in c. gratum. de ſent. excomm. gl. in c. ſuſcepti. extrauag. Ioan. 22. de elect. verb. capitulum. Nomen autem *alij Religioſi*, non eſt nomen juris, ſed ſingularium ſingulariter exiſtentium. *Ordo* item, Vniuerſitas, & ſimilia, ſignificant perſonam repræſentatam. l. municipes. ff. ad municip. Abbas in c. nouit. nu. 2. de his quæ fi à præl. *Alij* verò *Religioſi*, ſignificant perſonas veras, ſingulariter exiſtentes. Ac licet à parte rei, huiuſmodi *Ordo*, vel *Societas*, non ſint alius, vel aliud quam homines Ordinis. Bald. l. ſicut municipium. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nu. 1. cauſa tamen Vniuerſitatis ſiue Ordinis, ſeparata eſt à cauſa ſingulorum.

Ordo Religioſus eſt Corpus Ordinis, Societas Ordinis, Collegium Ordinis.

18. Sumimus autem nomen *Ordinis*, pro tali aggregato integro, quod complectatur totam collectionem omnium Regularium illius inſtituti. Nomen autem *Alij Religioſi*, Cruſius non vſurpat, pro toto tali integro; quia excludit illos Regulares, qui in tali Monaſterio (de quo ſermocinatur.) ſunt, aut fuerunt. Vnde & ſæpius dicit, *alij Monachi*, id eſt, non iſti. Inſpiciatur Index Eclipſeos, lit. M. verb. Monachi ex alijs Mon. *Ordo* autem, omnes includit, nemine excepto. Hinc eſt etiam, quòd argumenta Cruſij, tam hîc in ala prima, quàm in Herculis columnis ſuperiùs allata, contra *Ordinem* nihil probent; quippe quæ cauſam Ordinis ne attingant quidem, ſed aliorum duntaxat Religioſorum eiuſdem inſtituti: probent verò ſolum id, quod negatum fuit nunquam; nempe *alios Religioſos* Ord. S. Benedicti, in alijs Monaſterijs exiſtentes, non habere dominium, aut poſſeſſionem immediatam ſiue baſſam, iſtius ejuſdem Ordinis Monaſterij ſiue florentis, ſiue deſtituti. Nos autem etiamnum dicimus Ordinem poſſidere, & dominium ejuſdem habere ſubalternum, i. altius baſſo, & inferius ſummo. Qua in ſententia eò firmius perſtamus, quod videamus Cruſium omnibus viribus ſuis examinatis & excuſſis, ne vnum protuliſſe argumentum, quo ſcopum noſtrum attigerit, nedum euerterit. Quare, facilè vides Lector, qualiter Icarus noſter, vbertim ſtillante jam vndique cerâ, penniſque cadentibus, in ſubjectum mare Icarium, fœdiſſimè relabatur, mox citra inuidiam, alter futurus Ionas, niſi pleroſque piſces jam antea in ſuis piſcinis irritaſſet.

Error Cruſii manifeſtius detegitur.

Roboratur noſtra ſententia.

19. Ex quibus omnibus patet, ſub initium huius Icari citatos à Cruſio Barboſam & Honorium, præter & contra mentem ſuam allegatos eſſe. Honorius

norius enim cit. loco adfert equidem hanc generalem doctrinam, quòd ſcil. propoſitâ per reum coram judice laico exceptione præjudiciali, apud Iudicem Eccleſiaſticum diſceptandâ, Iudex Eccleſiaſticus inhibeat Iudici ſæculari, ne procedat in cauſa: Et quòd talis exceptio ſuſpendat jurisdictionem Iudicis ſæcularis. Sed quid hæc ad rhombum? Quis in præſenti reus, aut hæreticus oppoſuit exceptionem fori Cæſarei declinatoriam, ad forum Summi Pontificis? Quis Iudex Eccleſiaſticus imploratus à reis, inhibuit Imperatori, ne in cauſa reſtituendorum Monaſteriorum procederet? Et quænam denique fuit audita exceptio, quæ jurisdictionem Imperatoris, velut Iudicis ſæcularis ſuſpenderit? Itaque Honorius & Barboſa, loquuntur tantummodo de caſu exceptionis, Iudicialem proceſſum impedientis, per reum interiectæ, quæ in propoſito nulla fuit. Nempe Cruſius, poſt amiſſas pennas & alas, etiam plumas in aëre circumuolantes vendere cogitabat; vt pretio Neptunum corrumperet. Sed ſpes non eſt res.

FALSÆ ALLEGATIONES.

Cruſius, iuxta ephippium inſidet equo.

BOS VOLANS.

Nunquam periculum ſine periculo vincitur.

Fol. 222. col. 1. & ſeqq.

Qu. 10 num. 1. & ſeqq.

1. In aëre ludens Icarus, præter opinionem iuſto diutius nos detinuit: Spectaculum rarum, ipſiſque ſpectatoribus iucundius, quàm actori, quantumuis vltimam ſcænam & cænam ſuam potando conſumpſerit, citra periculum ebrietatis, vtinam & ſuffocationis. Tempus eſt, vt in ordinem redeamus, & Cruſium extra chorum, contra *Ordines* ſaltantem à vertigine liberemus, ne paulatim ex præſumpta volandi licentia, extra chorum Eccleſiæ Catholicæ ſaltare incipiat. Ciceronis eſt parœmia, *Nemo ſobrius ſaltat, niſi fortè inſaniat.* Sed nec vrſus ſaltat, niſi ſatur. Cruſius autem etiam diluculo, & ieiunus, niſi quòd marinâ ad epiglottidem vſque ſe ingurgitauerit; argumentis enim tam inſulſis, aqua ſalſa debebatur. Ad rem.

500. Aſtrum inext. 501. S. Lucas 502. Euang.

2. Citato num. 1. q 10. *Tradit F. Romanus*, ait Cruſius, *à P. Ioan. Deckerio theſes de anno Chriſti primum in hanc lucem editi conſcriptas, quæ à Syſloga Polono, Preſide TANTVM P. Ioanne Deckerio ſcripta & defenſa ſunt. Deinde iisdem corrumpi ſacras Scripturas, idque Cardinalis Baronii teſtimonio. Quod ſi ex malitia hic peccavit F. Romanus, non video, quomodò ſe à CRIMINE FALSI expurget. per l. pen. C. de probat.* Falſa hæc eſt, criminis falſi mihi imputata labes. Non ego, ſed Illuſtriſſimus Cardinalis Cæſar Baronius, hanc Ioanni Decker ſpongiam induxerat. Vt veritas candidiſſimo Lectori fulgeat, deſcribam ex *Aſtri* q. 2. num. 23. fol. 109. mea verba. *Simili errore,* aiebam, *abduci ſe paſſus fuit, qui ſuperioribus annis Gretij in Stiria librum edidit, cum tali inſcriptione: Velificatio, ſeu Theoremata de anno ortus ac mortis Domini, Auctore Ioanne Deckerio Societat. Ieſu. Gratij. anno* 1605. *Quem librum cùm legiſſet Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, huiuſmodi*

Cêſura Card. Baronii, in Io. Decker è Soc. Ieſu lata.

Cenſura notavit auctorem, in Appendice Tomi 12. ſuorum Annalium, quæ in recentioribus editionibus, tranſlata fuit in Apparatum ad Annales Eccleſiaſticos, Tom. 1. numero. 129. „ *Anno ſuperiori, inquit, Gratij in Stiria, editam eſſe prolixam valde diſputationem ſcimus, quæ non tam noſtra, quàm Vniverſalis Eccleſiæ Chronographiæ adverſatur. Ea ipſa, confutatione noſtrâ non indiget, quòd piorum aures, nec audire ſaltem patienter admittant, TEMERE præſumptam novitatem, quâ primùm, CONTRA LVCAM EVANGELISTAM aſſirmetur Chriſtus Dominus baptizatus anno eius ætatis 33. inchoato; cruci verò affixus, cùm annum iam ageret ſuæ ætatis trigeſimum ſextum. Par erat, dignumq́, probatum eruditumque Sacerdotem HORVM AVCTOREM, non circumferri omni vento doctrinæ, ſed inſiſtere omnium ſanctorum Patrum veſtigiis. &c. Vi ſua firmaret, TEXTVM* Scripturæ *, ſæpe vt vitioſum correxit. Hæc Baronius, numer. 130. ibid. ſubiungens:* „ *Quæ igitur antiquitus, ab Eccleſia Catholica noſcuntur minimè in vſum eſſe recepta, tu quæſo poſt tot ſæcula, ne adducas in obſeruationem; magis autem cum Beda noſce, hanc eſſe veré fidem Eccleſiæ.* Hucuſque verba Baronij à me allegata: quæ ſi illius ſunt, (vti ſunt.) criminis falſi imputationem non merui; ſi illius non ſunt, cur me Cruſius falſæ allegationis non arguit? cur non monſtrat ea, quæ in Baronio corruperim? Quodſi verba ſolùm & cenſura Baronij, frontem ipſi corrugant, iam extra iactum teli conſiſto: Hinc mortuum Purpuratum Patrem animoſiùs allatrare poteſt, certus mortuos non remordere. Quocirca in Indice quoque lit. B. quaſi palinodiam erga me cantans: *Baronii, inquit, Cardinalis cenſuram in P. Deckerium, malè apprehendit F. Romanus, & quid de ea ſentiendum, ex ipſo Cardinali oſtenditur.*

3. Adfert ibi d. numero 1. generale quoddam Baronij monitum, ex Annalibus eiuſdem, Anno 109. numer. 51. deſcriptum, quo exiſtimat ſuum Deckerum à Cardinali ſpecialiter proſcriptum, in patriam reuocari poſſe: Sed noſſe debet, quod per ſpecialia generalibus derogetur, non è contra. cap. 1. de reſcript. quia generi per ſpeciem derogatur, non vice verſa. reg. iur. 34. n 6. Et ſtante in cæteris Regulâ, Exceptio ſubſiſtit. Addo, illud ipſum aſſertum Polyhiſtoris, cauſam Cruſij & Deckerij configere, non iuuare; ait enim: *Quandoquidem haud æquanimiter pati poſſumus, quæ ſunt tot, tantiſque teſtibus obſignata, levibus quibusdam coniecturis convelli.* vt hîc fit. Modeſtiùs hinc ſe extricauit Valentinus Mangionius. Theoric. q. 2. num ſuo. 100. aſſerens, Deckerium *ſolùm velitandi gratia Theoremata illa propoſuiſſe.* Cruſius autem cornua ſumens, Deckerium mordicus propugnat; conſequenter Cardinalium ampliſſimum, de tota Reipubl. Chriſtiana tantoperè meritum, vt in Hiſtoricis Doctor Eccleſiæ nominari iure poſſit, inſcitiæ arguit, eiusque Chronologiam, ex mera nouitatis libidine inuadit, cupiens non modò I. Ctus, ſed & Theologus & Hiſtoricus, & Sacræ Scripturæ, ſi Dijs placet, præclarus interpres videri. Vnde par eſt, pro Eminentiſſimo S. R. E. Cardinale ſcutum obijcere, ac nonnihil experiri, quid, tam inſolentem

Generi per ſpeciem derogatur.

tem ſententiam Deckerij, contra Baronium defendendo, Cruſius in fundo gerat.

4. Spem victoriæ, nobis adhuc ſub ingreſſum liminis conſiſtentibus, ipſe iam meticuloſus pollicetur Cruſius, aſſerens d. num. 1. *Theſes illas de* anno Chriſti Domini nati, *à Sysloga Polono, Præſide* TANTVM *P. Ioanne Deckerio, ſcriptas ac defenſas eſſe*; adeoque pedem refert, vt fugæ ſe parare velle videatur; in pedes, nimirum, mens decidit imos vt inquit Homer. Excuſatio, reo proxima eſt. Sed ſi ita eſt, cur Theoremata illa prodiêre Græcij, *Auctore Ioanne Deckerio Soc: Ieſu. Anno.* 1605? Quapropter & Baronius auctorem nominat *probatum, eruditumq́, Sacerdotem*, qualis tum temporis non erat Sysloga Polonus. Deinde, quid ſibi vult illud, *Præſide* TANTUM *Deckerio?* quaſi minor ſit culpa Præſidis, quàm defendentis? Vtiq; *plus delinquit mandans, quam mandatarius, qui non erat alias facturus*; *& ſic ipſe deliquit*, *& fecit alium delinquere*, *quod eſt grauius*, vt ait Dec. in l. qui in ius. ff. de reg. iur. *Eius* verò *nulla culpa eſt, cui parere eſt neceſſe*. l. is damnum. ibid. Sed iam, quid virium proferat Cruſius, audiamus. Sic enim orditur.

Timor lebetat artus.

Mandans plus delinquit Mādatario.

5. *Subſumere poteſt D. Sysloga Polonus, Præſide P. Deckerio Defendens; Conſtare* CERTISSIMA RATIONE, *Chriſtum nec Lentulo & Meſſalino Coſſ. nec vllis poſterioribus, ſed anterioribus aliquibus, 25. Decemb. natum eſſe. Cùm certum ſit ex Evangelio, Chriſtum natum eſſe vivo Herode, non verò mortuo. Anno verò, quo Cornelius Lentulus, & Valerius Meſſalinus Coſſ. præfuere, iam in Paſchate defunctus erat Herodes; & filij eius Archelaus, Herodes & Philippus, de Regno Romæ coram Auguſto, & optimatibus Romanorum, & plusquam 6000. Iudæorum, in templo Apollinis diſceptabant. Igitur nec illo, nec ſequentium ullo, ſed anteriori aliquo anno Chriſtus fuit natus.*

Antecedens probatur. Nam Herodes obijt in Paſchate, anno. 40. Auguſti. Ioſeph. 17. Antiquitat. 10. & anno. 37. poſtquam ipſe à Romanis declaratus fuit Rex. Ioſeph. 17. antiquit. 10. & lib. 1. de bello Iudaic. c. 21. Ipſe verò fuit declaratus Rex, Olympiade. 184. C. Domitio Calvino. II. & C. Aſinio Pollione Coſſ. Ioſeph. 14. antiquit. 25. qui eſt vltimus annus Olympiadis. 184. Vnde deſcendendo ad annum 37. Herodis, efficitur is, quo Cornelius Lentulus, & Valerius Meſſala fuere Coſſ.

Neque hîc Ioſepho errandi locus eſſe potuit, quippe qui illa tunc ſcripſerit, quando plurimi adhuc vivebant, per quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtenderentur, ſi in litem fortè veritas vocaretur; vt in ſimili ſcribit S. Auguſtinus Epiſt. 84 ad Vincentium. Secundo. *Quod Ioſephus in teſtimonium ſervatæ veritatis hiſtoricæ, publicâ in Romano foro ſtatuâ ſit honoratus à Veſpaſiano & Tito Impp.* Tertiò. *Quòd tabulæ authenticæ tum vbique extarent, præcipuè verò Romæ, vbi ſuam Ioſephus Hiſtoriam conſcripſit, vt nullo negotio coargui poſſet falſitatis, ſi non vera Ioſephus ſcripſiſſet.* Quartò. *Quod qui mendacia componunt, non aliorum ſcriptis conſona ſcribunt, ſed quæ ipſis lubent confingant. Atqui ſuprà citata Ioſephi aſſertio, conſentanea reperitur clariſſimis*

Ab aſino lanam.

veterum monimentis; & vſq; adeò non repugnat hiſtoria Evangelica, vt illam etiam MIRE ILLVSTRET. *Nam inde oſtenditur deſcriptionem Auguſti Imp. vniuerſalem, cuius meminit S. Lucas c.2.n.2. pertinere ad mediam.* Hæc Cruſius d.q.10.nu.4.

6. *Pulchrè loqui, cymbalo ſimile eſt*, ait Iſid. Si proinde quæras, vnde CERTISSIMA RATIONE conſtet, Chriſtum nec Lentulo & Meſſalino Coſſ. nec vllis poſterioribus, ſed anterioribus aliquibus natum eſſe: Reſpondet Cruſius, quia conſtat Chriſtum natum Herode viuente, non mortuo; at his Coſſ. iam Herodes in Paſchate mortuus erat. Si quæras, Vndenam hoc conconſtet? Reſpondet, authore Ioſepho Iudæo (cui errare non licuit) in libris antiquitatum; & de bello Iudaico. Cruſius igitur pedem firmat in vnico Ioſepho. Opinabar ipſum de tanta *certitudine* gloriantem, ex antiquiſſimis quibusdam nuperrimè fors inuentis monimentis, aut ſinceriore Romanorum Conſulum ſupputatione; vel alia Olympiadum calculatione, & manifeſta demonſtratione errorum Chronologiæ Eccleſiaſticæ à Card. Baronio propugnatæ, nouam moliri Chronologiam, quam tribus pagellis terminari poſſe mirabar. Verum, vt video, vnus Iudæus molem hanc ſuſtinet, homo dubiæ, imò nullius fidei, ſæpiuſque à Claſſicis Hiſtoricis exploſus & reiectus.

In perfido Iudæo Cruſius fundamentum ponit.

7. I. Iacobus Gordonus Scotus è Societ: Ieſu. Tomo 2. ſuæ Chronologiæ c.1. Apparatus, in fin. ſic de Ioſepho ſcribit. *Quod attinet ad Chronologiam, Ioſephus lib.* 18, *cap.* 1. *&* 3. *refert hanc Orbis* ἀπογραφὴν, de qua Luc. 2. *ad annum Auguſti minus congruentem huic ſupputationi allata, & vera Chronologia, Herode nempe iam mortuo: quem proinde lapſum eſſe, QVOTQVOT RECTE SENTIVNT, obſervant: Et inter alios Baronius in Apparatu, & Maldonatus Luc.* 2. II. Eundem Ioſephum, *parum ſibi conſtantem* nominat Baronius, ad annum Chriſti. 16. Nec immeritò; vt enim vno alterove exemplo ipſius fidem doceamus; Scribit is, libro 17. antiq. cap. vlt. Archelaum *decimo anno ſui Principatus*, apud Cæſarem accuſatum, Viennam, quæ eſt vrbs Galliæ, in exilium miſſum fuiſſe. Idipſum firmat, in Vita ſua, mox poſt init. aſſerens Matathiam parentem ſuum, ab auo Ioſepho genitum eſſe, *annum decimum regnante Archelao.* E contrà, libro 2. de bello Iudaico. c. 6. *NONOq;*, ait, *Principatus ſui anno*, Archelaus, *legatis contra ſe ab vtrisque*, Iudæis nimirum & Samarienſibus, *ad Cæſarem miſſis, ipſe in exilium pellitur, Viennam Galliæ civitatem.* III. Prætereа, lib. 18. antiq. c. 8. ſcribit, *Tiberium* Cæſarem *obijſſe, cum vixiſſet in Imperio annis viginti duobus, menſibus quinque, diebus tredecim.* Lib. vero 2. de bello Iud. c. 8. ait, *Tiberium defunctum, poſt regnum annorum duorum & viginti, ſex menſium, trium dierum,*

Teſtimonia Ioſephi fidem hiſtoricam damnantia.

Antilogia Ioſephi.

8. IV. Lib. 18. antiquit. c. 7. tradit, Herodiadem ab Herode in vxorem aſſumptam, antea fuiſſe vxorem alterius neſcio cuius Herodis, etiam fratris ſui, ex alia genitrice, Simonis Pontificis filia nati: Cum tamen S. Mar-

Marcus illius temporis Scriptor, & Ioſepho ſenior, cap. 6. ſui Euangelij ſcribat Herodiadem illam fuiſſe prius vxorem Philippi. V. Lib. 18. antiq. c. 1. ait Ioſephus, & cum illo Cruſius d. q. 10. numer. 6. Quirinum, ſeu Cyrinum, modò poſt relegatum Viennam Archelaum, adeoque multis annis poſt natum & educatum Chriſtum, Præſidem *à Cæſare in Syriam miſſum eſſe, vt percenſeret facultates eius regionis civium*; cum tamen S. Lucas, cap. 2. expreſſis verbis doceat, deſcriptionem primam Cyrino Præſide Syriæ factam, eo ipſo tempore, quo Chriſtus Dominus in Bethlehem natus fuit, eaque de cauſa *aſcendiſſe Ioſephum* Chriſti nutritium *à Galilæa, in Iudæam, civitatem David, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.* VI. Clariſſimum eſt, ex d. cap. 6. Marci, quod S. Ioannes Baptiſta, propter Herodiadem, cuius illiciti coniugij Herodem ille increpauerat, in carcerem coniectus, & in gratiam ſaltantis puellæ decollatus fuerit. Ioſephus autem libro 18. antiqu. d. cap. 7 Chriſtianam veritatem ſupprimens, & aliam fingens cauſam, ait: *Magnos concurſus ad Ioannem Baptiſtam factos, plebe talis doctrinæ* (de vitæ probitate, & iuſtitia colenda.) *avidâ: Herodem veritum, ne tanta hominis authoritas, defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex eius conſilio, iudicaſſe ſatius eſſe, priuſquam novi aliquid exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis pænitentiam agere; vinctum miſſum in Macheruntem ſuprà dictam, illic occidi imperaſſe.* Hæc Ioſephus: ac ſi S. Ioannes Baptiſta, viſus aliquando fuiſſet armatus incedere; aut ſeditionem, pilis Camelorum veſtitus commouiſſet; vel prædicans baptiſmum pænitentiæ, ipſe pænitenda commiſiſſet.

Ioſephus contrarius hiſtoria Euangelica.

9. VII. Inſuper obſeruat d. Gordonus, in anno Mundi. 3965. Tom. 1. periodo. 9. ex Baronio in Apparatu, & Pierio in Daniel. libro 11. q. 5. in fin. Ioſephum libr. 14. cap. 23. errare, in aſſignatione tam Conſulum, quam Olympiadis, quando Herodes Aſcalonita Romæ primùm creatus eſt Rex Iudæorum. VIII. Iacobus demum Salianus, eiuſd. Societatis Ieſu. Tom. 2. Annalium Eccleſiaſt. Veteris Teſtament. ante præfat. ad Candidum Lectorem, ait Ioſephum Iudæum *INFINITA ERRATA commiſiſſe*: & in ipſa præfat. numero. 16. & ſeqq. eum *in ſacris literis non eſſe ſincerum, nec ſcriptorem bonæ fidei, in iis multùm peccare adulatione, ſtudio probabilitatis, ambitione, & ignorantia linguæ Hebraicæ.* Addens, *Chriſtophorum Laurentium. libr. 7. doct. temp. ar. 14. octo Chronologicas Ioſephi contradictiones, vnum eundemque in locum conieciſſe, quibus illum in Chronologia INFANTISSIMVM, atque inconſtantiſſimum eſſe concludit; certè perquam fallacem, multis in locis demonſtravimus*; inquit idem Salianus: Ibid. numero. 18. & 19. ſubiungens, quòd d. Ioſephum de mala fide & erroribus arguant, Cæſ. Card. Baronius, Melchior Canus, Anton. Poſſevinus, Abulenſis, Alphonſus Salmeron, Leo Caſtrius, Pererius, Torniellus, Caietanus, Pineda, Toletus & alij. Videantur Indices eiusdem Saliani, in omnibus Tomis, verb. Ioſephus. Vt proinde nimis lubricum in hoc Flauio Ioſepho Cruſius

Ioſephus ne ſiliquâ dignus.

Luna radiis non matureſcit botrus.

FALSÆ ALLEGATIONES.

ſius ponat fundamentum, præſertim vbi contra ipſum Sacra etiam Scriptura militat.

10. Porrò, nos non refragamur Herodem anno Regni ſui. 37. mortem oppetijſſe; ſed eos annos ab Actiaca pugna computandos eſſe, cum Baronio & Gordono dicimus, quando Auguſtus deuicto Antonio (à cuius partibus ſteterat Herodes.) veluti legitimus & vnicus Orbis Imperator, reconciliato Herodi Regnum conceſſit, anno ab Vrbe condita. 722. anno Iuliano 15. ante Chriſtum natum. 28. cum ex Euangelio conſtet, eum poſt natum Saluatorem, in octauum annum ſuperuixiſſe. Denique Ioſephus nec lib. 1. de bello Iudaico. c. 21. nec lib. 17. antiq. c. 10. ait (vt Cruſius ipſi imponit.) Herodem obijſſe, anno 40. Auguſti: cùm etiam ex dictis certum fiat, eum à prima ſua in Regem Romæ facta creatione, vſque in 48. annum Auguſti ſuperuixiſſe. Vide plura de his apud Baronium, Pererium, & in primis Gordonum, qui præ cæteris accuratiſſimè differentias antiquæ Chronologiæ digeſſit & compoſuit.

503. 504. Fl. Ioſephus.

11. Sed modò inſpiciamus, qualiter doctrina Cruſij & Deckerij, Euangelicam doctrinam (ſi Dijs placet) illuſtret; quam S. Lucas (alato boui comparatus Ezechiel 1. & Apocalipſ. 4.) cap. 2. deſcripſerat his verbis. *Factum eſt autem in diebus illis, Exijt Edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniverſus Orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino, & ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa in Bethlehem, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.* Hîc iam Cruſius d. q. 10. num. 6. *Quòd illa*, inquit, *deſcriptio dicatur* prima, *ſeu* πρώτη, *non intelligenda eſt abſolutè, ſed more Hebræorum comparatiuè, videlicet, quòd ſit prior, ſeu* QUOD PRÆCESSERIT DESCRIPTIONEM SUB QUIRINO PRÆSIDE FACTAM. *Nam aliàs hanc Lucæ deſcriptionem pluribus annis præceſſerat alia vniuerſalis, Auguſto VI. & M. Agrippa Coſſ. Vnde hæc Lucæ deſcriptio, non poteſt accipi pro abſolutè prima.* Verùm de hoc nomine *prima*, & cur hæc deſcriptio dicta fuerit *prima*, dicemus inferiùs. *Retenta hac ſignificatione*, pergit Cruſius col. ſeq. *nihilomnino video, quod in textu S. Lucæ mutetur, quin potius ſenſus ipſius colluſtretur, nimirum duobus genitivis textus Græci* ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. *ad vocem* πρώτη *relatis; Vt ſignificetur deſcriptio Auguſti prior illâ, quæ facta eſt Præſide Cyrenio. Ita & in Latina verſione ablativis, præſide Syriæ Cyrenio, interueniente præpoſitione à, vel ab, relatis ad vocem, prima, non ad verbum, facta eſt, more & phraſi Hebræorum, deſignabitur prior deſcriptio deſcriptione Præſidis Cyrenij facta; ſeu*, DESCRIPTIO QUÆ PRÆCESSERIT DESCRIPTIONEM PRÆSIDE SYRIÆ CYRENIO FACTAM. *Nam apud Hebræos, præpoſitio à, vel ab, inter adiectiuum & nomen ſubſtantiuum poſita, conſtituit adiectiuum in comparatiuo: ita Eſai. 11. 1. multi quàm filij, id eſt, plures quam filij.-- Et apud Gellium dicitur, Friget ab illo. Ita & hîc Luc. 2. vox prima, interueniente præpoſitione à, accipietur pro comparatiuo.* Hucuſque Cruſius.

Cruſius hebraiſmum quærit, in helliniſmo S. Lucæ.

12. Qui

12. Qui tribus, vt vides, vicibus, Hebraiſmum intrudere nititur Sancto Lucæ, Euangelium ſuum non Hebraicè, ſed Græcè ſcribenti; ac ſi ibi præpoſitio *à*, neſcio quid operaretur; cùm tamen in Græco Sancti Lucæ, nulla ſit omnino præpoſitio, & clariſſimus textus euincat, illam ipſam deſcriptionem ſub qua natus eſt Chriſtus, non eſſe aliam, quàm quæ à præſide Cyrino facta deſcribitur; vnde fit, vt Cruſius & Deckerus ſenſum Sancti Lucæ, ſua (vt nominant) colluſtratione, penitus ſuffocent & extinguant. En, Sole clariorem textum Euangeliſtæ.

Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. *Græcus & genuinus textus S. Lucæ.*

Hæc deſcriptio prima, facta eſt præſide Syriæ Cyrino.

Et hoc modo, ſine præpoſitione à, habent Biblia Regia, anno. 1572. Antuerpiæ accuratiſſimè edita, in Tomo continente nouum Teſtamentum Græcè. Eſt enim ille Genitiuus ἡγεμονεύοντος, genitiuus abſolutus, & ſignificat, exiſtente præſide Syriæ Cyrino. Quæ enim Latini in ablatiuo abſoluto enunciant, hæc efferunt Græci in Genitiuo; prout Cruſium & Deckerum primo manè docere poterit Floſculus, ex Græca Syntaxi Iacobi Gretſeri, c. 14. in Genitiuo abſoluto.

13. Eandem Phraſin, & modum loquendi vſurpat identidem S. Lucas mox ſequenti c. 3. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος. &c. quæ ad verbum ſic efferuntur: *In anno autẽ quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, præſidente Pontio Pilato Iudaæ, & exiſtente tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius exiſtente tetrarcha Ituraæ, & Trachonitidis regionis, & Lyſania exiſtente Abilinæ tetrarcha &c.* Vbi eundem genitium ἡγεμονεύοντος, prædicta Biblia Regia verterunt Latinè, *præſidente Pontio Pilato*. Talem autem *Ablatiuum* ſeu Genitiuum *abſolutum, importare conditionem*, vtrique temporis & perſonæ, docet Rota deciſ. 492. n. 7. apud Oliuer. Beltram. & deciſ. 47. num. 1. apud Coccinum. Et ſanè, quid opus erat in Euangelio, hoc loco facere mentionem Cyrini, ſi eo præſide hæc deſcriptio non facta? Si alius eo tempore præſes Syriæ fuit, cur omiſſo Cyrino, S. Lucas eum non expreſſit? Quid ad præſentem deſcriptionem Præſes, primum poſt annos. 12. vel 16. in Syriam miſſus? Si igitur ex ipſiſſimis verbis S. Lucæ, (niſi violenter aliò torqueantur) Sole meridiano clariùs elucet, deſcriptionem tempore nati Chriſti Domini factam, verè factam fuiſſe præſidente Cyrino Syriæ: Et Hebraiſmum illum Cruſianum, in Helleniſmo Sanct. Lucæ locum non obtinere, vtpote qui reuera multum *friget ab illo*.

Paritas exempli.

Cruſius negat deſcriptionem illam, factam eſſe præſide Syriæ Cyrino.

14. Nihilominus interpres, qui S. Lucam vertit in Latinam vulgatam, non malè præpoſitionem *à* inſeruit, quia deſcriptio illa, non tantùm præſidente Cyrino Syriæ, ſed etiam ab ipſomet Cyrino in Syria facta eſt, ita vt hæc

FALSÆ ALLEGATIONES

Impingit contra Grammaticã Græcam.

præpoſitio, ſenſui Originali nihil officiat, niſi in heteroclitum trahatur ſenſum, vt Cruſius facit. Quòd autem dicat, duos Genitiuos textus Græci, *ἡγεμονεύοντος, τῆς Συρίας Κυρηνίου*, debere ad vocem *πρώτη* referri, peccat non modò contra S. Euangeliſtam, ſed etiam contra Grammaticam: Atque vel hinc apparet, Cruſium in Græcis, adeoque in ſcripturis ſacris ſolidè verſatum non eſſe; nam Genitiuus *τῆς Συρίας*, regitur à participio *ἡγεμονεύοντος*, (Gretſer. cap. 10. Syntax) ipſum autem participium, ſeu genitiuus abſolutus *ἡγεμονεύοντος*, à vocula *πρώτη* regi non poteſt, cùm ſit abſolutus ab omni regimine, alias non poſſet nominari *Genitiuus abſolutus*. Et ſanè, ſi S. Lucas voluiſſet exprimere ſenſum, quem ei Cruſius affingit, ſic ſcripſiſſet: *αὕτη ἡ ἀπογραφὴ ἐγένετο πρώτη τῆς ἑτέρας, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.* Hæc deſcriptio facta eſt, ſeu, fuit prior alterâ, qua Syriæ præſidebat Cyrinus. Ex his proinde liquet, Cruſium in ſua Eclipſi, negantem hanc deſcriptionem factam eſſe *præſide Syriæ Cyrino*, manifeſtè contra S. Lucam ſcripſiſſe, eiuſque textum perperam allegaſſe. Iſtud nimirum eſt, Sacram Scripturam *mirè illuſtrare*; hoc eſt; illius lumen extinguere, & perfidi Iudæi auctoritatem, præferre Sancto Euangeliſtæ, imò ipſi dictanti Spiritui ſancto; pro quo Cruſius, in ſingulis apicibus defendendo, omnem potiùs quem gerit in venis ſanguinem profundere, quàm vel atomum illius, in dubium vocare debuiſſet. Vt quid enim fides noſtra, ſi ipſius columnas nos ipſi concutientes, qui buſuis alijs ad ſimilia libertatis ianuam aperimus? *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* In rebus claris ſubtilizare, eſt errorem quærere, vt ait Rol. à Valle. conſil. 55. l. 1. n. 31.

Cruſius ſcripſit contra S. Lucam.

Rom. 12.

15. Nec his contentus Bremenſis, etiam in tertium caput Sanct. Lucæ manus inijcit; vtque Chriſto Domino biennium ætatis adijciat, figmentitium biennium adijcit Imperio Tiberij Cæſaris, idque figmentum, Sanct. Lucæ adſcribit, dum ait: *Neque eſt, quòd quis huic ſententiæ contrariari exiſtimet Sanct. Lucam. cap. 3. verſ. 1. inſt. 23.* " *Anno, inquiens, 15. Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode &c. ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta: Tum quia annus 15. Imperij Tiberij, computatur non ab obitu Auguſti, ſed biennio ante ipſum obitum, quo Tiberius ab Auguſto in IMPERII CONSORTEM, Germanico & Fonteio Capitone Coſſ. adſcitus fuit. Sueton. in Tiberio. cap. 20. 21. Tum quia vox ὡσεὶ, vt notat Henricus Stephani in Lexico ſuo, frequenter ſignificat ferè, circiter, plus minus.——qui verus ſenſus manet, etiamſi dicatur Chriſtus fuiſſe vnius & triginta annorum.—— Ex quibus palàm eſt, locum Euangeliſtæ Sanct. Lucæ, doctrina ſuperius tradita, nihil officere, quin potiùs ex eo MIRE COLLVSTRARI.* Hucuſque Cruſius, relicto nonnihil Ioſepho, ad Suetonium confugiens, ſed reclamantem: neque enim Suetonius cit. loc. dixit, *Tiberium ab Auguſto in IMPERII CONSORTEM adſcitum eſſe*: ſed; *LEGE PER CONSVLES LATA, vt Tiberius prouincias cum Auguſto cõmuniter adminiſtraret, ſimulq́; CENSVM ageret*,

Cruſius biennium affingit Imperio Tiberij Cæſaris.

505. Sueton.

ageret, decretũ fuiſſe. Nemo *lege per Conſules lata* creatur Imperator: nulla hîc *Imperij*, nulla *conſortis* vel Collegæ in Imperio mentio: nemo *ab Auguſto adſcitus fuit*. Meræ hîc Eclipſes Cruſianæ, hominis à luce in angulos fugientis.

16. In quem Suetonij locum, Philippus Beroaldus ait, iniunctũ fuiſſe Tiberio, *vt ſimul CENSVM ageret, tanquã Auguſti Collega eſſet IN CENSVRA. Cenſorum enim officiũ hoc erat, vt cenſum agerent*. Porrò Cenſores dicebantur, teſte Varrone, ad quorum cenſionẽ, ideſt, arbitriũ, cenſeretur populus; hi igitur cenſui habendo, luſtris condendis, moribus deniq; & diſciplinæ Romanæ præfecti erant. de quibus videatur Pomponius Lætus. de magiſtrat. Rom. tit. de Cẽſoribus. Luc. Feneſtella, de eiſdem. c. 17. Varro & alij. Præterea, *prouinciæ* duntaxat cõmuniter adminiſtrandæ Tiberio decretæ fuerunt, non exercitus, non Romanum Imperium, non Roma totius Imperij caput. Aliud igitur eſt, fuiſſe creatum Cenſorem, & aliud, adſcitum fuiſſe in Conſortẽ Imperij. Quin & Tribunitiã dignitatem, eidẽ Tiberio reſtitutã meminit Dio, lib. 56. ad annũ Vrbis conditæ, 766. qui fuit Auguſti Imp. 56. & vltimus. De nomine autẽ Imperatoris, velut Auguſti in Imperio Collegæ, Tiberio ante mortẽ Auguſti tributo, nec Sueton. nec Tacitus, nec Dio, nec vllus alius Hiſtoricus illorũ temporum meminit, qui vtiq; rẽ tantã ſilentio non præterijſſent, ſi quid tale contigiſſet. Omnes verò ſcribunt, Tiberium Auguſto ſucceſſiſſe; acceſſiſſe nemo.

Cenſorum officium.

Tiberius Auguſto ſucceſſit, non acceſſit.

17. Quin & Dio narrat, in funere Auguſti, Tiberium velut ipſius filium adoptiuum, ex roſtris orationem funebrem ſcriptam recitaſſe; quam elegantẽ refert ibidem lib. 56. addens in principio lib. 57. Tiberium etiam poſt mortem Auguſti repudiaſſe oblatum nomen Imperatoris, ac multò magis Auguſti. Vnde & Tacitus lib. 1. *Tiberius*, inquit, *cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Repub. & AMBIGVVS REGNANDI; ne Edictum quidem, quo Patres in Curiam vocabat, niſi Tribunicia poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto accepta.* Accedit, quòd omnes Hiſtorici vnanimiter teſtentur, Tiberium mortuum eſſe anno Imperij ſui. 23. currente. Ita Ioſephus vbi ſuprà, Sueton. in eius vita cap. 4. à fin. Dio in fin. lib. 18. Tacitus in fin. lib. 10. Baron. & Gordon. ad annum Chriſti. 39 hosque viginti duos annos Imperij Tiberij, omnes computant à morte Auguſti, nullus à biennio antè, alias dicere debuiſſent, eum mortuũ anno Imperii ſui 25. Idipſum clariſſimè cõfirmatur ex morte Auguſti, quem d. l. lib 56. Dio disertè ſcribit, poſt pugnã Actiacam per annos. 44. vſq; ad obitum ſuũ SOLVM, adeoq; ſine Conſorte Romanum Imperiũ tenuiſſe. Eius verba ſunt. Ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι, ΜΟΝΑΡΧΗΣΑΣ δὲ, ἀφ' οὗ, πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, δεκατριῶν ἡμερῶν δέοντα. Hæc Dio poſt Tacitum. Conſentit Clemens Alexandrinus, lib. 1. ſtromat. & Ioſephus lib. 18. antiquit. cap. 3. vbi Auguſto ſocium & participem Imperii, præter deuictum Antonium, concedit neminem. Hinc euincitur, merum figmentum eſſe, quòd, *annus. 15. Imperij Tiberij Cæſaris*, in Euangelio S. Lucæ *computetur, non ab obitu Auguſti, ſed biennio ante ipſum obitum*; cum ſi biennium

Biennium Imperio Tiberij à Cruſio affictũ, validis argumentis reijcitur.

Cum vixiſſet annos 75. mẽſes. 10. dies 26. SOLVS Imperans ab Actiaca pugna annos 44. minus diebus. 13.

eodem cum Chriſto tempore vixerunt, tradita, quando adhuc longè plures vivebant, per quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtenderentur, ſi in litem forte veritas vocaretur. Certe S. Lucas (quem quaſi Secretarium Beat. Virginis fuiſſe, ab eaq; Salutationem Angelicam, Cantica Magnificat, Zachariæ, Simeonis, aliaque didiciſſe, quæ Maria conſervabat, conferens in corde ſuo, Sancti Patres tradunt) caput 1. Evangelii ſui, his verbis orditur: *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ IN NOBIS completa ſunt, rerum; ſicut tradiderunt nobis, qui AB INITIO IPSI VIDERVNT, & miniſtri fuerunt ſermonis; viſum eſt & mihi, ASSECVTO OMNIA à principio DILIGENTER, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile, ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.* Quis autem *ab initio ipſe vidit*, & interfuit ſalutationi Angelicæ, viſitationi Eliſabethæ, Purificationi cum Simeone in templo, prædictis Canticis, deſcriptioni Præſidis Cyrini, & dato cenſui in Bethlehem, Nativitati Chriſti Domini, eiuſdemque diſceſſioni à Matre ex Nazareth, ad Ioannem Baptiſtam in Iordane baptizantem: quis inquam, his & ſimilibus à S. Luca deſcriptis, αὐτόπτης, ut ait, *ipſemet* interfuit, ipſemet vidit & Lucæ narravit, mortuo dudum S. Ioſepho, præterquam Sacratiſſima Dei mater, & virgo Maria? teſtis revera omni exceptione maior.

20. Adde, quod S. Lucas, Ioſepho Iudæo, multo antiquior fuerit ætate & ſcriptione; unde & præſumuntur viciniora ſuo tempori, inter Chriſtianos aſſidue verſanti, magis & melius perſpecta fuiſſe; Anno Chriſti 39. ut docet Baronius, Petrus Apoſtolus Antiochenam fundavit Eccleſiam, ibique cathedram tenuit annis ſeptem. Euſeb. in Chron. Novennio poſt, anno videlicet Chriſti 48. ut idem habet Baronius, B. Virgo ad filium in cælos aſſumpta fuit. Intra hoc novennium, ſi non prius, oportet S. Lucam Medicum Antiochenum, ad fidem Chriſtianam mature converſum, & omnia ſupradicta, aliaq; à B. Virgine & Apoſtolis edoctum eſſe; quo tempore Flau. Ioſephus, adhuc infantem ſe fuiſſe, in vita ſua perhibet: quippe qui ſe dicat natum, anno primo C. Cæſaris, mortuo iam Tiberio: Qui eſt ipſiſſimus Chriſti annus 39. quo S. ut dixi, Petrus, Antiochenam fundavit Eccleſiam. Ioſepho dein' duodenne, Lucas Troade iam S. Paulo adhæſerat, comes itinerum factus individuus: & Evangelium, teſte S. Hieronymo, ſcripſit anno Chriſti 58. in Achaiæ & Bœotiæ partibus; adeoq; 38. annis prius, quam Ioſephus Romæ ſuas abſolverit Antiquitates, quibus finem impoſuit. 96. anno poſt deſcriptionem primam Syriæ Præſidis Cyrini, & natum Salvatorem mundi.

S. Lucas Ioſepho, etiam in ſola fide hiſtorica præferendus.

Cornel à lapide in proam. S. Lucæ, pulchrè docet Evangelium à Luca ſcriptum fuiſſe, anno Chriſti 49. adeoque cum Ioſephus adhuc eſſet puer decem annorum.

21. Quiſnam vero Theophilus fuerit, cui Lucas ſuum Evangelium & Actus Apoſtolorum inſcripſit, liquidum non eſt; pleriq; cum Baronio coniectūrantur, fuiſſe virum nobilem & primarium Antiochiæ, qui à S. Petro ad Chriſtum converſus, domum ſuam in Eccleſiam conſecrari voluit, in qua S. Petrus conventus Chriſtianorum agens, primariam ſuam Cathedram poſuit, ut narrat S. Clemens Roman. lib. 10. Recognit. c. ult. Ita Cornelius à Lapide in

Quis fuerit Theophilus.

c.1.v.3.Lucæ. Gordon.in anno Chriſti 58. Quod ſi ita eſt, ut probabile ſit, quomodo Lucas in illa prima deſcriptione ſub præſide Syriæ Cyrino potuit errare, quando adhuc Antiochiæ multi vivebant, qui Lucæ Evangelio contradicere potuiſſent, ſi res aliter habuiſſet? Nullibi enim, Syriæ præſides commodius, quam Antiochiæ, veluti Syriæ, imo totius Orientis Metropoli, ac primario loco, Sedem fixiſſe credendi ſunt. Et quis dubitabit, illud Evangelium, etſi Theophilo ſoli, veluti gentili & familiari inſcriptum, ab omnibus tamen Chriſtianis Antiochenis, avide lectum & approbatum fuiſſe, penes quos authenticæ tabulæ, imo recens memoria, primæ Cyrini deſcriptionis vigebat, ut nullo negotio, falſitatis argui potuiſſet Evangelium, ſi tam in deſcriptione Cyrini, quam in anno 15. Imperii Tiberii Cæſaris, non vera ſcripſiſſet.

Statua Ioſepho Romæ erecta fuit multò ante ſcriptos libros de antiquitate.

22. Ad 2. ℞. quod Ioſephus in teſtimonium ſervatæ Veritatis hiſtoricæ, publica ſtatua Romæ, à Veſpaſiano & Tito honoratus fuerit; nihil ad rem facere; cum ex prædictis in aperto ſit, Ioſephum in pluribus à ſcopo veritatis deviaſſe. Neque enim hi Principes ſingulas Ioſephi ſententias ad trutinam expenderunt, ſua laude, & potiorum rerum obtenta notitia contenti. Quin imo ſtatua illa Romæ non fuit erecta Ioſepho, propter libros Antiquitatum. (quos potiſſimum Cruſius pro ſe allegat.) Nam mortuo dudum Veſpaſiano, & recens Tito, (ut refert Baronius ad annum Chriſti 84.) imperante iam Domitiano, Ioſephus Romæ agens in magna gratia, bene utens hoc otio, animum ad ſcribendos libros de Antiquitatibus applicuit. Idem in vita ſua, in fin. Vnde ſequitur; illos, à ſtatua ſibi in foro dudum erecta, nihil teſtimonii accepiſſe: niſi velit Cruſius, dictos Imperatores, Ioſepho teſtimonium veritatis anticipando perhibuiſſe, de libris, modo poſt multos annos componendis & evulgandis: Quæ auguratio, digna foret Eclipſi Cruſiana.

23. Ad 4. quod qui mendacia componunt, aliorum ſcriptis non conſona ſcribant, iam ſat reſponſum. In hoc enim valetudinario, non S. Lucas, ſed Cruſius decumbit. Vnde Baronius in d. Apparatu: *Huius*, inquit, nobiliſſimi *cenſus memoriam, non extare in Romana Hiſtoria, mirum non eſt, cum Livii & Dionis eius temporis hiſtoria interciderit; Tacitus Annales inchoet à Tiberio; Suetonius carpens, multa tranſiliat: ſed omnino extitiſſe eius cenſus tabulas in archivo Romano, atteſtantur Iuſtinus Martyr, orat. ad Antoni. & Tertullianus contra Marcionem. 4. cap. 7.* Hæc ille

24. Ad voculam πρώτη demum quod ſpectat, quam S. Lucas uſurpat: *Hæc deſcriptio prima &c.* inaniter ſe Cruſius fatigat num. 6. nos enim ultro concedimus, hanc fuiſſe mediam, inter primam & tertiam: Primam, inquam, quando Pompeius viginti & amplius annis ante Chriſtum natum, capto Hieroſolymis templo, Iudæos Romanis fecit tributarios, ſeu vectigales, à quo tempore, cæperunt capite cenſeri; Et tertiam, quam relegato Archelao, Cyrini ſubdelegatus Coponius Iudææ præſes, Auguſti iuſſu per-

perfecit. Nominare autem potuit S. Lucas, mediam *primam*. 1. quia fuit prima, qua Iudæi, à Romano Imperatore deſcripti ſunt. 2. Vel, qua totum Romanum Imperium concluſum eſt. 3. Vel forte etiam de ſolvendo didrachmo, de quo Matth. 17. verſ. 25. Ita Gordonus Tom. 2. Chronol. c. 2. circa fin. 4. Scaliger ad annum Euſebii. 2016. Baron. in Apparat. n. 28. Cornel. à lapide, in c. 2. Luc. aliique volunt vocari *primam*, quia ab eodem Cyrino, bis miſſo in Iudæam, duę habitæ ſunt deſcriptiones; ſed una erat univerſalis, ſub Chriſto nato; altera tantum Iudæorum, cum pulſus eſt Archelaus, tunc ſubdelegato ſibi Coponio. de qua Ioſeph, antiq. lib. 18. cap. 1. & 3. Gordon. loco cit. Hinc de priori Lucas, *Exiit Edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur VNIVERSVS ORBIS.* adeoque inter deſcriptiones univerſales quæ ſubſequi poterant, illa ſub Chriſto nato fuit prima. ita Paulus Oroſius, Beda, Maldonatus, Ianſenius, Toletus, Franc. Lucas, apud Corn. à lapid. in c. 2. Lucæ, verſ. 2. Vnde Cruſius iterum erroris convincitur; quod doceat, *hanc Lucæ deſcriptionem, pluribus annis præceſſiſſe aliam VNIVERSALEM, Auguſto VI. & M. Agrippa Coſſ.* 5. Vel forte *primam* nominavit Lucas, qua deſcriptus eſt Ieſus filius Dei. Quocirca dictus Cornel. in cit. c. 2. Luc. verſ. 3. in fin. *Hinc patet*, ait, *Chriſtum deſcriptum fuiſſe, non ſtatim à nativitate, ſed octavo die poſtquam circumciſus eſt: In circumciſione enim more communi inditum eſt illi nomen IESVS, quod aſtantibus Bethlehemitis, qui erant ex ſtirpe David, in tabulas publicas, quas Cyrinus ad Auguſtum tranſmiſit, relatum eſt; ſcilicet Ieſum Mariæ filium natum in Bethlehem, prognatum eſſe ex David. Ita Iuſtin. Apol. 2. ad Antonium Pium, Origenes, Theophylactus, & Euthym.*

Cur hæc deſcriptio, à S. Luca fuerit dicta prima.

Hoc ſenſu dicitur hæc deſcriptio prima, quo idem S. Lucas eod. ca. dicit de B. V. quod pepererit filium ſuum primogenitum

25. Sed nec illud prætermittendum, quod Cruſius illud πρώτη à S. Luca Græce poſitum, & in ſeipſo lucidiſſimum, interpretari conetur ex linguis obſcurioribus, per textum Syriacum, Arabicum, Chaldaicum & Hebraicum; dicatq; Syriacam interpretationem ibi *reddi & exprimi*, per *vocem* קדימתא *veluti quæ deſcendat à radice* קדם *quæ in piel* קדם *& Syriace* קדם *Arabice* קדם. *Vnde* קדם *Chaldaice* קדם קדים *prioritas temporis deriventur.* Quatuor linguis, ut vides Lector, Cruſius loquitur, ne una litera mutata; ut doceat, ſe tot linguarum peritum, ex Lexico Schindleri tres literas Hebraicas ſexties deſcribere potuiſſe. Si nulla dictarum quatuor linguarum in hac voce differentia eſt, quid opus fuit toties eaſdem iteratas literas radicales, diverſis linguis attribuere? Aut ſi in vocalibus, linguæ ſecernuntur, cur vocales, ſeu conſuetas Hebræorum & Chaldæorum notas ſive puncta non adiecit, ut linguarum diverſitas Lectori conſtaret? Erat quandoque nobilis iuvenis, in ſæculo ſemper debilis & malè coloratus; is cum ad Monaſterium, magno ſerviendi Deo ardore inflammatus veniſſet, paulo poſt & fortis & formoſus evaſit. Rogatus aliquando ab Epiſcopo Beluacenſi ipſum invi-

Cruſius linguarum peritus cupit haberi.

FALSÆ ALLEGATIONES invisenti, quæ cauſa eſſet in tam floridam valetudinem factæ mutationis. Reſpondit iuvenis: quia in Monaſterio uniformiter veſcimur, & decenter: ab illo habeo quod robuſtus ſim; ab hoc, quod pulcher. Quid igitur comediſti hodie? quærit Epiſcopus. Reſpondit; ſatis. Quid heri? etiam ſatis. Tum Epiſcopus, non quantum, ſed quid comederis interrogo. Reſpondit; Hodie comedi piſa & olera; heri olera & piſa. Quid cras? inquit ille. Cras, ait, comedam piſa cum oleribus. Quid perendie? olera cum piſis. Variaverat ingenioſus iuvenis, ut curioſum Epiſcopũ multitudine & mutatione falleret ferculorum, quæ tamen in ſolis verbis ſita erat; cibus idem. ita Cruſius, idẽ nominis ferculum adſcribit Hebræis, idem Chaldæis, idem Syris, idem Arabibus. Qua in re tamen, iuvenis prudentia excelluit, quod in eadem crambe, ſaltem verbis variarit; Cruſius ne litera. Idem accidit hoc loco Cruſio, quod olim Minacco fabro, cui Stratonicus ſecum de Muſica diſputanti: *Non animadvertis*, inquit, *te ſupra malleum loqui?*

Bellum iuvenis Religioſi reſponſum, datum Epiſcopo Belvacenſi.

26. Quapropter, etiam omnibus ſuis linguis, nihil probat Cruſius; qui ſi aliquid demonſtrare vellet, deberet docere vocem πρώτη, vel קדם ſignificare prioritatem, excluſo primo, ſeu principio: id quod non poteſt; Nam verbum קָדַם & inde קֶדֶם non modo ſignificat antiquitatem, prioritatem, ſed & principium, initium: Item, ab oriente; ut habet Lexicon Sant. Pagnini in Bibliis Regiis. fol. 107. col. 2. Vnde Gen. 2. verſ. 8. ubi vulgata legit, *Plantaverat autem Dominus Deus paradyſum voluptatis à principio*; textus hebræus habet ex hac radice, *ab oriente*. Similiter in lingua Syriaca, vox ܩܕܡ non tantum prioritatem, ſed & principium, primum, & primam ſignificat; ut habetur ibid. in Lexico Syro-Chaldaico, fol. 169. Taceo, quod Cruſius, nomina Syriaca, non Syriacis, ſed hebraicis literis deſcripſerit. Verum, nos ad finem properemus.

FVCI CRVSIANI.

Qualis quiſque eſt, tales alios iudicat.

In præfat. Eclipſ. n. 7. & ſeqq.

506. 507. 508 DD. Lovanienſ.

1. Imposturæ me arguere conatur Criticus Bremenſis, in ſua præfatione, quoad tres illas Doctorum Lovanienſium Approbationes, Aſtro meo præfixas, ac ſi eſſent ſuppoſititiæ. Quare poſteaquam, neſcio quam temporum ac menſium computationem pręmiſiſſet, ſubiecit num. 14. hæc verba: *Vnde colligitur, hunc F. Romani libellum, à Facultatibus utriusq; Iuris, & Cenſore* Lovanienſi, *anno 1633. non fuiſſe examinatum & approbatum; imo nec potuiſſe.* Rurſum n. 18. *Profecto cum liber iſte, SINE Ordinarii conſenſu, atque DOCTORVM LOVANIENSIVM APPROBATIONE editus ſit, vel certe*

Cruſius mihi & Doctoribus Lovanienſibus imponit.

huius

huius reſpectu, ſit SVPPOSITITIVS, ex Concilio Lateranenſi & Tridentino videtur eſſe prohibitus. Cruſio ſuffragatur Eugenius Lavanda: *Quod denique*, inquiens, *Aſtrum inextinctum quorundam Doctorum Lovanienſium calculum exhibeat, FVCVS EST.*

2. Verum enim vero, nihil obſtat hominum iſtorum, iuſto argutior, & plus quam critica diſcuſſio, qua rimam in hoc triplici Lovanienſi ſcuto indagaturi, impoſturam in eo ſe deprælendere, nimis anxia & præcoci ſolicitudine ſomniant; cum etiamnum ſuperſint Originalia, quæ ſe convelli minime patientur. Nec adeo ſuam tuentur innocentiam eiuſdem Societatis Scriptores, quin exemplo præceſſerint, docuerintque libris à ſe compoſitis, poſt obtentas Approbationes, nondum, vel adhuc ſub prælo ſudantibus foliis, aliquid impune ſuperaddi, vel interſeri poſſe; pictores in hoc imitati, qui poſt ultimam manum tabulæ impoſitam, adhuc penicillo hinc inde ludunt; laudanda ſolertia, vitio nullo, nulla mutata imagine, ſed exculta. Exemplo ſit, Editio tertia Theologiæ moralis Pauli Layman, ab auctore recognita, *& multo quam antehac auctior*, Monachii formis Nicolai Henrici deſcripta in fol, anno 1630. Quæ tamen non præfert, niſi antiquam Approbationem ſui Provincialis, datam. 15. Aprilis, anno. 1625. Vnde fieri non potuit, ut eorum, quibus Editio tertia ſequenti quinquennio aucta fuit, Provincialis aut Examinatores Societatis, anno. 1625. notitiam habuerint. Neque tamen ob id, Examinatores, aut Provinciæ Præpoſitus, eam à ſe latam Cenſuram, & edendi facultatem, ſuppoſitionis aut impoſturæ vitio notari ſinent. Quid (ut de pluribus ſimilibus ſileam) quod Approbationes *Compoſitionis pacis*, ab Ingolſtadienſi & Friburgenſi Catholicis Vniverſitatibus conceſſæ primæ Editioni, per Dilinganos præli Academici directores, præfixæ fuerunt editioni ſecundæ, anno 1629. in lucem prodeunti; in qua tamen, priores quæſtiones notabiliter auctæ, & aliæ de novo adiectæ deprælenduntur, in tantum, ut ab Additionibus vaſtum opus evaſerit. Id, ſi fieri potuit abſque dictarum Vniverſitatum iniuria, publicæque impoſturæ argumento; cur ſolas

- - - - - vexat cenſura columbas?

cur uni mihi vertitur vitio, quod horum, aliorumque plurium ſcriptorum ſecutus veſtigia, poſt obtentam Doctorum Lovanienſium cenſuram, pauca duntaxat *Aſtro inextincto*, defenſionis ergo compoſito, hinc inde inſperſerim; quæ tamen ab aliis Vniverſitatibus Catholicis deinceps lecta, & albo lapillo ſignata, parem cum reliquis Approbationem retulerunt? Nimirum *fieri non poteſt*, inquit S. Hieronymus, *ut abſque morſu hominum vitæ huius curricula quis pertranſeat; malorumque ſolatium eſt, bonos carpere.* Nullus Moyſes ſine murmuratore; nullus David ſine Saule: Miſerrima enim eſt fortuna, quæ perſecutore caret. Ad rem præſentem legatur Martin. Bonacin. tract. de excommun. in particulari extra Bullam Cænæ Domini. diſput. 2. q. 2. punct. 16. n. 8.

Veſpertilionis eſt, lucem indignabunde aſpicere.

Dat veniam corvis &c.

Epiſt. ad Frurian.

Hhh 3. Verum

3. Verum, ut omnis morſus ac remorſus Criticis eximatur, ipſum celeberrimæ Lovanienſis Academiæ Caput, & Rectorem Magnificum, inter nos pronunciantem audiamus.

Rectoris Lovanienſis atteſtatio de approbationibus Aſtro inextincto collatis.

Nos Rector Vniverſitatis ſtudii Generalis oppidi Lovanienſis, cum Deputatorum noſtrorum conſilio, teſtimonium veritatis perhibere rogati, univerſis quorum hoc intereritſcire, teſtamur; non eſſe falſa & ſuppoſititia illa teſtimonia & elogia, quibus facultates Vtriusque Iuris Academiæ Lovanienſis, & Rever. ac Eximius D. Mag. noſter Gul. Mercerus. S. Theolog. Doctor ac Profeſſor Regius, inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri tunc Decanus, cum Cenſore Archiepiſcopali, Anno. 1633. decoraverunt librum ſibi exhibitum, cui titulus, Aſtrum inextinctum R. P. Romani Hay Ord. S. Benedicti, & Coloniæ anno. 1636. editum; Licet quidam LEVIBVS CONIECTVRIS, ET FALLACIBVS ARGVMENTIS ea elevare, & tanquam ab Authore conficta, eludere conati ſint. Fuci igitur non ſunt, ſed veri colores, quos Aſtro aliàs à ſe ſatis fulgido, Doctores illi noſtri olim appenderunt; nec cur factitam eos pænitere debeat, adhuc videre exiſtimamus: In quorum fidem & teſtimonium, hiſce Sigillum Rectoratus ſubimprimendum duximus. Datum Lovanii, Anno à circumciſione Domini. 1642. Menſis Maij die ſexta.

Locus Sigilli.

Petrus Mintart dictæ Vniverſitatis Notarius.

Nos infraſcripti, auctoritate Apoſtolica & Regia Notarii publici, teſtamur hanc Copiam de verbo ad verbum convenire cum ſuo Originali, quod ſanum & integrum cum ſuo Sigillo ei appoſito vidimus & legimus. Actum Duaci, die 24. Maij. 1642.

M. Ioannes Dieſtre Not. Apoſt. *Andreas Auroy Not. Apoſt.*

4. Habent hîc iterum Argi, quod otioſe rimentur, & linceis oculis, aëris atomos excutientes, negent Solem in meridie lucere; aliud profecto Orbi non perſuadebunt, quam ſe volentes cæcutire, publicæque exiſtimationis iacturam, nimiis ſubtilitatibus appetere; in rebus alienis Argos, in propriis talpas eſſe. Gratias quidem non meretur, qui invitus profuit: nihilominus Cruſio gratias habemus, quod fucis iſtiuſmodi otioſis, in alvearium ſuum intromiſſis, Celeberrimæ Vniverſitati Lovanienſi, (prout & alibi Duacenſi) occaſionem dederit Aſtrum meum, iteratis Approbationibus, non ſine confuſione ſuæ Eclipſeos, amplius illuſtrandi.

Cruſius invitus nobis multum profuit.

5. Ad Lateranenſe Concilium quod attinet, eius Cenſuras, quoad impreſſionem librorum, non eſſe uſu receptas, docet Vincent. Filliuc. è Soc. Ieſu, tract. 14. & 4. de cenſuris in particulari. c. 6. num. 83. Prout ipſe quoque Cruſius in d. præfatione Eclipſ. num. 27. ait: *Ad QVAMCVNQVE legem huma-*

Explicatur Concil. Lateran. & Trid.

Matth. 23.

Nævus in facie, ſine ſpeculo non apparet

humanam, inter alias ipſius conditiones requiri, ut ipſa ſit uſu recepta, ſeu accepta, nec abrogata. ex leg. de quibus. 32. ff. de leg. Vbi ita habetur: Leges nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt. Et hæc quidem ibi Cruſius, non de legibus ex iure civili, vel Imperatoris aula, ſed à Curia Romana provenientibus. Addo, quod Filliucius adiungit: *Decretum Concilii Lateranenſis, à Concilio Trid. ſeſſ. 4. eſſe fere innovatum, CVM LIMITATIONE, quoad libros tractantes DE REBVS SACRIS*: hoc eſt, de rebus fidem & Sacram Scripturam concernentibus; qualis non fuit *Aſtrum inextinctum*; nec iſte. Et amabo, quotusquiſque liber eiuſcemodi, à Patribus Societatis in lucem, per Germaniam, editus, continet approbationem Ordinarii loci? *Alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea movere.* Certè nec Cenſuræ Pauli Layman, contra me editæ Dilingæ, anno 1635. nec Notæ Eugenii Lavanda, An. 1640. ibid. nec Theoricæ Valentini Mangionii, Coloniæ, Anno 1639. aliive plurimi Patrum Societatis, ullum Ordinarii conſenſum, aut approbationem præ ſe ferunt. Vt recte dixerit noſter Ioan. Gerſen lib. 1. de imitat. Chriſti, cap. 16. *Libenter volumus alios eſſe perfectos, ſed tamen proprios non emendamus defectus. Volumus quod alii diſtricte corrigantur, & ipſi corrigi nolumus: diſplicet larga aliorum licentia; & tamen nobis nolumus negari quod petimus: Alios reſtringi per ſtatuta* Generalium Conciliorum *volumus, & ipſi nullatenus patimur amplius cohiberi.*

Cruſius, eſt Doctor cum veritatis oblivione.

6. Et hactenus quidem falſas ac impertinentes Ioannis Cruſii Bremenſis allegationes, Eclipſi ſuæ inſertas, proſecuti ſumus; quæ demonſtrant eum talem Doctorem eſſe, qualem Barbatiam deſcribit Ioan. Fichardus in theſaur. commun. opinion. verb. Doctori, his verbis: *Doctori eſt conceſſa poteſtas iura interpretandi: Quod ego tamen intelligo, ſi talis Doctor, ſit non ſolum excellens, ſed etiam integræ atque receptæ fidei; non autem qualis Andreas Barbatia, cuius allegationibus non eſt confidendum, ut multi dicunt: quamvis enim fuerit celeberrimus, tamen DOCTOR CVM VERITATIS OBLIVIONE (qua nihil execrabilius eſt in IureConſulto) quibusdam appellatur; de quo multa Nevizan. lib. 5. ſylvæ nuptial. Calca. conſil. 1. in princ. Et plura congeſſit Iacob. Menoch, in 14. remed. recup. poſſeſſ. n. 57.*

Quæ fuerit Horti iſtius edendi ratio.

7. Non fuit autem mei propoſiti, per hunc *Hortum* reſpondere Cruſio, in cauſa principali; ſive, argumenta contra me propoſita, ex inſtituto reſumere, & ordine refutare; cum nondum eo uſque devenerimus: Sed intentionis meæ fuit, ſupradictas quingentas octo falſas allegationes Cruſio per modum Exceptionis duntaxat, in Iudicio prudentis Lectoris obiicere; quibus niſi inducta ſpongia ſe debite purgaverit & legitimarit, fatebitur ſe nihil contra me, tot falſationibus & exorbitantiis

probaſſe; adeoq; *Aſtri inextincti* fulgorem, nullo Deliquio vel Eclipſi obſcuratū unquam *fuiſſe*: *Actore* ſiquidem *non probante*, *reus etſi nihil petat*, *DEBET abſolvi.* Rota deciſ. 3. de iudic. in nov. & deciſ. 6. n. 1. de verb. ſignif. in antiq. Si vero ad omnes has meas Exceptiones, nulla excepta, reſpondendo mihi & Lectori veritatis amanti ſatisfecerit, tum demum, volente Deo, in cauſa noſtra principali ſimul ulterius progrediemur. Interim nolim cogitet, omnes omnino ſiniſtras ſuas allegationes à me hic deſcribi, quarum proculdubio longe plures congeri potuiſſent, ſi reſiduos etiam Authores inſpicere, & cum Deliquio Cruſiano conferre mihi licuiſſet, quos in indice ſuo memorat ibidem à ſe allegatos fuiſſe. Eos proinde, cum in hac ſcriptione ad manum non habuerim, catalogo deſcriptos, hic ſubnectam, ut coniicere poſſit Lector, in quantum numerum & molem, falſæ allegationes Cruſianæ excreviſſent, ſi uberior Bibliotheca libros Horto meo ſuppeditaſſet.

Non omnes falſa allegationes hic inſeri potuerunt, authorum defectu.

8. Catalogus Authorum à Ioanne Cruſio in ſua Eclipſi *Aſtri inextincti* allegatorum, quos ad manum in hoc Opere meo non habui.

Adamus Bremenſis.
Adrianus.
Ægidius Bellamera.
Albericus de Roſate.
Alexander de Imola.
Alphonſus à Soto.
Alvarus Valaſcus.
Andreas Alciatus.
Andreas Poma.
10. Andreas Presbyter.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Corſetus.
Auguſtinus Beroius.
Bartholom. Cæpolla.
Barthol. à S. Fauſto.
Baſileenſium diſputationes.
Benedictus de Plumbino.
Bernardus Compoſtellanus.
David Chytræus.
20. Didacus Lopez S. I.
Dithmarus Epiſcop. Merſpurg.
Dominicus Soto.
Fortunius Garzias.
Franc. Curt. iun.
Franc. Sarmient.
Georgius Branden.
Guilielmus Caſſadorus.
Guilielmus Redoanus.
Helfricus Hunnius.
30 Henrichs Boich.
Hermannus Vulteus.
Hieron. Burigellanus.
Hieron. de Cævallos.
Hieron. Cagnolus.
Hieron. Gonzalez.
Hieron. Schurfius.
Hieron. Treutlerus.
Hyppolitus de Marſiliis.
Iacobus Cuiaccius.
40 Iacobus Simonetta.
Iaſon.
Ioachim. Mynſingerus à Frundeck.
Ioannes Altenſtaig.
Ioan. Dilectus.
Ioan. Faber.
Ioan. Franc. Ripa.

Ioan.

Ioan. Gaufredus.
Ioan. Gœddæus.
Ioan. Imola.
50. Ioan Lindenbrog.
Ioan. Pomarius.
Ioan. Oldendorpius.
Ioan. Schneidevvinus.
Ioan. à Turrecremata.
Ioſephus Maſcardus.
S. Irenæus.
Lambertus Schafnaburgenſis.
Lucas de Penna.
Ludouic. Gomes Sarmient.
60. Ludouicus Gozadinus.
Martinus Laudenſis.
Matthæus de Afflictis.
Octauianus Cacheranus.
Octauianus Spatharius.
Oldradus de Ponte.
Paulus Caſtrenſis.
Petrus Antibolus.
Petrus Curſemius.
Petrus Duennas.
70. Petrus Nicolaus Mozzius.
Petrus Paulus Pariſius Card.
Philippus Henricus Hænonius.
Placentinus.
Raphaël Fulgoſus.
Reinhardus Bachouius Echtius.
Socinus iunior.
Stephanus Aufrerius.
Tanfredus.
Thomas Sanchez. S. I.
80. Vincentius.

HORTI CRVSIANI. PARADOXA.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

Virgil. II. Æneid.

1. QVam bellè heſternum in horto Cruſiano conſumpſimus! longiorem procul dubio habituri diem, ſi Bremenſe Deliquium, offuſis tenebris noctem inopinatò non induxiſſet; quam tamen profundiſſimo ſomno ſepultus tranſegit Ioannes Cruſius, adeò in vtramque aurem dormiens, vt ſilentij oblitus, totam Eclipſin ſomniando dictaſſe videatur. Surgamus ocyus Democrite, Floſculus heſterno Veſperi in aurem mihi dixit, cum Sole oriente in Hortum Cruſianum celeriter hodie rediremus, ſe, adhuc ſtertente Magiſtro, raras quaſdam herbas & plantas monſtraturum, quas Cruſius (vtpote ſeorſim in ædicula variabili clauſas (nobis necdum oſtendiſſet; Viſuros nos minimè pœnitenda; & talia quidem, quæ non conſiſtant in falſis allegationibus. Nempe ficus Indicas, miræ magnitudinis & raritatis arbores: Flores perpetuos naturâ, quos homines artificio macerationis æmulantur: Spongias marinas ſenſitiuas & viuentes: Plantam aloës, decumanis foliis grauem: Florem Indicum, inſtrumenta Dominicæ paſſionis acuratè referentem: Herbam præterea peregrinam, cuius flos in ſummo vertice ſit auicula, adeò capite, roſtro, oculis, pennis, variisque coloribus viuenti ſimilis, vt præter corpuſculi motum & cantum, ad volucrem pulcherrimam nihil ei deſit: Similiter Herbam viuam, è Braſilia magnis impenſis nuper allatam; Hæc, ſi quis propius accedat, ſponte ſeſe colligit, conglobataque conſtringitur, velut aut metuens aut erubeſcens; (vnde eam Plinius lib. 24. cap. 17. Æſchynomenen appellat.) quòd ſi is qui acceſſit, rurſum longiùs abeat, liberata metu, pudoreque, ſe rurſus dilatat. Idem agit, ſi fuſte contingatur, mox enim ſeſe claudit ac colligit; dimiſſa denuo expanditur; quaſi quæ ſentiat hominum animantiumque præſentiam ſimul & abſentiam. Ioſeph Ieſuita ex Braſilia anno 1560. eam paſſim ibi naſci conteſtatus eſt, apud Sim. Maiol. dier. canicular. tom. 1. colloquio 20.

Rara quædam germina Horti Cruſiani.

2. Arborem inſuper anatiferam, ex Orcadibus inſulis aduectam, cuius fructus cùm maturuerit, anates fiunt, & auolant. de qua Olaus lib. 19. c. 6. apud cit. Maiol. colloq. 6. & 21. Deniq; mirabiliſſimam herbam, cui Agnus nomen eſt & forma, è Caſpiis montibus, non ita pridem in Hortum Cruſianum translatam, ſe nobis ibidem oſtenſurum Floſculus recepit: Creſcit è terra, quinque (vt audio) palmarum altitudine, agnumq; quadrupedem oculis auribus, vellere, ſanguine, toto corpore ad viuū refert, radice ad vmbilicum ceu ventris mediū ſuſtentata, ſeipſam mouet, dapaſcitur circūnaſcentia gramina; Viuit autem tamdiu, donec depaſtis circumcreſcentibus herbis, radix ipſa, pabuli inopia areſcat: Quid quòd mira ſua ſuauitate, lupos, aliaq; animantia, ad ſeſe deuorandum inuitat. De qua plura Surius, Commentario ad annum 1504.

Agnus mirabilis, herba.

Ien.

1504. Ordericus lib. 1. in fin, aliјque grauiſſii authores apud d. Maiol. colloq. 20. Hæc aliaque nobis rara & paradoxa, Magiſtro ſuo familiaria, cum Floſculus diluculo ſe nobis monſtraturum ſpoponderit, non eſt quòd negligamus. Altero dato pomo, vel teruntio, curioſitatem noſtram expletam, facile redimemus. Eamus: En aduolat obuius puer; ſubdita claue cum ſilentio, peſſulos oſtij domûs reducamus, ne dormientem Cruſium excitemus.

PARADOXVM I.

Laurus inuiſibilis.

Fol. 3. colum. 2. in princ.

Quæſt. 1. nu. 2.

3. Hortos penſiles Semiramidis in Babylonia ingredi mihi videor, adeò omnia rara & inuſitata aſpicio. Obſtupuit antiquitas, pulchritudinem, ordinemque tantum hortorum inueniri in Babylone; hoc eſt, in confuſione; (id enim nomen Babilonis ſignificat) ego verò tantam confuſionem Ordinis, & rerum omnium, in hoc Horti Cruſiani compendio, quod ipſe Cruſius, vt audio, inſtar pretioſiſſimi Adamantis, in aureo annulo refulgentis, æſtimat. Conſideremus ordine ſingula. Vituperat me cit. loco, ob acceptionem nominis *Monaſterij*: *Vocabulum*, inquiens, *Monaſterij accipit F. Romanus d. l. 1. pro ipſis habitatoribus Religioſis. 2. pro habitatione Clauſtralium, titulis affecta. Vtrumq; malè, nec ſufficienter.* Sed eu, vt me contra Cruſium defendat Paulus Layman, quando Cenſur. 7. Aſtri inext. ſub init. ait: *Monaſterium quandoq; accipitur pro materiali loco, & ſtructura, & adhærentibus ei iuribus, priuilegijs, ac immunitatibus; quandoq; autem accipitur pro corpore Congregationis, cui ſpirituales tituli inſunt.* Et in iiſdem Cenſuris part. 1. loco. 7. *Monaſterium*, inquiens, *interdum accipi ſolet, pro materiali Religioſorum ædificio, ac habitatione; interdum verò pro Religioſis in vnum Cõgregationis corpus collectis.* Iterumq; part. 2. cenſu. 6. §. fol. 113. *Monaſterium interdum accipitur, pro Religioſorum materiali habitatione, iuribus ac priuilegiis ſuis affecta.——Interdum verò, pro Religioſis ſacrum Collegium, ſeu Congregationem conſtituentibus, iuxta c. 1. & ibi DD. de elect. Eademq; diuerſitas eſt in voce Eccleſiæ, quæ vel accipitur pro materiali ſtructura ſacri loci; vel pro perſonis ſacris, Collegium ſeu Congregationem efficientibus.* Hæc ille. Si proinde verum eſt, quod ſcribit Cruſius in fine Eclipſ. *NIHIL in Laymanno offendi, quod non verum; nihil iurium & legum præſidijs non firmum* ſit: quomodo apud Laymannum *vtrumq; bene & ſufficienter* accipitur; apud me, *vtrumq; malè & inſufficienter*?

Nomen Monaſterij tantùm duobus modis accipitur.

4. Paulò poſt, num. 3. volens me corrigere: *Quare*, ait, *vt iuridicè loquamur, vocabulo Monaſterij, ſignificatur. 1. Collegium, ſeu Conuentus Religioſus. 2. Tituli. 3. Iura ſpecialia, ac priuilegia. 4. Locus & bona Monaſtica. Nos, quia de ſingulis moueri poteſt quæſtio, ordine reſpondebimus.* Hæc ille; qui ſi nomine *Conuentus Religioſi*, Prælatum (vt alibi facit) excludit, falſam doctrinam tradit, cùm vocabulo Monaſterij, non veniat Conuentus, niſi

cum

cum ſuo Prælato ſeu Capite ſumptus: Si verò non excludit, iam in prima & quarta Monaſterij acceptione conuenit nobiſcum. At, cùm porrò ait, *nomine Monaſterij, iuridice loquendo ſignificari 2. Titulos, 3. Iura ſpecialia, ac priuilegia.* Vtrumq; reuera malè, & gratis, nec iuridicè dicit: Quis enim mortalium audiuit vnquam, Titulos, aut priuilegia Monaſterij, dici Monaſterium? Vnde & paulo poſt titulum Capitis 2. ineptè format: *An Monaſteria vt Tituli, ſint extincta*: quo capite nec vnum potuit nominare textum, vel Doctorem, qui nomine Monaſterij, Titulos intellexerit; cùm neque verum ſit, Monaſteria eſſe Titulos; nec, Titulos eſſe Monaſteria. Hinc ipſemet errare ſe videns, cùm inſcriptionem Capitis 3. conformiter ſuæ diuiſioni, factæq; promiſſioni, ſic ordine formare debuiſſet; *An Monaſteria vt iura ſpecialia ac priuilegia, ſint extincta*; non auſus fuit hoc exotico modo loqui. Aliud enim eſt Monaſterium; & aliud, iura ac priuilegia Monaſterij. Adde, iura & priuilegia, ipſoſque Titulos Monaſterij, eſſe merè ſpirituales & inuiſibiles; qua ratione, ſecundùm Cruſium, daretur Monaſterium inuiſibile. Digna nominis acceptio pro Vtopia; illic enim laurus creſcit inuiſibilis, cuius baccis Cruſius laureatus fuiſſe videtur.

Cruſij doctrina exotica & paradoxa.

Nouus baccalaureus.

PARADOXVM II.

Ficus Indica.

Fol. 16. colum. 2. poſt. init.
Qu. 1. c. 2. ſub. nu. 6.

5 Dubitat hîc Cruſius, an Monachi ſint deputati ad Chorum. *Ius*, inquiens, *quod FORTE habet Monachus ad ſtallum in Choro, NON eſt Eccleſiæ per ſe ordinata ad diuina peragenda miniſteria.* Similia paulò antè dixerat, ſub finem §. 3. *Monachatum ſolitarium, per ſe non ordinari ad diuina miniſteria peragenda.* vbi §. 4. exempli loco nominat Caſſinenſes, Ciſtercienſes & ſimiles. Per Deum immortalem! ſi ita eſt, vt quid S.P.N. Benedictus in ſua Regula, quatuordecim integra inſumpſit capita de Oratorio, de diſciplina pſallendi, de diuini officii ſeu miniſterii ibidem inſtituenda diſpoſitione; de Sacerdotibus Monaſterii, cap. 62. de Communione ſancta. cap. 38. Num fortè Monaſteria non ſunt à Fundatoribus per ſe ordinata, ad ſeruandam Regulam S. Benedicti? an Caſſinenſes & Ciſtercienſes aliam profitentur? An horæ Canonicæ quotidie in Templi Choro cantandæ, non pertinent ad diuinum miniſterium? Vel qui obligantur ad Chorum quotidie, fortè ius non habent ſtandi in Choro? Num forſan in Eccleſiis Monaſteriorum Germaniæ, non peraguntur diuina miniſteria, in quibus præter indefeſſum, & ex inſtituto ſuſceptum horarum Canonicarum, & Miſſæ ſolennis quotidianum cantum, omnia plerumq; ſacroſancta Eccleſiæ Catholicæ Sacramenta(Confirmatione, & Ordinum maiorum collatione excepta) per Regulares adminiſtran-

Monachus ſicos monſtrat Cruſius.

Abſurda ſententia refellitur.

niſtrantur : In Eccleſiis verò Societatis Ieſu, diuina miniſteria peraguntur, vbi tamen ex vi proprii inſtituti, cantus Horarum Canonicarum nullus, Baptiſmus nullus, Vnctio extrema nulla, nulla minorum Ordinum collatio, nulla ad infirmos Euchariſtiæ deportatio, nulla coniunctio Matrimonij, Miſſa denique ſolennis, vix ſemel aut iterum in ſeptimana? Hæc nimirum eſt illa ficus Indica, grandis, diſtorta, & paradoxa, qua Monachos ſibi antipodas aduerſo orbe ſtare Cruſius imaginatur; habet enim ingentia folia, fructum nullum, inſtar illius Matthæi 21.

Monachi per ſe ordinantur ad diuina celebranda miniſteria.

6. Ibidem & alibi per totam Eclipſin, Monachos Benedictinos & Ciſtercienſes paſſim nominat *ſolitarios, vitam ſolitariam & contemplatiuam ſectantes &c.* Fortè Cruſius non legit Regulam Sancti Benedicti, vbi mox capit. 1. *Monachorum*, ait, *quatuor genera eſſe manifeſtum eſt. Primum eſt Cœnobitarum, hoc eſt Monaſteriale, militans ſub regula, vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt Anachoretarum*, ſiue ſolitariorum. *Tertium Sarabaitarum. Quartum verò genus eſt, quod nominatur Gyrouagum &c. His ergo poſterioribus omiſſis, ad Cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum, adiuuante Domino veniamus.* Nos proinde Benedictini & Ciſtercienſes, ſolitarij ſiue anachoretæ non ſumus, ſed Cœnobitæ; Vnde non eſt, quòd Cruſius nos ad eremum releget, quaſi nemini mortalium aliter nati ſimus; *Vnicuique* enim *mandauit Deus de proximo ſuo.* Eccleſiaſtici 17. quod *mandatum* in Profeſſione Monaſtica, nemo noſtrum humero excuſſit, ſed fortiùs ſibi quiſque adſtrinxit; ſeu id iubeat Obedientia, ſeu Charitas poſtulet; par eſt enim, omnium *mandatorum* Dei obſeruantiam apud illos creſcere, qui ad perfectionem quotidie tendere obligantur. Quodſi etymologiam nominis Monaſtici, à μόνος, obiecerit Cruſius; noverit ſæpe aliam nominum eſſe originem, alium vſum; vt videre eſt in nomine Pontifex, Philoſophus, Baccalaureus, &c. Ipſeque fatetur cit. 3. animaduerſ. 2. *Societatem Ieſu, eſſe Clericorum Regularium*: ſi vſum nominis Clerici ſpectemus, nemo eſt qui neget Societatem eſſe Clericorum Regularium; ſin etymon, à κλῆρος nullus in tota ſocietate Clericus eſt; quia nullus, miſſa ſorte, inſtar Sancti Matthiæ, in coetum diſcipulorum Chriſti cooptatur. Tales nos ergo ſumus Monachi, quales ipſi Clerici. Caueat autem Cruſius, ne ſit vnus ex Sarabaitis, qui, vt ait Sanctus Benedictus cit. cap. 1. regul. *quicquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum; & quod noluerint, hoc putant non licere.*

Monachi Benedictini, non ſunt Solitarij, ſed Cœnobitæ.

Sæpe alia eſt nominum etymologia, alius vſus.

***

PARADOXVM III.

Phœnix auis.

Fol.17.colum.2.per totum.
Queſt.1.c.2.n.6.in fin.

Phœnix in Ægypto captus.

7. Etiam Phœnicem, in Arabia captum, hoc loco, ferratæ caueæ incluſum, meritò inter rariſſima & admiranda computat; qualem Plautio Sextio, & P. Apronio Coſſ. Ægyptum inuolaſſe, captumq; anno 800. Vrbis conditæ, iuſſu Claudij Principis, in Comitio publicatum eſſe, actis Vrbis continetur; & memorat Georgius Abbas, apud Anaſtaſium Bibliothecarium, anno Domini 1550. & Sim. Maiol. colloq. 6. de auibus. Demonſtraturus Cruſius, quòd mortuis omnibus de Collegio Monaſtico, vnà cum Abbate, omnes omnino tituli ſint extincti, probat Eccleſiam Monaſticam non eſſe numeratam; adeoque titulos illius omnes, cum morientibus Religioſis extingui. per text. in c. dilecto. de præb. & ibi DD. Conſequenter & Abbatialem dignitatem, quæ (inſtar Phœnicis) ſola & vnica eſt in Monaſterijs ordinariè; quòd & ipſa non ſit titulus numeratus. *Nam vt titulus*, inquit, *dicatur propriè in iure numeratus, requiritur, vt concurrant plures tituli, ijq; certi ac ſtabiles, neq; ex accidenti facilè mutabiles. Atqui, cum dignitate Abbatiali in Monaſterio, non concurrunt tituli certi & ſtabiles; quia Prioratus Clauſtralis non eſt certus; nec certi & ſtabiles aliarum Canoniarum Monachalium tituli. Igitur Abbatialis dignitas in Eccleſia non numerata, non eſt titulus numeratus; cum hic ſupponat numerum certum, eumq; ſtabilem: & Vnitas tituli Abbatialis, non ſit numerus.* Hucuſque Cruſius. Ex cuius diſcurſu ſequitur hoc paradoxum, quòd mortuo quocunque Paſtore vel Parocho rurali, aut Epiſcopo titulari, mox talis Parochialis vel Epiſcopalis Eccleſia, ex paritate rationis, ſit extincta cum omnibus ſuis iuribus & priuilegiis: quia talis Eccleſia, cùm habeat vnicum ſibi intitulatum Clericum, non eſt numerata iuxta Cruſium, ergo cum ipſo extinguitur titulus Beneficij, ſeu Parochiæ vel Epiſcopatus, iuxta cit. cap. dilecto, de præb. & ibi DD. Ex cuius conſequentiæ abſurdo, diſcat Cruſius, fontem huius argumentationis paradoxum & turbidum eſſe.

Abſurda diſcurſum Cruſij ſubſequentia.

Ratio vera, cur tituli non numerati, cũ Beneficiato extinguantur.

8. Non enim ideo in d. c. dilecto. dicuntur extingui beneficia non numerata cũ Beneficiato, quòd ſint non-numerata; ſed quòd cum Beneficiato concreentur: *Cum intelligatur*, ait textus, *ad quoddam ius eligi, quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur, & cum electo in canonicum naſcitur, & definit cum defuncto.* Igitur vnitas, quæ non eſt numerus, ſed principium duntaxat numeri non cauſat per ſe extinctionem beneficij, niſi priùs cum Beneficiato intulerit creationem eiuſdem: id quod non fit in creatione Abbatis, Parochi, vel Epiſcopi titularis, vt fuſius docuimus allegat. 407. titul. noua arithmetica. Exemplo Phœnicis res hæc doceri poteſt, qui cùm ſit vnicus, tamen moriendo ſpeciem ſuam cum indiuiduo non extinguit, ſed in cinere conſer-

conſeruatam, in alium Phœnicem educit, vt habent S. Clemens Romanus. S. Cyprian. S. Auguſt. & alij apud Simon. Maiol. tom. 1. colloq. 6. de auib. citati. Adde falſum eſſe, *quòd cum dignitate Abbatiali in Monaſterio non concurrant tituli certi & ſtabiles, eò quòd Prioratus Clauſtralis non ſit certus, nec alij tituli.* Aliud eſt enim, titulos eſſe certos & ſtabiles; aliud, intitulatos. Hinc licet Prior, Cellerarius, Cuſtos &c. non ſint ſtabiles & perpetui; horum tamen tituli certi ſunt in Monaſterijs & perpetui, vt pluribus diximus cit. allegat. 407. Verùm Cruſius raritate ſuarum opinionum, plerumque Phœnicem imitatur: hinc eſt, quòd præter ſpem totus incipiat eſſe *ſolitarius*, adeoque & Monachus, à μόνος.

Aliud eſt, titulos eſſe certos ac ſtabiles, aliud intitulatos.

PARADOXVM IV.

Dictamnus Cretenſis.

Fol. 36. columņ. 1. & 2.

Qu. 1. c. 4. num. 6. 7. & 8.

9. Cerui, dictamnum herbam, docuere eſſe homini ſalutarem, in ferro è vulnere extrahendo; ipſi enim ſagitta percuſſi, paſtu eius herbæ telum eijciunt. Plin. lib. 8. c. 27. Hinc Virgil. 12. Æneid.

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Germina, cùm tergo volucres hæſere ſagittæ.

In Creta præcipuè naſcitur. Ariſtotel. de admir. cap. 4. vt iuxta vulnus, creſceret antidotum; velut oleum è ſcorpione. Herbam illam ex inſula Cretenſi, data opera, Cruſius in horti ſui Breuiarium tranſpoſuit, ſibi futuram vſui.

Citato loco Eclipſeos, contra communiſſimam & receptam Doctorum ſententiam, negat in Collegio Eccleſiaſtico, vel Religioſo, iuris intellectu, ſeu fictione, bona ſubeſſe dominio loci, aut parietum. Ego quidem in Aſtro cum Doctoribus loquebar de poſſeſſione, quæ nihil habet commune cum dominio: nec ſemper valet argumentum à poſſeſſione ad dominium. Sed trâſeat cum cæteris. Videamus Cruſij ratiocinationem, qua ſibi ipſi decumanum vulnus inflixit: *Quia*, inquiens, *vt aliquod ſubiectum ſit dominus, aut dominij capax, requiritur, vt habeat arbitrium ſuum & voluntatem; patet, tum ex definitione dominij, quod eſt ius diſponendi de rebus ſuis, prout ipſe vult: tum ex l. in re mandata. C. mandati. vbi dicitur, quiſquis eſt rei ſuæ moderator & arbiter. At locus ſacer, non habet arbitrium ac voluntatem; imò locus, non eſt illius capax, cum locus ſacer vel religioſus ſit res inanima, igitur locus ſacer non eſt dominus.* Huic ferro ſeu vulneri paradoxo, Cruſius mox col. ſeq. n. 6. dictamnum adhibuit, cum omnibus Legiſtis concedendo, *Hæreditatem iacentē eſſe dominam*;

Seipſum ferro vulnerat, dictamno ſanat.

Democritus noſter his in pileum ridet.

dominam; quæ tamen æquè incapax eſt arbitrij & voluntatis, vtpote res inanima, atque eſt locus ſacer, parietes, aut ſolum: de quibus in Aula noſtra. n.22. & in horto hoc, allegat. 443. & 472. Aut igitur vulnus, aut dictamnum in Creta Cruſius accepit.

Aliud & verè poſſidere, aliud poſſidere iuris fictione.

10. Deinde, perperam ex eo, quòd parietes, non ſint capaces dominij veri, argumentatur, etiam non eſſe capaces dominij, iuris intellectu ficti. Homo verus, & homo pictus ſeu fictus, in hoc differunt, quòd ille habeat caput verum, veros oculos, veros pedes & manus &c. iſte fictos. Vnde me Cruſius meritò exſibilaret, ſi contenderem, hominem pictum, non eſſe hominem pictum ſeu fictum, ex eo, quòd homo pictus incapax ſit veri capitis, verorum oculorum, pedum ac manuum &c. Veritas & fictio, nunquam ſtant ſimul in puncto eiuſdem rei; ideoque ſacer locus, ſiue parietes, dicuntur poſſidere, non verè & propriè, ſed fictione iuris & impropriè. *Quod enim per fictionem eſt tale, non eſt propriè tale. l. lex Cornel. in fin. ff. de teſta. l. 2. §. 1. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum. 6. conſtituitur. Inſtitut. de vſufruct.* Mantic. lib. 11. de coniect. vltim. vol. cap. 10. Et *quod per fictionem fit, impropriè fit. d. l. lege Cornel. & ibi Bald.* Gothofred. praxis ciuil. lib. 1. tit. 3. de legib. & ſtatutis. Nihilominus huiuſmodi *fictio à iure inducta, habetur pro veritate, quoad iuris diſpoſitionem. Bart. in l. is qui pro emptore. ff. de vſucap. & idem importat, quod ipſa veritas. Cardin. Pariſ. conſil. 22. num. 10. volum. 2. & num. 36. dicit, quòd æquipollet veritati: Hinc dicimus, quòd tantum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. l. filio. ff. de lib. & poſthum. Cardin. Pariſ. conſ. 128. num. 32. vol. 4.* Flamin. Pariſius de reſign. benefic. libr. 12. quæſt. 9. num. 8. 9. & 10. quia *fictio ſemper fundatur in æquitate, vt in l. ſciendum. cum ſimilibus. ff. ex quibus cauſ. mai. & l. denique ibidem.* Gothofred. cit. lib. 1. titul. 8. de rer. diuiſ. & lib. 2. tit. 14. de pactis & contract. Opus eſt proinde, vt pro duabus ſibi inhærentibus ſagittis, bis dictamno Cruſius vtatur.

Fictio iuris, quantum operetur.

PARADOXVM V.

Herba Braſilica ſenſitiua.

Fol. 57. col. 1. in fin. & col. 2. in princ.

Qu. 2. ſect. 2. n. 3.

Herba Braſilica mirabilis & ſenſitiua.

11. Nunc ad herbam Braſilicam viuentem ac ſentientem viſendam accedamus: hæc nobis abſentibus, folia ſua adeò glorioſè dilatauerat, vt anguſtus illi propemodum videretur Mundus; Deum illum in templo Capitolino æmulata, qui ne Iouem quidem reueritus, *Cedo nulli* nominari promeruit: verum, qualiter nobis appropinquantibus ſeipſam contractura, & in volumen collectura ſit, obſeruemus. In Aſtro quæſt. 1. nu. 82. diximus totum Religioſum Ordinem eſſe *veluti* ſuppoſitum, ſeu *perſonam repræſentatam*, cuius membra ſint ſingula Monaſteria ſeu Religioſi;

prout

prout quævis alia Vniverſitas, Collegium, civitas &c. à ICCtis dicuntur perſonæ repræſentatæ. Vnde Anton. Maria Coratius lib. 2. de commun. opin. tit. 9. n. 4. *In conſilio*, inquit, *Collegii, omnes ſimul, cenſentur una perſona ficta. l. mortuo reo. & ibi Bald. in 2. not. num. 1. ff. de fideiuſſor. & unum Corpus, ut voluit Bart. in l. 1. num. 2. C. de re uxor. action. Nam Collegium conſtituitur ex pluribus perſonis, quæ tanquam membra, iuris fictione conficiunt unum corpus; ut poſt complures, quos ad hoc congerit, tradit Andre. ab Exe. in c. cum omnes. num.* 130. *extr. de conſtit. Vnde perſonæ appellatione venit Collegium & Vniverſitas, ſecundum Bald. in l. quicunq; colum. 3. num. 4. prope fin. verſ. item Vniverſitas. C. de ſervis fugit. cum cumulatis per Alexandrum in l. ſi quis mihi. § ſervus. n. 9. ff. de acquir. hæred.* *Appellatione perſonæ, venit etiam Collegium & Vniverſitas.*

12. His Cruſius opponens, in hunc modum folia ſua expandit. *Si Ordo* (idem dicendum de quavis Vniverſitate vel Collegio) *ſe habet ut ſuppoſitum; igitur Ordo erit ſubſtantia prima individua, dicetq; intrinſecè & formaliter excluſionem communicationis cum pluribus; adeoq; plures ſi vellent adoptari ab Ordine, ſeu recipi in Ordinem, non poſſent: Conſequentia probatur. Quia ſuppoſitum in concreto, & ſubſtantia prima convertuntur, & ſuppoſitum creatum dicit intrinſecè & formaliter excluſionem communicationis cum pluribus; Dicit enim intrinſecè ſubſiſtentiam, per quam conſtituitur aliquid per ſe ſubſiſtens, & quidem ita, ut ſit alteri incommunicabile; Ordinem autem, ſive materialiter, ſive formaliter ſumptum, nemo definiet eſſe ſubſtantiam Individuam, & alteri incommunicabilem; niſi fortè denſiſſimis errorum tenebris, aut potius fumis ſit involutus; cum noverint omnes, Ordinem Religioſum, eſſe aggregatum per accidens, inſtar Exercitus.* Hæc ille. Acuta ſanè argumentatio, & digna cui luxerit Eclipſis. Sed ℞. 1. me nunquam dixiſſe, quod Ordo quiſpiam Religioſus, ſit ſuppoſitum, ſeu perſona vera; (quod ſolum Cruſii diſcurſus impugnat) ſed eſſe perſonam duntaxat repræſentatam, ſeu fictam affirmavi. Iam autem inter verum & fictum, ingens chaos firmatum eſt. ℞. 2. Sicut ſe habet perſona vera, ad aliam veram; ita ſe habet perſona repræſentata ad aliam repræſentatam: Et ſic, Ordo Religioſus eſt indiviſus in ſe, & diviſus à quolibet alio Ordine, ſeu alia perſona repræſentata; adeoque dicit etiam intrinſece & formaliter excluſionem communicationis cum pluribus Ordinibus, ſeu perſonis repræſentatis in genere ſuo; non autem excluſionem cõmunicationis, cum perſonis veris, cum ex his ipſis conſtet & confluat; ſicut civitas ex civibus, Collegium ex Collegis &c. Ordinem autem ſive materialiter, ſive formaliter ſumptum, nemo definiet eſſe ſubſtantiam dividuam, & alteri Ordini communicabilem, niſi forte denſiſſimis Eclipſeos tenebris, aut potius fumis ſit involutus; cum noverint omnes, Ordinem Religioſum, eſſe tale aggregatum per accidens, cui non repugnet, ſimul eſſe perſonam repræſentatam. En, ut hæc verba Braſilica, ſe ſponte ſenſim contrahat præ pudore!

Perſona & ſuppoſitum idem ſunt.

Aliud eſt perſona vera, aliud ficta.

PARADOXVM VI.

Avicula Hortenſis.

Fol.90.col.2.in princ.
Qu.2.ſect.3.c.3.nu.6.

Admirandus floſculus, aviculæ ſimilis.

13. Herbam ſuperius præfati ſumus, in cuius medio vertice, miro naturæ artificio, floſculus prognaſcitur, minutiſſimæ volucri variis coloribus tinctæ, per omnia ſimilis; qualem ſe fide dignus quidam Κηπόφιλος, ex Italia in Sueviam noſtram allatum, vidiſſe, ſerio nobis teſtatus fuit. Cuius nomen cum ignoremus, *Aviculam hortenſem* nominare, & hoc loco attentius conſiderare viſum eſt. Interim undequaque corradit Cruſius, quæ Monachis obiiciat: Hoc loco inſerit formulam Profeſſionis Monaſticæ, in Specul. lib. 4. de regular. & tranſeuntib. numer. 1. repertam; quæ ſic habet: *Ego N. promitto Deo & ſanctis eius, & vobis Domino Abbati vel Priori, coram vobis, & Conventu veſtro, me perpetuam continentiam ſervaturũ IN HAC DOMO VEL MONASTERIO, quantum Deus fragilitati meæ permiſerit: Et renuncio propriis, & Vobis debitam, ſecundum Regulam talis Ordinis Obedientiam, & reverentiam, ac ſtabilitatem, & converſionem morum meorum promitto.* Ita Cruſius ex Speculatore; quem præcipuè loqui de Benedictinis, docent ſequentia, eod. lib. 4. & tit. Hanc formulam undecunque acceperit, video per Germaniam nec in uſu, nec in pretio eſſe. Cum enim obligatio votorum, ex voventis intentione pendeat; Quid ſi ſtante prædicta tota formula, vovens haberet intentionem *promittendi perpetuam continentiam*, duntaxat *in hac domo vel Monaſterio*, non autem extra Monaſterium, aut ſi cum tempore, ad aliud Monaſterium, eum transferri contingeret? Nam illa verba, *in hac domo vel Monaſterio*, referuntur ad promiſſionem continentiæ; non ad ſtabilitatem, (ut Cruſius opinatur) quæ in fine formulæ ſeorſim promittitur. Deinde, appendix altera, *quantum Deus fragilitati meæ permiſerit*, videtur eſſe exceptiva voti, ita ut ſi vovens, ex humana fragilitate laberetur, ui huius formulæ non peccaret contra votum. Et quotusquisque in hoc genere caſus eſt, cui non ſuffragetur fragilitas humana?

Formula quædam profeſſionis Monaſticæ diſcutitur.

14. Sane talis profeſſio non faceret Monachum, nec in d. c. vidua, nec aliis à Speculatore citatis, hæc ipſa formula profeſſionis approbatur: Quam tamen tanti æſtimat Cruſius, ut ex ea conetur evincere peculiare votum ſtabilitatis, ultra tria illa ſubſtantialia. Hinc eſt, quod ibid. explicans illa verba Innocentii in c. ſicut ex literis. de iureiur: *Abbas nunquam debet dare literas abſolutionis ſuo Monacho, niſi prius habeat aliud Monaſterium vel Eccleſiam, ad quam vadat; & ex tunc, nihil habet facere in primo Monaſterio:* ſub-

Literæ abſolutionis Monacho datæ, quid operentur.

ſubiungat; *Quorſum enim aliàs literæ darentur abſolutionis, niſi à VOTO STABILITATIS loci abſolveretur?* Inepta & paradoxa illatio. Tales enim literas Sanctus Benedictus cap. 61. Regulæ, *commendatitias*, Vrbanus Papa *cautionem literarum*. 19. qu. 3. c. ſtatuimus. nominant: Quales etiam Chalcedonenſe Concilium c. 13. exigit à Clericis ſæcularibus, ad alias Eccleſias Canonicè tranſeuntibus; easque cum S. Auguſt. pariter *commendatitias* vocat. diſt. 71. c. extraneo. &.c. hortamur: quas à ſexta Synodo *dimiſſorias* appellari, conſtat ex. 21. q. 2. c. 1. Sed in primo nomine, quod dicantur *literæ abſolutionis*; id unum à Cruſio quæro, num tales etiam Clericis ſæcularibus dari præcipiantur, ut abſolvantur *à voto ſtabilitatis*? En, ut impingimus. Quorſum ergo dantur denique hæ literæ? Certe per eas Clericus aut Monachus Canonicè transferendus, *abſolvitur*. Primò à ſtallo in Choro. Secundò à voce in Capitulo. Tertiò à Corpore Collegii, prioris Eccleſiæ vel Monaſterii, ita ut deſinat eſſe frater, ſeu membrum illius incorporatum. Quartò ab omnibus iuribus, immunitatibus & privilegiis eiuſdem, ac bonis temporalibus, ita ut ex tunc (ut recte ait cit. Innoc.) nihil habeat facere in primo Monaſterio vel Eccleſia: ſed omnia hæc recipit in ſecunda. Quodſi transferendus, eſt Religioſus, tunc conſecutive & implicite, ſimul etiam abſolvitur à termino voti Obedientiæ; ſicuti Canonicus transferendus à termino ſuæ Obedientiæ, citra votum præſtandæ. Rem amplius elucidemus.

15. Regularis vovens continentiam ac paupertatem, ubique locorum eas adimplet; Obedientiam vero, tanquam votum reſpectivum, adimplere non poteſt, niſi habeat hominem, cui loco Dei obediat. Et talis eſt Abbas, ſive Superior Monaſterii; qui, cum ratione dignitatis loco cohærentis, ſit adſtrictus loco, efficitur, ut Regularis profitens, vi voti Obedientiæ, eiuſve termini correſpectivi, intelligatur promittere ſtabilitatem loci, quia terminus ſuæ Obedientiæ, adeo eſt loco affixus, ut etiam vigore Concilii Trid. ad reſidentiam obligetur, nec poſſit Eccleſiam ſuam, etiam cum conſenſu Capituli deſerere, ut inquit Cruſ. q. 6. Eclipſ. n. 26. ex Honor. 1. ſumm. decret. t. 9. n. 9. idque in vim Matrimonii ſpiritualis. Ipſum quidem votum Obedientiæ, in Religioſo per ſe manet immutabile ac perpetuum: eius vero terminus correlativus *Cui*, variari poteſt, ſed non illo invito. Hinc fit, ut per literas *abſolutionis*, ſeu *commendatitias* innoteſcat, terminum correlativum Obedientiæ ſubditi, in profeſſione ſponte ſibi præfixum, acceptatum, & conſentientem, ius ſuum in alterius Monaſterii vel Ordinis Superiorem, ex rationabili cauſa Canonicè transferre, nullo Religioſi mutato voto, ſed unius duntaxat termino. *Obedientia, eſt votum reſpectivum.*

16. Ex quibus patet, duo paradoxa, à Cruſio in hac materia tradi. Primùm quod dicat, translationem Canonicam, & nudum tranſitum Monachi ex uno loco in alium, (qualis eſt, ſi quis vadat à Monaſterio ad Academiam, utibi aliquandiu profiteatur Philoſophiam &c.) eſſe unum & idem *Duo abſurda Cruſii.*

ſubiungat; *Quorſum enim aliàs literæ darentur abſolutionis, niſi à VOTO STABILITATIS loci abſolveretur?* Inepta & paradoxa illatio. Tales enim literas Sanctus Benedictus cap. 61. Regulæ, *commendatitias*, Vrbanus Papa *cautionem literarum*. 19. qu. 3. c. ſtatuimus. nominant: Quales etiam Chalcedonenſe Concilium c. 13. exigit à Clericis ſæcularibus, ad alias Eccleſias Canonicè tranſeuntibus; easque cum S. Auguſt. pariter *commendatitias* vocat. diſt. 71. c. extraneo. & c. hortamur: quas à ſexta Synodo *dimiſſorias* appellari, conſtat ex. 21. q. 2. c. 1. Sed in primo nomine, quod dicantur *literæ abſolutionis*; id unum à Cruſio quæro, num tales etiam Clericis ſæcularibus dari præcipiantur, ut abſolvantur *à voto ſtabilitatis*? En, ut impingimus. Quorſum ergo dantur denique hæ literæ? Certe per eas Clericus aut Monachus Canonicè transferendus, *abſolvitur*. Primò à ſtallo in Choro. Secundò à voce in Capitulo. Tertiò à Corpore Collegii, prioris Eccleſię vel Monaſterii, ita ut deſinat eſſe frater, ſeu membrum illius incorporatum. Quartò ab omnibus iuribus, immunitatibus & privilegiis eiuſdem, ac bonis temporalibus, ita ut ex tunc (ut rectè ait cit. Innoc.) nihil habeat facere in primo Monaſterio vel Eccleſia: ſed omnia hæc recipit in ſecunda. Quodſi transferendus, eſt Religioſus, tunc conſecutive & implicite, ſimul etiam abſolvitur à termino voti Obedientiæ; ſicuti Canonicus transferendus à termino ſuæ Obedientiæ, citra votum præſtandæ. Rem amplius elucidemus.

15. Regularis vovens continentiam ac paupertatem, ubique locorum eas adimplet; Obedientiam vero, tanquam votum reſpectivum, adimplere non poteſt, niſi habeat hominem, cui loco Dei obediat. Et talis eſt Abbas, ſive Superior Monaſterii; qui, cum ratione dignitatis loco cohærentis, ſit adſtrictus loco, efficitur, ut Regularis profitens, vi voti Obedientiæ, eiuſve termini correſpectivi, intelligatur promittere ſtabilitatem loci, quia terminus ſuæ Obedientiæ, adeo eſt loco affixus, ut etiam vigore Concilii Trid. ad reſidentiam obligetur, nec poſſit Eccleſiam ſuam, etiam cum conſenſu Capituli deſerere, ut inquit Cruſ. q. 6. Eclipſ. n. 26. ex Honor. 1. ſumm. decret. t. 9. n. 9. idque in vim Matrimonii ſpiritualis. Ipſum quidem votum Obedientiæ, in Religioſo per ſe manet immutabile ac perpetuum: eius vero terminus correlativus *Cui*, variari poteſt, ſed non illo invito. Hinc fit, ut per literas *abſolutionis*, ſeu *commendatitias* innoteſcat, terminum correlativum Obedientiæ ſubditi, in profeſſione ſponte ſibi præfixum, acceptatum, & conſentientem, ius ſuum in alterius Monaſterii vel Ordinis Superiorem, ex rationabili cauſa Canonicè transferre, nullo Religioſi mutato voto, ſed unius duntaxat termino. *Obedientia, eſt votum reſpectivum.*

16. Ex quibus patet, duo paradoxa, à Cruſio in hac materia tradi. Primùm quod dicat, translationem Canonicam, & nudum tranſitum Monachi ex uno loco in alium, (qualis eſt, ſi quis vadat à Monaſterio ad Academiam, ut ibi aliquandiu profiteatur Philoſophiam &c.) eſſe unum & *Duo abſurda Cruſii.*

idem

idem, *ac inter ſe converti, ut definitionem & definitum*; de quo egimus ſupra, allegat. 400. 2. quod afferat, Religioſum, datis ſibi literis abſolutionis aut dimiſſorialibus, *abſolvi à voto ſtabilitatis*, cum ſtabilitas, non ſit votum, à tribus ſubſtantialibus diſtinctum; ſed ſit incluſa in voto Obedientiæ. Vnde Religioſus, cum propria voluntate careat, eiusq; tota voluntas ſit incluſa voluntati Prælati in loco reſidentis, rectiſſime dicitur ſervare ſtabilitatem loci, quãdiu voluntatem ſuam, Superioris voluntati incluſam, ad ſe non retractam, in Superiore loci relinquit, licet interim ipſe, iubente Obedientia, apud Garamantas & Indos commoretur: ſtabilitas enim loci, cum non obligat perpetim in loco manere, ſed à Prælato loci dependere; unde fit, ut *Monachus ubicunq; fuerit, dummodo ſit ſub Obedientia Abbatis, ſemper fingatur eſſe in Clauſtro*; Panorm. in c. ex reſcripto. de iureiur. n. 3. & ſeqq. Hanc loci ſtabilitatem, olim in Eccleſiam, ad vitandas gyrovagorum liberas evagationes, ſumma cum ratione introductam, docet nos *Hortenſis avicula* noſtra, veriſſimam imaginem referens hominis Religioſi; veluti quę cæcam Deo ſervans Obedientiam, Continentiæ florem integerrime tuetur; ſummoque Paupertatis ſtudio perpetuum iungit ſilentium, Mundo mortua. Abſtinentia eſt admirabilis, contemplatione ſublimis; in proſperis & adverſis immobilis: Si fractus illabatur Orbis, impavidam ferient ruinæ. Quid, quod & loci ſtabilitatem (qua de agimus) accuratiſſime ſervat, parvus quidam facta Stylites; ut iam opus nõ ſit, in Ægyptum, ad videndum mirabilem illum Simeonem, columnæ ſuæ perpetim inſiſtentem, longo dubioque itinere proficiſci.

Monachus quomodo ſervet ſtabilitatem loci, ubicunq; moretur

Avicula hortenſis accommodatio, ad perſonas Religioſas.

PARADOXVM. VII.

Spongia marina.

Fol. 92. col. 2. in fin.

Quæſt. 2 ſect. c. 3. n. 9.

17. Spongiæ marinæ, herbę ſunt, vel potius inter herbas & animalia, quoddam medium; eo miraculo inſignes, quod illis in ſit ſenſus, & innata quædam pertinacia, ut ait Sim. Maiol. colloq. 9. & 20. dier. canic. Vnde Ariſtoteles animal. lib. 1. c. 1. *Spongia*, inquit, *ſenſum aliquem habere creditur, argumento, quod multo difficilius abſtrahatur, niſi clanculum agatur, ut referunt avulſores.* Et Plin. lib. 9. c. 45. *Spongiis*, ait, *intellectum eſſe conſtat, quia ubi avulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur.* Iſtius generis, ſunt quædam radicatæ hominum opiniones, quantumvis nonnunquam abſurdiſſimæ quas quanto magis eis eximere vel evellere coneris, tanto magis reluctantur, ut earum animam crederes eſſe pertinaciam, licet ipſi ſpongia molliores tractabilioresq; appareant. Talis eſt & illa Cruſii, quam cit. loco tradit: *Quodſi*, inquiens, *vel à Superiore legitimo ſubſtitutus Ordo, in Collegio extincto, vel etiam ſpem iuridicam & proximam reſtituendi haberet, ipſe agere poſſet, nomine tamen*

Spongia marina, inter herbas & animalia, eſt quiddã medium.

An mortuorũ nomine agat ordo ſubſtitutus.

NON

NON SVO, ſed ANTECESSORVM MONACHORVM. conſequenter nomine mortuorum. Adeoq; Patres Societatis, Monachis à Superiore legitimo alicubi ſubſtituti, non agunt nomine ſuo, ſed nomine Monachorum mortuorum, quorum tituli ac beneficia præſupponuntur authoritate Superioris extincta, omneq; ius ipſorum, in alios, viventes translatum. Paradoxa hæc ſententia, plane ſpongia opus habet, qua deleatur, etiam reſiſtens, ne ſubſtituti Patres Societatis, in Monaſteriis, *non ſuo*, ſed mortuorum etiam Monachorum *nomine* comedere & bibere à Democrito noſtro dicantur.

PARADOXVM VIII.

Chamæleon herba.

Fol. 138. *&* 139. *col.* 1. *&* 2. *& fol.* 150

Qu. 4. *cap.* 2. *n.* 5. 6. 7. *& q.* 5. *c. un. n.* 1.

18. Chamæleonem quoque inter hæc Horti Cruſiani paradoxa æſtimari video. Ea eſt herba, omnium rerum, quibus proxima adhæret, colores induens, inſtar Chamæleontis animalis, à quo nomen accepit. de qua Plin. lib. 22. c. 18. *Chamaleon herba*, inquit, *quam aliqui ixiam vocant, mutat cum terra colores, hic niger, illic viridis, alibi cianeus, alibi croceus, atq; aliis coloribus.* ut ita Proteum inter herbas referat, *Chamæleon, qualis herba.*

Si quæras, ad quem pertineat diſpoſitio Monaſteriorum deſtitutorum, è manibus infidelium recuperatorum; tot occurrent reſponſa, quot capita. 1. Alii enim dicunt, *Imperatorem recuperando talia, non plus iuris in illa ſibi acquiſiviſſe, quam ſibi acquiſiverit in bona fidelium Procerum, quæ rebelles ſibi appropriarant.* Ita tres Conſultores è Societ. in conſilio Bergenſi, Aſtri fol. 408. colum. 2. 2. Alii è contra, *Imperatorem plus iuris habere in hæc Monaſteria.* Ita Paulus Layman. Iuſt. defenſ. fol. 460. qui & totam diſpoſitionem tribuit Imperatori, dum ibid. fol. 492. *Ad Eccleſiarum ſupremum Advocatum ſpectare*, inquit, *ut provideat cui Ordini, vel alteri pio uſui, pro maiore DEI gloria, Eccleſiæque eius augmento, Monaſteria debeant applicari.* 3. Alii, Cæſari Pontificem Romanum adiungunt, docentes, *Eſſe in MERA facultate Imperatoris, utpote novi Fundatoris, ut talia bona, AD QVOS VOLVERIT VSVS DESTINET & applicet, annuente Pontifice Summo.* Ita authores conſiliorum apud Valent. Mangion. in Theoricis Aſtri fol. 22. 30. & 36. *Novem ſententia diverſa: ad quem pertineat diſpoſitio Monaſteriorũ deſtitutorum.*

4. Alii, Papam Imperatoris lateri præponunt. hinc cit. Laym. fol. 368. 371. & 443. *Monaſteria*, inquit, *& bona eorum vacantia, Romanus Pontifex, & Cæſar, aſſignare & donare poſſunt, quibus ipſi volunt.* Aſſentitur d. Mangionius, & placida diſceptatio. 5. Alii Cæſari tergum vertentes, dicunt, *ad Pontificem non ad Cæſarem pertinere, Eccleſias transferre, dividere &c.* Sic Laym. d. iuſt. defenſ. fol. 52. 6. Qui rurſum fol. 466. etiam Epiſcopos, aliosque

Prælatos inferiores, excludens, ait, *huiuſmodi Monaſteria extincta, Sedi Apoſtolicæ SPECIALITER reſervata eſſe.* Conſentit Cruſius q.5.Eclipſ.c. un. n. 1. inquiens, *poſſe Pontificem talia Monaſteria LIBERE aliis alterius Ordinis Religioſis conferre, idque de poteſtate ordinaria.* 7. Alibi Summo Pontifici, ſocios adiungunt Epiſcopos. Ita Layman, Iuſt. defenſ. fol. 6.11.12.24. & 25. aſſerens, quod *mortuo Abbate cum toto Capitulo, ius totum diſpoſitionis recidat principaliter ad Papam, etiamſi Monaſterium, aut Sacrum Collegium exemptum non ſit: Et ſuo modo ad Epiſcopum, cum ſubordinatione ad Papam.* 8 Alibi diſtinguunt inter exempta, & nō exempta ajuntq; *Monaſteriorum olim exemptorum bona, pertinere ad Papam, non tanquam ad Dominum proprietarium, ſed tanquam ad Adminiſtratorem: Non exemptorum vero Monaſteriorum bona, ad loci Epiſcopum.* Ita Cruſius d.q.4.c.2.numer.7. ex Laymanno. qui alibi ait: *Ordinationem huiuſmodi Monaſteriorum non exemptorum, pertinere ad Epiſcopos, tamen cum dependentia à Pont. Max.* In quo vero hæc dependentia conſiſtat, nullibi exponit. 9. Alibi denique idem Layman, prætereundo talem dependentiam, docet *Eſſe receptam doctrinam, quod propter negligentiam Collegii, vel mortem omnium de Collegio, ius providendi devolvatur ad Superiorem, qui habet poteſtatem confirmandi Electum, ſive Epiſcopus ſit, ſive alius Prælatus.* in qq. Canon. de prælat. elect. c. 9. numer. 98. Et in Cenſura 38. Aſtri. §. 3. *At vero*, inquit, *ego longè uberiorem Epiſcopis, & ſimilibus Prælatis poteſtatem tribui, ſi Monaſteria exempta non ſint ; Videl. quod in caſu iſto extinctionis totius Collegii, aut Monaſterii, proviſionem & ordinationem facere poſſint IVRE PROPRIO.* Similia habet ibid. p. 1. loco. 1. poſt init. & in Iuſt. defenſ.

Quot capita, tot ſententia.

Viden' ergo Lector, ad quemvis obvium ventum, ab his ſcriptoribus pallium aptari, qui in omnium tranſeuntes ſententias, omnium colores videntur aſſumere, arundine vento agitata mobiliores; ut proinde, non dico paraſitos, pro cuiusque domini menſa natos, ſed herbam Chamæleonem, cuiuslibet obviæ rei colores reddentem, accuratiſſime imitentur.

PARADOXVM IX.

Agnus herba.

Fol. 151. col. 2, ante med.
Qu. 5. c. unic. n. 2.

19. Diſcurrit ibi Bremenſis philoſophicè, de cauſa finali piæ fundationis; *quam ait, ſicut & in aliis duplicem poſſe conſtitui, ſcilicet Cuius & Cui. Ariſt. 2. de anima cap. 4. Finis Cuius generatim ſumptus, eſt bonum, quod nobis aliisque comparare cupimus. Finis Cui, eſt perſona, Cui aliquod bonum appetitur, Vterque integer eſt, atque adæquatus finis, ſua perfectione INFORMANS*

MANS ſubiectum. Et mox: *In hac materia piæ fundationis, finis CVIVS, eſt IPSA DONATIO liberalis rerum & bonorum, in honorem Dei promovendum facta. Finis CVI, ſunt perſonæ, quibus fit eiusmodi donatio.* Iterumq; poſt pauca: *In fundatione pia, poteſt nunc intendi magis principaliter finis Cuius, ſeu IPSA DONATIO - nunc vero magis principaliter finis Cui, &c.* Hucusque Cruſius.

A ſæculo non eſt auditum, quod actio, vel tendentia ad finem, ſit ipſe finis intentus. Donatio rerum & bonorum, in honorem Dei promovendum, eſt ipſiſſima actio, ſeu tendentia in finem honoris Dei, quia Fundator, ſua non donat Eccleſiæ, niſi propter intentum aliquem finem, CVIVS gratia fiat donatio: Igitur donatio bonorum huiuſmodi, ſeu fundatoris actio, non poteſt eſſe finis piæ fundationis, cum talis donatio, nihil aliud ſit, quam fundatio; & fundatio nihil aliud, quam talis donatio, committeretur enim alias paradoxa nugatio. Porro finis Cuius, definitur ab Ariſtotele, eſſe, *cuius gratia aliquid fit*; hoc ipſum proinde eſt quod quæritur, Cuius gratia talis fiat *donatio* ſeu fundatio? Quodſi Cruſius dixerit, ſe intellexiſſe donationem obiectivam, ſeu rem donatam. Contra: Ipſe affirmat; *Vtrumque dictum finem eſſe integrum, & adæquatum ſua perfectione informantem ſubiectum.* qualis eſſe non poteſt donatio obiectiva, quæ nec donantem nec donatarium *informat.* Adeoque inter ſacrum & ſaxum hæret philoſophia Cruſiana. Nimirum hoc ſtipite ſeu caule ſuſtentatur admirabilis illa herba, quam Agnum à formæ ſimilitudine nominari, & è Caſpiis montibus, in Hortum Cruſianum allatam eſſe, iam ſupra diximus. Verum ea defectu pabuli, ut video, iam exaruit, & in latus collapſa, humum ſemel ore momordit.

Medium, non eſt finis.

Definitio finis Cuius.

PARADOXVM X.

Flos Indicus.

Fol. 173. col. 2. poſt med.
Qu. 6. c. 2. num. 12.

20. *Poſito*, inquit Cruſius, *non tamen conceſſo, quod factæ tranſlationi; contrariaretur voluntas teſtatorum, hac tamen, caſu, quo publica Eccleſiæ utilitas ageretur, FORET IRRATIONABILIS, IDEOque NON CVRANDA; & voluntas illa, tanquam privata, publicæ poſtponenda erit Eccleſiæ utilitati.* Loquitur ibi de tranſlationibus Monaſteriorum ad Societatem Ieſu. Ex cuius poſito fundamento, ſequitur, Imperatorem cuiuſvis divitis ſubditi ſuperflua bona in uſus Societatis & eiuſdem Seminariorum convertere poſſe, eorumque voluntatem, qui ſe opponerent *fore irrationabilem, ideoq; non curandam, cum voluntas illa,*

Hæc ſententia eſt impia, cum loquatur de tali utilitate publica, cui aliter conſuli poteſt, non derogando Concordatis Germ. nec tacito pacto Fundatorũ cum Ordinibus & Eccleſia

tanquam privata, publicæ poſtponenda ſit utilitati: quid enim obſtat, ubi par eſt Principis poteſtas, & par applicationis utilitas, quo minus par utrobique eliciatur concluſio? Atqui hæc doctrina multum paradoxa eſt; quantumvis minus læderetur iuſtitia & charitas, ipſeque Deus, ſi Princeps ex plenitudine poteſtatis auferret ab opulento ſuperflua bona, quibus is in Dei offenſam, & proximi læſionem abutitur, quam ſi fundatio in pium uſum deſtinata, ex bono fine ad meliorem converteretur.

Qualis neceſſitas requiratur ut Princeps ius quæſitum tertio auferre poſſit.

21. Taceo, ad hoc, ut plenitudinem huiuſmodi poteſtatis Princeps exercere, & ius quæſitum tertio auferre poſſit, talem requiri neceſſitatem, ut Reipub. commodiore via ſuccurri nequeat. Petr. Anton. de Petra, de poteſt. princ. & iure quæſ. non toll. c. 24. à num. 16. usque ad fin. præcipuè. num. 25. 32. 34. 36. 56. & ſeqq. & num. 80, & 81. per text. c. Eccleſiæ. 16. q. 1. & num. 239. ubi dicit, non eſſe boni Principis, diſcooperire unum altare, & tegere aliud. Et; Principem, rem tertii auferre non poſſe; quamdiu alia via Reipub. ſubveniri poteſt, teſtatur Menoch. conſil. 265. num. 33. & 34. Alciat. conſ. 161. num. 12. Socin. Iun. conſ. 98, num. 10. lib. 3. Felin. cap. quæ Eccleſiarum. num. 53. de conſtit. Hart. Piſt. lib. 2. quæſt. 40. num. 43. Ruinus conſ. 46. num. 14. lib. 1. Qua de re videatur Ioan. de Caſtillo. part. 2. controverſ. quotidian. c. 28. ubi inter cæteros commendat Franc. Sarmient. lib. 1. ſelect. qq. c. 8. num. 21. & 22. dicentem, *Principem quidem in his, quæ publicam utilitatem reſpiciunt, maiorem habere poteſtatem; conſiderandum tamen eſſe, ne iniquum & à lege reprobatum contineat, non autem quod melius potuiſſet diſpone, conſiderandum: Quod enim teſtator vel Fundator voluit, non quod melius fuiſſet eum voluiſſe, attendendum eſt.* Qui Caſtillo ibid. part. 3. c. 6. magnum cumulum congeſſit, de hac materia ſcribentium; inter quos Hyppolitus Riminald. conſ. 199. à num. 146. uſque 188. lib. 2, & conſ. 45. à num. 41. uſque 91. lib. 1, Marcus Anton. Peregr. de fideicomm. art. 52. à num. 108. uſque 135. & à num. 144. usque ad fin. Simon. de Petris. de interpret. ult. vol. lib. 1. ſolut. 13. Quibus adde ex recentiorib. Martin. Mager. de advocatia arm. c. 16. num. 90. & ſeqq. Paulum Chriſtineum, deciſ. Belgic. vol. 2. deciſ. 75. num. 2. ubi ex Cravetta conſ. 241. num. 12. dixit, Angelum non ut Angelum, ſed ut hominem mendacem locutum eſſe, quando dixit, mentiri illos, qui negant Principem ius tertii ſine cauſa alicui auferre poſſe; contra Angelum enim ſtare communem opinionem. Menoch. conſ. 1. numer. 424. & conſ. 103. num. 68. conſequenter & contra larvatum Eugenium Lavanda, qui ſub allegat. paginæ 250. n. 3. in fin. dicebat, *Facere interdum ſine cauſa, eſſe prærogativam Principis, etiam auferendo Ius tertii*: procul dubio dicturus contrarium, ſi ius ipſius alicubi ſine cauſa Princeps auferret.

Quod Fundator voluit, non quod melius fuiſſet eum voluiſſe, attendendum eſt.

Datur etiam aliqua prærogativa eundi ad infernum.

22. Iam vero Cruſius ex adverſo fundationes impugnans, neceſſario præſupponere debet, in noſtro caſu, alia via Eccleſiæ conſuli non poſſe, quàm extinctione & translatione Monaſteriorum ad d. Societatem; id quod manifeſtè falſum eſſe, docuimus *Aſtri* q. 2. numer. 19. 28. & 29. quo

Lecto-

Lectorem breuiatis ſtudio remittimus, docetque contrarium experientia quotidiana, & Carolus Carafa, Nuncius Apoſtolicus, in ſua Germania ſacra reſtaurata, fol. mihi. 345. *In Palatinatu Heidelbergenſi*, inquiens, *Patres Minores, ſtrictioris Ordinis Obſeruantiæ S. Franciſci, hoc tempore* (anno circiter 1628.) *ex Caluiniſmo ad Catholicam Religionem reduxerunt ciuitatem Wolfſtein, cum adiunctis ſuis vndecim pagis; Sic etiam ciuitatem Stromburg, cum duobus oppidis, & 14. pagis. Pariter ciuitatem Monzingenſem: Archiſatrapiam totam ciuitatis Cæſaris—Lautrenſis, cum tribus oppidis, & 60. pagis: Dominium Hohenecken, cum quatuor pagis: Oppidum Rockenhauſium, cum 6. pagis: Arcem Naumburg, cum 12. pagis; Et oppidum Oppenheimenſe.* Atteſtantur Nabburgenſes in Superiore Palatinatu publicis literis & ſigillis, (quæ vidi.) *Se & potiſſimam partem ſuæ communitatis ac ciuium, ad Catholicam Religionem, indefeſſa Patrum Benedictorum Montis Sancti Andex opera, & inſtructione reductos eſſe.* Faterurque Paulus Layman, Iuſt. defenſ. fol. 92. & 93. totum Palatinatum Superiorem, Orthodoxæ fidei nuper fuiſſe reſtitutum, *antequam vllum Collegium SOCIETATIS, aut Seminarium erectum erat.*

Argumentatio Cruſij refutatur ab effectu.

23. Eſt igitur hæc ſententia Cruſij, de irrationabili Fundatorum hodie voluntate in Monaſterijs, non modò paradoxa, piarũ aurium offenſiua, & falſa, ſed etiam (ſi verum loqui liceat) impia, & ſupra modum ſcandaloſa. Quis enim poſthac vlterius pias fundationes inſtituet? Quis execrationibus diſpoſitiones factas ſufficienter muniet, ſi de proximo angulo, cuiuis audaciori, ad emergentem, ſibiq́; viſam commodam occaſionem, ſcribere liceat, execrationes illas mera eſſe terriculamenta, meras venatorum formidines; Fundatorum antiquorum voluntatem, hodie fieri irrationabilem, ideoq́; non curandam eſſe? Pallium iſtud, Scriptoribus Societatis cum hæreticis commune eſt, quo ſe tegunt; nam idipſum & hi clamant, nè Monaſteria impiè rapuiſſe ac detinere videantur. Heu quò deuenimus? in quæ tempora incidimus? quàm infidos poſt ſe filios reliquit ueneranda maiorum Germanorum pietas? Experimur planè ſæcula, quò recentiora, eò licentiora; vt conceptæ quorundam audaciæ, amphitheatra iam anguſta fieri incipiant; & inſolenti nouitati, tota ſordeſcat antiquitas. Nempe hodie Chriſtus Dominus vadit in Germaniam iterum crucifigi. Iam inſtrumenta paſſionis Dominicæ comportat in horto ſuo Cruſius; iam radix illa Indica pullulat vbique, cujus folia lanceæ, cuius in gremio quinque vulnerum ſtigmata; cuius flos, columna ad flagellandum; frons, ſpinea corona; tres claui, vertex. Quid enim aliud eſt, antiquiſſimas fundationes, tot quondam ſignis & miraculis cælitus comprobatas, hodie nominare *irrationabiles, minimeq́; curandas*; quàm cum Iudæis exclamare *Crucifige, Crucifige*? Annon per huiuſmodi nouas & inauditas doctrinas, Ordo Monaſticus *tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur; & poſtquam flagellauerint, occident eum?* Verùm, denique præter omnem exſpectationem Cruſij, *tertia die reſurget.*

Doctrina Cruſij ſcandaloſa.

Fundatorum extremam voluntatem violare, abominabile eſſe, dicit Ferdinandus I allegatus in compoſit. Pacis, Diling. cap. 8. n. 52.

Flos Indicus deſcribitur.

Luc. 18.

PARADOXVM XI.

Arbor anatifera.

Fol. 176. columm. 2. ante med.
Quæſt. 6. cap. 2. num. 16.

24. Poſteaquam Cruſius, voluntatem Fundatorum in eiuſmodi tranſlationibus Monaſteriorum, negaſſet mutari per abſolutam poteſtatem Summi Pontificis, ſubiunxit: *Neque ex plenitudine arguitur poteſtas abſoluta: cùm & Archiepiſcopis, & Legatis de latere, ſua detur poteſtatis plenitudo, per pallium deſignata, non tamen abſoluta. Igitur.* Ingenioſè, more Cruſiano. Sed ſciendum, quòd alia eſt plenitudo poteſtatis Papalis, quæ reſidet in Papa; & alia eſt plenitudo poteſtatis Archiepiſcopalis, quæ reſidet in Archiepiſcopo; alia demum plenitudo poteſtatis Legati de latere, quæ in ipſo Legato reſidet. Plenitudo poteſtatis Papalis, fons eſt incommunicabilis alteri mortalium: Plenitudo verò poteſtatis Archiepiſcopalis, riuulus eſt, & complementum dignitatis Archiepiſcopalis: ſimiliter plenitudo poteſtatis Legati de latere, complementum eſt muneris & Officij manualis. Vnde cùm nos in Summo Pontific. ex plenitudine poteſtatis, arguimus poteſtatem abſolutam, Papalem vtique intelligimus, quæ reſidet in Papa, non illam quæ reſidet in Archiepiſcopo vel Legato de latere. Nam Papa transferendo Monaſteria per plenitudinem poteſtatis, transfert illa per plenitudinem poteſtatis quæ in ipſo reſidet, non per illam quæ reſidet in Archiepiſcopo vel legato; adeoque ex plenitudine poteſtatis in Papa reſidente, rectiſſimè arguitur eiuſdem poteſtas abſoluta. Hinc eſt, quòd Petrus de Petra. ſupracit. tract. cap. 3. quæſt. 1. num. 2. ait: *Secundò præſuppono, quòd abſoluta poteſtas, ſuprema poteſtas, & plenitudo poteſtatis idem ſunt. vt firmat Bald. in cap. canonum ſtatuta. num. 24. in fin. de conſtitut. dicens, quòd ſuprema iuriſdictio, vocatur plenitudo poteſtatis:* & Paulus Layman fol. 1. iuſt. def. *Secundò*, inquit, *accipitur plenitudo poteſtatis, vt idem ſit, quod poteſtas abſoluta, ſeu libera à lege poſitiua, cùm Princeps legi non ſit ſubiectus, ſed ſupra legem.* Iſthæc nimirum eſt arbos illa anatifera, in cuius ramis cùm anates maturuerint, decidunt apud Cruſium in mare Creticum, indeque ſingulæ, cum ſua poteſtatis volandi plenitudine euolant, aliæ ad Summum Pontificem, aliæ ad legatos de latere, aliæ denique ad Metropolitanos Prouinciarum.

Plenitudo poteſtatis, alia eſt Papalis, alia Archiepiſcopalis &c.

Abſoluta poteſtas & plenitudo poteſtatis idem ſunt in Papa.

PARA-

PARADOXVM XII.

Corallium.

Fol. 176. & ſeqq. duobus.
Qu. 6. c. 2. nu. 21.

25. Corallium frutex eſt, aut herba in imò mari naſcens, de qua Solinus c. 7. *Liguſticum mare*, inquit, *frutices procreat, qui quamdiu fuerint in aquarum profundis, fluidi ſunt, tactu prope carnulento: deinde vbi ſuprà attolluntur, lapideſcunt. Nec ſolùm qualitas illis, ſed & color mutatur, cùm enim ſint puniceo, protinus erubeſcunt: ramuſculi ſunt, quales arborum videmus, rarò pedem longi.* Eadem refert Plin. lib. 32. c. 2. & S. Baſil. homil. 7. apud Maiol. cit. colloq. 20. In Horti Cruſiani ſelecto breuiario, creſcit idem corallium, eiuſdem ſpeciei. Nam quamdiu ſub aquis confuſæ deliteſcunt Cruſij opiniones & ſententiæ, tamdiu tractabiles ſunt, & ab auctore partes flectuntur in omnes: Verùm vbi primùm euelluntur, & per veritatis amatorem, ſuper aquas turbidas in Solem attolluntur, aëris & lucis impatientes, mox rigeſcunt, & erubeſcunt. Dixeramus in Aſtro q. 2. n. 19. & 30. & q. 3. n. 5. (ſicut & ſuprà, allegat. 338.) ex doctrina Filliucij, Laymanni, aliorumque Dd. *violari ius diuinum, naturale ac gentium, ſi pia legata, aut quomodocunq; à Fundatoribus diſpoſita ad certum vſum pium, alio, SINE IVSTA CAVSA applicentur.* Hîc jam Cruſius: *Si ita eſt*, inquit, *& ſi etiam interueniente cauſa, opus eſt in translatione, abſoluta poteſtatis Pontificiæ plenitudine, quomodo excuſabuntur Monachi Benedictini, Præmonſtratenſes, Ciſtercienſes, qui Eccleſias vel CANONICIS SÆCVLARIBVS, vel REGVLARIBVS fundatas, etiam AB EPISCOPIS OBTINVERE?* *Corallium quid?*

26. Accuſat ergo nos, duplicis generis Eccleſias, ab Epiſcopis obtinuiſſe. 1. Eccleſias Canonicorum Regularium. 2. Eccleſias Canonicorum ſæcularium; Catalogum ex vtriſque ibid. attexens: De vtriſque igitur ſeorſim agendum. Et primò quidem incumbit ipſi probare, quod dictas Eccleſias *ab Epiſcopis OBTINVERIMVS*; nam precariò, vel aliis cuniculis (vt quidam hodie ſolent) obtinuiſſe inſinuat. Sed non eſt, quòd nos ſuo pede metiatur, vtpote longiore. Deinde, dico paradoxũ & Creticum dictum eſſe, quòd Eccleſias Canonicis Regularibus fundatas, ab ijs obtinuerimus, qui dare non poterant; nempe ab Epiſcopis: *cùm nullus citra Papã poſſit alterare ſtatũ Eccleſiæ Religioſæ*, vt ait Abb. in c. inter quatuor. de relig. dom. nu. 1. Epiſcopus autem, Papa non eſt. Ad Eccleſias Canonicorum ſæcularium (quarum ibi. 14. translatas enumerat) ꝙ attinet, nego me docuiſſe, quòd in earum translatione ad Regulares, opus ſit abſoluta plenitudine Pontificiæ poteſtatis; cùm perpetuò dixerim, tales de iure cõmuni, cum cauſa, ab Epiſcopo fieri poſſe; ſed non è contra. 12. q. 2. c. ſi Epiſcopus. 73. vbi gl. verb. ſi Epiſcopus: *Hic habes*, inquit, *quod de ſæculari* *Nullus citra Papam poteſt mutare ſtatũ Eccleſiæ Regularis.*

Ex Eccleſia ſæculari poteſt fieri Monaſterium, de iure communi; ſed non è conuerſo.

ſæculari Eccleſia, poteſt fieri AB EPISCOPO Monaſterium. vt extra. de Eccleſ. ædifican. ad audientiam. il. 2. Sed è conuerſo non poteſt. vt 19. q. 3. quæſemel. extra. de relig. dom. inter quatuor, niſi fiat authoritate Papæ. vt extr. de cenſibus cum venerabilis. & extr. ne cler. vel Mon. c. relatum. vel vbi aliter non poſſit locus reformari, niſi per Canonicos ſæculares. vt extr. in ead decret. inter quatuor. Eadem docet gl. 19. q. 3. c. ſtatuimus. verb. quæritur. Abb. & Dd. ibid. Idipſum de 4. cellis Eremiticis, in eodem Catalogo Cruſij deſcriptis, & in Monaſteria conuerſis dictum eſto. Nam tales Eccleſiolæ, non ſunt Regulares, ſed ſæculares: cùm ipſi Eremitæ, nulla vota ſolennia ſub approbata Regula ſupponantur emiſiſſe; eſto, fuerint Clerici aut votis ſimplicibus alligati. Adeoque in his octodecim translationibus peccat Cruſius, quòd in ijs, etiam interueniente cauſa factis, dixerit, me authore opus fuiſſe abſoluta plenitudine Pontificiæ poteſtatis.

Cellæ Eremiticæ, non ſunt Regulares.

27. Præterea, etiamſi ſucceſſu temporis, tales Eccleſiæ Canonicorum ſæcularium, vel Eremitarum, ad nos translatæ fuerint, nego itidem nos eas *ab Epiſcopis obtinuiſſe*: Nam vel ipſi Clerici, aſſumpto habitu Monaſtico, vnanimiter & ſponte, ex Eccleſia ſæculari, cum conſenſu Epiſcopi, fecerunt Eccleſiam Regularem: id quod olim non infrequens fuiſſe, docent Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Paulus Layman, Cenſura 20. *Aſtri. §.* inter Collegia. arg. c. ſtatuimus. 3. Cauſa. 19. q. 3. Vel in locum malè viuentium Clericorum, Regulares ab Epiſcopis, motu proprio, vel ad inſtantiam aliorum ſubſtituti fuerunt; vt etiam in Anglia pluries accidiſſe refert Osbertus in vita S. Dunſtani, apud Surium, & docet S. Bonauent. in libello ſuo apologet. q. 11. tom. 7. oper. fol. 351. col. 2. Mogunt. edit. anno 1610. vbi ait; *id factum per Epiſcopum loci, VEL ex iuſſu Domni Papæ, qui intelligens Clericos illos, VEL Religioſos ibi minus honeſtè ſe gerere, vel ad tantam paupertatem redactos eſſe, quòd diuinum ſeruitium ibi ita eſſet dilapſum, quòd per ipſos non erat ſpes reſtaurationis; authoritate Apoſtolica mandauit illos alibi locari, aſſignatis ſibi certis reditibus, vnde poſſent congruè ſuſtentari, & Fratres* tunc minores *ibi habitare, & diuina officia celebrare.* Apud quem S. Bonauenturam, particula VEL, non denotat (vt Cruſius opinabatur (alternatiuam arbitrij, ſitam in voluntate Epiſcopi, ad ſubſtituendos Clericos VEL Religioſos; ſed differentiam contingentis tranſlationis Clericorum, VEL Religioſorum ad alios: Et illam quidem per Epiſcopum loci, hanc verò iuſſu Domni Papæ factam, rectè affirmat. Mallemus autem aliquando inſpicere Catalogum Monaſteriorum ab antiquis Ordinibus ad Societatem Ieſu, hactenus translatorum; quorum numerum (ſi Dij bene vortant) copioſiſſimum eſſe non dubitamus. Adeoque aſſertum Cruſij Corallium, in lucem protractum, repentè obriguit, ſteteruntque comæ, &, quæ ſalua res eſt, erubuit, ad globulos culpæ deprecatorios, poſthac vſui futurum.

Particula VEL, nõ ſemper eſt alternatiua arbitrij liberi.

* * *

PARA-

Paradoxvm XIII.

Flores perpetui.

Fol. 179. col. 2. poſt. init.
Qu. 6. c. 2. num. 22.

28. De Concordatis Germanicæ Nationis ibi ſermo eſt; ubi Cruſius, *Poſito*, ait, *quòd ex Concordatis viri idonei ſint., qui juxta ſacros Canones & fundationes, qualificati ſunt, ac habiles. At tunc negatur hac aſſumptio, quòd mortuis omnibus alicujus loci Monachis ſolitarijs, reliqui ejuſdem Ordinis in alijs Monaſterijs profeſſi, ſint poſitivè habiles ex fundatione & Canonibus; & alij aliorum Ordinum ſint inhabiles.* Hæc ille.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior avis, tulit
Nos nequiores, mox datura
Progeniem vitioſiorem. — *Horat. lib. 3. Ode 6.*

Hactenus, etiam teſtimonio totius Orbis, & Oecumenici Concilij Trid. poſitivè habiles erant ad Monaſteria juxta Sacros Canones & fundationes, qui eundem Ordinem erant expreſsè profeſſi, & non alij. *Seſſ.* 14. c. 10. de reform. Vnde & tales, tanquam habiles & cæteris paribus idonei, poterant, & etiamnum poſſunt in Abbates aliorum Monaſteriorum ſui Ordinis eligi, nec habent neceſſe poſtulari. c. ne pro defectu. de elect. Sunt enim hi, veluti flores quidam perpetui, cùm Ordo nunquam moriatur, ſed germinet ſicut lilium, & floreat in æternum ante Dominum.

29. *Quod autem attinet ad Patres Societatis*, inquit Laym. Juſt. def. fol. 371. *ipſi fatentur ſe juxta fundationem habiles & qualificatos NON ESSE ad ea Monaſteria, priuſquam Canonicam ſuper ijs inſtitutionem, unionemq́ accipiant*: quo caſu Vnionis, Monaſteria deſinunt eſſe Monaſteria, fiuntque prædia Collegiorum quibus uniuntur. Nicol. Garzias. de benefic. tom. 2. part. 12. cap. 2. n. 12. & Dd. ibi allegg. Hodie Cruſius, omnibus Canonibus ſacris & antiquitate naſutior, negat Monachos ejuſdem Ordinis habiles eſſe; aliorum Ordinum, ut Societatis, habiles eſſe, tantùm non jurejurando conteſtatur. — *Monachi ad Monaſteria deſtituta ſunt habiles & qualificati, ante omnem Canonicã inſtitutionem.*

Novi ego hoc ſæculum, moribus quibus ſit: malus, bonum malum
Eſſe vult, ut ſit ſui ſimilis: Turbant, miſcent mores mali: rapax,
Avarus, invidus; ſacrum prophanum, publicum privatum habent. — *Plautus.*
Hiulca gens. Hæc ego doleo, hæc ſunt quæ excruciant;
Hæc dies noctesq́ tibi canto, ut caveas: Quod manus non queunt
Tangere, tantùm fas habent, quò manus abſtineant.

Eâdem ratione, poſſumus & nos (ſi ita licet) negare, quòd mortuis omnibus alicujus Collegij Patribus & Fratribus Societatis Ieſu, reliqui ejuſdem

 Ordi-

Ordinis profeſſi, ſint poſitivè habiles ex fundatione & Canonibus; & alij viciſſim aliorum Ordinum ſint inhabiles. Sed quantos hoc fumo irritabimus crabrones? Nempe, paradoxa ſæpe non apparent, niſi retorta in authores: quibus, omnia jura invertere, Zeli animarum ſignum eſt indubium.

PARADOXVM XIV.

Vermes, herba.

Fol. 180. col. 2. in princ.
Qu. 6. c. 2. num. 22.

30. Memini me videre hortum, in cujus areolis, vermium multitudinem conſpicatus, ex viridi colore, & levi quodam auræ motu eos vivere, humiq́ue pro more repere conjectabar. Vultu proin' averſo, pedem, referre cæpi. Tum hortulanus; Quid frontem corrugarem? vermes non eſſe, quos crederem, ſed herbam: tollerem, inſpicerem, tractarem; eos quidem vivere, at non ſentire; non ex papilionum aut ſcarabæorum putredine, ſed radice humi fixa pronaſci. Vnum decerpſi, inſpexi, verſavi, miratus naturam in tantillo quoq; animali ludere. Hortus Ioannis Cruſij, ut vermibus refertus eſt, ita cumprimis hoc loco grandiores gignit. Ii etiam vocales ſunt, & præditi motu progreſſivo; quodq́; mirum, aliquid ex arte Grammatica & Muſica norunt; declinant enim multa nomina; ſcandunt carmina cujuſcunque metri, humi ſcripta; ſcalam citra memoriæ periculum percurrunt, pauſas ſervant, etiam ſine aſpirationibus, notas folijs inſcriptas poſt ſe relinquunt, quarum nomina, Maxima, Longa, Brevis &c. Age, inſpiciamus.

Vermes Cruſiani mirabiles.

31. Ad Sacri Concilij Trid. ſeſſ. 23. c. 18. de reform. in verb. quòd ſi Epiſcopi. habetur declaratio Sacræ Congreg. Cardinalium talis: *Ante omnia in Seminarijs conducendus eſt Grammaticus & Muſicus, qui pueros inſtruant, & ſi reperiantur Ieſuitæ, cæteris anteponendi ſunt.* In quæ verba cit. loco Cruſius ita commentatur. *Ex Societatis hominibus, etiam multi ſunt Muſici. Et apud quos magis floret Muſica, quàm apud Societatis Religioſos? Denique eſto, ſint Monachi inſignes Muſici, adhuc Ieſuitæ illis præponendi: nam cæterorum appellatione, omnes contineri ſcribit M. Teren. Clemens in l. cum optio. 17. ff. de opt. legat. & Marcellus apud Vlpian. in l. cæterorum. ff. de V. S. tradit incluſionis notam eſſe. Vnde ſi omnibus anteponendi ſunt, etiam Monachis Muſicis, quos vox cæterorum includit, anteponentur, adeoq́; Societatis Religioſi magis idonei cenſebuntur.* Jam prodeunt vermes. *VNDE RELINQVITVR, Pontificem poſſe, non obſtantibus Germaniæ Concordatis, Monaſterijs etiam non exemptis, de utilioribus proſpicere perſonis*; hoc eſt, de Grammatico & Muſico. Ridete Lemures. In Seminarijs Ieſuitæ cæteris anteponendi ſunt, ergo Monaſteria etiam non exempta, non obſtantibus Concordatis, ad Ieſuitas transferenda ſunt.

Conſequentia Cruſij tota verminoſa. Vbi leonina pellis deficit, vulpina ſumenda eſt.

Flo-

Floſculus, & pueri qui Grammaticam & Muſicam diſcunt, poterunt huic vermiculatæ & paradoxæ illationi dare cenſuram. Nobis otium non eſt, ſingulis vermibus & herbis inhærendi. Democritus noſter, aliàs verminoſus, pro tribunali ſedens, ſententiam in cognatos feret mitiorem.

PARADOXVM XV.

Aloë.

Fol. 195. col. 2. ante med.

Qu. 7. c. 2. num. 3.

32. Herba hæc, amariſſimi ſucci eſt, habens folia latiſſima, craſſa, & odoris graviſſimi. Cruſius hanc plantat; aſſerens Monachos *Benedictinos* OCCVPASSE *Monaſteria & Collegia Guilhelmitarum, Auguſtinianorum, Hieronymianorum, Eremitarum, & Canonicorum ſæcularium adhuc ſuperſtitum.* Verbum *occupationis*, amariſſimi ſucci, & graviſſimi odoris eſt, nimis craſſa & lata gerens folia: uno verbo, Plus Aloës quàm mellis habet; ſonat enim in malam partem, & invaſionem ſapit. Specul. tit. de reſtit. ſpol. §. 1. verſ. 4. 6. & 8. & tit. de locat. & conduct. §. 6. verſ. 48. Socin. jun. conſ. 86. nu. 22. vol. 1. Paul. de Caſtro in rub. ff. de operis no. nunci. num. 4. Paradoxum igitur eſt, hanc Aloën Benedictinis adſcribere, qui non habent in more, aliena invadere, ſed ſua potiùs elargiri, ſcientes, *beatiùs eſſe magis dare, quàm accipere.* Cæteroqui memorat Plin. lib. 27. c. 4. Aloën in Aſia naſci, laudatiſſimam autem ex India adferri. Cruſio perinde eſt, undecunque ſibi per mare advehatur, dummodo navis oneraria priùs ad portum Candiæ appellens, vectigal ſolverit, & aërem hauſerit Cretenſem.

Occupationis verbũ, ſonat in malam partem, & invaſionẽ ſapit.

Actor. 20.

PARADOXVM XVI.

Scorpius herba.

Fol. 199. col. 1. in med.

Qu. 7. c. 2. num. 10.

33. Scorpius animal, extremitate caudæ ictum infligit; Cruſius in extremitate libri accipit: ſed remedium illi præ manibus eſt herba, de qua Plin. lib. 22. c. 15. *Ex Argumento*, inquiens, *nomen accepit Scorpius herba; ſemen enim habet, ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis, folia pauca. Valet & adverſus animal nominis ſui. Eſt & alia ejuſdem nominis effectuſq́ʒ, ſine folijs, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen.* Hæc ille. Videamus animalis ictum. *Confirmatur* 2. inquit Cruſius, *ex ipſa ſubjecta Doctorum reſponſione, quòd Monaſterium ut Monaſterium, unitum alteri, debeat conſervari in ſuo ſtatu. Ergo ſupponit ſtatum ejus adhuc eſſe.*

Scorpius, qualis herba.

At ſi illic mortui omnes omnino fuiſſent, nullo ſuperſtite, fuiſſet ſtatus illius Monaſterij mutatus. Barboſ. in tract. de axiom. juris. axiom. 73. *num.* 3. *Rebuff. in l. mulieris appellatione* 13. §. *res abeſſe videtur. ff de V. S.* Mox fol. 201. col. 2. ante fin. applicata ſibi Scorpionis herba, totum contrarium aſſerit, fugatoq; veneno, vulnus inflictum dexterrimè ſibi ſanat: *N.B.* inquiens, *CERTUM EST, quòd mortuis omnibus Collegis hujus loci ſacri, non propterea ipſius loci ſacri ſtatus ſit mutatus.* Hem calidum & frigidum. Taceo Barboſam & Rebuffum perperam illic allegari; *cùm non mutetur ſtatus Regularitatis, tametſi per plurimos annos deſinant Monachi Eccleſiam incolere.* Caſpar Denichius. de benefic. Eccleſiaſt. aſſert. 7.

Contradictoria loquitur Bremenſis.

34. Plura paradoxa, alibi hactenus inſperſimus, quæ Lector paſſim facilè reperiet, in Aula noſtra Eccleſiaſtica nu. 51. 58. 71. 73. 93. 107. 112. 120. & Allegat. 6. 9. 41. 54. 60. 73. 83. 108. 124. 125. 132. 137. 155. & ſeqq. 169. 173. 174. 175. 177. 183. 187. 195. 201. 229. 248. 267. 272. 284. 397. n. 4. 400. n. 2. & 3. 440. n. 1. & 2. 443. 446. 450. 453. 492. 494. tit. Herculis columnæ. 496. n. 2. & ſeqq. 499. n. 2. & ſeqq. Nec erravero, ſi totam Eclipſin paradoxam nominavero, quando & modicum fermentum, totam maſſam corrumpit.

Paradoxa plurima.

35. Sed jam tempus eſt, ut Cruſio tandem expergefacto (hactenus enim dormiſſe, paradoxa docuerunt) pro exhibita humanitate, & Hortum ſuum, ejusque Confinia, & Paradoxa rariora viſendi conceſſa licentia; gratias agamus. Itaque vale Cruſi; grates accipe, ſtudiumque meum tuendæ veritatis, æqui boniq́ue conſule: quod te facturum non dubitabo, ſi Veritatem, ut par eſt, tibi anteferri non ægrè tuleris. Quòd jocos inſperſerim, ne mirere; vita noſtra non minus indiget jocoſis, quàm ſerijs; Etiam Hortus occaſionem dedit; & Lector pro tollendo ſibi tædio perſuaſit. Amo te tuosque, (ſecurus eſto) ſed nullius errores. Ceſſa veritatem impugnare, ceſſa Charitati Chriſtianæ obices ſtruere, & pax inter nos erit, qua nil optabilius. Honorarij loco, hunc aureum nummum cape, cujus imago refert ex una parte, liberationem innocentiſſimæ Suſannæ. Daniel. 13. & necem duorum ſenum, cum inſcriptione Græc, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Ex altera, tragicam hiſtoriam Aman & Mardochæi. Eſther. 7. & 8. cum inſcriptione Latina.

Suſtine, & abſtine.

CAVETO TOLLI. Iterum valeabimus.

* * * *
* * *
* *
*

HORTI

HORTI CRVSIANI.
APPENDIX.

Lectori meo reſpirare.

1. INter Cimmerias tenebras, quas offuderat Orbi Chriſtiano Paulus Layman Societ: Jeſu Presbyter, falsá ſuæ, *Iuſta defenſionis* perſuaſione contra Religioſorum Ordines antiquos, eorumque fundationes & Monaſteria deſtituta deluſus, operæ pretium nuper erat, ut *Aſtrum inextinctum* in lucem prodiret, ne preſſa veritas, oppreſſa crederetur. Id cum fulgentibus radijs in Imperio Romano quaqua verſum circumferretur, etiam in oculos ipſius Pauli caligantis incidit, qui pupillarum vitio, plenum maculis eſſe ratus, ſumpto calamo, primus atramentum eidem induxit, & *CENSVRAS*, ab illis meis Lovanienſibus, Duacenſibus, Viennenſibus, alijsque nimiùm quantum diverſas, inſcripſit. In propria cauſa num deceat *Cenſuram* ferre, non diſcutiam: Concedendum aliquid irato ſeni; cui, objurgari, peregrinum viſum. Is repentè lorica & galea per ſocios contra me armatus, pharetram jaculis implevit, arcum humeris impoſuit, & aperto Marte congrediens, telis irritis aërem fatigavit. Vt bili locum faceret ampliorem, contra Scioppium ſibi rem eſſe finxit: Vt nimirum ille ſtridentes ſagittas audiret, ego exciperem. Cenſuras ipſius, non re-cenſeo; ne mortuo bellum indicere videar: ſed neque res oleo digna, nedum pretio; quid enim crambes bis cocta? Totus Achilles, in aliquot ſcommatum plauſtris conſiſtit, quibus me paſſim onerat, dum nominat

Cenſor in propria cauſa, lippus eſt.

2. *Falſarium,* *Fraudulentum,* *Nugacem & loquacem,*
Falſatorem, *Magiſtrum fallaciarum,* *Malitioſum,*
Calumniatorem, *Deceptorem,* *Falſum & fingentem,*
Sophiſtam, *Fide non dignum,* *Criminatorem,*
Hominem malum, *Fallacem,* *Depravatorem,*
Infantem, *Fraudum artificem,* *Panurgum,*
Impoſtorem, *Verſutum,* *Ineptum,*
Temerarium, *Puerilem & ſtultum,* *Hominem vanum,*
Impudentē atq; perverſum, *Malevolum,* *Scribentē pueriles nugas quas ferulâ, nō calamo repellere oporteret,*
Callidum machinatorem, *Scurram,*
Invidioſum, *Cavillatorem,*
Imperitum Iure Conſultum *Veſanum Aſtrologum,* *Pſeudologum,*
Novitium Iuriſtam, *Mendacem,* *Doloſum, &c.*

Scommata, quibus me Paulus Layman afficit.

 Hæc

Hæc & ſimilia ſcommata, ſi de *Cenſuris Aſtri inextincti* Laymanno expunxeris, theatrum & actores huic Plauto abſtuliſti. In his enim titulis & cavillis, potiſſimam vim ponit ſolutionis argumentorum, quæ in *Aſtro* modeſtiſſimè continebantur. Novum planè genus reſpondendi, quo ſi argumentis contrarijs ſatisfieret, nemini verba defutura exiſtimo, quibus etiam Laymanni Cenſuræ accuratiſſimè ſolverentur. Dicteria rependere, non eſt argumenta diluere, ſed confirmare. Certè cum hoſte quoque milites modeſtiùs loquuntur. Vnde conſequens eſt, magnam ipſi vim argumentorum *Aſtri* viſam eſſe, quæ Opponens veritatis impatientiſſimus, non niſi ſcommatum repoſitione (more canum Lunam allatrantium) impetere, minimè verò ratione vel authoritate ſubvertere potuit.

3. Præterea, ut *Aſtrum* redderet exoſum, illius allegationes plerumque cum allegationibus *Actionis perduellionis in Ieſuitas*, aut *Anatomia Societ. Ieſu* conjunxit, ut hoc pacto ſuaderet Lectori, *Aſtrum* ejuſdem eſſe farinæ, cujus hæc Opuſcula, quæ Romæ conſtat Indici librorum prohibitorum inſerta fuiſſe. Verum, noſſe oportebat illud Luc. 17. *Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & alter relinquetur: duæ erunt molentes in unum, una aſſumetur, & altera relinquetur: duo in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur.* Aliud eſt meum *Aſtrum*, aliud Scioppij *raſtrum*: hoc dentes habet, illud radios: hi ab Vniverſitatibus Catholicis approbati; illi Romæ meritò evulſi. Diſpar utriuſq; conditio.

Artificium Laymanno non ſucceſſit.

4. Porrò, ſolenne Paulo eſt, Lectorem perturbare, dicereque, ſe ſuprà dixiſſe; vel infrà, hoc illove loco plura dicturum; cùm ſæpenumero nec jota dixerit: adeoque oblongo naſo circumducit in circulo Lectorem, veritatis inveniendæ cupidum, ut præter confuſionem rerum, & inanes promiſſiones, denique nil inveniatur. Taceo, quòd plura in *Aſtro*, prætereundo approbet, quàm reprobet impugnando. Cùm enim inibi univerſim compræhendantur numeri 347. ex iis ſolummodo cenſet numeros. 90. reliquos. 257. relinquit intactos; ſilentio non præteriturus, ſi vel modicè obmutire potuiſſet.

Vt tamen Lectori Veritatis amanti conſtet, bullas à nobis minimè venditari, paucas Antilogias & Paradoxa dictarum *Cenſurarum* breviter in hac Appendice, digreſſo à nobis Cruſio, percurremus; in quibus, velut in pyxide depictam veram Cenſoris effigiem licebit intueri, & de furfure reliquo conjecturare.

PARADOXVM I.

Dimidium facti qui bene cæpit habet.

5. Procem. 2. Cenſurarum Aſtri inextincti, ait Paulus Layman; *Aſtrum inextinctum, editionis Sangeorgianæ, de examinatione & approbatione doctrinarum, quas in ſe continet, nullum penitus teſtimonium aut*

aut indicium præ ſe ferre : Quæ omnia Tridentinæ Conſtitutioni, ejuſcemodi libros ſub Cenſuris & pænis Canonicis prohibenti, prorſus adverſantur.

Paradoxa hæc doctrina eſt, præſertim à Theologo, & Profeſſore Sacrorum Canonum prolata. 1. Quia Concilij Trid. conſtitutio, non prohibet ſub Cenſuris & pænis, niſi libros non approbatos, *tractantes DE REBVS SACRIS*; hoc eſt fidem, aut ſacram Scripturam concernentes; ut vidimus ſuprà, allegat. 508. num. 5. qualis non fuit Aſtrum inextinctum. 2. Poſito, doctrinam Laymanni veram eſſe, inde evidenter ſequitur, ejus nuncupatam *Iuſtam defenſionem* (ut de pluribus ſimilibus libris Societatis modò taceam) veluti quæ *nullum penitus teſtimonium aut indicium præ ſe fert examinationis & approbationis doctrinarum, quas in ſe continet, Conſtitutioni Trid. ejuſcemodi libros ſub Cenſuris & pænis Canonicis prohibenti, PRORSVS ADVERSARI.*

Concil. Trid. prohibet ſolùm libros tractantes de rebus ſacris, nō approbatos.

Turpe eſt Doctori, cùm culpa redarguit ipſum.

Porrò, plures hactenus Aſtro inextincto acceſſerunt Approbationes, quàm placeat Opponentibus, & quàm Juſta defenſio unquam obtentura ſit.

PARADOXVM II.

Honeſtus error eſt, qui habet magnos duces.

6. Cenſura 48. Aſtri : *Sed & id notum*, inquit Layman, *atq; teſtatum, quòd ex Academia Dilingana, & typographia NVLLVS liber prodeat, niſi antea legitimè cenſus, probatusq; ſit, atq; à Superioribus accepta edendi facultate.* Si ita eſt, quomodo inde ſine præfixa facultate & Cenſuris prodierunt, prædicta Iuſta defenſio, & quæ ſub nomine Eugenij Lavanda publicata ſunt Opuſcula?

Libri ex typographia Dilingana prodeūt, nec cenſi, nec approbati.

PARADOXVM III.

Sapientis eſt revocare, quod malè dixit.

7. Loco 7. Cenſurar. §. in eo verò : *Aſtrologi dicta*, ait Paulus, *eò tendunt, ut exiſtimetur, omnibus è Monaſterio mortuis, titulos & jura Collegialia permanere, quia diſſolutio Collegij non eſt juris; aut de jure, ſed facti duntaxat. Quæ doctrina falſa eſt.* Eadem repetit Cenſura. 6. §. quarta fraus. & Cenſur. 7. §. hic iterum : *In caſu noſtro*, inquit, *ſi omnes è Congregatione moriantur, Monaſterium & tituli ejus extincti ſunt, ac propriè loquendo non vacant, quia vacatio eſt juris exiſtentis, ſed poſſeſſore vacantis.* His conſentanea ſcripſerat fol. 444. Iuſt. def. *Si tota*, inquiens, *Congregatio ſeu Conventus penitus ceſſarit, ſive ſolutus ſit, tum conſequenter Prælaturas, Adminiſtrationes, Officia, &, uno verbo, Iura ac Titulos extinctos eſſe, ideſt, penitus ceſſaſſe; adeoq; non entis nullas eſſe qualitates.*

Vacatio eſt juris exiſtentis.

8. Huius

inuigilent,&c. dicere, quòd *IDEO abſq; obedientia Prælati* id faciant: falſum eſt hanc eſſe traditionem Patrum; falſum, hanc eſſe veritatem, quam dicere cuilibet liceat: Error eſt, quem docere nemini licet; Nam *vbicunq; fuerit Monachus, dummodo ſit ſub obedientia Abbatis, ſemper fingitur eſſe in Clauſtro.* vt inquit Panorm. in c. cum illorum. de ſent. excomm. in 6. apud Layman, Cenſura 12. §. quæ de, Vide ſupra in paradox. horti Cruſ. nu. 16.

PARADOXVM VI.

Notoria non probantur.

11. Nimis paradoxum eſt, quòd Laymannus, Doctor & Profeſſor Sacrorum Canonum Academicus, contra communem, non modo neſciat, ſed etiam impugnet diſtinctionem *Iuris & facti*; ſeu diſſolutionem quæ fit *de iure*, & eam quæ fit *de facto*; velitque vtramque eſſe diſſolutionem *Iuris*, & vtramque *facti*: *In eo verò* (inquiens loco. 7. §. in eo verò.) *decipit Aſtrologus, quod priorem vocet diſſolutionem* IVRIS, *eiq; opponat diſſolutionem* FACTI, *per mortem omnium: quaſi hæc poſterior, diſſolutio* IVRIS *non ſit.* Grandis hæc eſt inſcitia, & culpabilis; quia *Doctori turpe eſt, ignorare ius, in quo verſatur*; & ait Cruſius q. 2. Eclipſ. ſect 3. c. 2. num. 4. Si diſſolutio Collegij per mortem omnium, eſt de iure, quo iuris textu, vel ratione approbante fit hæc diſſolutio? an ius & factū ſunt idem, ita vt quicquid fit de facto, fiat etiam de iure? contrà quod dicitur. l. 38. §. hi qui ſunt. ff. de V. O. & l. 41. ff. de peculio. l. 24. ff. de R. I. cap. inter alia. de ſent. excomm. & ibi Dd. latè Rebuff. ad l. verbis legis. 120. ff. de V. S. vide Aulam noſtr. Eccleſiaſt. n. 10. & ibi cit. Cruſ.

Aliud eſt fieri aliquid de iure, aliud fieri de facto.

PARADOXVM VII.

Opinio veritati cedit.

12. Cenſura 2. §. nolo hic pluribus: *Taceo*, inquit Layman, *quòd l. illam 36. ff. de religioſ. & ſumpt. funerum*, Auctor Aſtri, *inſcitè alleget*, QVIA ET IMPIA SIT, *& ad propoſitum eius nihil prorſus pertinet*: *Cùm loca capta ſunt ab hoſtibus, inquit Ethnicus I.C. Pomponius, omnia deſinunt Religioſa vel ſacra eſſe* (id eſt, viduari ſacris miniſterijs. vt ait gloſſ. 7. q. 1. paſtoralis. verb. revertatis.) *ſicut homines liberi, in ſeruitutem perueniunt: quodſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reuerſa, priſtino ſtatui reſtituuntur.* Hæc ille; Sed παράδοξως. Non enim ideò lex *impia* dicenda eſt, quòd ſit Ethnici hominis, cùm ab Eccleſia & Catholicis Principibus ſit in Corpus Iuris ciuilis recepta, nec quicquam contineat impium. Vnde ſicut *Pij Principes, non omnia piè faciunt*, vt ait Henr. Wagnereck Vindiciar. lib. 2. c. 3. §. 6. ita homines impij, non omnia faciunt aut loquuntur impiè; aliàs ſequeretur, magnam partem legum ciuilium, tanquam impiam, expungendam eſſe. Taceo, tales vim ſuam non accepiſſe ab authoribus, ſed ab Imperatoribus, aut populo.

Non eſt impium, quicquid dicunt impij.

PARADOXVM VIII.

Quid facient agni, ſi titubant arietes?

13. Cenſur. 4. §. tertiò. *Interim non nego, ait Paulus, Panormitanum & alios quoſdam, in hac ſententia fuiſſe, quòd Epiſcopi, & ſimiles Prælati inferiores Papa, euiuſmodi Monaſteria, ob mortem omnium VACANTIA, ſeu extincta, ordinare DEBEANT, per eiuſdem Ordinis Religioſos; eamq; doctrinam, in Iuſta defenſ. NVNQVAM NEGAVI.* Qui defendit alicuius doctrinæ contradictoriam, vtique negat alteram contradictoriam; vnius enim incluſio, eſt excluſio alterius: Atqui Paulus, totis Cenſuris & Iuſta defenſione, defendit, Monaſteria per mortem omnium vacantia, de iure non debere ordinari per eiuſdem Ord. Religioſos, ſed eſſe in *libera* poteſtate Superioris, illa donare cuicunque Ordini voluerit; ergo Paulus ſemper negat & negauit eam doctrinam, qua docetur, Monaſteria vacantia ordinari *debere*, per eiuſdem Ordinis Religioſos. Ad contradictoriam antilogiam ſufficeret, ſi vel ſemel negaſſet.

Menoch. libr. 4. præſumpt. 89 n. 90. per l. eum Prater. in princ ff. de iudic Bart. & Ripa ibid. citati.

PARADOXVM IX.

Nimiùm ſapere, eſt minimùm ſapere.

14. Cenſur. 2. §. tametſi negat Layman Monaſteria Ordinis S. Benedicti, veluti patrimonium S. Benedicti, *debere filiis, ſeu profeſſis Ordinem S. Benedicti*; *cum ſcire debeat* Author Aſtri, *ius ſucceſſionis in Eccleſiaſticis beneficiis ac præbendis locum nullum habere. c. quoniam.* 10. *& ſeqq. de filiis presbyterorum. & c. 2. de conceſſ. præb.* Verè ſenes bis pueri; tot hic paradoxa concurrunt. Primò. Quòd mihi imputet, quaſi in Aſtro loquens de filijs ſpiritualibus S. Benedicti, locutus fuerim de filijs naturalibus presbyterorum, adeoque de ſucceſſione carnis & ſanguinis, de his enim ſolis loquuntur Canones contra me allegati. Secundò. Quòd neget dari ſucceſſionem in Eccleſiaſticis beneficijs, cum tamen omnes Summi Pontifices vſque ad hodiernum, omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, hactenus ordine ſuis anteceſſoribus ſucceſſerint: Quæ ipſa continua ſucceſſio in Eccleſia Catholica, teſte S. Auguſtino, magnum veræ fidei perhibet teſtimonium. Sed aliud eſt ſucceſſio teſtamentaria, ſiue ſaguinis, & aliud ſucceſſio electiua: illa in dd. Canonib. prohibetur; hæc tantum abeſt vt prohibeatur, vt etiam toto tit. de poſtulat. prælat. & tit. de electión. præcipiatur & imperetur. Vide ſuprà de hac re, allegat. 440. Tertio. denique, quòd neget dari patrimonium, niſi in ſucceſſionibus carnis & ſanguinis. Ad quem ergo pertinet hodie patrimonium S. Petri? annon Patres etiam Societatis vivunt de patrimonio CHRISTI? At inquies, hanc eſſe metaphoricam acceptionem patrimonij paterni, non propriam. ℟. tale eſſe patrimonium, qualis eſt paternitas in S. Benedicto, reſpectu ſuorum Monachorum, quos ipſemet in

ca-

capite ſuæ Regulæ filios nominat, *Auſculta ô, fili &c.* Ius Canonicum, & ius Ciuile, iuxta ſe ambulant, non ſemper paſſibus æquis, tamen ſimilibus. Iiſdem verbis, in iure Ciuili vtimur ciuiliter, in iure Canonico ſeu Eccleſiaſtico, Eccleſiaſticè.

Aliter ſonant nomina quadam in iure ciuili, & aliter in iure Canonico.

PARADOXVM X.

Non omnis fert omnia tellus.

15. Cenſur. 6. §. ad hoc, ait, *Monaſterium per mortem Abbatis dicitur vacare, non omnimodè & abſolutè, ſed cum addito, VACANS PASTORE. cit. c. Meſſana. ideſt viduata, ſeu orbata Prælato, tanquam ſponſo ſuo.* Mox ſuimet oblitus, paucis interiectis, ſubiungit: *Falſum quoq; eſt, quòd mortuo toto Conuentu, ſi ſolus Prælatus ſuperſit, Monaſterium non vacet* (.Paſtore vel ſponſo.) *tam de iure, quàm de facto, quod attinet ad titulos Conuentuales.* In iure Canonico, nunquam venit Monaſterium, ſub nomine Conuentus, ſeu titulorum Conuentualium, excluſo Prælato, & Prælati titulo: Vnde hæc acceptio, paradoxa eſt apud Laymannum, hoc loco; alibi non admiſſa ab eodem. Vide ſuprà, paradoxa Cruſij. nu. 3. & 4.

Monaſterium vacat paſtore, per ſolius Abbatis obitum.

PARADOXVM XI.

Qui malè percipit, malè reſpondet.

16. Aſtri q. 1. n. 51. diſcurſus erat de mente Dd. vbi nam ſentirent remanere poſſeſſionem & proprietatem rerum Eccleſiæ Collegiatæ, ſi omnes de Collegio eſſent mortui. Et reſpondi, quòd, ſecundum Baldum, Panor, & alios, ſi nullus de Collegio remanſit, talis poſſeſſio & proprietas remaneant juris intellectu penes Eccleſiam materialem viduatam. Adduxerã in eandem rẽ verba Bart. qui l. 1. §. municipes. ff. de acquir. poſſ. 2. *Quæro, inquit, ſi moriuntur omnes de Collegio, an poſſeſſio vacet? In Collegio ſæculari, dic quòd ſic, vti notavi ſupra. tit. quod cuiuſq; vniuerſitatis. l. ſicut. Sed in Collegio Eccleſiæ, videtur quòd non; Quia ipſa Eccleſia poſſidet. Cod. de SS. Eccleſ. l. iubemus, in fin: expreſſius de Epiſc. & cler. l. raptores. §. fin. & diaconiſſa. ibi. & plenam poſſeſſionem. &c.* Hæc Bartolus. Layman verò, vt ſatis paradoxè reſpondeat, ſimulat ſe non percepiſſe theſin quæſtionis, ideoque Cenſurã. 8. §. veruntamen. ait. *Reſpondeo verum eſſe, quòd mortuo Prælato, proprietas & poſſeſſio rerum, & quidem reipſa, non tantum ſecundum iuris intellectum, maneat penes Eccleſiam ſiue CONGREGATIONEM viduatam.* Acutè; ſcilicet. Doctores loquebantur de caſu, quo nullus de Congregatione remanſit; Layman de caſu, quo ſolus Prælatus mortuus: illi de cæpis, hic de allijs.

Laymanni reſponſio, nihil ad propoſitũ.

17. Qui tamen eâd. cenſur. 8. §. ſecundò. haſtam abijcit, de antilogia non erubeſcens, aitque; *ibi. l. 1. § municipes. ff. de acquir. poſſ. docere Bartolum, quòd mortuis omnibus è Collegio Eccleſiaſtico, ipſa Eccleſia MATERIALIS, bona & iura ſua poſſideat.* Salua res, iam noſter eſt Paulus, & reſipiſcens Ouilio ſe

ſe opponit. Videatur idem Bart. & gl. in d.l. ſicut. 7. §. in decurionibus. Menoch. 13. remed. recup. poſſ. nu. 74. Abb. in c. cùm ſuper. de cauſ. poſſ. & propr. ſub num. 18. Bald. ad l. ſi tibi. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. quæſ. 2.

PARADOXVM XII.

Nunquam efficies, vt rectè ingrediantur cancri.

18. Cenſurâ 8. quando, ait Layman: *Manifeſtum eſſe, in Societate Ieſu, membra eius omnia, ſub vno generali capite conſtituta & gubernata*, VNIUS ECCLESIÆ *corpus conſtituere. Id autem de Monaſteriis Ord. S. Benedicti nunquam oſtendi poſſe.* Noua phraſis loquendi, quòd Societas Ieſu, ſit VNA ECCLESIA. Neſcio ſi ſub nomine *Eccleſiæ* aliquando fierit à Summis Pontificibus confirmata: præſertim cùm ſecundum Cruſium comparetur exercitui, ſeu aggregato per accidens, & quidem volanti potius, quam alicubi conſiſtenti, quandoquidem *Religioſi Societatis Ieſu, in ſuis Collegiis nullum ius ac titulum habent alicuius Beneficij*, vt ait ipſe Layman in Cenſur. Aſtri. loco. 6 §. vlt. Quis autem audiuit aliquando, vnum exercitum, etiam ex meris Catholicis militibus conſtantem, & ab vno belli Duce gubernatum, VNAM ECCLESIAM nominari?

Vna Eccleſia particularis non dicitur, in qua nulli ſunt tituli, & nulla beneficia Eccleſiaſtica.

Societas Ieſu an debeat dici, Vna Eccleſia.

PARADOXVM XIII.

Lapis ad amuſſim, non amuſſis ad lapidem applicanda.

19. Nouam & inauditam in Eccleſia Catholica ſententiam tradit Paulus Layman Cenſura. 9. Aſtri. §. multa: *Diſcernere debemus*, inquiens, *inter fundationis diſpoſitionem, & fundationis executionem: Et ideo dico primò, Ordini S. Benedicti generatim ac indeterminatè fieri poteſt legati, teſtamenti, aut fundationis alicuius diſpoſitio; ſicuti & Clero, aut Ordini Sacerdotali generatim legari, aut teſtamento relinqui poteſt, vt iis, exempli cauſa, Eccleſia & ſacrum Collegium ædificetur ac dotetur. Hoc in caſu, tametſi fundationis diſpoſitio & obligatio, extendat ſe confuſè & indeterminatè, ad* OMNES *S. Benedicti Religioſos, aut omnes Clericos ſeu Sacerdotes, tamen* PER EXECVTIONEM *erga aliquos*, EXTINGVITVR OMNIS OBLIGATIO. Et paulò pòſt. *Itaq. ſi Fundator v. g. præceperit, Ordinem S. Benedicti, ſiue, quod idem eſt, Religioſos S. Benedicti in ciuitate aut oppido ſuo conſtitui, Eccleſiam & Monaſterium eis fundari, conſtrui & dotari*; ERGA OMNES *indeterminatè obligatio exorta eſt: EA tamen* PENITVS EXTINGUITVR, *poſteaquam per inſtitutionem aliquorum, iuxta fundatoris voluntatem, executio facta fuerit.* Hæc ille, ſine lege, ſine textu, ſine ratione: Cuius diſcurſus incipit ab optima narratione, & deſinit in paradoxam illationem;

Noua Laymanni opinio.

—amphora cœpit
Inſtitui; currente rota cur vrceus exit?

Horat.

20. Pro quo notandum, quòd Layman inſigni dictionis fallacia hîc vta-

vtatur. In principio enim ſui diſcurſus, ait diſcernendum eſſe inter fundationis executionem & *diſpoſitionem*. Paulò pòſt, in medio ſermonis, *diſpoſitioni* aſſociat *obligationem* fundatoris: In fine demum, relicta totaliter fundatoris *diſpoſitione*, de ſola *obligatione* concludit, quòd ea per executionem penitus extinguatur. Qui diſcurſus totus monſtroſus eſt, veluti qui incipiens à leone, deſinat in piſcem. Aliud enim eſt Fundatoris diſpoſitio; & aliud obligatio diſponendi, ſi voto ſe ad fundationem obſtrinxit. Rurſus, alia diſpoſitio eſt formalis, quæ eſt actus fundatorem informans; Alia obiectiua, ipſa nimirum res quam diſponere cogitat animo fundator. Diſpoſitio formalis, mortuo fundatore perit; non item obiectiua: Hæc enim per executionem nullatenus extinguitur, ſed adimpletur, & candelabro ſuperimponitur; aliàs enim fundatoris diſpoſitio, & executio ſibi contrariarentur, ſi aliud diuerſum contineret diſpoſitio; & aliud executio. Et hæc quidem Fundatoris diſpoſitio tamdiu durat, quamdiu durat eiuſdem executio. *Fundatoris diſpoſitio, alia eſt formalis, alia obiectiua.* *Fundatoris diſpoſitio tamdiu durat, quamdiu durat illius executio.*

21. Simile videre eſt in feudo. Poſita namque in primo acquirente inueſtitura pro ſe, & maſculis ſuis deſcendentibus, primogenitus à morte parentis in feudo ſuccedit: at non ideo mox, ius feudi apud ſecundò, vel tertiògenitum extinguitur, quòd primogenitus in feudo fuerit inſtitutus: Vnde ſi primogenitum cum ſuis deſcendentibus mori contingat, ius feudi, tantiſper apud reliquos ſopitum, ſeu conſeruatum in habitu, reſurgit in actum, (quod non fieret, ſi extinctũ ante fuiſſet.) teneturq; Dominus vigore primæ diſpoſitionis & inueſtituræ, feudum alteri filiorum eiuſque deſcendentibus conferre; quibus etiam in caſu contrauentionis, competeret actio propriè dicta contra Dominum feudi. *Simile in feudo.*

22. Ad *obligationem* Fundatoris quod attinet, datâ operâ id nomen Laymannus ſubſtituit in locum *diſpoſitionis*, quia magis quadrabat intentioni fallendi. Certum enim eſt, ſi Fundator facto voto, Monaſterium extruxit, dotauit, iuribus & priuilegijs muniuit, certos Ordinis S. Benedicti Religioſos induxit, quòd tunc voto ſuo ſatisfecerit, & in ſua conſcientia extinxerit omnem erga Deum obligationem fundandi Monaſterium pro Ordine S. Benedicti: Idque ſolum Laymanni bifurcatus docet diſcurſus; ſed non ſine fallacia dictionis. Alia enim eſt obligatio fundationis formalis, alia itidem obiectiua. Obligatio formalis eſt, quæ reſidet in fundatore, eumque tenet & ligat, donec voto ſuo ſatisfecerit, inducendo Monachos S. Benedicti. Obligatio obiectiua eſt, qua Monaſterium fundatum, ex Fundatoris voluntate obligatur Ordini S. Benedicti, velut illius poſſeſſio. Et hæc obligatio, per executionem fundationis, ſimiliter non extinguitur, ſed inchoatur, perficitur, & impletur: Prout & feudum, licet ab vno ſolùm deſcendentium teneatur, tamen omnibus deſcendentibus à primo acquirente, manet obligatum. Videatur Aula noſtra Eccleſiaſt. num 57. Væ autem Patribus Societ. ſi per immiſſionem quorundam illius in aliquod Collegium, *omnis obligatio extinguitur*: His enim expulſis, aut fortuitò mortuis, Collegium ex fundatione, alijs Socijs doctore Laymanno non debebitur. *Obligatio fundationis alia obiectiua, alia formalis.*

PARADOXVM XIV.

Aduerſus Solem ne loquitor.

Marci.6.

23. Atrox olim facinus commiſit Herodes, quando miſſo ſpiculatore præcepit amputari caput Ioannis Baptiſtæ in carcere. Hodie Paulus Layman è Societate Ieſu, neſcio ſi minori temeritate, antiquiſſimo Ordini S. Benedicti, ſacroſanctum ſuum caput amputare laborat. Ab vndecim ſæculis Ordo iſte, pro ſuo Capite agnoſcebat & venerabatur eundem ſuum Patriarcham Sanctiſſimum BENEDICTVM; quem & Venerabilis Beda noſter, ante mille annos, homil. de S. Scholaſtica. nominat *CAPVT omnium Monaſteriorum, & Doctorem omnium Monachorum.* Idem ſenſerunt in Bullis ſuis Summi Pontifices, idem Scriptores antiqui, recentes, totuſque Mundus quà Catholicus eſt. Quis enim dubitare auſus eſt, S. Benedictum, eſſe ſpirituale CAPVT & originem ſeu inſtitutorem ſui Ordinis; ſicut Adam corporaliter dicitur eſſe CAPVT & origo totius generis humani? Quid, quòd S. Benedictus, congruenter capiti morali, hodieq; influit in Ordinis ſui membra, tum verbo, (. Regulæ.) tum exemplo (: vitæ, per S. Gregorium Magnum, Eccleſiæ Doctorem. lib. 2. dialog. ſcriptæ.) quibus ambobus, dirigitur & gubernatur vniuerſus Ordo, vt quodvis aliud politicum Corpus à ſuo Capite. Certè nec Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu, facilè influit aliter in membra Societatis, quam per ſcriptas literas aut regulas directiuas, etiam poſt mortem illius, vim ſuam retinentes.

Familia nomine, & ipſe Princeps familiæ continetur l.196. de V.S.

Hebr.4.

24. Quæ omnia poſtponens Paulus Laymann, ſuâ Aſtri Cenſurâ. 9. *Dico IV.* inquit, *S. Benedictum in cælis exiſtentem, non eſſe CAPVT Ordinis.* Grauis ictus, *& penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum.* Vnde non mirum, huic ſcriptori, paulò pòſt publicatas ſuas Cenſuras Aſtri, à Parcis vitæ ſuæ ſtamina præciſa fuiſſe. Accidit illi nimirum, quod olim homini Neapolitano, qui cum vltimo Sueuorum Duci, bello deuicto, iuſſus caput ex officio amputaſſet, nè tanti à ſe cæſi Principis nomine gloriaretur, mox alteri à tergo ſtanti carnifici pœnas dedit. Deos nemo impunè lacerat. Commutat interdum S. Benedictus pedum ſuum paſtorale cum gladio S. Pauli Apoſtoli, vti quondam S. Franciſcus in æde ſacra Crucem manibus geſtatam; nunquã tamen ſine cauſa nunquam ſine graui ſequela. Legatur Chronicon Caſſinenſe, aliæque hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Taceo, ſi ita ſubtilizare lubet Laymanno, non videri, quo pacto ſecundum ipſum, S. Benedictus, vel S. Ignatius Loyola dici queant in cælis exiſtere, cùm illorum anima duntaxat ibi vivat, quæ veluti pars, totum nec dici, nec vt totum compoſitum invocari poteſt. Sed quò demum ſubtilitatibus his abducti deveniemus? Ex minimis initijs, maxima.

Layman Ordini S. Benedicti ſuum caput amputat.

Chronic. Ord. Min.

PARA-

PARADOXVM XV.

A ſacris abſtinendæ manus.

25. *Dico V.* pergit ibid. Layman, *Religioſos S. Benedicti, non eſſe hæredes patrimonij S. Benedicti, quia vt ſupra dixi, S. Benedicto nullum propriè loquendo patrimonium, atque ſubſtantia eſt in terris: Atque Religioſi illi, non ſunt filii eius naturales, aut adoptivi.* Miramur, qua in re Ordo S. Benedicti, tot Collegiorum Societatis Ieſu Fundator, dotator, & benefactor, offenderit hunc hominem, vt eidem indubitata quoque ſua patrimonia negare præſumat. *Piorum locorum Adminiſtratores*(. vt ſunt Abbates Ord. S. Bened.) *ſi quid ipſis piis locis teſtamento ſit relictum, ipſi, inquam, Adminiſtratores, eo caſu, IVS ET NOMEN HÆREDVM ſortiuntur ac ferunt,* ait Godofredus in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. vbi lex clariſſimè dicit §. licentia. *Hæredum eis & ius & nomen dedimus.* Quaſi verò Eccleſia Romana, hodiè non ſit hæres patrimonij S. Petri. quia S. Petro, nullum, propriè loquendo, patrimonium atq; ſubſtantia eſt in terris; atque Summus Pontifex hodiernus, non eſt filius S. Petri naturalis, aut adoptiuus? Vbi ſumus Paule? Camelus olim à Ioue deſiderans cornua, etiam aures perdidit. Layman non tantùm aures, ſed & manus & caput. Requieſcat in pace. Amen.

Layman, negat nos eſſe hæredes patrimonii S. Benedicti.

PARADOXVM XVI.

Decipula murem cæpit.

26. *Nego itaq;*, pergit idem, Cenſurâ 11. §. aſtrologus. *Romanum Pontificem eſſe Generalem, ſeu Caput Generale Monaſteriorum S. Benedicti, quatenus à Reliquis Religioſorum familiis, ſeparatum Ordinem conſtituunt: Fateor autem eſſe Generalem, ſeu Caput Generale Monaſteriorum ac Monachorum S. Benedicti, quatenus ij membra ſunt vnius corporis, SIVE ECCLESIÆ omnium Regularium.* Hæc ille, denuo ſine lege, ſine textu, & ratione etiam nomen *Eccleſia*, inuſitata nouitate, tribuens omnibus Regularibus ſimul ſumptis. Verùm hoc miſſo; querimus, cur Papa nō ſit Generalis, ſeu Caput Generale Monaſteriorum S. Benedicti, quatenus à reliquis Religioſorum familijs ſeparatū Ordinem conſtituunt? Cœnobiticus Ordo Monachorum S. Benedicti ſex integris ſæculis, ſolus in Occidente ſtetit ac floruit: an tunc Summus Pontifex non fuit ipſius Caput Generale? An primum cæpit eſſe Caput eius Generale, quando ſucceſſiuè ſurrexerunt in Eccleſia Ordines Ciſtercienſis; Præmonſtrantenſis, S. Dominici, S. Franciſci, Carthuſianorū, &c. qui tamen ſinguli habent per ſe Caput Generale homogeneum in ſemetipſis? Vel, ſi quondam Papa fuit Caput Generale Monaſteriorum omnium S. Benedicti, prout ſeparatū & vnicum Ordinem cōſtituebant; dicat Laymannus, quo tempore, quo die & Conſule, iſte immediatus Generalatus Romæ deſierit? An Iacob Patriarcha, fuit Caput & pater duodecim ſuorum filiorum ſimul ſumptorum, non verò Ruben

Propriè Eccleſia dicitur Congregatio fideliū. de conſecr. diſt 1. c. Eccleſia. quæ vna tantùm eſt. in plura tamen membra diſperſa. *gloſſ. inc. Suſcepti. extrauag. Io. XXII. de elect. verb. Eccleſia.*

Papa, num ſolum ſit Generalis Religioſorum Ordinum ſimul ſumptorum.

PARADOXVM XX.

Dimidio vitæ, nil differunt felices ab infelicibus.

30. Cenſura. 26. 6. fin. *Si diſpoſitio*, inquit Paulus, *vel collatio beneficij, iuxta Nationis Concordata ad alium pertineat, quòd Romanus Pontifex derogare non ſoleat; imò nec iuſtè poſſit, per ſe & ordinariè loquendo.* At qui diſpoſitio vel collatio beneficij dignitatis Abbatialis, in Monaſterijs Apoſtolicæ Sedi immediatè non ſubiectis, & vacantibus, iuxta Nationis Concordata, ad alium Superiorem deuolutionis pertinet, (vt in Aula noſtra, & alibi fusè demonſtratum.) Igitur Romanus Pontifex talibus derogare non ſolet, imò nec iuſtè poteſt: Et conſequenter, talia Monaſteria deſtituta & vacantia, aliò transferri IVSTE non poſſunt. Sed quid hæc ad farinas Laymanni, qui tota ianua à ſeipſo aberrans, per poſticum hinc egreditur, obuerſoque tergo mox oppoſitum inclamat: *Quòd verò ad hæc*, inquiens, *ab hæreticis recuperanda Monaſteria attinet, frequenter quidem inculcat Aduerſarius, Religioſos eos, de quibus nobis ſermo eſt, ius quaſitũ habere; atque tranſlationem ad alium Ordinem, piamue cauſam, Concordatis Germaniæ repugnaturam; vt proinde à Rom. Pontifice, vna cum Cæſare, abſque grauiſſima & rariſſima cauſâ fieri non poſſit: Sed HÆC OMNIA FALSA ESSE* PRONVNTIO. Αὐτὸς ἔφα, Iupiter loquitur, ſilete infimates. At, nec Iupiter omnibus placet: *Maior, optima propoſitio.* *De throno fulgura.*

> Turbare fontem cùm nequeat, turbat fluentes riuulos;
> Et vult haberi Oraculum, erroris crepitaculum.

Layman, erroris crepitaculum.

Legum conditores *pronunciant*; non expoſitores, quorum eſt erubeſcere ſine lege loqui: quippe quorum dicta plus non probant, quàm leges, Canonesacrationes ab ipſis adductæ. Euerard. ab authorit. n. 12. citans Archid. in c. nolite timere. 11. q. 3. per text. in c. ego ſolis. diſt. 9. apud Cruſ. q. 7. Eclipſ. c. 2. n. 8. Layman igitur, nihil probando, ſurdis loquitur, & in frigidum furnum panes immittit.

PARADOXVM XXI.

Γνῶθι σεαυτόν.

31. In fine Cenſuræ 42. etiam Abbati Panormitano, Ord. Sancti Benedicti, Archiepiſcopo, & S. R. E. Cardinali, in mei gratiam capillos euellit. *Neque obſtat*, inquiens, *id docuiſſe Abbatem Panormitanum, magnum quidem Canoniſtam, ſed EXIGVVM THEOLOGVM.* Mortuo leoni, etiam lepores inſultant. Sed non eſt quòd ſupercilium tollat Laymannus, ſibique ad pedes ſedere Panormitanum exiſtimet. Lector arbitretur, Abbasné ſit *exiguus Theologus*, an Laymannus, qui contra ius & iuſtitiam commentari, qui contra Decalogum docere auſus eſt, rem proximi non modò licitè, & inof- *Noſce teipſum.* *Vter ſit melior Theologus, Panormitanus an Laymannus.*

ſenſo DEO concupiſci poſſe, dummodo negetur eſſe proximi; ſed etiam ſummos Chriſtianitatis Principes, in conſcientia obligari, vt Eccleſiaſticos Ordines, contra Sacrorum Canonum diſpoſitionem, iure ſuo multipliciter quæſito, boniſque priuent; & ea, quæ largitione fidelium ad certos vſus pios donata ſunt, ad alios vſus, contra voluntatem ac diſpoſitionē fundatorum, Germanicæque Nationis Concordata inuertant: ſtatum Monaſticum & Virginitatis pluribus in locis ſupprimant & extinguant: Vno verbo, qui inſtar Iezabelis, innocentes Religioſos Ordines mille criminum reos egit, illis etiam applaudens, qui ſucclamabant: *A nullo genere hominum maius Eccleſia damnum illatum eſſe, quàm ab antiquis Ordinibus,* quos aiebant eſſe *inutilia terræ pondera, ventres pigros, ſtupidas pecudes &c.* vt hac ratione, vineâ Naboth denique feliciùs & velocius potiretur. Certè hæc & ſimilia, aliaque quæ recenſemus paradoxa, (ſi ex fructibus arbor æſtimanda) Laymannum, nec tantū Theologum, nec tantum Canoniſtam eſſe demonſtrant, qui ſententiam de Panormitani vnguibus, nedum æſtimatione ferre poſſit.

PARADOXVM XXII.

Nil deterius, errandi licentia.

31. Cenſura 43. §. quartò. & in Indice. verb. Abbates. ait Paulus, quòd *Abbates, ſeu Præpoſiti eorum Ordinum, qui non faciunt vnum Corpus, nec habent vnum caput Generale, tranſitum ad alium Ordinem aut Monaſterium imperare aut concedere ſua authoritate non poſſunt.* Quibus verbis innuere conſequenter videtur, quòd Abbates ſeu Præpoſiti eorum Ordinum, qui habent vnum caput Generale, tranſitum ad alium Ordinem imperare poſſint; id quod falſum eſt & paradoxum. Deinde, hæc illius aſſertio, quantum ad alia Monaſteria eiuſdem Ordinis, in Ordine S. Benedict. contrariatur Bullæ Benedictinæ. c. 34. & 35. vbi Benedicti XII. Papæ, hæc inſerta leguntur formalia: *Ad receptionem ipſorum Monachorum tranſmiſſorum, Abbates & alios Prælatos principales ipſius Ordinis ſeu Religionis, qui eos aliter recipere noluerint, COMPELLENTES.* Quibus ſi ſinguli reſiſtere poſſent, Bulla redderetur inutilis & deluſoria.

An Abbas poſſit dare licentiam Monacho tranſeundi ad aliud Monaſterium.

33. Quantum ad conceſſionem transferendi ſe ad aliud Monaſterium, etiam diuerſæ Diœceſis, contraria eſt obſeruantia Ordin. Sanct. Benedicti quotidiana, ex Conſtitutione Dn. Nicolai de Chuſa S. R. E. Presbyteri Cardinalis, Tituli Sanct. Petri ad Vincula, Sedis Apoſtolicæ Legati de latere, Anno. 1451. *Vobis igitur,* inquientis, *Viſitatoribus ac Præſidentibus Capituli Prouincialis, & veſtrum cuilibet, vtriuſque ſexus perſonis, quæ hoc deſiderant, de nondum reformatis Monaſteriis, ad Monaſteria reformata eiuſdem Veſtri Ordinis, etiam Prælatorum ſuorum petita, licet non obtenta licentia, transferendi, tenore præſentium, concedimus facultatèm.* Vbi de Epiſcopo, etiam diuerſæ Diœceſis nulla mentio. Quibus conſentanea, in Capitulo Prouinciali. 13.

Prouin-

Prouinciæ Moguntinæ, iam priùs, anno. 1447. in Monaſterio Petridomus Conſtantiæ celebrato, decreta fuêre; vt *ſi quis intentione de Monaſterio non reformato ad Monaſterium reformatum tranſire voluerit, petat licentiam à ſuo Superiore; qui ſi negauerit, petat ab vno Præſidentium, qui dabit illi licentiam ad tempus ſtandi, vel etiam ſtabiliendi ſe inibi, cum conſenſu tamen recipientium.* Eadem, & maximè de literis commendatitiis proprij Abbatis, nulla vnquam facta Epiſcopi mentione, habentur in Receſſibus Capituli Prouinciæ Moguntinæ, in Anno. 1432. in fin. anno. 1435. 1447. 1456. 1470. & 1479.

Solus Prælatus; inuito Conuentu poteſt dare Religioſo licentiam ſe transferendi ad aliud Monaſterium. *Gloſſ. in c. nullus. de elect. in 6. in caſu.*

PARADOXVM XXIII.

Bis occidit, qui ſuis armis perit.

34. In Cenſuris Aſtri, loco. 1. §. 1. & Cenſur. 3. §. 1. ait Laymann *ſe nunquam negaſſe imò apertè affirmaſſe, quod omnibus è Monaſterio, alioue Collegio Eccleſiaſtico, per mortem ſublatis perſonis, ordinatio Monaſterij ſeu ſacri Collegij, ad proximum Prælatum DEVOLVATVR, qui habet poteſtatem confirmandi Electum, ſiue is ſit Epiſcopus, ſiue alius Prælatus.* Eadem docuerat in qq. Canon. de Prælat. elect. c. 9. n. 98. citatus à nobis in Aula Eccleſiaſtica. num. 61.

His è diametro contraria ſcripſit alibi: Et quidem Cenſura 38. §. at verò ego, ait: *In noſtro caſu, cùm Conuentuales omnes mortui ſunt, nulla vel fingi poteſt eligendi poteſtas, quæ ab inferioribus ad ſuperiorem, videlicet Epiſcopum DEVOLVATVR.*

35. Ibidem, pedem aliter figens, complanata fronte, Epiſcopos iterum blande palpat: *At verò ego*, inquiens, *longè vberiorem Epiſcopis & ſimilibus Prælatis poteſtatem tribui, ſi Monaſteria exempta non ſint; Videlicet, quòd in caſu iſto extinctionis totius Collegij aut Monaſterij, prouiſionem & Ordinationem facere poſſint IVRE PROPRIO, & non deuoluto.* Nemo amicus idem, & adulator. Alibi namque Layman hoc *IVS PROPRIVM*, rurſus è manibus Epiſcoporum excutiens, in abacum Summi Pontificis tranſponit, dum fol. 466. Iuſtæ ſuæ defenſ. ait, *quòd huiuſmodi Monaſteria extincta, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata ſint.* Et alibi; *Quod mortuo Abbate cum toto Capitulo, IVS TOTVM diſpoſitionis recidat principaliter ad Papam, etiamſi Monaſterium, aut ſacrum Collegium exemptum non ſit.* Si proinde *IVS TOTVM* recidit ad Papam, quid Epiſcopis & ſimilibus Prælatis diſponendum remanebit? Rurſus ibid. fol. 365. *Hic autem verſamur*, inquit, *in caſu, cum Monaſteriorum Prælaturæ, ac tituli Regulares extincti ſunt, toto Conuentu ſeu Congregatione mortua: vt proinde NEMO adſit, per quem Canonica electio fieri poſſit, ſed ORDINATIO ac renouatio Monaſterij DEVOLVTA SIT ad Romanum Pontificem.* Indubium autem eſt, quòd delutio ad Romanũ Pont. facta, omnibus inferioribus

Laymanni doctrina, mutabilior lunâ.

In conſtantia, ſignum eſt erroris.

manus claudat. Vbi ergo eſt illud *ius*, ſiue *proprium*, ſiue *deuolutum*, Epiſcoporum & ſimilium Prælatorum, in Monaſterijs non exemptis? Vel ſi iſtud ſaluum eſt quomodo *IVS TOTVM* diſpoſitionis, ad Romanum Pont. *deuolutum* eſſe dici poteſt?

36. Alibi (fol. 444. ibid.) tripodem è culina quoque Cæſaris ſperans, ait, *quòd Monaſteria per mortem omnium deſtituta, & bona eorum vacantia, Romanus Pontifex, & Cæſar aſſignare, & DONARE poſſunt, QVIBVS IPSI VOLVNT.* Denique fol. 155. ibid. *In noſtro caſu*, inquit, *agitur de Monaſterijs vacantibus, quæ in LIBERA Pontificis, cum Cæſaris aſſenſu, diſpoſitione ſunt.* Nempe in fauorabilibus Paulo,

Cæſaris etiam fores pulſant mendici.

Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.

Ergóne in *libera* poteſtate eſt Romani Pontificis & Cæſaris, vt Epiſcopis & ſimilibus Prælatis, IVS PROPRIVM ipſorum turbent & auferant, non attento, quòd Sanct. Gregorius Papa. 15. quæſt. 2. cap. 10. dicat. *Mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum IVRA perturbo.* Sanè antilogia & *contrarietas in Doctore, arguit (quod omnium peſſimum eſt) malignitatem & nequitiam quandam.* vt ait Anton. Maria Coratius lib. 1. de commun. opinion. tit. 5. num. 70. Bos contra ſeipſum puluerem ſpargit.

PARADOXVM XXIV.

Ferendum, & ſperandum.

Antilogia palpabilis.

37. Cenſurâ 6. in fin. *Per mortem omnium*, ait, *ideoq; extinctionem totius Conuentus, neceſſariò dicendum, titulos VACARE, & per NOVAM CREATIONEM conferri oportere.* Hæc antilogia ſibiipſi contradicit in terminis: Cùm enim *vocatio ſit iuris exiſtentis, ſed poſſeſſore vacantis.* vt idem Layman affirmat Cenſura 7. §. hîc iterum, ſi per mortem omnium tituli *vacant*, quomodo per *nouam creationem* conferri debent? quandoquidem id quod exiſtit, noua creatione non indiget. Aut, ſi de nouo creari debent, quomodo vacant? Lepus ſeipſum induit laqueo. Vnde dicto §. carbaſa vertens: *Si omnes*, inquit, *è Congregatione mortui ſunt, tituli eius extincti ſunt, ac propriè loquendo NON VACANT.* Denique ſe regyrans pag. 270. Iuſt. defenſ. *Monaſterium*, ait, *omnibusq; profeſſis emortuis extinctum eſt, ideoq; ſecundum receptiſſimam doctrinam, eius iura ac tituli VACANT, & nemini de iure debentur.* & d. Cenſura 7. §. veruntamen: *Aio itaque, non incongruè dici poſſe, quòd in caſu noſtro, ſi omnes Monaſterij profeſſi mortui ſint, tituli aliquo modo VACANT.* Hem quoties ex eodem ore calidum & frigidum! Semper feliciter cadunt Iouis taxilli, Laymanni rariſſimè.

Layman, quoties vela vertat.

PARA-

PARADOXVM XXV.

Aquam tundit in mortario.

38. Vt Lectori conſtet, qua in re cardo ſermonis hic vertatur, Obſervari velim I. ex Laymanni Cenſura 6. §. ut fraus. *quod Iura Monaſterii, alteriusve ſacri Collegii, alia ſint REALIA ſive LOCALIA, quia cenſentur adhærere rei, ſeu loco, videlicet ipſi MATERIALI Eccleſiæ, & fundo: quæ videlicet ipſi loco directè atq; immediatè competunt, in perſonas autem inibi congregatas indirectè redundant*: ut ait ibid. §. at vero. ita ut quîcunque loco legitime potiuntur, etiã hæc obtineant. Talia ſunt iura localia fructuum, proventuum, cenſuum, iuriſdictionum, immunitatum, venationum, piſcationum, ſaltuum, prædiorum, manſorum, molendinorum &c. *Alia vero Iura perſonalia, non ſingulariter, ſed COMMVNITER, quæ & CORPORALIA appellari ſolent, quia Corpori ſeu Congregationi ineſſe cenſentur*: Vt ſunt ſpirituales tituli, v. g. Præpoſituræ, Abbatiæ, Prioratus, ius mytræ, baculi ſeu pedi, ius Regularitatis, ius eligendi Prælatum, ius ſtalli in Choro, vocis in Capitulo, ius Ordinis ex fundatione &c. Et hæc *cenſentur ineſſe ipſi ſacræ Congregationis Corpori*, ut ait Laym. ibid. §. porro. eidemque principaliter ſunt cõceſſa, licet in Ordine ad locum; à quo tamen accipiunt, ut plus participent de iuribus realibus quam perſonalibus, Laym. in qq. Canon. de prælat. elect. q. 1. c. 5. n. 18. & lib. 1. Theol. moral. tract. 4. c. 23. n. 3. & 4.

Iura Eccleſiarum, alia ſunt localia, alia Collegialia.

39. II. Velim obſervari, Doctores à me in Aſtri q. 1. & in Aula Ecclеſ. à num. 23. allegatos, communiter decidere, Iura & privilegia Monaſterii, alteriusve Eccleſiæ, per mortem omnium de Collegio non extingui, ſed manere, & apud Eccleſiam materialem conſervari. Iam quæſtio eſt, de quibusnam Iuribus & privilegiis Doctores loquantur. De perſonalibus ſingularibus loqui non poſſunt, quandoquidem illa cum perſonis ſingularibus, quibus adhærent, notoriè extinguuntur, ſecundum omnes, in reg. iur. 7. in 6. & reg. ff. 68. & 156. & in l ſicut. §. in decurionibus, ff. quod cuiuſque univerſit. Ergo loquuntur de privilegiis localibus, vel de Corporalibus, ſeu Corpori Congregationis conceſſis.

Cardo quæſtionis.

40. Hîc Layman in Cenſur. p. 1. loco. 1. §. alterum: *Loquuntur*, ait, *plerique Doctores*, in Aſtro. q. 1. n. 37. allegati, *de iuribus ac privilegiis Monaſterii, alteriusve Eccleſiæ MATERIALIS; ea non extingui, ſed permanere, tanquam loco aut rei affixa, ſi totum Collegium ſive Congregatio ſoluta ſit per mortem omniũ; ſecus autem eſſe, ſi ſoluta ſit ſive extincta, per Superioris ſententiam. Quæ receptiſſima doctrina, à me nunquam negata fuit.* Hæc ille. ſed plus quam paradoxe. Figmentum enim eſt, quod doctoribus affingit, Si Collegium ſuperioris ſententia extinguatur, Iura quoque & privilegia localia alicuius Monaſterii, alteriusve Eccleſiæ *materialis* extingui, hancque eſſe receptiſſimam doctrinam

Laymanni reſolutio, iuri contraria. Sed quid uolumus? Inter cæcos regnat ſtrabo.

Iura localia, per extinctio-

authoritatiuâ Collegii Eccleſiaſtici, non extinguuntur. quæ ne ab uno quidem Doctore recepta eſt, cum neque vera ſit. Quando enim per Superioris ſententiam Collegium ſeu Congregatio extinguitur, tūc iura & privilegia materialis Eccleſiæ, tanquam loco, aut rei affixa, alteri Ordini vel Collegio uniuntur & incorporantur; quod fieri non poſſet, ſi extinguerentur. Extinctorum enim, & non entium nulla eſt unio, nulla incorporatio. Laym. fol. 466. ſuæ nuncupatæ Iuſt. defenſ.

Probatur exẽmplo Templariorum. 41. Et ita factum eſt, quando extinctis per Summos Pontifices Ordinibus Templariorum & Humiliatorum, illorum Eccleſiæ & Monaſteria, cum omnibus adhærentibus iuribus & privilegiis localibus, aliis applicata, unita, & incorporata fuerūt. Idem accidit in translatione Monaſterii Brüel ab Ordine S. Benedicti ad Carthuſianos, ubi Innocentius Papa VIII. *Nos*, ait, *huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vel duo, aut unus veſtrum, in dicto Monaſterio &c. Abbatialem dignitatem, ac nomen & titulum, Ordinemque, prædicta authoritate noſtra penitus ſupprimatis, & extinguatis, ac illud CVM OMNIBVS IVRIBVS, ET PERTINENTIIS SVIS dicto Carthuſienſi Ordini regendum concedatis.* *Bullarum Papalium.* Idem in translatione Monaſterii Eberſperg ad Societ. Ieſu: ubi, *Nos*, ait Clemens VIII. *huiusmodi ſupplicationibus inclinati, Ordinem ipſum S. Benedicti, ac omnem illius ſtatum & eſſentiam, ac dependentiam, regulares, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo ſupprimimus & extinguimus, illudque CVM ANNEXIS IVRIBVS, ET PERTINENTIIS SVIS VNIVERSIS, illiusque, ac ANNEXORVM ſuorum quorumcunque fructus, reditus & proventus huiuſmodi, AC IVRA, proprietates, & bona, prædicto Collegio, etiam perpetuo VNIMVS, ANNECTIMVS & INCORPORAMVS.* Denique idipſum expreſſit Vrbanus VIII. ſuperius, allegat. 461. n. 4. in translatione quatuor Abbatiarum, ad unum Collegium eiuſdem Societatis, ibi: *cum illorum annexis, ac OMNIBVS IVRIBVS ET PERTINENTIIS SVIS, Collegio & Seminario erigendis huiuſmodi, authoritate noſtra Apoſtolica, perpetuo APPLICES, & APPROPRIES. &c.*

42. Ex quibus, aliiſque ſimilibus translationibus elucet, etiam extincto per Superioris authoritatem Collegio Eccleſiaſtico, iura & privilegia localia materialis Eccleſiæ, extincta non eſſe: adeoque Doctores allegatos de talibus non loqui, ſed de iuribus Collegialibus, omnibus videlicet de Collegio mortuis, ea non extingui, ſed habitu & potentia durare; per ſententiam autem Superioris illa ſolum extingui, quæ in Bulla ſuppreſſionis exprimuntur: Prout ipſe Layman, tam claris & evidentibus teſtimoniis in Aſtro productis convictus, Cenſur. p. 1. loco §. aliqui. fatetur *aliquos ex allegatis Dd. loqui de Iuribus ipſius Collegii, ſeu Corporis Congregationis.* *Ergo Doctores loquuntur de aliis iuribus, quam Laymannus.* Sed qui Aulam noſtram à numer. 23. uſque ad 43. perlegerit, deprændet non tantum paucos aliquos, ſed viginti & amplius Dd. qui expreſſis verbis pronuncient, per mortem omnium de Collegio, Iura Collegii non extingui, ſed apud ipſam Eccleſiam materialem, ſive in ſolo conſervari. Quos

inter

Layman, ſibi-ipſi in armis procedit obviā

inter, ipſe quoque Laymannus, inſperato adventu, in noſtram ſententiam ter quaterve ultro conceſſit, citato Aulæ noſtræ n.23. 64. & 85. ſecum comites adducens Alexand. Felinum. & Læl. Zechium.

Vniverſalis ſermo, nihil excludit.

43. Reliqui Dd. non diſtinguunt inter iura ac privilegia ſpiritualia ſeu Collegialia, & localia materialis Eccleſiæ, ſed indiſtincte loquuntur, & docent, iura & privilegia conſervari apud Eccleſiam materialem, ſeu Collegiatam habitu. Vniverſalis autem ſermo nihil excludit: & indefinita æquipollet univerſali; & ubi lex aut Dd. non diſtinguunt, ibi nec nos. l. 3. in fin. ff. de offic. præf. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. *Doctores enim indiſtincte, & generaliter loquentes. indiſtincte & generaliter debent intelligi. arg. l. 2. §. generaliter. cum vulg. ff. de leg. præſtand. & tradit in propriis terminis Doctorum & communis opin. Socin. conſil. 55. præſtantiſſime Doctor. col. 3. n. 7. Et generalis diſpoſitio, comprahendit ſingulos caſus licet ſit maior ratio in uno, quam in alio. ut late Tiraq. tract. de utro. retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 14. num.* 101. Anton. Maria Coratius, lib. 2. de communi opin. tit. 9. num. 10. Vnde concluditur, communi & unanimi Doctorum omnium conſenſu, Iura & privilegia Corporalia ſeu Collegialia, per mortem omnium de Collegio non extingui, ſed in loco ſeu Eccleſia conſervari, & manere.

Efficaciſſima concluſio.

PARADOXVM XXVI.

Vlyſſeum commentum.

44. Laymannus ex eo, quod quis dormiat, infert hominem mortuum eſſe. Verba illius ſunt Cenſurar. p. 1. §. aliqui. *Aliqui porrò ex Dd.* inquit, *quos allegavit Adverſarius, loquuntur quidem de iuribus ipſius Collegii ſeu Corporis Congregationis, attamen non probant ipſius negativam, ſed magis contrarium indicant; videlicet, ſi omnes è Collegio mortui ſint, quod iura Collegii VELVTI DORMIANT, & in HABITV maneant. Hæc autem mihi non obſtant, ſicut ead. cenſur. 7. oſtendam. Obſtant vero Aſtrologo: Si enim iura collegii morte omnium ſoluti, per Superioris authoritatem reſurgere debent, SEQVITVR, quod ea ceciderint, ac VELVTI MORTVA FVERINT, ſeu EXTINCTA.* Bone vir, aliud eſt reſurgere à ſomno, aliud à morte: alias Patres Societatis quotidie à mortuis reſurgerent, quando manè, ſtata hora, per Superioris authoritatem excitantur. Nempe Lazarus hic iterum obdormivit. Id quod domire dicitur, utique ſupponitur actu exiſtere; ſomnus enim, eſt animalis exiſtentis, non autem mortui vel extincti.

Aliud eſt reſurgere à ſomno, aliud à morte. Layman, utraque facit unum.

PARA-

PARADOXVM XXVII.

Lucri bonus odor ex re qualibet.

45. In Aſtri q.4.n.35. poſueram verba Cæſaris Ferdinandi II. ad ſuos in Imperio Commiſſarios, ſub dato.3.Iunii 1629. Daß die bißhero vorenthaltne Clöſter / in Krafft obbeſagten vnſers Käy Edicts / denen ienigen Ordens Perſonen / welchen dieſelbe / vor der gewaltſamen detention gehörig geweſen / wider reſtituirt werden. (*Vt poſt tranſactionem Paſſavienſem, & contra Pacem Religionis occupata, & hucusq; illegitime detenta Monaſteria, VIGORE prædicti noſtri Cæſarei EDICTI, talibus Ordinum perſonis, qualibus eadem ante violentam detentionem pertinebant, reſtituantur.*) Hæc verba, illis, vel talibus Ordinum perſonis, quæ Imperator intellexerat appellativè, Layman interpretatur ſubſtantivè, i. illis ipſis Ordinum perſonis in individuo, dudum mortuis, quibus olim competebant Monaſteria, faciendam præcipi reſtitutionem: Quo ſi quid magis paradoxum Imperatori affingi poteſt neſcio.

Imperatorem pro fungo habet.

PARADOXVM XXVIII.

Scarabæo citius perſuaſeris.

46. Vt argenteum ſibi puteum fodiat Paulus, fol.371.Iuſt.defenſ. & in Cenſuris Aſtri.p.1.loco 4.§.II.Cæſar.aſſerit etiam Patres Societ.eſſe perſonas iuxta fundationem Monaſteriorum reſtituendorum qualificatas: Cum enim in Aſtro dixiſſem, Cæſarem, eiusque Decretum pronunciaſſe, Monaſteria eſſe reddenda perſonis iuxta fundationem qualificatis, non qualificandis: Is, *Reſpondeo*, inquit, *in Edicto Cæſaris ita legi, ſicut antea ipſemet allegarat, Monaſteriis providendum eſſe de perſonis, iuxta fundationem qualificatis. TALES AVTEM ETIAM SVNT PATRES SOCIETATIS.* Hæc ille. Cui nihil ſupereſt, niſi ut adiungat (& miramur quod non addiderit) hęc Monaſteria ante ſexcententos vel octingentos annos, etiam pro Patribus Societatis Ieſu fundata fuiſſe. Prius enim ovem lupus ducat uxorem, quàm hanc perſuaſionem Layman eximi ſibi patiatur.

Si alter aliter verba intellexerit, quam alter propoſuerit ad communē intelligentiā verbi recurratur; & cogatur uterq; verba prolata in eo ſenſu recipere, quē ſolent rectè intelligentibus generare *Appendix Cōcil. Lateran. III. ſub Alex. III parte 41. cap. 3.*

PARADOXVM XXIX.

Vngulam concedit, bovem aufert.

47. Iuſtæ defenſ. pag.16. & in Cenſuris Aſtri. p.1. loco. 1. §. ult. & pen. *Hæc a me dicuntur*, inquit, *ex hypotheſi, ſi Domini Abbates & Religioſi, Monaſteria tanquam ſua, & ſibi debita vendicare velint, prout libelli author paſſim ſignificat. Sin autem ROGARE, aut PETERE, ut ſecundum æquitatis rationem, quia eiusdem Ordinis Religioſi ſint; tunc Romanus Pontifex ultro conſentit, ut plura ipſis*

Laymāni liberalitas erga Ordines antiquos, non digna obolo.

ra ipſis Monaſteria aſſignentur. ECCE, quod in hoc Iuſtæ defenſ. & aliis pluribus locis, Religioſis Ordinum S. Benedicti, Canonicorum Regularium &c. PETITIO cõcedatur, ſeu imploratio ſupremi Officii Cæſarei, PROPTER ÆQVITATEM in eo fundatam, quia eiuſdem Ordinis Religioſi ſint.

Magnas gratias pro tanta liberalitate. Sed quid nobis concedat, attendamus. Tribuit nobis ius rogandi & petendi, quod nemini furum aut latronum uſpiam negatur. At propter æquitatem, ait ſe nobis hoc concedere. Lepidum dictu! Vult nos petere Monaſteria propter æquitatem; & ſub iniquitate Cæſarem obligat, ne petita complura Monaſteria nobis reſtituat. Miſeram planè, & iniquam æquitatem, quam vel æquus Iudex eludere, Laymanno doctore compellitur. Spem hanc, non lubet pretio emere.

PARADOXVM XXX.

Simiarum pulcherrima, deformis eſt.

48. Cenſura 6. §. hic autem. ait, *per mortem Parochi, ipſius titulum Parochialem, non vacare in parochia, ſed in Eccleſia Diœceſana.* Conſequenter Eccleſia Parochialis ibi vacat paſtore, ubi non eſt; & ubi eſt, non vacat. Paulus hæret in vado: Nos, oculis in Paulo. Hæc ſatis. *Finis coronat opus.*

49. Paulo Layman ſuccedit Valentinus Mangionius, eiuſdem Societ. Ieſu, qui Theoricas contra *Aſtrum inextinctum* Coloniæ Agrippinæ, anno 1639. editas elaborans, in Epiſtola Dedicatoria, ſeipſum, non ſine titillatione vanæ gloriæ, *novum Aſtronomum* appellat, quem tamen ab omni mentis elatione abſolvo. Hic cum cæteris modeſtius ſcripſerit, & in Theorica 2. p. 1. q. num. ſuo. 190. fateatur, *HOC TANTVM negotii ſibi datum eſſe, ut ſingulis obiectis ADAPTET P. Laymanni reſponſiones*, videtur ſolummodo in partem ſolicitudinis aſſumptus, ut claudicantem Paulum, quoquo modo ſuſtentet; ubi nihil novi, cui reſpondeatur invenio: Stat cum ſtante Laymanno, Scipionis inſtar, cumque cadente cadit. Vt umbra ſequitur corpus, ſic is Laymannum. Mallem occaſionem præſtantiorem habuiſſet, ſuum elucidandi ingenium malæ cauſæ bonus Advocatus. Mox initio à janua aberrans, inter alia abſurda, docuit, utramque diſſolutionem Collegii, eſſe *Iuris*, & utramque *facti*, ibid. num. 82. In hoc ſingularis, quod cum in Theorica 2. p. q. 1. n. 216. dixerit, *Eccleſiam univerſalem habere dominium & poſſeſſionem omnium bonorum Eccleſiaſticorum*, tamen ibid. n. 209. tradat, *nec Clero in communi & indeterminate ſumpto, competere ullum DOMINIVM, in bonis omnium Eccleſiarum.* Vide ſupra, ſub allegat. 494. Sed & id vitio verti merito debet, quod Conſilia duorum Theologorum, ſuis præmiſerit Theoricis, non integra & genuina, ſed manca & truncata. Qua ratione cuiusvis damnati Scriptoris opera poſſunt edi, expunctis iis, quæ ab Eccleſia reprobantur. Interdum oblata occaſione, ſat anhelo rictu me allatrat; is tamen non ſum, qui cuiusvis catelli melitæi latratus æſtimem, ad maiora ferenda natus. *Valent. Mangionii propoſitum in ſuis Theoricis.*

50. Præmittit inſuper ſuis Theoricis, Facultatem Provincialis Soc. Ieſu. Sed homines Eccleſiæ Latinæ, merito dubitare poſſunt, an ea Facultas ſit ſuppoſititia. Quid enim illud? *EGO GOSVVINVS NICKEL, Societ. Ieſu per Rheni inferioris Provinciam, CONCEDO Hermanno Mylio facultatem excudendi R. P. Valentini Mangionii è Societ. Ieſu Aſtri inextincti Theoricas. In quorum fidem, hoc ei teſtimonium MANV NOSTRA ſubſcriptum, & ſigillo munitum dare VOLVIMVS. Colon. 5. Sept. Anno* 1639. EGO GOSVVINVS, teſtimonium manu NOSTRA dare VOLVIMVS; quæ verborum conſtructio? Priſcianum flagellat hæc facultas, ideoq; ſuſpecta.

Facultas Provincialis conceſſa pro edendis Theoricis, videtur ſuſpecta.

51. Poſtremo, in fine libri ait: *Laus Chriſto Redemptori, in cuius Aſcenſionis Feſto capi; & Deiparæ Virgini, in cuius Aſſumptione deſii ſcribere, Anno 1639. Coloniæ.* Sed non eſt quod tanta temporis brevitate glorietur. Nam fungus, etiam una nocte naſcitur, nihil inde melior. Nullum opus deproperatum, elaboratum. Poma præcocia, plerumque ſunt verminoſa; matureſcunt, non excoctione ſucci, ſed illata putredine. Reliquos atomos perſequi non vacat. Iam vero

Qui feſtinus eſt pedibus, offendet. *Proverb. 19.*

52. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt,*

Eugenius Lavanda, omne tulit punctum

Supereſt enim Eugenius Lavanda, larvati nominis auctor, qui proprium nomen & patriæ edere erubeſcens, ex vtopia Nineven ſem ſeſe nominavit. Is in oſtio formoſus, Notas nigerrimas in Aſtrum inextinctum ſuppreſſo inſuper nomine loci & typographi, citra legitimam approbationem Anno 1640. evulgavit, lucem inſtar veſpertilionis, propriæ cauſæ diffidentia averſatus. Libellus exiguæ molis & virium, niſi quod etiam ſcommatum iliade ſe triumphaturum, & *maledicere aliis*; ut ait S. Hieron. *bona conſcientiæ ſignum eſſe* crediderit. Hinc eſt, quod echino aſperior integram navem aculeatis conviciis onuſtam advehat, authoremque Aſtri inextincti, à tot Catholicis Vniverſitatibus, Inquiſitoribus Apoſtolicis, & Doctoribus approbatum, aceto totum perfundat, paſſimque nominet

Epiſt. ad Ruſticum.

Maledica lingua mala mentis index eſt.

52. *Veſpertilionem.*	*Rudem Catechiſmi.*
Publicum impoſtorem.	*Afflatum ſpiritu Eraſmi Roterodami.*
Veteratorem.	*Illuſorem poteſtatis Pontificiæ.*
Fallacem.	*Militem & ſigniferum illorum, qui nolunt obedire Summo Pontifici.*
Prudentia deſtitutum.	*Mendacem.*
Inter Romana virga cenſitos numerandum.	*Falſificatorem Edicti Cæſarei.*
Canonum & SS. Patrum falſificatorem.	*Schiſmatum incentorem, nec non ad hæreſes aditum patefacientem.*
Virulentum.	*Suſpectum de Religione.*
Splendide mentientem.	*Ridiculum Theologum.*
Calumniatorem.	*Ioannis Wicleffi hæretici diſcipulum.*
Vetuſta hæreticorum perverſitate imbutum.	*Tertiato furore bacchantem.*
Libidine calumniandi abreptum.	*Puerum in Theologicis.*
Scarabæum.	*Pannoſum Theologum.*

Vera effigies Lavandæ.

Stoli-

Stolidè ſuperbientem.
Theologaſtrum, Summorum Pontifi-
cum oraculis præfractè obſtrepentem, &c.

Aſſerit præterea

53. ***Præfationem ad Lectorem in Aſtro inextincto, eſſe homine Chriſtiano indignam.***

F. Romani doctrinam eſſe falſam & erroneam.

Eundem ubiq; in authoritatem Sedis Apoſtolicæ offendere, & cum fidei principiis non cohærere.

Eum qui F. Romani principia attendat in Theologia fundata, facile omnem Summo Pontifici obedientiam abnegaturum.

Monachos in communi nominat aſinos.

F. Romanum in ſuo Monaſterio, à reliquis bonis Fratribus Ochſenhuſanis, non admittendum eſſe ad ullam promotionem, tanquam penitus inhabilem; arcendum à ſtallo in Choro, longe à refectorio, & portionibus privilegiatis: quin, ne coquum quidem in Monaſterio Imperiali fieri permittendum ſed in ſtabulum redigendum. *Manum non verterim, etiã Chriſtus in ſtabulo natus.*

F. Romanum ex ieiuna iurium intelligentia, cum ubiq; in authoritatem Sedis Apoſtolicæ offendat, cum fidei principiis haud cohærere.

Inferre conſequentias Theologo indignas.

Non intelligere, quid ſit iuſtitia, quid æquitas.

F. Romanum, ultra quam hominem Chriſtianum & Catholicum, ne dicam Religioſum deceat, Sedis Apoſtolicæ iuriſdictioni ſe opponere, Pontificiæ literas falſa interpretatione adulterare, declarationes Cæſareas falſificare, ex iis petulanti garrulitate plura ſine iudicio inconſequentia deducere, Lectori fucum facere, melioribus ſe contumelias imponere: ut cauſam habeat Summus Pontifex, authorem ad publicam revocationem compellendi, atq; illius Aſtrum prohibendi, confiſcandi, ſupprimendi, extinguendi, & in foro Floræ flammandum & radiandum amandandi; veluti authoris adverſantis iuribus Eccleſiaſticis, ipſimet Summo Pont. Sedi Apoſtolicæ, & præterea ſcandaloſi. *Lectum mihi ſternis, de exuviis echini.*

F. Romanum tradere doctrinam ſuſpectam & improbatam à Bonif. VIII.

Eum eſſe obnoxium Bullæ Cœnæ Domini.

F. Romanum feciſſe quod pueri, qui arundinem longam equum putant, & inſtar equitum geſtiunt: Vel, qui apud Steph. Boëtium lib. 2. Fab. c. 20. vix femoralia, eaq; lacera indutus, & cætera nudus, armatum ſe militem jactabat; ſed paulo poſt, vix viſis hoſtib. præ pavore IN CRVOREM FOETIDVM ſolutus eſt. *Nemo malum malo rependit niſi malus; nedum bono.*

F. Romanum in toto Aſtro, NIL ALIVD egiſſe, quàm ut flammatis iuribus omnibus, & exuſta Pontificia authoritate, ſemina ſchiſmatum eliceret.

Aſtrum inextinctum, eſſe Aſtrum cæcum.

Aſtrum inextinctũ, eſſe Aſtrum tenebricoſũ, cui nemo prudens, & Deũ timẽs aſſẽtietur, NB. Quaſi vero Lovanii, Viennæ in Auſtria, Duaci, Salisburgi

&c alibi, nemo ſit prudens; nullæ Vniverſitates Catholicæ, Conſiſtoria Collegia, Inquiſitores Apoſtolici, Doctores Theologiæ & Iuriſprudentiæ, qui Deum timeant!

Alibi, *F. Romanum demittit ad ſuppedaneum.*

Iubet eum ſublimè tolli ad cathomum.

Iubet eum auſcultare de ſcabello.

Imo, *non ſatis eſſe exiſtimat, eum ad ſcabellum demittere, aut etiam ad cathomum attollere, ſed opus eſſe, illum numellis inducere, donec ſacer Magiſtratus de eo cognoſcat.*

Dictum Apoſtoli 1. Corinth. 14. nominat. *venenum.*

Dictum S. Bernardi ad Eugenium Papam, *venenatum aculeum.*

Dictum Cardinalis Baronii, *aculeum.*

Dicta F. Romani, *caudam ſcorpionis.*

Comparat F. Romanum *cum Iuda Gaulonita Galilæo; cum Sadoch Phariſæo; & cum hæreticis Fraticellis.*

Cum cane rabido.

Cum Luthero, fœminas ſacerdotes naſci affirmante.

Cum Iuda proditore, vel Iudæis, qui Chriſtum Dominum genibus flexis colaphizabant dicentes, Ave Rabbi.

Deniq; cum diabolo.

Infixo aculeo avolat. Vltimo, ſcurriliter interrogat F. Romanum, Monaſteria Virginum propugnantem; *Num ſit Monialis? num Eunuchus ab utero matris? num ſpado? num voverit cum Monialibus, & inter Moniales? quid ni & velum ſuſceperit? an in aliis etiam INSPECTORIS fungatur officio? &c.*

Hæc ille: tanti à quibuſdam Patribus Societatis æſtimatus, ut tum Viennæ, tũ alibi *Libellus aureus* diceretur, & ſtudioſis aliiſque paſſim copioſe, in popinis, domi, foriſque, non ſine Monachorum ludibrio, circumferendus & legendus obtruderetur; quem tamen cancellis librorum prohibitorum digniſſimum eſſe, prudentes quique ſemper iudicarunt.

54. Quæ nos ea ſolum intentione recenſere voluimus, ut poſteritati conſtaret, quanto nobis, Veritatis, Iuſtitiæ, & antiquarum fundationum defenſio ſteterit. *Non quæro extrinſecus documenta,* inquit S August. li. 2. contra Donatiſtas. c. 13. *ut vos viperas probem: Ecce, idipſum vipereum eſt, non habere in ore firmamentum Veritatis, ſed venenum maledictionis, ſicut ſcriptum eſt, Venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Sed melius eſt pro veritate pati convitia, *Marci 16.* quam pro adulatione beneficia. c. nemo peritorum. 11. q. 3. *Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit*: Divina & vera promiſſio eſt. *Male de te opinantur homines,* ait Seneca, *ſed mali; moverer ſi hoc iudicio facerent,* *De remed. fortun.* *quod nunc morbo faciunt.* Vnde, ſi verum eſt, quod ait idem Seneca, *Quo quiſq; doctior, eo eſt humanior*; oportet hunc Lavandam hominem indoctiſſimum eſſe; nec dignum cui reſpondeamus, cum iam abunde debito lixivio lotus fuerit à Celeberrima & Catholica Vniverſitate Viennenſi in Auſtria, per ſubſequens Decretum.

55. Con-

55. *Condemnatio & Præſcriptio*

Infamis libelli, qui ſub fictitio nomine Eugenij Lauanda, contra Aſtrum inextinctum prodijt Anno 1640.

Nomine Magnifici Domini Rectoris & venerabilis Conſiſtorij celeberrimæ & antiquiſſimæ Vniuerſitatis Viennenſis, R.P. Romano Haij Ordinis S. Benedicti Ochſenhuſano ex officio inſinuandum. Cum Nobis libellum, qui ſub nomine Eugenij Lauandæ Nineuenſis, Notæ Aſtrum inextinctum F. Romani Haij ſuis radijs interſtinguentes, *inſcribitur, exhibuerit, & vt eundem, vtpote damnatum & reiectum declararemus, ſupplicauerit; quem libellum certis tam ex Facultate Theologica, quàm Iuridica deputatis Dominis Commiſſarijs reuidendum commiſimus: Hunc ijdem omni ſtudio & diligentia perlegerunt, & deſuper Nobis votum ſuum expoſuerunt: Ex quorum ſiquidem relatione exhibitâ, cum conſtet abundè, tum quòd ſuppreſſo nomine proprio, loci, & typographi, ac nulla exhibita facultate Superiorum, aut Ordinarij loci, adeoq; contra Decreta Concilij Lateranenſis & Tridentini, atque Conſtitutiones Imperij ſit impreſſus; tum etiam, quòd quamplurimas contumelias & ſcommata in eundem P. Romanum alioſq; viros Religioſos, contra bonos mores, & debitam modeſtiam contineat. Idcirco deſuper habita deliberatione, prædictum ſchediaſma, ſeu libellum Eugenij Lauandæ, ipſo facto, tanquam ſacris Concilijs, Imperialibus Conſtitutionibus, ac BONIS MORIBVS, debitaq; modeſtiæ CONTRARIANTEM, velut damnatum, reiectum, ac proſcriptum declaramus: Et in hunc finem, Decreta tam bibliopolis, & bibliopegis, quàm etiam Typographis tranſmiſimus, quatenus ſæpedictum libellum, velut à Nobis totaliter damnatum, reiectum & prohibitum, ſub irremiſſibili pœna triginta Imperialium, & confiſcatione librorum non reimprimant, aut venalem exponant, neque retineant, ſed quam primùm ad manus Magnifici Domini Rectoris, & Venerabilis Conſiſtorij deponant. Quod Magnificus D. Rector, & Venerabile Conſiſtorium, ipſi R.P. Romano Haij duxit ex officio intimandum. Ex Conſiſt. 10. menſis Septembris, Anno 1640.*

Condemnatio Notarum Eugenij Lauandæ.

L. S.

Ioannes Kirchſtetter. I.V.D. Vniuerſitatis Viennenſis Syndicus & Notarius iuratus. m.p.

Reuerendo in Chriſto P. Romano Haij, Ordinis S. Benedicti Ochſenhuſano, ex officio tradendum.

56. Quid hîc ageret proſcriptus, ac tam acri frigidoque lixiuio perfuſus Lauanda? Videns cælum Auſtriacum ſibi non fauere, aërem mutauit, in Hollandiam (vt ferunt) profectus, vbi typo terſiore tinctus, iteratò ſine proprio, typographi, locique nomine, ex angulo marino lucem aſpexit, ſaltem inter hæreticos æſtimationem ſuæ bilis inuenturum ſe ratus; nè videlicet deeſſet *virus* Germaniæ inferiori, quod in Monachos paſſim euomeretur, ab ijs

Ambſterodami.

affuſum, qui *vires* & fundationes à Monachis acceperant. *Actus enim præſumitur ab eo factus, cuius intereſſe concernit.* Rota deciſ.278. n.8. ap. Oliuer. Beltram. Aut ſaltem *de voluntate, & ad inſtantiam illius factus, ad cuius fauorem & vtilitatem refertur*, vt ait Menoch. lib.2. præſumpt. 23.n.7.

57. Inter hæc, ſub- & obreptitiè obtentum eſt Ratisbonæ, pro iiſdem Notis, prætenſum Priuilegium Cæſareum, cui tamen, nec Imperator, nec ad eius Mandatum proprium (. vt moris eſt.) vllus Secretariorum ſubſcripſit, huius tenoris.

Priuilegium Cæſareum ſubreptitium.

Cùm Sacra Cæſarea Maieſtas, Dominus noſter Clementiſſimus, re per Conſiliarios ſuos Imperiales Aulicos, diligenter ac maturè conſideratâ, comperêrit, Libellum hoc titulo inſcriptum, Eugenij Lauanda Nineuenſis Notæ, Aſtrum inextinctum F. Romani Haij, radijs ſuis interſtinguentes, *non ſolùm nihil ſanæ doctrinæ, BONIS MORIBVS, vel LEGVM PLACITIS CONTRARIVM, ſed potiùs iuſtam defenſionem doctrinæ, circa translationem bonorum quorundam Eccleſiaſticorum, ab alijs in alios Religioſos factam, à Paulo Laymann Societatis Ieſu Theologo tradita, continere: tendere quoque ad authoritatis tam Cæſareæ, quàm Pontificiæ conſeruationem, benignè PERMISIT, atque PERMITTIT, vt is libellus publicè edatur & diuendatur. Huius Decreti vi, quod ſignabatur Ratisbonæ in Cancellaria Imperiali Aulica, ſub ſigillo dictæ Cæſareæ Maieſtatis ſecreto. 22. Septemb. Anno. 1641.*

Vidit

Ferdinandus Comes Curtius. L.S.

58. Quo tumultuariè, citra mentem ac intentionem Suæ Maieſtatis obtento, mox abiecto primo quaternione Editionis Hollãdicæ, typis Colonienſibus, apud Iodocum Kalckhofen (dignum clibano ſchediaſma.) alium ſubſtituerunt; eique neſcio quis clancularius Cenſor (. proprio quoque nomini diffiſus.) præmiſſa noua præfatione, exiſtimatum hoc priuilegium, denuo citra verum nomen authoris, & legitimam Ordinarij Colonienſis, aliorumúe (. vt par erat.) approbationem, præfixit & euulgauit.

Io. Cruſio intimè notus.

Sub- & obreptionum cauſa.

59. Sæpe animo imponunt ſpecies, & oculis inſcriptiones. Sacram Cæſ. Maieſtatem eiuſque Decreta par eſt omni veneratione ſuſcipi. Sed quia teſte Laurentio Forer è Soc. Ieſu, part.2. Antimelandri c. 2. n. 32. & apud eundem citato Andrea Gail. lib.2. obſeruat. 58. n.8. Vdalrico Zaſio tom.2. operum lib. 2. conſ.10. alijſque, paſſim viri boni lamentantur, in Curijs Principum aſſiduam eſſe Mandatorum obreptionem; id quod Imperator in l.1.C. de petit. bonor. ſublat. lib.10. ipſe conqueritur, ſeſe nimirum inuerecunda petentium inhiatione adeò quandoque conſtringi, vt etiam non concedenda concedat: Et alibi, precationes huiuſmodi furtiuas nominat, & potentia eorum qui inſtant extortas, l.1.C. de fundis limitrophis. lib.11. Accedit, quòd Princeps Romanus multitudine arduorum negotiorum, ad omnia per eum emanata non poteſt aduertere. Philipp. Corn. conſil.135. lit. C. part.4. tantiſque negotijs di-

tijs diſtentus eſt, vt reſpirare liberè non poſſit: Mirum non eſt, inquit cit. Zaſius, ſi aliqua non aduertat; cùm præſertim, tam multi occupationem eius obſeruent, tempuſque aucupentur iniqua impetrandi. Idipſum de Curia Romani Pontificis quæritur Pius V. in motu proprio. Anno 1566. Bullar. Laërtij Cherubini, Bullâ 9. quæ incipit: *Cùm ob innumeras Romani Pont. occupationes, ac particularium rerum ſtatûs ignorantiam, contingat ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præiudicium redundare noſcuntur. &c.* *In Curijs Principum aſſidua eſt ſubreptio.*

60. Eiuſmodi tempus & opportunitatem obtinendi, iſti quoque Impetrantes aucupati fuiſſe videntur, quippe qui tunc rem potiſſimum vrſerunt & perurſerunt, quando Ratisbonæ, dicto menſe Septembri, in fine Comitiorum Imperialium, Sacra Cæſ. Maieſtas, cum tota Curia in itineris procinctu occupata, ſe iam iam inde mouere cæperat; vbi pene infinitæ ſcripturæ, infeudationes, Regalia, Mandata, priuilegia, reſcripta, tam politica & ciuilia, quàm bellica, aliaque magno numero concurrentia, & dilata, S.R. Imperij Vicecancellario tumultuariè ad ſubſcribendum offeruntur, vt nec ipſi, aliàs occupatiſſimo, nec Imperatori poſſibile ſit, in tantis temporum & expeditionum anguſtijs, ſingula quæ petuntur aut ſubſcribunt perlegere & conſiderare; præcipuè ſi ab iis offerantur, quorum fides in dubium vocari non ſolebat. Quod hîc accidiſſe, argumento ſunt. 1. Quod hi impetrantes, ſe ſuaque nomina in latebris occultauerint, nec in hodiernum vſque, ex vmbra in lucem prodire fuerint auſi: quæ tamen impetrantium nomina, cæteroquin in omnibus Impreſſorijs à Sacra Cæſ. Maieſtate legitimè conceſſis exprimi ſolent. 2. Quòd nec Imperator, vt dixi, manu propria, nec vllus Aulici Conſilij Secretarius, ad mandatũ Suæ Maieſtatis proprium ſubſcripſerit. 3. Quòd hoc priuilegium Impreſſorium, contra ſtylum Curiæ, vocetur *Decretum*. 4. Quòd totus huius Decreti ſtylus, à ſtylo Cancellariæ Imperialis Aulicæ ſit alienus. 5. Quòd poſt diligentem inquiſitionem, eius nulla Copia, in Regiſtratura Cæſarea Latina reperiatur. 6. Quòd de eo nulla inueniatur mentio in Protocollis Conſilij Imperialis Aulici. 7. Quòd Domini Conſiliarij Imperiales Aulici, Secretarij, & Protocolliſtæ, ſuper hac re rogati, concorditer reſpondeant, ſe non meminiſſe, huius Impreſſorij in Conſilio Aulico vnquam mentionem aut propoſitionem factam fuiſſe. 8. Quòd illa verba, *Sacra Cæſ. Maieſtas PERMISIT, atq; PERMITTIT*, Imperatoria Maieſtate, & Cæſareæ Cancellariæ ſtylo, longè ſint inferiora.

Reſcriptum iſtud ſubreptitium, quando & vbi fuerit obtentum.

Indicia prægnantia admiſſæ ſubreptionis.

61. Præterea, reſcripta quæ per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem impetrantur, conſtat eſſe ſub: & obreptitia, irrita & inania, c. cùm noſtris. de conceſſ. præb. Gloſſ. Abb. Innoc. & alij ibid. c. dicenti. 25. q. 2. gloſſ. ibid. l. ſi quis obrepſerit. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. fin. C. de diuerſ. reſcript. ipſoq; iure ſunt nulla. Lancell. in l. ſi mihi & tibi. Fulgoſ. conſ. 20. Neuizan. lib. 6. ſyluæ nupt. n. 53. & 54. de commun. opin. quippe cùm narratiua ſit pars ipſius conceſſionis. Achilles de Graſſis. deciſ. 2. n. 3. de procur.

Talia reſcripta, de iure ſunt irrita & nulla.

62. Iam

Iſtud reſcriptū impetratum eſſe per ſuggeſtionem falſi, probatur.

62. Iam verò iſtud Impreſſorium fuiſſe obtentum per ſuggeſtionem falſi, & ſuppreſſionem veri, vel hinc manifeſtum euadit. Quia I. inter narrata continetur, *Sacram Cæſ. Maieſtatem re per Conſiliarios ſuos Imperiales Aulicos diligenter ac maturè conſideratâ, comperiſſe, libellum hunc Eugenij Lauanda, nihil ſanæ doctrinæ, BONIS MORIBVS, vel LEGVM PLACITIS CONTRARIVM continere.* Atqui Conſiliarij Aulici, inter tanta publica Imperij Romani negotia, Ratisbonæ otium non habuerunt libellum hunc legendi, nedum diligenter ac maturè conſiderandi; nec vllam eiuſdem legitimam approbationem viderunt; nec ipſi (etſi legiſſent) dederunt; quippe qui librorum Cenſores à Sua Maieſtate non ſunt deputati: cùm neque Imperatoris, neque Conſiliariorum, ſed Theologorum, Catholicarum Vniuerſitatum, & Epiſcoporum ſit officium, talem de ſana fidei Catholicæ doctrina, bonisque moribus Cenſuram ferre. Ideoque de ſtylo Cancellariæ Imperialis Aulicæ, ſolet eiuſmodi duntaxat clauſula talibus Impreſſoriis inſeri: *Dummodo memoratus liber, nihil in ſe ſcandaloſum, aut orthodoxa Religioni Catholicæ, Sacriq; Romani Imperij Conſtitutionibus adverſum, vel bonis moribus contrarium contineat.* Qua clauſula, librum Imperator, vel Aulicum Conſilium non cenſet, ſed ijs ad quos pertinet, cenſendum relinquit.

63. Conſtat. II. hoc ſchediaſma, ab antiquiſſima Viennenſi Vniuerſitate publico Decreto condemnatum & proſcriptum eſſe, tanquam Sacri Concilij Lateranenſis & Tridentini Decretis, *boniſq; moribus* & *Imperialibus Conſtitutionibus*, ſiue Legum placitis, *contrarium.* Concilio Lateranenſi illud contrariari, in aperto eſt; Bonis moribus contrauenire, quisquis ſupradictum Catalogum ſcommatum perlegerit, facilè depræhendet: Conſtitutionibus Imperialibus aduerſari, liquet ex Comitijs Imperij, Anno 1530. Auguſtæ Vindel. celebratis, quorum Receſſui, inter cætera, ſequens etiam Conſtitutio inſerta fuit.

Iſtud reſcriptū Conſtitutionibus Imperij contrarium eſſe, demonſtratur.

64. Nach dem durch die vnordenliche Truckerey/ biß anher viel Vbels entſtanden; ſetzen/ordnen vnd wollen wir/ dz ein jeder Churfürſt/Fürſt vñ Standt deß Reichs/ Geiſtlich vnd Weltlich/ bey allen Buchführern/ mit ernſtem Fleiß Verſehung thun/ daß hinfürter nichts newes/vnd ſonderlich Schmachſchrifften/ Gemählds/ oder dergleichen/ weder offentlich oder heimlich getruckt/ oder fail gehabt werden/es ſey dann zuvor durch dieſelb Geiſtlich oder Weltlich Oberkeit darzu verordnete verſtändige Perſon/ beſichtiget/ deß Truckers Nahmen vnd Zunahmen/ auch die Stadt darinn ſolches getruckt mit namblichen Worten darinn geſetzt/ vnd wo alſo darinn Mangel befunden/ ſoll daſſelbige zu trucken/ oder feil zu haben nicht zugelaſſen/ was auch ſolcher Schmäh- oder dergleichen Bücher hievor getrucket/ſoll nit feil gehabt oder verkaufft werden: Vnd wo der Dichter/ Trucker oder Verkäuffer ſolche Ordnung vnd Gebott vberfahren/ ſoll er durch die Oberkeit/ darunter er geſeſſen oder betretten/ nach Gelegenheit an Leib vnd Gut geſtrafft werden. Vnd wo einige Oberkeit/ ſie were

wer

wer ſie woll / hierinn läſſig befunden wurd / alsdann ſoll vnd mag vnſer Kayſerliche Fiſcal / gegen derſelben Oberkeit vmb die Straff procediren vnnd fortfahren / welche Straff nach Gelegenheit jeder Oberkeit vnd derſelben Fahrläſſigkeit / vnſer Kayſerl. Cammergericht zu ſetzen / vnd zu taxieren / Macht haben ſoll.

65. Hoc eſt: *Cùm ex inordinata Typographia, hactenus plura mala prouenerint; Decernimus, ordinamus ac volumus, vt quilibet Elector, Princeps & ſtatus Imperij, Eccleſiaſticus, & ſæcularis, apud omnes Bibliopolas ſeriò ſeduloq; prouideat, ne deinceps quicquã noui præſertim ſcripturæ famoſæ, picturæ, vel ſimilia, publicè vel priuatim imprimantur, aut venalia exponantur, niſi priùs per illius Eccleſiaſtici ſeu ſæcularis Magiſtratus, ad hoc deputatam prudentem & intelligentem perſonam reuiſa, nomen & cognomen typographi, ac ciuitatis, in qua facta ſit impreſſio, diſertis verbis inſerta fuerint. Aliter, nec eiuſmodi imprimere, nec habere venalia, prout nec libellos famoſos, ſimileſq; antehac editos, venales exponere, diuendereq; conceſſum eſto. Quodſi author, Typographus, aut Bibliopola contra fecerit, per Magiſtratum proprium, vel vbicunq; deprehenſus fuerit, pro ratione circumſtantiarum, in ære & pelle mulctetur. Si verò Magiſtratus ipſe, quiſquis ille fuerit, in hac re negligens extiterit, ius habeat noſter Fiſcalis Cæſareus, contra talem Magiſtratum ad pœnam procedendi, quam pro ratione circumſtantiarum ipſius Magiſtratus & negligentia, nominare, & taxare, penes noſtra Cæſarea Imperialis Cameræ tribunal eſto.* Eadem deinceps renouata, & ſub grauioribus clauſulis confirmata fuerunt, in ſequentibus Imperij Comitijs, itidem Auguſtæ vindel. anno 1548. Spiræ anno. 1570. & Francofurti anno. 1577. ſucceſſiuè celebratis, & alijs. *Ex receſſibus Imperij, de anno. 1530.*

66. Taceo, quòd Martinus Bonacina, tract. de excommun. in particulari, extra Bullam Cœnæ. diſp. 2. punct. 16. n. 9. ſoli Theologiæ & iuri Pontificio innixus docet: *Sed modò dubium eſt*, inquiens, *vtrum in imprimendis eiuſmodi libris requiratur nomen Compoſitoris? Reſpondetur affirmatiuè per ſe loquendo, quia hic eſt propriè author libri. Ex quo ſequitur EOS NON ESSE TVTOS IN CONSCIENTIA, QVI FICTO ET EMENTITO NOMINE LIBRVM IMPRIMVNT.* Conſequenter in edendis hiſce Notis Eugenij Lauanda, coadiutores vtriuſque Editionis longè grauiùs peccarunt, quàm ambo typographi; iuxta illud Ioan. 19. *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* *Peccant, qui libros edunt ementito nomine.*

67. Fuit igitur hæc, ad impetrandum reſcriptum Cæſareum pro Lauanda, ſuggeſtio falſi; nempe nihil in libello *bonis moribus, & legum placitis contrarium* contineri. Cui acceſſit. III. veri ſuppreſſio: Nam ſi Cæſari, vel ſupradicto Imperij ViceCancellario, Vniuerſitatis Viennenſis emanata Cenſura & proſcriptio Lauandæ, vel ſemel inſinuata fuiſſet, nunquam in contrariam Cenſuram, eiuſque narrata tam facilè conſenſiſſent. (Si tamen conſenſiſſe dicendi ſunt; *nihil* enim *tam contrarium conſenſui, quàm error.*) Taciturnitas autem eorum, quibus Princeps non reſcripſiſſet, vitiat reſcriptum, idq; *Reſcriptum hoc, fuit obtentum per ſuppreſſionem veri.*

efficit nullum. Rota deciſ. 32. n. 5. de reſcript. in nouis. Ægid. deciſ. 697. n. 4. Felin. in c. poſtulaſti. n. 1. & in c. ſuper literis, n. 8. verſ. 1. de reſcript. Lap. alleg. 89. num. 6. & alij.

68 His adde, quòd Imperator nunquam præſumitur reſcribere contra Sacra Oecumenica Concilia, vel S. R. Imperij Conſtitutiones fundamentales, quarum in reſcripto ne meminit quidem; nedum ſi eis expreſsè non deroget, (vt hîc) ad quarũ caſſationem longè alia requiritur cauſæ neceſſitas, & expreſſa derogatio; aliter facta conceſſio, manifeſtum eſt ſub- & obreptionis argumentum: quia *Princeps nunquam præſumitur concedere irrationabilia*, vt ait Menoch. lib. 6. præſumpt. 31. n. 4. Irrationabile autem eſſet, ſine cauſa euidenti, & expreſſa derogatione, Sacris Generalibus Conciliis, aut Conſtitutionibus Imperij Principem contrauenire, & approbare, quod illa ſub graui pœna fieri prohibent; *cùm ſalus Reipub. in legibus ſita ſit*, Ariſtot. lib. 1. Rhet. c. 4. ita vt eos, *qui leges tollunt*, *Reſpublicas tollere* neceſſe ſit, vt idem Ariſt. ait, lib. 5. de repub. c. 9. Hinc & *ſententia nulla dicitur, quæ eſt lata contra leges, vel Principum Conſtitutiones, vt ad literam dicit text. in l. ſi expreſſum. ff. appellat.* Anton. Maria Coratius, lib. 3. de commun. opin. tit. 12. n. 14. Et *reſcriptum contra legem, etiam non habentem derogatoriam clauſulam, non valet. Ita regulariter eſſe præſupponunt, Io. Andr. Anchar. & Dominic. in c. vn. de exceſſ. prælat. in 6. bona gloſſa verb. noſcant. in c. 1. de conſtit. lib. 6. tenet Abb. in c. nonnulli. de reſcript. vbi Felin. allegans Oldrad. conſ. 36. cum ſeq. vſque ad fin. vbi copioſè de hoc.* Ioan. Bern. Diaz. in fallentiis regular. iuris. reg. 648. Nec opus eſt, vt per nouam Principis ſententiam aut reuocationem caſſetur & annulletur, quod in ſeipſo nullum & irritum legibus decernitur: Quia *ad annullandam ſententiam, hominis miniſterium non requiritur, vbi lex executor eſt ipſius nullitatis, quam inducit: data enim nullitate ipſo iure incurſa, dicitur lex eſſe executor illius. vt tradunt omnes in c. cùm ſecundùm. deberet. lib. 6.* Aug. Barboſ. Collectan. in c. ſententia, de ſent. & re iudic. n. 12.

Ideoq; multis titulis, nullum & irritum eſt.

69. Sed & illud denique (vt alia tranſeamus) perperam narratum: *Tendere* videlicet *dictum libellum ad authoritatis tam Cæſareæ, quàm Pontificiæ conſeruationem.* Nam falſum eſt, huiuſmodi ſcandaloſa ſchediaſmata, contra Sacra generalia Concilia, bonos mores, & Imperij Conſtitutiones impreſſa, authoritati Pontificiæ, vel Cæſareæ conſeruandæ quicquam inſeruire, quam in violandis publicis Chriſtianitatis legibus potius contemnunt & proculcant: Quæque authoritas in vtroque Principe longè maior eſt, & altior, quàm vt à fictitijs & laruatis iſtis Scriptoribus conſeruari opus habeat. Hinc eſt, quòd prædicta laudatiſſima Vniuerſitas Viennenſis in Auſtria, etiam alteram editionem nuncupati Eugenij Lauanda, cenſuerit proſcribendam; vt ex ſequenti eiuſdem reſolutione & petito, Cæſareæ Maieſtati, menſe Auguſto, anno 1642. humillimè oblato manifeſtum fiet, quod ex vernacula in Latinam linguam translatum fideliter, hîc damus.

70. *Sacra-*

70. *Sacratiſſime, Potentiſſime & Inuictiſſime Romanorum Imperator, Hungariæ Bohemiæq; Rex, Archidux Auſtriæ &c. Domine ac Princeps terræ Clementiſſime.*

Nota Eugenij Lauandæ Editionis ſecundæ, etiam condemnata ab Vniuerſitate Viennenſi.

Quin Veſtram Caſ. Maieſtatem præſentibus humillimè informemus, intermittere nequimus; tum quòd hic, noſtra Iudicialis authoritas, ſimulque Pontificia, Cæſarea, & Archiducalia priuilegia periclitentur, tum vel maximè, quòd hac in re grandia ſcandala intercurrant; eò quòd iam nuper Anno 1637. ad inſtantiam & humiles preces P. Romani Hay, ſuum Typis editum Tractatum, ASTRVM INEXTINCTVM ab ipſo inſcriptum, iam antè à quibuſdam Theologis, & Iuriſperitis luce dignum iudicatum, vigore noſtrorum Pontificiorum, Cæſareorum, & Archiducalium priuilegiorum (.vt A.) cenſuimus, vtque deficientibus primæ editionis exemplaribus, denuo poſſit imprimi conſenſimus; cùm non modò nihil ſanæ doctrinæ, fidei, boniſq; moribus aduerſum, in ſe contineat, ſed inſuper ab aliis Catholicis Vniuerſitatibus, Theologis, ipſoq; Generali Apoſtolico Inquiſitore fuerit approbatus. (.vti ſub B. C. D. videre licet.) His non obſtantibus, ignotus quidam author, qui ſe in ſuarum Notarum inſcriptione Eugenium Lauandam nominauerat, varias Notas (.vt E.) contra prædictum Aſtrum interſtinguere, in iiſq; plurima ſcandaloſa ſcommata in Præfatum P. Romanum Hay, aliosque Religioſos (.vt F.) iactare præſumpſit. Quæ à nobis ſilentio præteriri par non erat, præſertim cùm & aliàs, eiuſmodi ſcandala, in bene conſtitutis Rebuſpub. modis omnibus exterminentur; & ipſe quoque P. Hay, ſupplici nobis oblato libello, prælibatas ſcandaloſas Notas, à nobis reprobari & condemnari petierit.

Copia libelli ſupplicis ad Ferdinandum III. Imp.

Quare, non modò nos eaſdem perluſtrauimus, ſed & certis tam ex facultate Theologica, quàm Iuridica deputatis Commiſſariis, pro ferendo ſuo iudicio & voto tranſmiſimus. Quorum relatione comperimus, hunc libellum, prout Extractus E. & F. euidenter demonſtrant, multis de cauſis meritò reijciendum eſſe: Veluti 1. quòd nullius authoris verum nomen appreſſum contineat. 2. Quòd nulla Superiorum, nec vllius Ordinarij approbatio. 3. Nullus impreſſionis locus. 4. nullius Typographi nomen adiunctum exprimatur. Et 5. quòd præter iniurioſa conuitia, & ſcommata nihil in ſe complectatur. Adeoq; non modò contra Concilium Tridentinum & Lateranenſe, ſed etiam contra Conſtitutiones Imperij, bonoſq; mores militet. Quæ cauſa fuerunt, quòd eum de facto (.vigore Decreti G.) prohibuerimus & proſcripſerimus. Verum, his non attentis, incognitus author ille Eugenius Lauanda, appreſſione cuiuſdam Veſtræ Caſ. Maieſtatis aſſerti, tamen per Ipſammet minimè ſubſcripti priuilegij, ſæpe nominatum libellum, Coloniæ (. vt H.) reimprimi curauit. Id quod præmemoratus P. Romanus Hay nobis denuo demiſsè intimans, etiam pro ſecundæ huius editionis proſcriptione & prohibitione, nec non manutentione noſtræ primitus, matura cum deliberatione meritò emanatæ condemnationis ac proſcriptionis ſupplicauit.

Quapropter comperto, quòd hæc editio ſecunda, prima, paucis (vt I.) exceptis, per omnia ſimilis exiſtat, adeoq́ æquè vt prima, ob ſuppreſſionem veri nominis authoris, & inibi contenta ſcommata, (quæ hoc præcipuè tempore, apud acatholicos non parum ſcandali creant.) contra Concilia Generalia, Conſtitutiones Imperij, bonoſq́ mores pugnet, rationi conſentaneum eſſe duximus, vt hæc altera quoque editio condemnaretur. Quia verò Veſtra Caſ. Maieſtatis approbatio in contrarium, nobis obicem ponere videtur, prius idipſum Veſtræ Maieſtati humillimè inſinuandum indicauimus, demiſſiſſimè rogantes, vt ſuperius allegatos Extractus (E. F.) Clementiſſimè diſpicere dignetur, vbi ſcandaloſa illa ſcommata, quorum intuitu libellus hic à nobis reprobatus ac reiectus fuit, manifeſtè deprahendet, &, quod ſperamus, condemnationem noſtram ſuis viribus ſubſiſtere permittet.

Quo facto, ſicuti Veſtra Caſ. Maieſtas nos, noſtraq́ antiquiſſima Pontificia, Cæſarea & Archiducalia indulta, bullas & priuilegia Clementiſſimè tuebitur, ita Eidem nos pro fauorabili & benigniſſima reſolutione, quàm humillimè commendamus.

Sacræ Caſ. Maieſtatis Veſtræ

Humillimi, Obſequentiſſimi

N. Rector & Conſiſtorium iſtius Vniuerſitatis Viennenſis.

Ad Sacram Cæſaream, Hungariæ Bohemiæq́ Regiam Maieſtatem, Archiducem Auſtriæ, FERDINANDVM III.

Humillima inſinuatio, & æquiſſima petitio,

N. Rectoris & Conſiſtorij huiuſce Vniuerſitatis Viennenſis,

Pro inſerta defenſione ac manutentione ſuorum Priuilegiorum. Anno. 1642.

AVLÆ

AVLÆ ECCLESIASTICÆ.

AVLÆA

& Peripetaſmata.

BENEVOLE LECTOR.

AVlæ noſtræ Eccleſiaſticæ exornandæ, quædam peripetaſmata & aulæa huc loci reſervavimus, utpote non minus divitis aulai pictai, quam fuerit aula quondam Attali Regis Aſiæ, à quo & Attalica nuncupari conſueverunt. Hæc, cum inter ſe diſparata ſint, in Ordinem redigi non potuerunt aliter, quam ut ordine expanderentur, quibus commode aperiendis, in Aula vel Horto noſtro Cruſiano, ſpatium aut occaſio defuerat. Ordinum antiquorum libellum ſupplicem ad Ferdinandum III. Cæſarem, & inſinuationem ad Principum Electorum Legatos, mox initio poſitas, ex Germanica lingua in Latinam fideliter tranſtulimus; reliqua quæq; ſua lingua dedimus. Exteri, ſcio, verſiones omnium deſiderabunt; Germani fontem malent inſpicere Germanicum: Vtriſq; ſatisfieri, non ſinit operis timenda moles; alterutris, par eſt. Ambobus igitur certantibus, gentiles prævaluere, conteſtati, nullum totius Europæ angulum eſſe, quo non penetrantes Germani, cuivis extero interpretes facile ad manum adſint. Acquievi, deſcripſi; Lector fruere & vale.

I.

COPIA

Humillimæ Supplicationis
Ad Sacram Cæſaream Maieſtatem Ferdinandum III. neceſſariæque inſinuationis & reſpectivè oblationis ad Sacri Romani Imperii Electorum, Principum, & Statuum ſpectatiſſimos & præclariſſimos Dominos Conſiliarios, Legatos, & Oratores,

Ab antiquioribus, approbatis Religionum Ordinibus, eorumque cum poteſtate Legatis,

Contra factas ab aliquot annis Monaſteriorum tranſlationes, applicationes, incorporationes & Commendas, cum Concordatorum Nationis Germanicæ, & Imperii Conſtitutionum præiudicio.

Vna cum ſua præfatione, in Latinum translata, ex Germanico exemplari, impreſſo Ratisbonæ, durantibus adhuc Comitiis Imperii, anno 1641.

LECTORI SALVTEM.

Occaſio vel cauſa porrectæ Supplicationis

1. Quandoquidem durantibus his Imperii Comitiis, & iam ante aliquamdiu, ob plurimas hucusque inſtitutas Monaſteriorum translationes, contra Nationis Germanicæ Concordata, tam inter Catholicos, quàm etiam Auguſtanæ confeſſioni addictos ipſosmet, varii diſcurſus, & ex parte ſcandala prodierunt, ac ſi tales Eccleſiæ & Monaſteria, ad quoſvis alios, etiam prophanos uſus, abſq; ulla formidine applicari poſſent, & cuiusvis primo occupantis, Ordineſq; antiqui, quodammodo omnis diſpoſitionis, & beneficiorum Iuris penitus incapaces eſſent: Vnde pleriq; opinati ſunt, antiquiores approbatos Ordines, in repetitione & manutentione ſuorum iurium, & propugnatione ultimę piorum Fundatorum voluntatis, nonnihil deſides, & iuſto torpidiores hactenus extitiſſe, cum tamen punctum iſtud, inter cætera Imperii gravamina propter periculum diſſolutionis prædictorum Concordatorum, aliarumque Imperialium Conſtitutionum, non minimum eſſe debeat; quo reſpectu, res hæc, non modo universum Sacrum Romanum Imperium, ſed & fere omniũ Regum, Electorum ac Principum domus & familias concernat, aliorumque altioris, mediæ, ac infimæ nobilitatis Imperii membrorum, varias ob cauſas, in ſpecie plurimum interſit.

Hinc eſt, quod illi ex parte antiquorum Religioſorum Ordinum, eiuſmodi gravia factarum translationum præiudicia, & ex iis emergentia mala & pericula, primitus Sacræ Cæſ. M. Domino noſtro Clementiſſimo, dein' Sacri Romani Imperii laudatiſſimorum Electorum, Principum & Statuum ſpectatiſſimis & præclariſſimis Dominis Conſiliariis, legatis & Oratoribus enixè proponere, & pro clementiſſimo, favorabiliq; remedio, humillimè debitèq; rogare permoti fuere: ut ex adiunctis Copiis, fuſius videre licebit; ſalva proteſtatione, de neminem offendendo, ſed mero intuitu conſervationis Iurium Antiquorum Ordinum.

Supplicatio antiquorum Ordinum ad Ferd. III. Imp.

2. Sacratiſſime Romanorum Imperator &c. Domine Clementiſſime. Iã aliàs Sacræ Cæſ. M. Veſtræ ſatis notum, anteaq; ſæpius humillimè propoſitum fuit, de quibus iuſtiſſimis, & in utroq; Iure ſolidè fundatis cauſis ac rationibus, Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, aliaq; Beneficia Eccleſiaſtica, eidem Ordini & Statui, cui primitus quondam fundata & dicata fuerant, reddenda, eiuſdemq; qualitatis & Ordinis hominibus, quibus ablata erant, & non aliis, reſtituenda veniant: prout & Sacri Canones, Iura, Fundationes & privilegia, quin & Pontificiæ Cæſareæq; Confirmationes idipſum abunde conteſtantur; ut opus non ſit, hiſce Cæſ. M. Veſtram pluribus hic detinere. Licet enim prioribus ſæculis circa tempora Friderici III. quondam, in hoc genere, multiplices abuſus, Translationes, Applicationes, Intruſiones, Commendæ & ſimilia irrepſerint; ut tamen his malis occurreretur, iam tunc inter Sedem Apoſtolicam Romæ, & Im-

& Imperium, per Concordata Nationis Germanicæ, utrinque obligatoriè, eò *Ordines antiqui ex Concordatis, velut ex contractu, ius quæſitum habent.*
eſque cautum fuit, ut omnes iſtiuſmodi inordinatæ, & Iuribus adverſantes Beneficiorum collationes, perpetuis futuris temporibus intermitterentur. Quapropter noſtri Antiquorum Ordinum Anteceſſores, ius huiuſmodi acquiſitum, & aliàs in Iure communi radicatum, ad nos poſteros ſuos legitimè tranſmiſerunt; prout innumeris exemplis, ſi tempus pateretur, demonſtrari poſſet, quàm firmiter & conſtanter prioribus temporibus, Maiores noſtri dictis Concordatis inſtiterint, & hac ratione, in Galliam aliaſque Nationes irrepentes Commendarum, aliarumq; diſtractionum modos, pro viribus averterint & impediverint: Iuxta quod etiam Sacrum Concilium Trid. ſeſſ. 14. de reformat. c. 20. ad eundem ſcopum collimando, ſaluberrimè decrevit, *ut quovismodo vacantia Regularia Beneficia, Religioſis TANTUM ILLIUS ORDINIS, ET NON ALIIS conferantur. &c.*

3. Atque hinc factum, quod in prima ſtatim, pro dolor, ſciſſura Religionis, Receſſui Imperii, de anno 1530. pag. 222. §. Nach deme. mox poſt primam ex adverſo factam occupationem, expreſſis verbis inſertũ & concluſum fuerit, ut omnes Epiſcopatus, Monaſteria, Collegia &c. iis, ad quos de iure pertinent reſtituerentur. Eadem ex cauſa, in tranſactione Paſſavienſi, & Pace Religionis, clariſſimis verbis diſpoſitum eſt, *ut omnia occupata, & in bello acquiſita Territoria, Civitates, Oppida, Provinciæ, ſubditi & bona, iis Statibus, quibus antea competebant* (in quorum numero, & nos Ordines Antiqui computandi) *reſtituantur.* Sicuti & Ferdinandus. I. durantibus Imperii Comitiis Auguſtæ Vindel. anno. 1555. in ſua. 30. & 31. Auguſti publicata reſolutione, pariter ſancivit, *Quod Eccleſias, Prælaturas & Beneficia per eos regi & adminiſtrari oporteat, qui vigore fundationum, & iuxta voluntatem Fundatorum ad id habiles exiſtunt. &c.* In horum veſtigia, tam Iuris utriusque ſcripti, quàm particularium prædictarum, aliarumq; Imperii Conſtitutionum, cum æterna ſui nominis gloria ſubintravit Ferdinandus II. V. Cæſ. M piiſſimus & chariſſimus Dominus Parens, Auguſtæ recordationis, prout non modò publicatum in Imperio reſtitutionis Edictum, indeque ſecutæ Executionis Commiſſiones, de 6. & 28. Martii, anno 1629. & pleraq; Ordinibus antiquis data Reſcripta & Decreta Cæſarea, idipſum lucide docent & loquuntur; cuius iuſtiſſima quoq; mens & intentio, â Romano Pontifice, cum benedictione Apoſtolica cōmendata & ratificata fuit: Sed etiam, ad ſuam enixam voluntatem demonſtrandã, Cameræ ſuæ Imperiali Spirenſi, ſpecialiter, ut in eventum eiuſmodi cauſarum, citra ullam diſputationem, prædictis conformiter ſententiam ferret & iudicaret, Imperiali authoritate præcepit & iniunxit.

Cauſa Regularium fundatur in Concilio Trid. Pace Religionis, trãſactione Paſſa. & Imperiis Conſtitutionibus.

4. Et quanquam ab aliquot hactenus annis, nobis Antiquorum Ordinum Religioſis, contra prædicta iura, ordinationes, & compactata, varia ſunt illata præiudicia, quando ſub prætextu maioris boni, extructionis Seminariorũ, remunerationis bene meritorũ, ſupportationis onerum bellicorũ, maioris decẽtiæ & ſuſtentationis Status Principum, aliisve plurib. (ad obliquandũ directũ) excogitatis titulis, multifariæ Translationes, Applicationes, Incorporationes,

Com-

Commendæ,Triennalia,Quinquennalia &c. impetrata,omniaq; altiora Tribunalia præoccupata fuerunt, donec quamplurimæ præclariſſimæ Eccleſiæ, Monaſteria,aliaq; adpertinentia nobis adimerentur, ubi quandoque etiam Bullæ Pontificiæ,nobis inauditis,deſuper obtentæ intervenerunt: Adhuc tamen Clementiſſimè audiri,& id ſignanter obſervatum iri ſperamus,cum eiuſmodi Bullæ, Concordatis derogent,& directè adverſentur (quæ tamen,tanquam compactata ultro citroq; obligatoria,ſe non penitus convelli patiëtur) adhuc locum datum iri Clementiſſimo remedio; attendendo, quod egregius ICtus Ioannes à Chokier,expreſſis verbis conteſtetur, *Quod Papa Concordatis derogare non intendat,niſi fuerit ſervata forma & modus,quibus ſolet fieri derogatio Concordatorum.Concordata enim ſemper excepta cenſentur, etiamſi nulla eorum fiat mentio. Quocirca proviſus contra Concordata, nec titulum,nec poſſeſſionem coloratam habet,nec tutus eſt beneficio reg.de annali & triennali poſſeſſione, nec in foro conſcientiæ,quoad perceptionem fructuum.* Quæ omnia, glorioſæ memoriæ Ferdinandus II. Imp.prudentiſſimè penſitans,ſuum Oratorem Romæ. 25. Octob.anno 1629.diſertis verbis inſtrui voluit,ut ſimiles Bullas Apoſtolicas,ex hoc ipſiſſimo rerum momento,*Nequid derogetur Concordatis*,anteverteret & impediret.

Vis quanta ſit Concordatorũ Germaniæ.

5.Vnde,cum Illuſtriſſimus Dn.Marchio Badenſis, ab Apoſtolica Sede, Indultum quinquennale motus proprii, ſuper Monaſterio Benedictino Albæ Dominarum impetraſſet; Et vero Dn. Ordinarius Spirenſis, id Iuri communi, Ordinationi Imperii,Statuum privilegiis,Concordatis Nationis Germanicæ, ipſiq; Capitulationi Regiæ adverſari replicaſſet, huiuſmodi quinquennale, ab Eminentiſſimo Cardinalium Collegio,in puncto temporis irritatum & caſſatum, ac Sanctimoniales ibidem ex toto reſtitutę,& in poſſeſſionem immiſſæ fuerunt.Similiter ſub Papa Clemente VIII.fæl.record. quando ambo Monaſteria Continthiæ,Griſen & Arnoldſtein,Præmonſtratenſis &D. Benedicti Ordinum,Patribus Soc.Ieſu iam iam applicarentur, & approprientur,ad informationem & inſtantiam Dn.Epiſcopi Bambergenſis,circa annum 1610.ex hac ipſa radice Concordatorum, in priſtinum ſtatum reducta, hodieq; perſeverant. Quid, quod inſuper præallegatus ICtus à Chokier ſequentia præiudicia introduxit: *Paulus V.* inquiens, *Pont. Max. motu proprio revocavit Indultum & derogationem Concordatorum Germaniæ,à Clemẽte VIII. & ſeipſo emanatam,aſſerens, nec dicti Clementis,nec ſuam mentem & intentionẽ fuiſſe,Concordatis huiuſmodi derogare, nec illa in aliquo lædere; adeoq; literas illas derogatorias,tanquam ſubreptitias & obreptitias,& præter ac contra dicti Clementis & ſuam intentionem, quoad derogationem & læſionem Concordatorum huiuſmodi emanaſſe, nulliusq; roboris vel momenti unquam fuiſſe.&c.Romæ, 5. Cal. April.anno 1613. Extat & alia revocatio motu proprio facta,Pii IV.derogationis Cõcordatorum Germaniæ in ſimili.Quin etiam Gregorius XIII. ſapientiſſimus Pontifex,quadam Conſtitutione ſua,de anno 1572.Iunii 6.Romæ publicata,declaravit ſe,ſub quacunq; verborum forma reſcripſerit,concordata lædere nolle, teſte Simonetta.tract.de reſerv.q.99.n.20.* Hucusque Io.à Chokier.

Exempla revocationis Bullarum Papalium in præiudicium Cõcordatorum impetratarũ.

6. Id-

6. Idipſum ex Reſcripto præfati Clementis VIII. ad Rudolphum II. Imp. Præpoſituram Cathedralem Bremenſem concernente, ſub dato 15. Ianuarij, anno. 1603. doceri poteſt, vbi Sua Sanctitas, non ſolùm ad ſtabilem Concordatorum obſeruantiam ſeipſam reſoluit, ſed etiam Imperatorem iterato ad idem efficaciter ac neruoſe hortata fuit, *Ne Concordata Germanica, tanta pondere ſancita, vllo modo violari patiatur; imò verò, vt Ius poſtulat, ab ipſis Capitularibus(*. Bremenſibus.*) obſeruari curet, & reipſa oſtendat.*

Prout palam eſt, qualiter anno. 1619. in anterioribus Auſtriacis Prouincijs hæreditarijs, quando Dn. Angellochius Suffraganeus Baſileenſis, Monaſterium S. Morandi, & Dn. Hornung Officialis ibidem Monaſterium S. Vdalrici Ord. Canonicorum Regul. Romæ quidem impetrauerant, Regimen Enzisheimenſe, talem prouiſionem nec admittere, nec prouiſos in poſſeſſionem mittere voluerit. Præterea, & in terminis occurrit recenter Monaſterium Euſſerſtalenſe, vbi ſimiliter anno. 1619. Canonicus quidam Virdunenſis de Schala nuncupatus, eodem prætextu, immiſſionem in dictum Monaſterium apud eius temporis Cæſaream Maieſtatem quidem rogauerat, Verùm ad factam oppoſitionem, quòd cederet in præiudicium Ordinis, nihil obtinuit. *Bulla Pontificia, præiudicantes Concordatis, in Germania non acceptata.*

7. Accedit, quòd anno. 1633. in Diœceſi Hildeſienſi, pro translatione diuerſorum Cœnobiorum, nominatim Monaſterij Dernburg Ciſterc. Ord. aliorumque plurium, à S. D. N. varijs prætextibus boni publici, & Seminariorum extructionis, diuerſæ quidem Bullæ & Indulta Apoſtolica, impetrata, ſed à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Dn. Epiſcopo Oſnabruggenſi, Mindenſi & Verdenſi, veluti Commiſſario Pontificio & Cæſareo(. antiquis Ordinum Prælatis, ad erectionem Seminarij de facto magna ſubſidia offerentibus.) executioni neutiquam mandata, ſed repudiatis impetrantibus, illi Ordines, quibus huiuſmodi Monaſteria debebantur, in poſſeſſionem miſſi ſunt. Quodque amplius eſt, tres famoſi Patres ipſius Societatis, videlicet P. Philippus Henrici, P. Guilielmus Lamormaini, & P. Lucas, in cauſa Monaſterij Bergenſis prope Magdeburgum, expreſsè ſcripſerunt, Imperatorem teneri præmemoratum Bergenſe Monaſterium, quod vigore Pontificiæ Bullæ, Dn. Cardinalis ab Harrach poſſederat, reſtituere Ordini S. Benedicti, & quidem illi Prælato, quem Congregatio Burſfeldenſis legitimè ſit electura. qui & paulò pòſt electus & inſtitutus fuit. Hæc aliaque exempla & præjudicia, præſertim ab anterioribus annis, adferri poſſent plurima.

8. Ac tametſi Summis ambobus Chriſtianitatis Principibus, abſolutam poteſtatem, in caſu extremæ neceſſitatis, ſi deſint alia media, in ſuis illimitatis terminis merito relinquimus, & illis, inquantum ſeſe ſecundùm æquum & bonum, citra violationem Canonum, aliorumque Iurium, præcipuè fundamentalium Conſtitutionum & Compactatorum extendunt(. prout per alios jam antea ſufficienter expoſitum.) libenter acquieſcimus. Nihilominus allegata plenitudo poteſtatis, per hos ambos prætextus, Majoris boni, & Extru- *Ordines antiqui, offerunt ſuam operam*

ad Profeſſuras Academicas, & iuuentutis inſtructionē.

tructionis Seminariorum, ideo difficulter in actum provocari poſſe videtur, quod noſtri Ordinum antiquorum Maiores, pro huiuſmodi ſcholis publicis, ſi non vbique, certè paſſim multipliciter concurrerint, & Nos pro occaſione ad idem præſtandum, imò pro exigentia rei & locorum, ipſimet ad ſcholas erigendas ac tenendas, alijſque modis in doctrina Chriſtianâ tradendâ, noſtra talenta exponere prompti, & (conformiter dudum factæ noſtræ oblationi.) parati ſimus: Qua in re, dummodo nobis offeratur occaſio, etiam abſque grauamine cuiuſquam, nihil à nobis deſiderari ſinemus. Id quod forſan magis fuerit è Republ. Chriſtiana; Saltem obeſſe non poterit, ad diuerſionem Monopolij Sapientiæ, in diuerſorum Ordinum Academias animum intendere, exterarum Nationum exemplo, vbi praxis hæc hodieque non ſine magno commodo viget.

9. Quàm verò damnoſum ac periculoſum ſit, præfatas fundamentales Imperij Conſtitutiones, Concordata Nationis, nouis interpretationibus aut æquivocationibus controuerſari, ad incognitos antehac ſenſus detorqueri ac perfodi permittere, & per neglectam obſeruantiam, contemptui exponere, per ſe euidens eſt; quæ tamen ſemper in omnibus Eccleſijs, etiam apud ipſosmet Proteſtantes, pro norma & regula circa Beneficia, Prælaturas &c. habita ſunt, ſecundum quam pleræque controverſiæ inter Curiam Romanam & Imperium dirimi ac decidi ſolitæ fuerunt. Certè permagni intereſt in Imperio, non ſolùm, vt iſtud Clinodium Imperij, tantis laboribus partum, ſummorum Principum authoritate conditum & firmatum, & hactenus ſolicitè cuſtoditum, ad poſteros quoque ſine ruptura tranſmittatur; ſed etiam, quia pleræque Imperatorum, Regum, Ducum ac Principum familiæ, aliaq; ſummæ, mediæ, infimæq; Nobilitatis præcipua membra Imperij, intuitu paternarum ſuarū Fundationum, hiſce translationibus plurimū impetuntur, negotio ipſos tam actiuè, quàm paſſiuè multifariam concernente. Prout Status Equeſtris Imperij, per tractū Rheni & Weterauiam, ſub dato Spiræ. 7. Martij, an. 1637. datis ad Summum Pont. literis, propter eiuſmodi contraventiones, & ſciſſuras extremè damnoſas, tam piarum Fundationum, quàm dictarum fundamentalium Conſtitutionum Imperij, nempe Concordatorum, nomine totius Collegij ſui Equeſtris, vehementer & ſuppliciter cōqueſti ſunt, omniaq; in primæuū ſtatum reduci enixiſſimè petierunt: aliter, de non conſentiendo proteſtati,

Concordata, ſunt Clinodiū Imperii.

10. Quodſi eiuſmodi principijs, poſt ſe maximam trahentibus conſequentiā, non obuiaretur, & hæc Imperij regula ſeu Cynoſura, aliaque Iura, leges & Canones, nobis innocentibus auferrentur, ac tā facilè negligerentur, haberent noſtrarum fundationum æmuli, & alij quique apertiſſimum campum, nos ex omnibus alijs poſſeſſionibus noſtris, ſimili prætextu dimouendi, omniaque in confuſionem redigendi, & ex potiori fauore, potius jus prætendendi. Sed neq; terribiles execrationes, & imprecationes Fundatorum inermes erunt, quas in ſuarum fundationum & vltimarum voluntatum violatores fulminatas, literis fundationum inſeri, & ordinariè à Summis Pontificib. ac Imperatoribus, etiā

Execrationes Fundatorum non ſunt contemnendæ.

loco-

locorum Ordinarijs confirmari & roborari fecerunt: Cujuſmodi diras & interminationes non vili pendendas eſſe, docet inter innumeros Diuus Arnolphus Imperator, in ſuo diplomate, quod Monaſterio S. Emmerani hîc exiſtenti conceſſit, ſequentibus verbis. *Omnium*, inquiens, *ſucceſſorum noſtrorũ magnitudo cognoſcat, poſtquam patruus meus Carolus Imperator, pro petitione Epiſcopi Embriconis Eccleſiam præſtauit,* NUNQUAM POSTEA *habuit victoriam, neque corporis & animæ ſanitatem, vſq; ad finem vitæ ſuæ, Si quis ergo Imperator aut Rex, eandem Eccleſiam alicui, præſtet in maledictione S. Mariæ, ſanctiq; Petri, ſucceſſorumq; eius, & omnium Sanctorum perſiſtat. &c.*

11. Proinde cum nos Antiquorum Ordinum Religioſi, tam illorum qui ſtatus ſunt Romani Imperij, quàm qui in Cæſ. Majeſt. Veſtræ Archiducatu, alijſque Regnis & Prouincijs hæreditarijs reſident, Eidem ſemper, præcipuè vero à tempore bellicorum horum tumultuũ; multis ſumptuoſis & proficuis ſubſidijs, nervoque belli, juxta Clementiſſimam ſuam voluntatem ac deſiderium, humillimè obſecuti ſimus, Eiuſdem ærario Imperiali & Archiducali damnum nullum vnquam, ſed æris plurimum intulerimus; nunquam ad illud vacui, ſed ſemper onuſti acceſſerimus; viciſſim inde nunquam onuſti, ſed vacui ſemper exiverimus, & etiam porro, quantum reſiduæ vires permiſerint, ad extremam vſque ſanguinis guttam parati & prompti perſiſtamus; prout innumeræ vadimoniorum Cæſareorum in nos receptiones, (quibus Monaſteria noſtra etiamnum obſtricta ſunt) noſtram deuotionem abundè teſtabuntur; Humillimè ſperamus, hæc aliaque erga Majeſtatem Veſtram, totamque Sereniſſimam domum Auſtriacam hactenus (abſit iactantia.) præſtita ſinceriſſima obſequia & merita, cauſam vtique præbitura Veſtræ Maieſtati, nos noſtraque tuendi, ac præſentem, coram Deo, totoque Mundo juſtiſſimam cauſam manutenendi & defendendi.

Argumentũ validum à ſumptuoſis ſubſidiis bellicis.

Petitio prima.

12. Quapropter Veſtræ Cæſ. Majeſtati veluti ſupremo diuinæ Iuſtitiæ in terris à Deo nobis præſtituto Adminiſtratori, Nos Antiquorum Ordinum cum poteſtate miſſi, ipſiuſque cauſæ participes, enixiſſimè & humillimè ſupplicamus, rogamus ac petimus, vt pro Dei gloria, noſtrorumque Sacrorum Ordinum Inſtitutorum honore, ſecundum glorioſiſſimæ recordationis Ferdinandi I. & II. ſuperius allata exempla, Conſtitutiones Imperij, Decreta, Reſcripta, alias multiplices voluntatis declarationes, ad hujuſmodi reſtitutionẽ veræ læſorum, ſimiliter Clementiſſimè ſe reſoluere, & per vniuerſalẽ Imperij Sanctionẽ, omnibus in futurum ejuſmodi Translationibus, Applicationibus, Incorporationibus & Cõmendis (quippe quæ omnia ſæpedictis Concordatis expreſsè aduerſantur.) de cætero viam intercludere, eas prohibere, & futuros contrarios conatus quoslibet reprimere, Viciſſim verò vniuerſos ac ſingulos, ad accuratam & integrã Concordatorum iſtiuſmodi obſeruantiam hortari, & pro evidentiori rei memoria, Receſſui præſentium Imperij Comitiorum inſeri, ipſoſque adeo Antiquos Ordines, vt in ſuo legitimè quondam acquiſito Patrimonio deinceps ſine perturbatione relinquantur, nec deterioris

conditionis, quàm quilibet privatus & laicus de jure exiſtit, habeantur, ac tractentur, mandare benigniſſimè dignetur.

Altera petitio. 13. Ex eisdem prætereà fundamentis Iuris, Sacra Cæſ. M. Veſtra illas Translationes, Applicationes, Incorporationes, ſiue perpetuas, ſiue temporales, quæ à paucis retro annis alicubi in euidens præjudicium & periculum fundamentalium Imperij Ordinationum factæ ſunt, inquantum ſe plenitudo poteſtatis Cæſareæ extenderit, dignetur non modò Clementiſſimè tollere, annihilare, & ad terminos Iuris Imperialis reduci mandare, decernere & declarare; ſed etiam ad idem intentum, Interceſſionales ad Romanum Pontificem expediri, vt is quoque ad hujuſmodi Concordatorum obſeruantiam ſe non minus benigniſſimè reſoluens, curſum Iuſtitiæ diſtributiuæ (. cum ſperemus rem hanc ad terminos abſolutæ poteſtatis pro tempore nondum deueniſſe.) permittere; & viciſſim ſub- & obreptitiè, nobis inauditis, obtentas Pontificias Bullas (. prout in ſupradictis, alijſque caſibus factum.) denuo annulare, ſeu nullas declarare, & Ordines Antiquos, tanquàm grauiter læſos propter jus quæſitum, & in Concordatis radicatum, vbique in poſſeſſionem immittere, & paternè manutenere dignetur: ratione prætenſi Maioris boni, & Extructionis Seminariorum, noſtram ſuperiùs inſertam oblationem deſuper gratioſiſſimè recommendando.

Tertia petitio. 14. Quod denique tertiò, ad alia Monaſteria & bona attinet, (. quæ nonnullis Eccleſiaſticis aut ſæcularibus Principibus, in vtroque Palatinatu vel alibi per Indulta Apoſtolica, occaſione bellicorum ſumptuum, ad certos annos conceſſa fuerunt.) rem eo dirigi ac diſponi, vt interim vbique locorum, nonnulli Religioſi illius Ordinis, minimum duo vel tres, pro cura animarum admittantur, & congruenter ſuſtententur, nosque poſt decurſum annorum plenariè reſtituamur. Sacræ Cæſ. Maieſtatis Veſtræ ſupremum Iudicis officium, pro adminiſtratione Iuris & Iuſtitiæ, ſecundum æquum & bonum, omnique complemento Iuris, humillimè deſuper implorando. Cui nos, noſtri Ordinum conſortes & poſteri, vnà cum precibus, nocte dieque ad Deum fundendis, Miſſæ ſacrificijs, alijſque prælibatis debitis ſeruitijs, perpetim devotiſſimi & obſequentiſſimi permanemus: Noſtros Principales, & Ordines in communi, mitiſſimæ & conſtantiſſimæ protectioni Veſtræ Cæſareæ & Archiducalis gratiæ, pro fauorabili reſolutione demiſſiſſimè commendantes.

Sacræ Cæſ. Maieſtatis Veſtræ

Humillimi ac deuotiſſimi

Capellani & Precatores

F. Dominicus, Abbas Weingartenſis Ordinum S. Benedicti & Præmonſtratenſium nomine.

F. Petrus Wilhelmus, Abbas in Euſſerthal, Ordinis Ciſtercienſis nomine.

F. Gabriel Reeb, Prior in Rebdorff, Canonicorum Regular. S. Auguſt. nomine.

Horum quatuor Antiquorum Ordinum cum poteſtate Ablegati, ac pro ſe quoque interuenientes.

II.

AD SACRI ROMANI IMPERII LAVDATISSImorum Dnn. Electorum, Principum, aliorumque Statuum, ſpectatiſſimos & præclariſſimos Dominos Conſiliarios, Legatos & Oratores,

Neceſſaria inſinuatio ac petitio, adiuncto ſupplici libello ad Sacram Cæſ. M. &c. lit. A.

Antiquorum approbatorum Ordinum, eorumque cum poteſtate Ablegatorum,

Pro conſeruatione & manutentione Concordatorum Nationis Germanicæ, Ordinationum Imperij, priuilegiorum Statuum, & Capitulationis Regiæ. &c.

15. Reuerendiſſimi, Illuſtres, Generoſi, Nobiles, Strenui & Clariſſimi, Domini plurimùm honorandi. Luce meridiana clarius eſt, ipſaque tranſacti temporis ab aliquot retro annis docet hiſtoria, qualiter approbatorum Antiquorum Ordinum Religioſis complura Monaſteria, Abbatiæ, Præpoſituræ, aliaque Beneficia, ſub prætextu Majoris boni, alijſque hinc enaſcentibus palliatis titulis, multipliciter ablata, & ad alios translata, incorporata & applicata fuerint, indeque meritò timendum, ne pluribus ſimilibus etiam porrò grauentur. *Supplicatio eorundem ad Legatos & Oratores Principum Germaniæ.*

Quare nos prædictorum Ordinum Antiquorum cum poteſtate Legati, de mandato & inſtructione noſtrorum Principalium, eo permoti ſumus, vt non modò Sacræ Cæſ. Maieſtati Domino noſtro Clementiſſimo, per ſupplicem libellum, in mentem humillimè reuocaremus, quantopere huiuſmodi Translationes, tam Iuri communi & Concilio Tridentino, quàm & præcipue Concordatis Nationis Germanicæ, Conſtitutionibus Imperij, Statuum priuilegijs, ab vtroque ſummo Chriſtianitatis Principe conceſſis, ipſique Regiæ Capitulationi adverſarentur; ſed inſuper neceſſarium duximus, negotium hoc, etiam cum præfatis ſpectatiſſimis Electorum, Principum, aliorumque Statuum Legatis & Oratoribus, ea quidem præſertim de cauſa conferre & communicare, quòd ex Receſſibus Imperij, cumprimis de annis. 1500. 1522. 1530. & alijs, ibidemque actis & actitatis facilè conſtet, quàm ſeriò, ferventer, & quanta cum attentione ſemper & vbique eo collimatum fuerit, vt prælibata Concordata, in priſtino ſuo ſtatu & vigore conſeruarentur, manutenerentur, & ad poſteros illæſa tranſmitterentur; Viciſſim quælibet damnoſæ diſmembrationes, mutationes, alienationes & translationes Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque Beneficiorum præcauerentur, & cuique ſuum, à Deo, legibusque ſibi conceſſum, in tuto ſeruaretur. *Receſſus Imperii vrgent obſeruantiam Concordatorum.*

16. Prout ad longum deduximus, & probauimus, quòd non ſolùm pro tempore exiſtentes Summi Pontifices, ad firmam, ſtabilemque obſeruantiam Concordatorum ſeipſos multoties reſoluerint, & ſi quandoque per importunas preces, ſub- & obreptitiæ Bullæ emanaſſent, ad inſtantiam vnius alteriuſue partium, eas facilè reuocauerint & annulauerint; inſuper & Romanorum Imperatores, nominatim Rudolphum II. anno 1603. in cauſa Præpoſituræ Cathedralis Bremenſis, per Breue Apoſtolicum efficaciſſimè, & adhuc neruoſius per ipſummet Legatum Sanctæ Romanæ Sedis coràm commoneri, & ad obſeruantiam eorundem voluerint excitari: Sed quòd etiam per allegatos Imperij Receſſus, præfati anni. 1530. ſimiliter in tranſactione Paſſauienſi, & deſuper inita Pace Religionis, itemque Comitijs Auguſtanis, anno. 1555. per Ferdinandum. I. in publicata ſua Reſolutione 30. & 31. Auguſti, efficaciter prouiſum ac decretum fuerit, vt ablati Epiſcopatus, Monaſteria, Collegia &c. ijs, ad quos de iure ſpectarent, & pro quibus piè quondam fundabantur, reſtituerentur.

Sedes Apoſtolica inſtat, vt Concordata obſeruentur.

17. Quandoquidem proinde negotium hoc, omnium ferè Regum, Electorum, Principumue domos ac familias, Comites & Barones, alioſque ſummæ, mediæ, & infimæ Nobilitatis Dominos, præcipua Imperij membra, (.à quibus iſtiuſmodi piæ fundationes promanarunt.) non tantùm ipſiuſmet fundationis ergò, ſed & ob alios, eoſque multiplices reſpectus, actiuè & paſſiuè plurimum concernit, prout Stàtus equeſtris Imperij, in tractu Rheni & VVetterauia, Summo Pontifici, ſub dato Spiræ. 7. Martij, anno. 1637. quòd ſua particulariter plurimum interſit, ſcriptis Collegialiter literis, humillimè intimauit; aliter, ſe ſuis p. m. progenitoribus & futuræ profteritati, rationem reddere non poſſe, ſi tanto cum periculo & detrimento Concordata perfodi paterentur. Hinc exiſtimamus, Sacri Romani Imperij permagni referre, vt hæc præcipua baſis Imperij, in ſaluo, ſuóque veteri ſtatu conſeruetur: præſertim, cùm & nos, illi Maioris boni prætextui (.quo facilè omnes piæ diſpoſitiones, & ſi quid boni vſpiam ſalubriter inſtitutum eſt, ſubrui, tolli, & abrogari poteſt.) parati ſimus viciſſim extructis Scholis mederi, & illud ipſum, quod ab alijs prætexitur, ſecundum quòd nos iam antehac obtulimus, effectui mancipare.

Regū & Principū intereſt, ea obſeruari.

18. Quocirca ſupradictos Spectatiſſimos Electorum, Principum, aliorumque Statuum Dominos Legatos & Oratores, nomine Antiquorum Religioſorum Ordinum officioſè & humiliter imploramus & rogamus, vt dignentur hoc multæ conſequentiæ præiudicium Imperij, tam multiplicium Translationum Monaſteriorum, contra vim pacti Concordatorum, tanquam verum grauamen Imperij æſtimare, eique, vt par eſt, & rei grauitas exigit, obuiando conſulere, atque vnanimi conſenſu apud præmemoratā Sacram Cæſ. M. nobis in tantum patrocinari, vt huiuſmodi Translationes, Applicationes, Incorporationes & Commendæ poſthac intermittantur, & hactenus factæ reuocentur, iſtâque ratione indemnitati Concordatorum conſulatur. Præſertim

Translationes Cænobiorum, ſunt verum grauamen Imperii.

Petitio.

tim verò, vt Romanus quoque Pontifex(.qui ſe in diverſis occaſionibus beneuolentiſſimum declarauit.)eo perſuadeatur, vt nulla vlterius Indulta, Conceſſiones aut Motus proprij expediri permittantur, & quæ pro talibus Conceſſionibus ad ſuggeſtionem & importunas preces in contrarium emanauerunt, ſimiliter reuocentur; Hæcque omnia futuro Comitiorum Receſſui inſerantur.

19. Quo facto, Spectatiſſimi & præclariſſimi Dominorum Electorum, Principum, aliorumque Statuum Domini Legati, de Antiquis Ordinibus, totoque Romano Imperio, (. cuius non exiguam partem tales Ordines conſtituunt.) optimè merebuntur, noſque ſecuros reddent, de legitimè acquiſita noſtra poſſeſſione continuanda; ſimul & pijſſimas Fundatorum intentiones ac diſpoſitiones, tot, tamque diris imprecationibus, & execrationibus, ne factæ fundationes vllatenus intervertereniur, munitas tuebuntur & fouebunt. Quam operam, erga Dominorum Electorum, Principum, aliorumque Statuum Dominos Legatos, vt nos, noſtrique Principales, quoquo modo compenſemus, lubentes meritò adlaborare nunquam ceſſabimus: Eisdem nos, noſtraque pro fauorabili reſolutione plurimùm commendantes.

Dominorum Electorum, Principum, & cæterorum Statuum Dominis Legatis & Oratoribus

Ad ſeruiendum paratiſſimi

F. Dominicus Abbas Weingartenſis, Ordinum S. Benedicti, & Præmonſtratenſium nomine.

P. Petrus Wilhelmus Abbas in Euſſersthal, Ordinis Ciſtercienſis nomine.

F. Gabriel Reob, Prior in Rebdorff, Canonicorum Regularium S. Auguſtini nomine.

Horum quatuor Antiquorum Ordinum cum poteſtate Legati, ac pro ſe quoque interuenientes.

Cum in ſuperioribus nonnunquam fiat Scholarum mentio, ad quas in Germania regendas Antiqui Ordines ſeſe iam diu obtulerunt, lubet hoc loco ſubiicere partem Epilogi, Suſcepta defenſionis pro Sacra Caſ. Maieſtate, impreſſa Ratisbonæ durantibus etiam Imperij Comitiis, anno. 1630. vbi num. 6. & 7. ſic habetur.

III.

20. Vt autem hæc ipſa reſtitutio, Deo Opt. Max. ſit acceptior, Sacræ Cæſ. Maieſtati glorioſior, ipſis denique Ordinibus & vniuerſæ Germaniæ vti-

vtilior, ſuadeo valde præ oculis haberi Concilium Trident. ſeſſ. 14. cap. 10. & ſeſſ. 25. c. 21. de Regular. vbi dicit: *Monaſteria quæ in poſterum vacabunt, non niſi Regularibus illius Ordinis, ſpectata virtutis & ſanctitatis conferre debere*; ac proinde Sacra Cæſ. M. vti Monaſteriorum Recuperator & Advocatus, nullos Religioſos in Cœnobia ſui Ordinis immitti ſinat, niſi quàm reformatiſſimos, & iuxta Regulam ac vocationem ſuam viuentes, aut viuere promittentes. Incredibile enim dictu eſt, quantum vtilitatis in Rempubl. Chriſtianam proborum & ſanctorum Religioſorum nouella plantatio & educatio conferre queat. Qua ratione, ſuam intentionem perfectè Sacra Cæſ. M. aſſequetur, qua nihil aliud deſiderabat hactenus, quam vt Religioſis ſua Monaſteria reſtituerentur, *ubi ſecundum primæuam fundationẽ, & cuiuſvis Ordinis Regulam Deo fideliter & integrè deſeruirent*. Quamobrem ſi fortaſſe pro quibusdam Monaſterijs, præſertim Virginum, & ab initio, minus reformatæ vel ſufficientes perſonæ reperirentur, non deerunt Suæ Maieſtati occaſiones & media, huiuſmodi aliunde adducendi: Quando etiam olitores & hortulani noſtri, ex remotis provincijs ſemina vel ſurculos emere conſueuerunt, vt hortos Dominorum ſuorum, maiori cum fœnore plantent.

Optimi quique Religioſi, in Monaſteria introducendi.

21. Poſtremò, quia ſine ſtudio literarum, Ordines diu florere nulli poſſunt, Sacra Cæſ. M. pro tota Germania & Imperio Romano, nihil vtilius inſtituere valebit, quàm ſi proſpiciat, vt poſt reſtituta Monaſteria, in primarijs Ciuitatibus Imperij, vel Electorum aliorumve Principum territorijs &c. plures Academiæ ipſis Antiquis Ordinibus, quibus eruditiſſimi viri non deſunt, committantur, vel in communi prouidendæ, vt fit in Regnis Hiſpaniarum &c. vbi doctiſſimi quique ex omnibus Ordinibus, ad Profeſſuras admittuntur & ſeliguntur: Vel ſingulis Ordinibus ſeorſim aliquæ; in quibus ſingulis, ſingulorum Ordinum iuuenes Religioſi, veluti *vnius moris in domo*, inter ſui Ordinis Patres, in aſſueta Ordinis diſciplina, vna cum alijs accurrentibus ſæcularibus ſtudioſis, vel alumnis erudiantur & exercitentur. Præterquam enim, quòd Patres Societatis in Germania, Gymnaſijs & Academijs in tantum obruti ſint, vt illis vix ſufficiant; excitabit res iſta mirificam & pulcherrimam inter omnes Ordines literarum æmulationem & ardorem; eritque tota Germania eo felicior, quòd non ſolam Societatem Ieſu, ſed omnes Antiquos Ordines, in gremio ſuo florentes viſura ſit: Qui Ordines, ſibi facilè de tali ſtudiorum occaſione gratulabuntur, & ſperabunt hac ſe ratione, aduerſariorum dicteria eluſuros, quibus *inutilia terræ pondera, ventres pigri, & ſtupida pecudes* hucuſque eſſe videbantur. Hoc modo, Pontifex Maximus, & Sacra Cæſar. M. optimos quoſque Dei amicos, omneſque Religioſorum Ordines, toto Orbe diffuſos, ſibi de nouo conciliabunt & obſtringent; ac præter æternam ſui memoriam, & gloriam nominis immortalem, à Deo Opt. Max. bonorum omnium remuneratore, mercedem accipient æviternam. *Hæc ibi.*

Conſiliũ ſuggeritur de Academiis quibusdam, per antiquos Ordines gubernandis.

Pſalm. 67.

IV. *Copia*

IV.

Copia Literarum Status Equeſtris Rhenani ad Vrbanum VIII. Pontificem Max. in cauſa Monaſteriorum apud antiquos Ordines conſervandorum datarum Spiræ 7. Martii, anno 1637. de quibus ſimiliter in ſuperioribus facta mentio.

22. Beatiſſime Pater, & Pontifex Maxime.

Poſt humillima paratiſſimaque ſervitiorum Equeſtrium noſtrorum obſequia, non ſine magno animi dolore conquerimur, quod non ſolum experiamur, iam inde à Lutheri exordio, per potentiores quoſdam ſæculares, quàm per certos etiam Catholicos Status, tandem vero privatos Eccleſiaſticos, ab aliquot nunc annis in Germania, quondam à noſtris Illuſtribus progenitoribus p. m. laudatiſſimè fundatas Eccleſias, Monaſteria, & Cænobia diverſorum Religioſorum Ordinum utriuſq; ſexus, à primæva Fundatorum intentione alioſum, præter omnem ſpem exſpectationemq; noſtram, ſub variâ, & quidem ſpecie Maioris Dei gloriæ & ædificationis, paſſim transferri. Quas reſpective mutationes, nec non modernas translationes, novasq; incorporationes, veluti Chiſtianorum primævis inſtitutis, Concordatisq; Germanicæ Nationis è diametro contrarias, cum non dubitemus partim à V. Sanctitate ſub- & obreptitiè hactenus impetratas fuiſſe, & etiamnum ſubreptitiè obtineri; nos ulterius continere non potuimus, quin V. Sanctitatem circa fundationes Maiorum noſtrorum, & ex earundem translatione promanantium ſcandalorum & damnorum, ſincere, plenius & humillime quidem per præſentes informaremus.

Status Equeſtris ſupplicat Papæ pro conſervandis fundationibus antiquis.

23. Neq; enim prudentes ex archivis hiſtoriisq; latet, quantum à mille & ultra annis, ſub Cæſarum potentia militari, atque ſub Equeſtri Georgiano vexillo noſtro, erga Deum, Cæſarem & patriam, Auorum noſtrorum pietas & Religio viguerint. Hinc Imperatorum, fundationum, Archi- & Epiſcopatuum, Canonicatuum, & Religioſorum, Nobilium factæ donationes & introductiones: hinc Eccleſiarum Collegiatarum & Canonicorum, per promeritas pro Imperio exemptas familias noſtras conſueta, & iuramento firmata de militari genere Conſanguineorum ſucceſſio & probatio: hinc filiorum noſtrorum ad Imperii Principatus, Epiſcopatus electio & elatio: hinc tandem palam & Collegia Clericorum, & utriuſque ſexus Monaſteria per Germaniã ab Optimatibus, ac partim à Maioribus noſtris è libera Sacri Imperii Nobilitate fundata, dotata, amplificataq; fuiſſe, tam ad honorem & cultum Dei, per Religioſos homines inibi ſub approbata Sanctorum Patrum Regula peragendum, quam etiam, ut ſi qui ex liberis ac poſteris ipſorum Deo ſervire vellent, illis præ cæteris congrua ſuſtentatio non deeſſet; cum dignum ſit, ut qui altari ſervit, de eodem vivat.

24. Incitat ergo nos, & cogit tam incumbens nobis officium, quo Maiorum noſtrorũ ultimas & deliberatas voluntates, piaſq; fundationes ſartas tectas ſervare tenemur, quàm etiam debita noſtris poſteris, filiis & filiabus charitas, ut commodis eorundem proſpiciamus, & quæ pia Maiorum liberalitas illis attribuit ac legavit, per alios, & in alios uſus, malo exemplo & conſequentia transferri, ac paulatim omnino extingui non ſinamus: hoc præſertim calamitoſiſſimo tempore, quo tam per inteſtina & diuturna bella, nos cum cæteris Cæſari fidelibus & Catholicis Statibus, in maximam vitæ, ſanguinis, bonorumque noſtrorum iacturam præcipitati, & (quod veritate pudorem vincente, fateri cogimur) ita afflicti & attriti ſumus, ut aliud remedium reſpirationis noſtræ vix ſuperſit, neque ſperemus vel nepotes noſtros, ad priſtinum avitæ felicitatis ſtatum pertingere poſſe. Ideoque cum iure merito acceſſus & utilitas Monaſteriorum, in familiarum & liberorum noſtrorum alimentationis uſum, & in recompenſationem tot exhibitorum militarium vitæ & necis ſervitiorum cedere deberet: proindeque alia media liberos noſtros honeſtè & decenter ſuſtentandi deſint, eo magis nobis incumbit proſpicere, ne illi divinitus quondam inſpirati, & à noſtris progenitoribus inſtituti pii & honeſti modi, id eſt, fundationes Eccleſiarum & Monaſteriorum nobis auferantur & præripiantur.

Clades belli Germanici.

25. Videmus, Beatiſſime Pater, non abſque admiratione noſtra, maximè iam noſtro ſæculo, Patres Societatis Ieſu, diverſis perſuaſionibus & aſſentimentis, apud Summa Imperii Capita & Principes, præter ſingulares divitias, etiam Monaſteria, fundationes, & Cænobia, præſertim prænobilis fæminei ſexus noſtri, ſub varia, etiam Religionis, animarumque ſalutis propagandæ perſuaſione, tanquam Eccleſia Catholica (quod tamen ab Ethnicis temporibus illis melius conſtat) ſimiles Religioſos & ſtatuta non habuiſſet, aut haberet, Principum & Magnatum abſoluta voluntate deſuper aſtutè introducta, & impetrata, nobis & poſteris noſtris, violenti quaſi facto & ſtudio abripere.

Societas Ieſu apud Summũ Pont. accuſatur.

26. Verum, Beatiſſime Pater, ſecundum Deum & veritatem perpenſo hoc caſu, contrarium, & maximum non tam Religioni Catholicæ, quàm animarum ſaluti, imo univerſæ Eccleſiæ per Germaniam, nedum toti Equeſtri Ordini & poſteris noſtris infligitur vulnus & ruina: Committitur per Europam ſcandalam, adeo, ut non ſolum per prædictas Potentiorum diſtractiones ſimilium Monaſteriorum, filias noſtras ad aulas Principum ſæcularium Lutheranorum, alimenti & educationis gratia inducere neceſſe ſit; ſed etiam eorundem translatione, alienatione, & occupatione Patribus Societatis non interdicta, ab orthodoxa fide ſeduci, ad Lutheranorum matrimonia ſexum hunc fragilem perſuaderi, ex corde doleamus: Religionem Catholicam minui, animas perditioni in æternũ tradi, & per generationes futuras ſic peſſimè continuari, ſummo Deo, toti Mundo, & Sanctitati Veſtræ quàm maximè conqueri cogamur.

Mala, quæ ſtatus Equeſtris experitur ſequi ex tranſlationibus Monaſteriorum ad Societatem Ieſu.

27. Accedit, dum hiſce iniquiſſimis modis, nobis & filiabus noſtris ad Monaſteria aditus, & inibi Deo ſerviendi, ex hoc quoq; ſervitio cõpetenter vivẽdi fa-

ſi facultas in perpetuum eripitur,(quod non poſſumus abſq; maxima iniuria ferre) ſanè tunc,cum filiarum in eadẽ domo maior numerus eſt, non omnes ita ample dotari nobis poſſibile fiat,imo ob paupertatem iam defuncti parentis,ad vilia matrimonia,& contra ſtatus noſtri honorem,quandoq;ad inhoneſtam vitam proſtitui,experientia doceat & loquatur. *NB. hanc experientiam rei miſerabilis.* Omnium autem gentiũ mores,& ratio ipſa ſuadet,prout etiam Imperialis exempti Ordinis noſtri ſtatuta exigunt,ut pro conſervatione familiarum noſtrarum Illuſtrium, filii in paternas hæreditates ſuccedant,filiæ vero certa dote elocentur; aut quæ divinæ vocationi conſentientes,Deo ſe conſecrare,ſtatumq; Virginitatis profiteri volunt,in Monaſteria ſub conſimili moderata dote recipiantur: quod certè hactenus Ducum, Principium, & Generoſarum Nobiliumq; ſtirpium ſubſidium fuit per Germaniam non exiguum.Iam vero translatis alio Monaſteriis, pro dolor, penitus interiturum; quamvis bona non facienda ſint, mala proximis & læſiones tertii ut eveniant,aut introducantur.

28.Hoc ergo malum ſive damnum, quod ex innato paterno amore,à liberis noſtris avertere obligamur,idem etiam, ne in pauperes & mendicos ingruat,quantum poſſumus, tempeſtive S.V.notum facere,& impedire Chriſtiana pietate compellimur. Conſtat enim per totam Germaniam, nullum in vigore fuiſſe,aut adhuc eſſe Monaſterium,in quo ex defunctorum teſtamentis, & tenore Fundationum,non ampliſſimæ in pauperes quotidie,ex annuis proventibus erogatæ Eleemoſinæ,in convicinos,itinerantes,nec non parentes,& agnatos Fundatorum, & in Monaſteriis adhuc viventium Conſanguineorũ, varia auxilia, pro neceſſitate occurrente, cum hoſpitalitate exhibita non fuerint. At certum compertumque eſt, hæc inſtitura & obſervata, regulis & ritibus Societatis Patrum contraria, incongrua, neque in vocatione eſſe, adeo, ut in quibuſdam ab ipſis hucuſque detentis locis ac Monaſteriis, vix umbra ejuſmodi fundationum & operum miſericordiæ remanſerit;proindeque Monaſteria ipſa, veluti deſerta perire, & Maiorum noſtrorum tam pias intentiones, Cænobiorum fabricas ad ſolum paulatim corruere, ſolis reditibus vero, & bonis ampliſſimis, Ieſuitarum Collegia repleri alienoque damno locupletari, omnium cum ſtupore animadvertendum & exoſum ſit. *Per Translationes pereunt Eleemoſinæ.*

29. Itaque nemo ibi ſupereſt,qui pauperibus ad fores Monaſteriorum translatorum clamantibus panem frangat; quodq; magis dolendum, & non ſine lachrymis exprimendum,nemo eſt,qui piorum fundatorum, qui maiorũ noſtrorum ſepulchra obſervet aut honoret,qui aquæ benedictæ rorẽ aſpergat qui thuris ſalutari odore animas refocillet,qui ſuper illa altaria pro defunctorũ & poſterorũ viventium ſalute,Deo ſacrificium immaculatũ, & Anniverſaria fundata offerat:Cum tamen omniũ ferè fundationũ literæ clariſſime teſtẽtur,Eccleſias & Monaſteria omnia,tantis ſumptib.fundata & extructa fuiſſe, nõ quod ſatis eſſet,ubivis locorũ,pro Ieſuitarũ nunc cõſuetudine,piũ aliquod opus,aut Dei cultum peragi & celebrari; ſed quod vellent illis in locis, ubi *Perit memoria Fundatorũ eorumq; Anniverſaria.*

corpora ſua quieſcere maluerunt, etiam animarum ſuarum perennem memoriam conſervari, atque ex iſtius memoriæ conſervatione, poſteris exempla dari etiam ſibi impendi ſpiritualia illa bona opera, quæ per bonorum temporalium elargitionem, tacito & perpetuo pacto quodammodo mercabantur.

30. Quam etiam ob cauſam, nec tantum inanis pompæ, vel oſtentationis gratia, tot in templis Monaſteriorum, itemq; ambitu & cœmiteriis ipſorum, fidelitatis & fortitudinis armorum inſignia præclara, lapides ſepulchrales, & epitaphia à noſtris progenitoribus poſita fuerunt, ut ipſo aſpectu recurreret illorum memoria & devotio, pietasq; ad preces Deo pro ſalute animarũ ipſorum offerendas excitaretur. Exempla autem habemus, ubi Monaſteria in Patrum Societatis poteſtatem devenerunt, hæc omnia immutari, auferri, neque ullius Equeſtris & prænobilis viri ſepulchra aut epitaphia, ſed Principum ſolum memorias, cum exſpectatione ampliſſimarum donationum admitti: atq; ſicut multis locis, ædificia ipſa ruinis, ita alta oblivione hæc ſingula teguntur; proinde proprii Ieſuitarum commodi & quietis cauſa, tanquam Maiores noſtri, totq; Monachalium Ordinum ſanctiſſimi & præclariſſimi Prælati, ac Viri deliraſſent, aut inutilia, ſuperfluaq; in Romana Eccleſia, vineaq; Chriſti ſtatuiſſent, antiqua illa iura adeo tolluntur, immutantur & ſuſpenduntur, ut vix aliqua ſuperſit iam Fundatorum memoria, multò minus, ut nos, qui à ſanguine eorum deſcendimus, hæc conſueta pro nobis, ſeu vivis, ſeu defunctis celebrãda fore ſacrificia, mortuaria, oblationes, aliaque pro remedio animarum, per Eccleſiam ordinata ſubſidia & ſuffragia ſperemus, quæ tamen in Monaſteriis adhuc in ſuo vigore perſiſtentibus, iugiter Deo laudatiſſime offerri conſpicimus. Ideoque omnia illa, tanquam reſtitutioni obnoxia, pro ſalute defunctorum Auorum noſtrorum, quorum cineres per Monaſteria, nedum animas, contra iniuſtos detentores, erga Deum deſuper clamare non dubitandum eſt: Nec non viventium iuribus conſervandis, coram SS. Trinitate noſtra, & Tribunali divino, hiſce humiliter ſeriam inſpectionem, & iuſtitiæ adminiſtrationem poſtulamus.

Pereunt ſepulchra, & Epitaphia benefactorum.

Petitio.

31. Quamobrem veritatem publicam profitentes. S. V. ulterius celare nolumus, multos ſinceros, prudentes, & pios viros, iſtam hoc tempore invaleſcentem, damnoſam, & minime neceſſariam Monaſteriorum ſuppreſſionem, ſive in alios quoſcunque, etiam Religioſos diverſi inſtituti translationem, per totam Europam valde admiratos, alios infirmiores etiam ex ea ſcandalizatos, hæreticos varii ſtatus & dignitatis, obſtinatiores factos, & ad contumelias quaſi inductos; imo etiam aliquos, qui Deum de ſua ſubſtantia inſigniter honorare, & egregias fundationes inſtituere volentes, retractos & exterritos fuiſſe, cum metuant, ne illa, quæ ipſi optima intentione ad ſummi Dei gloriam, & ſuarum animarum ſalutem, provida deliberatione ordinaſſent, ſucceſſu tẽporis, pari facilitate mutarẽtur & infringerẽtur. Quorũ omnium intuitu, S. V. hoc ſummum negotium, in quo exempti Ordinis noſtri Imperialis, Eccleſiæq; Catholicæ cõſervatio per Provincias Germaniæ varias,

Alia mala ex Tranſlationibus emergẽtia.

non

non tam ciuiliter, quàm Theologicè continetur, eò magis humiliter conqueri, & remonſtrare coacti ſumus, quòd nuperrimè adhuc prædicti Patres, Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis, in Palatinatu, & ciuitate Oppenheimia, iam inde memoria adhuc noſtra, à Palatinorum Principum hæretica inuaſione (interpoſita quidem ſemper proteſtatione noſtra,) inique detentum, loci vero & Rheni commoditate Patribus ſingulariter complacente, Cæſareæ Maieſtatis autoritate introducti poſſeſſionem cum alijs ſimilibus locis, contra Eqeſtrium Burckmanorum, ſiue Nobilium Caſtrenſium in Oppenheim antiquiſſima iura, ritus & fundata abripere non erubuerunt. *Monaſterium Monialium Oppenheimij occupant Patres Societ.*

32. Res indigna eſt, Beatiſſime Pater, nobis minimè perferenda. Quodſi S. V. Imperatoris meliori informatione & auxilio, has Patrũ Societatis, diuino & humano, Gentiumq; iuri contrarias, & auidas intentiones & machinationes, iuſtitiæ & cõſcientiæ intuitu, auertere & cõpeſcere, præter firmiorẽ ſpem dignabitur, noſtri muneris atque officij erit, has à primitiua Eccleſia hucuſq; nõ nunquam approbatas, nullaque lege iuſtificandas ſub- & obreptiones, & attentata, interpoſitione totius Imperij, Catholicorum & Proteſtantium Statuum reuocare, emendare, corrigere, eoque hanc cauſam appellando prouocare: Non enim, quæ ſub velo inſtituendæ iuuentutis quæritur & introducitur augmentatio, locupletatio, & propagatio Ieſuiticæ Societatis, tam Monachalium Ordinum, quàm Equeſtris Ordinis noſtri poteſt eſſe deſtructio: Neque Summi Principis & Magnatum bonitate, pietate & largitate in huiuſmodi abutendo, noſtræ poſteritatis inſequi debet deſolatio, læſio, & coacta corruptio. Maiores noſtri, in hunc pium vſum ſe depauperarunt, bonis exuerunt, vt poſteros ſuos in diuinis humaniſque conſeruarent. Cur ergo à Ieſuitica Societate, his & tot beneficiis nos priuari, nobis imponendum aut conniuendum erit? *Grauis expoſtulatio.*

33. Atque idcirco cum Maiores noſtri nihil magis optarent, quàm vt omnia ex mente Fundatorum, ſanctè, inuiolabiliter, & germana fide gererentur, impetrarunt à Sede Apoſtolica, per ea quæ vulgo Concordata Nationis Germanicæ vocantur, vt Nicolaus V. laudatiſſimus Pontifex, amplitudinem abſolutæ ſuæ, & Apoſtolicæ poteſtatis, nonnihil in gratiam fundationum reſtringi pateretur, eatenus, vt Fundatorum voluntati eò magis ſatisfieret, & Beneficia Eccleſiaſtica omnia, eum ad modum, quo fundata eſſent, conferrentur, nec facilè quippiam contrà ſtatueretur. In quo adeò diligenter Maiores noſtri inuigilarunt, vt nec penſionum quidem impoſitione Beneficia grauari, vel imminui paterentur. Quantò proinde minus paſſi fuiſſent Beneficia ipſa, & imò totas Eccleſias Monaſteriaque in alium, quàm fundata eſſent ſtatum conuerti, maximè cum præiudicio & damno ſuorum poſterorum, in quorum etiam commodum & fauorem fundationes huiuſmodi fecerunt. Moueant ergo S. Veſtram hæ rationes, commoueant Societatis Patrum, per hinc inde Ieſuitarum collectarum Virginum prætenſa acquiſita, ampliationes, dicationeſque Collegiorum ſuorum, ſed & commoueat Spiritus Sancti *Concordata propugnãtur.* *Obſcurum.*

vigor, & pro anteceſſorum beatiſſimorum Pontificum exemplo, in re & cauſa tam neceſſaria, definiat perfectam, & per Europam laudabiliſſimam Iuſtitiam.

Petitio conglobata.

34. Quæ cùm ita ſint, Beatiſſime Pater, & cùm conſtet, S. Veſtram hactenus Concordatis Germaniæ derogare ſolitam non fuiſſe, Nos Ordinis Equeſtris in Germania Viri prænobiles, ad Sedem Sanctitatis Veſtræ Apoſtolicam, vnanimiter confugientes, inſtantiſſimè ſupplicamus, vt quia fidelitatis noſtræ cauſa, erga Dei honorem & Catholicam Religionem, ſperamus nos haud indignos fore, quin in cauſa tam ſancta, iuſta & honeſta exaudiamur Veſtra Sanctitas iuxta demiſſiſſimam quam de Ipſa concipimus fiduciam, nos in Iure à Maioribus noſtris ad nos tranſmiſſo defendere; & non modò poſthac intentandas quaſlibet Monaſteriorum & Eccleſiarum Translationes aut conceſſiones (. ſpeciatim verò in Oppenheimio, & Palatinatu Rheni.) non admittere, ſed etiam contra ſæpememorata Germaniæ Concordata, & ijs inſiſtentes Imperij Conſtitutiones & Decreta, etiam cum approbatione Veſtræ Sanctitatis emanata hactenus ſub- & obreptitiè, in præiudicium noſtrum & Religioſorum Ordinum, imò totius Imperij Romani obtentas, ad vitandam omnium Statuum maiorem perturbationem, & lites perpetuas, reuocare & caſſare, ac primæuas fundationes inibi reſuſcitare, protegere, & conſeruare Clementiſſimè dignetur. Quod totum, cùm ad Maiorem Dei, Diuorumque, & Eccleſiæ cedat honorem, Veſtræ Sanctitatis nomen & gloriam, quàm aliàs ſcimus Iuſtitiæ tenaciſſimam eſſe, famâ per vniuerſum Mundum volante, celeberrimum circumferet; noſque viciſſim obligabit, vt pro fide Orthodoxa, & Sede Apoſtolica tuenda, contra quoslibet Veſtræ Sanctitatis & Eccleſiæ hoſtes animoſius decertemus. Iterum proinde Veſtræ Beatitudinis clementiæ nos deuouentes, atque hanc importantiſſimam cauſam noſtram, humillimè commendantes, ſacroſanctam Iuſtitiam Veſtræ B. omni meliori modo imploramus, & Decretum inſuper iuſtum ſupplices exſpectamus. Datæ Spiræ Nemetum, ſeptima Martij, Anno 1637.

S^tis. V^æ.

Obſequentiſſimi, deuotiſſimique

Directores, Capitanei, Seniores, Conſiliarij & ſelecti Romani Imperij Ordinis Equeſtris, Nobilitatisq; immediatæ, ad tractum Rheni, in VVeterauia, & adpertinentibus locis.

V. CO-

V.

COPIA.

Literarum ad eundem Summum Pontificem, per Sacri Romani Imperij Electorum Principum Catholicorum ad Generalia Comitia, Anno 1641. deputatos Conſiliarios & Legatos.

35. Beatiſſime Pater. Antiquorum Ordinum S. Benedicti Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, & S. Auguſtini Canonicorum Regularium in Germania Prælati, per ſuos Commiſſarios, nobis in hoc Generali Romani Imperij Conuentu congregatis ex poſuerunt, iam inde ab annis aliquot, tot tantaque Ordinum ſuorum Monaſteriorum bona in Germania ad vſus à primæua fundatione diuerſos translata, vel in Commendam conceſſa, aut alijs modis alienata fuiſſe, & vſque in præſens transferri, concedi & alienari, vt, ſi remedium differatur, metuendum ſit, ne Ordines ipſi in Germania, ſi non penitùs extinguantur, ſaltem vel maximè minuantur. Et quoniam huiuſmodi Translationes, Conceſſiones & Alienationes, non ſolum SS. Canonum & Conciliorum Decretis, verùm etiam Concordatis inter S. Sedem Apoſtolicam, & inclytam hanc Germanicam Nationem initis, repugnare queruntur, Nos enixè rogarunt, apud S. Veſtram, vti Translationes, Conceſſiones & Alienationes huiuſmodi reuocentur, adniti, & ne deinceps contingant, meliori quo id fieri poterit modo, prouidere.

Litera Conſiliariorum & Oratorū S. R. I. Principum ad Vrbanum VIII. Pont. Max. in fauorem Ordinum antiquorum.

36. Quapropter conſiderantes, præfatos Ordines, ob plantatam, & ſæculis aliquot in hac inclyta Natione noſtra conſeruatam Religionem Chriſtianam, meruiſſe in hodiernum vſq; diem cum præcipuis S. Romani Imperij Membris numerari, Noſq; vel ex hoc ſolùm capite teneri eorundem incolumitati proſpicere; Sanctam quoq; Apoſtolicam Sedem, pro pace, vnione, & tranquillitate Eccleſiæ, in prætactis Concordatis, ab eâdem Sancta Sede laudatis & confirmatis, promiſiſſe, vltra caſus in ſæpedictis Concordatis expreſſos, de Beneficiis, Eccleſiis, & Monaſteriis in Germania nullatenus diſponere: Ac porrò, non abſque ratione timendum eſſe, ne Principes, qui Auguſtanam Confeſſionem receperunt, & in diuerſis Germaniæ Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis, Ius Adminiſtrationis exercent, & Collationes Apoſtolicas, vigore Concordatorum factas, hactenus admiſerunt & receperunt, ac vigore nuper inter Cæſaream Majeſt. & Principem Electorem Saxoniæ initæ, & in præſentibus Comitiis, quoad hoc punctum confirmatæ Pacificationis deinceps admittere tenentur, vbi animaduerterint, per huiuſmodi Trãſlationes, Conceſſiones, & Alienationes, ad cuiuſcunq; demum interceſſionē aut petitionē factæ fuerint, per Sedem Apoſtolicā, ſæpedictis Concordatis toties derogari, hinc occaſione ſumpta, eiuſdem Sanctæ Sedis Collationibus & prouiſionibus deinceps in Eccleſiis quas obtinent, locum non concedant: Et

Concordata defenduntur.

Peſſima ſequela, ex non obſeruantia Cōcordatorum, & Apoſtolica Sedi damnoſa.

tertiò

tertiò huiuſmodi Fundationum mutationes, à diuerſis ſtatibus Imperij, & in primis Ordine Equeſtri, qui deſuper pro ſuo Intereſſe, querelasſuas Sti Veſtræ in libello ſupplici. ſub dato 7. Martij An.1637. expoſuit, non ita bene acceptas fuiſſe. Et denique, mutationes huiuſmodi, inter Eccleſiaſticos, præſertim Regulares Ordines, non exiguas peperiſſe diſcordias, ipſasque partes, quarum intereſt, dum vnaquæq; ius ſuum proſequitur, hinc inde tam in Romana, quàm Imperiali Curia diſpendioſis admodum litibus implicari.

Prima petitio. 37. Hinc Sanctitati Veſtræ (. ſalua Sedis Apoſtolicæ ſuprema authoritate, ac debita obſeruantia noſtra.) humillimè ſupplicandum duximus, vt inhærendo veſtigijs ſuorum prædeceſſorum, SSmæ recordationis Romanorum Pontificum, qui quotes in Romana Curia, circa Beneficia, Eccleſias aut Monaſteria Germaniæ contra hæc ipſa Concordata conceſſum aliquid, vel ſtatutum fuiſſe cognouerunt, hoc ipſum continuò reuocarunt, ſæpedictas Tranſlationes, Conceſſiones & alienationes Monaſteriorum, eorumue bonorum & prouentuum, cum præiudicio prædictorum Ordinum, contra Concordata, vt præmiſſum eſt, factas, reuocare, ac denique vt Nationi Germanicæ hæc ipſa Concordata, & Sedi Apoſtolicæ ſua viciſſim Iura per totum Romanum Imperium deinceps inconuulſa permaneant, ne vllas deinceps interceſſiones, aut petitiones in contrarium admittere dignetur.

Secunda petitio. 38. Quia etiam inſuper ijdem Ordines Antiqui, dolenter nobis fuerunt conqueſti, Principes nonnullos, quibus per Apoſtolicum Indultum, diuerſa Monaſteria ad certos annos conceſſa fuerunt, in ipſis Monaſterijs ad functiones Parochiales, aliaq; onera, quæ ijſdem incumbunt, Clericos ſæculares ſuſtentare; non obſtante, quòd ipſi Ordines ad huiuſmodi onera ſeſe non ſemel obtulerint; Hinc quoque circa eorundem Ordinum rationabile deſiderium Sanctitati V. (. ſalua ſemper authoritate S. Sedis.) repræſentantes Eidem humillimè ſupplicamus, vt ijſdem elapſo tempore Indulti, Monaſteria huiuſmodi integrè reſtitui; aut certè, ſi rationabiles cauſæ ſuadebunt dictis Principibus conceſſum Indultum prorogare, hoc caſu, ijſdem, vt in ipſa Monaſteria Religoſos Ordinum, pro quibus fundata ſunt, ad præfata onera & functiones introducant, præcipere Clementiſſimè dignetur. Hoc pacto, Sanctitas V. pro vigore prædictorum Ordinum, & Eccleſiaſticæ tranquillitatis in Germania præclarum ſtatuet remedium, Cui pro pace vniuerſali, & orthodoxæ Religionis propagatione, diuturnam à Deo incolumitatem ex animo precamur & vouemus. Datæ Ratisbonæ, 14. Octobris. Anno, 1641.

Sanctitatis Veſtræ

Deuotiſſimi & Obedientiſſimi

Sacri Romani Imperij Electorum Principum Catholicorum adhæc Generalia Comitia deputati Conſiliarij & Legati.

Beatiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Vrbano, eius nominis Octauo, Sacroſanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici &c. Domino noſtro Clementiſſimo.

VI. Quod

VI.

Quòd geminatæ literæ, vim motus proprij habeant, omnemq́; ſub- & obreptionem tollant, docuimus allegat. 452. num. 2. & 3. ex Card. Tuſcho. Flamin. Pariſ. Ioan. Chokier & aliis. Producimus hîc duo alia Reſcripta Cæſarea ad ſuum Oratorem Romæ, in quibus ſit expreſſa mentio, de prioribus illis, Aſtro adnexis, quæ Paulus Layman, & Ioan. Cruſius &c. aſſiduò, ſub- & obreptitia fuiſſe proclamant; Quibus, vt ſe fruſtra clamare intelligant, horum deſcriptione plenius mederi voluimus.

LITERÆ,

Ferdinandi II. ad Principem Sauelli, Oratorem Cæſareum Romæ, pro Abbate Monaſterij S. Blaſij. Dat. vlt. Aug. Anno. 1630.

59. Ferdinandus,

Illuſtris, fidelis, dilecte. Ex literis noſtris ad vos Calend. Iulij directis, intellexiſtis, qualiter ad inſtantiam Prælatorum Ordin. S. Benedicti in Sueuia, Vos benignè requiſiuerimus, vt ipſorum in Vrbem ablegatis, in negotijs ſuis, ad conſeruationem & incrementum Religionis ſuæ pertinentibus, quæ apud Suam Sanctitatem, per ipſos ſolicitare, & ne quid in concurrentium, multitudine impetretur, quod ipſorum Ordini præiudicare, vel Noſtræ Cæſareæ intentioni, vt Monaſteria & bona Eccleſiaſtica, authoritate Noſtra reſtituta aut reſtituenda, Nobis inſciis, & inuitis illis quorum intereſt, non in aliorũ vſus applicentur, ſed vnicuiq; ſua reſtituantur, ſolicitè præcauere ſtudebunt, authoritate Noſtra Imperiali, vbi neceſſe fuerit, adiumento ſitis, & ipſis ad conſequendum quæ iuſtè poſtulant, opem patrociniumque adhibeatis: quod vti vos quàm diligentiſſimè facturos non dubitamus, Ita de cætero Vos latere noluimus, quòd per Decreta Noſtra Cæſarea, deuoto Nobis dilecto Blaſio, Abbati Monaſterij S. Blaſij Ord. S. Benedicti in Hercynia ſilua, Conſtantienſis Diœceſis, Monaſterium Laureacenſe, vulgò Lorch, eiuſdem Ordinis, Auguſtanæ Diœceſis, ob certas & prægnantes rationes, præcipuè verò, non tam ob damna & incommoditates, quæ ipſius Anteceſſores Abbates ibidem pro defenſione fidei noſtræ Catholicæ, & Patriæ liberatione contra Turcam communem Chriſtiani nominis hoſtem, præteritis temporibus, ſed & ipſemet moderno rerum ſtatu, pariter pro fide noſtra, & contra eius turbatores libenter pati & ſufferre voluit, aſſignari, & iam iam in poſſeſſionem per Commiſſarios noſtros tradi voluerimus, ita tamen, vt diſciplinam Monaſticam, priſtinamque S. Benedicti Regulam & ſtatum, iuxta primæuam fundationem innibi denuo introducere ſtudeat, & ex reditibus illis, ſolùm quos ex ſedula & diligenti Oeconomia ſuperſtites, nec ad Religioſam

Iterata Imperatoris intentio.

Monaſterio S. Blaſij deſignatur ad tempus Monaſterium Lorchenſe.

 Mona-

Monaſterij ſuſtentationem ampliùs neceſſarios habebit, in ſubleuamen Monaſterij ſui debitorum, quæ ob præfatas cauſas contraxit, EOVSQVE TANTVM, donec præfatum S. Blaſij Monaſterium, ſimilibus debitis ſubleuatum fuerit, adhibere queat. Cum itaque à dicto Abbate ibidem intelligamus, quòd huius Noſtræ aſſignationis, & traditæ poſſeſſionis Monaſterij Laureacenſis confirmationem apud Suam Sanctitatem petere & vrgere intendat, Vos non minus hiſce requirimus, & iniungimus, cùm Noſtrûm, & Domus Noſtræ multùm interſit, vt & ipſi, vel eius Mandatario, quem in hoc negotio deſtinabit, in impetranda memorata confirmatione, opem, auxiliumque feratis, & patrocinio ſuffragationeque Veſtra ita adſitis, vt ad eam conſequendam, viam habeat & inueniat faciliorem. In quo, rem Nobis facietis longè gratiſſimam, qui Vos gratia Noſtra Imperiali benignè amplectimur. Ratisbonæ, vltimo Auguſti, Anno, 1630.

Literæ Eiuſdem Imperatoris ad eundem Oratorem, in cauſſa Monaſteriorum Comitatus Naſſouienſis Ordd. S. Benedicti & Præmonſtrat. ad Societatem non transferendorum.

40. Ferdinandus.

Illuſtris, fidelis, dilecte. Literas nuper ad Vos dedimus, quibus pia deſideria Comitis Ioan. Ludouici Naſſouij, incrementa Religionis Catholicæ meditantis, promoueri deſiderabamus. Inter alia ſupplex Sanctitati Suæ rogabat, in ditione ſua vnum alterumúe Monaſterium Virginibus Regulam Benedictinorum & Præmonſtratenſium Profeſſis olim fundatum, auctoritate Apoſtolica, in vſus Seminarij, aut Collegij PP. Societatis transformari. Nobis quidem ſemper ea ſtetit ſententia, & iam tum repetitis Decretis ſanciuimus, Vnicuique ex Iuſtitiæ præſcripto, ſua reddenda, neque temerè conquiſitis licet coloribus immutandas eſſe ſupremas Fundatorum voluntates, præſertim vbi ſuperſunt eiuſdem Profeſſionis Religioſi, qui in hæreditates ſimul operaſque ſuccedant, Prout intelligimus Monaſterium Beſelich, iam tum authoritate noſtra incolere Patres Ordinis Præmonſtratenſis, qui in Eccleſia Dei operæ pretium faciunt, ac proinde nolimus illos, indicta cauſa deſtitui poſſeſſione & iuribus, quæ per temporum etiam iniurias conſeruauerunt. Omnino fauemus Religioni, quacunque etiam via, incrementa ſumat maiora, ita tamen, vt Ordinibus per Dei gratiam florentibus, patrimonia ſua maneant intacta. Curabitis proinde, ſi quid hoc loci Sanctitas Sua putauerit innouandum, ſaltem vt Ordo Præmonſtratenſium, qui pacificam ibidem poſſeſſionem adeptus eſt, & ſtationem ſuam in Eccleſia Dei ſtrenuè tuetur, conqueri non poſſit, auctoritate noſtra Imperiali, cauſæ ſuæ præiudicatum fuiſſe. Datum in ciuitate Imperiali Ratisbonæ, die 18. Sept. Anno, 1630.

Nota bene, etiam pro Monaſterio VVoltigeroda.

Literæ

Literæ Principis Sauelli, ad Imperatoris priores reſponſoriales.

41. Sacra Cæſarea Maeſtà. Doppo la litera colla quale mi comandaua V. M. Cæſ. che io fauoriſſi qui il negotio della tranſlatione deſiderata dal Conte Gio: Lodouico di Naſſaw, de Due Monaſteri di Monache poſti nè ſuoi ſtati, in vſo d'un Seminario, ò Collegio de Padri Geſuiti, hò riceuuto l'altra littera di V. M. C. de 18. del paſſato, con commiſſione, che io deſiſta di fauorire il ſudetto negotio, anzi m'opponga, acciò che non ne ſegua l'effetto, in prægiud°. degli Ordini di S. Benedetto, è Præmonſtratenſe, à quali reſpettiuamente appartengono i. ſudetti Monaſteri. Coſi adeſſe eſequirò puntualmente. E Dio Noſtro Sig^re^ guardi V. M. C. con ogni augumento di felicità, e di gloria. Roma. li. 19. Ottobre. 1630.

Di. V. M. Cæſ.

Humiliſſimo e Obligatiſſimo Seruitore

Paulo Sauello.

His non attentis, facta eſt Tranſlatio iſtorum Monaſteriorum ad Societatem Ieſu, ab Vrbano PP. VIII. vt videre eſt ſuprà, allegat. 461. nu. 4.

VII.

Schreiben *Ferdinandi II. Imp.* an *Ferdinandum III.* König in Hungarn vnd Böheimb/darinn die Immiſſion deren Patrum Societatis Ieſu, in hienach ſpecificirte Gotteshäuſer vnd dero Güter anbefohlen wird.

42. Durchleuchtigiſter/Freundlicher geliebter Sohn vnnd Fürſt. Ewer Ld. iſt am beſten bekandt/daß wie ſolches die hohe Nothurfft erhaiſchet/alſo wir auch jederzeit wohl genaigt vnd begierig geweſt/dem vor hundert vnd mehr Jahren hero/beydes durch vnbillich Gewalt vnd Liſt vndertruckten/vnnd ſehr geſchwechten Catholiſchen Weſen/ſo viel ſich nun immer thun laſſen/widerumb auffzuhelffen. *Ferdinandi II. male informatus, iubet aliquot Monaſteria tradi PP. Societatis.*

Demnach wir nun zu dem Ende/auch noch in anno 1630. die Patres Soc. Ieſu (als welche durch ihren rechtſchaffnen/geiſtlichen/vnd Exemplariſchẽ Wandel/auch mit predigen/Beichthören/Schulhalten vnd dergleichen Gottſeeligen Exercitiis, biß hero ein mercklichen Nutzen geſchafft:) etliche in den Rheiniſchen Crayſen/ſonderlich in der Vndern Pfaltz/vnnd allda herumb gelegene theils Ort/vnd verlaſſen geiſtliche Güter (: innhalt beygefügter Specification:) zu verwilligen/darzu wir dann ſo wohl von Ihr Bäpſtl. Hayligkeit neben einſchickung darzu gehörigen Bullen/alſo auch durch Chur. vnd Fürſtliche

interceſſiones bewegt worden ſeyn / daß wir den Ehrwürdigen Anſelm Caſimirn Ertzbiſchoffen zu Maintz / deß Hayl. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern vnd Churfürſten / Johann Leonharden / Weylandt Abbten / vnd dann den Wohlgebornen vnſern vnd deß Reichs lieben getrewen Carlen Graffen zu Wanderſcheidt vnd Blanckenheim / als vnſerm damahls verordneten Kayſ. Commiſſarien aufferlegt vnd befohlen haben / obgemelte Patres in die Würckliche poſſeſs angeregter ſpecificirter Clöſter / vnd Geiſtlicher Güter einzulaſſen / vnd dabey zu ſchützen.

Wann aber durch den bald hernach wider herfür gebrochenen Schwediſchẽ Gewalt / vnd Kriegs Vnruhe / die vnſere beſchehene Verordnung gehindert / bißhero auffgehalten worden / wir aber nachmahls gäntzlich entſchloſſen ſeyn vnnd verbleiben / ehegedachten Patribus zur real poſſeſſion dieſer Güter zu helffen.

Als haben wir E. Ld. hiemit gantz freundlich vnnd vertrewlich erſuchen wöllen / daß Sie zu befürderung obenangedeutten vnſers gnädigſten Intents / mehr beſagte Patres in dieſelbe Güter nach jnnhalt obberührter Specification einführen / vnd dieſelbe darbey ſchützen wollen. Wofern aber jemand an denſelben Gütern einige prætenſion oder Anſpruch zu haben vermeinte / derſelbe ſolches debito Iuris Ordine thun vnd ſuchen ſolle. E. Ld. erweiſen hieran ꝛc. Wien den 17. Maij. Anno 1636.

Ferdinandt.

43. *Specification*

Vnd Beſchaffenheit der jenigen Geiſtlichen Güter / ſo zu Fundierung Collegien auch beſſerer Suſtentation der Patrum Societatis Ieſu, in dem Rheiniſchen Craiß / ſonderlich aber in der Vndern Pfaltz Jhr Kayſerliche Majeſtät allervnderthänigſt vorgeſchlagen / vnd von deroſelben allergnädigiſt bewilliget worden.

Informatio & narrata PP. Societatis de quibuſdam Monaſterijs ad Rheni tractum.

1. Das geweſene Jungfraw Cloſter Mariæ Cron bey Oppenheimb gelegen / Ciſterzer Ordens / damit dieſelbe zu beſſerer Suſtentation vnd auffhelffen deß Collegij Societ. Ieſu zu Maintz / (: auff Maaß vnd Weiß / wie das alle die geweſene Pfaltzgrafen bey Rhein innengehabt :) vbergeben werden möchte / Jnmaſſen darumb ſo wohl deß vorigen Herrn Georg Friderich ſeeligen / als jetzigen Ertzbiſchoffen Anſelm Caſimiren zu Maintz Churfürſtl. Gnaden / bey der Kayſ. May. innſtändig zu vnderſchiedlichen mahlen angehalten.

2. Das geweſene Jungfraw Cloſter Hailbrück bey Edigkhofen im Stifft Speyr / derentwegen ſo wohl von Weiland Bapſten Gregorio XV. als jetziger Bäpſtlicher Hayl. Papa Vrbano VIII. Bäpſtliche Bullæ vnd Verwilligung vorhanden.

3. Der Otterberger Hof / ſo hiebevor dem Ciſterzer Orden geweſen / aber nunmehr zerſtörtem Cloſter Otterberg gehörig / vnnd in deß Hayligen Reichs Statt

Stadt Wormbs ligt/ſo die vorgeweſne Pfaltzgraffen bey Rhein ad prophanos uſus applicirt/vnd lange Jahr für einen Traidkaſten gebraucht/derentwegen ſo wol von Fürſtl. Durchl. Ertzhertzogen Leopolden/als auch gedachtes nechſt verſtorbnen Georg Friederichen Churfürſten zu Mäintz / vnnd Biſchoffen zu Wormbs ſeligen/bewegliche interceſſionales eingelangt/ damit gedachter Otterberger Hoff/ſambt darzu gehörigen Rechten vnd Gerechtigkeiten/offtbeſagten Patribus alda in Wormbs zu einer Wohnung vberlaſſen werden möchte/wie dann wegen translation dieſes Hoffs/von jetziger Bäpſtl. Hey. Papa Vrbano VIII. Verwilligung geſchehen/vnd Bäpſtl. Bulla vorhanden.

4. Das Cloſter Franckenthal bey Wormbs / von Weyland Erkenbert Cammerer von Wormbs fundirt/vnd deß Biſchoffen zu Wormbs diſpoſition ſubiicirt/auch den Canonicis Regularibus S. Auguſtini, der geſtalt/ daß ſie gedachten Biſchoffen zu Wormbs / mit Beichthören/Beſuchung der Krancken/ vnd anderen dergleichen zu der Seelen Seligkeit dienlichen miniſteriis cooperirn ſollen/ Aber hernach im Jahr 1562. von deſſelbigen Canonicis Regularibus vmb ein gewiſſe Summa Gelds/ damahligen Churfürſten Pfaltzgraffen bey Rhein abgetretten/von dieſen Gefällen vnd Einkommen hernacher Calviniſche Predicanten vnd Schulmeiſter beſoldet/vnd vnterhalten worden. Derentwegen ſeynd Erkenbergiſche Erben vnd Nachkommen/die Cammerer zu Wormbs genant von Dalberg bey vorgenant nechſtverſtorbenem Churfürſten Georg Friderich zu Mäyntz/vnd Biſchoffen zu Wormbs ſeligen angelangt / damit die Einkommen dieſes Cloſters/den Patribus Soc. Ieſu, deß Collegii zu Wormbs vberlaſſen werden möchten/wie dann beſagte Cammerer von Wormbs genannt von Dalberg/auch bey der Käy. May. derentwegen vmb conſens vnd Würckliche Vbergab angehalten.

5. Daß verödte vnſer lieben Frawen Cloſter Pfaffſchwabenheim / nicht weit von der Stadt Creitzenach in der vnderen Pfaltz gelegen/ſo vor Jahren/beſagten Canonicis Regularibus S. Auguſtini gleicher geſtalt geſtifft / aber hernacher von denen geweſenen Pfaltzgraffen bey Rhein prophanirt/vnd ruinirt worden/damit deſſen Einkommen jhnen den Patribus Soc. Ieſu/alda zu Creitzenach/ zu fundirung eines Collegij aſſignirt/mit ſonderem Gefallen vnd Belieben herren Marggraff Wilhelms zu Baden Fürſtl. Gnaden dero gedachte Stadt vnd vmbgelegne Ort/zum Theil erblich zugehören/darumb ſeine Fürſtl. Gna. ſelbſt Anſuchung gethan.

6. Vnd dann auch endlich zu Auffrichtung deß Collegii vnnd Schulen für offtgenante Patres in der Newſtadt an der Hart/die von Weyland Caſimiro 1585. auß eines Cloſters vnd Collegial Kirchen Gütern / zu einem Calviniſchen Gymnaſio fundirt/einkommen/ eingeantwortet werden möchten/ wie dann jnen Patribus, dieſer Ort/von der Käy. Regierung zu Creitzenach zur Wohnung eingeraumbt/vnd vbergeben worden.

Subdelegirter Gewalt Ferdinandi III. König zu Hungarn vnd Böheim an Herrn Reinhard Freyherrn von Walmerode/die Patres Soc. Ieſu, in die nechſt oben ſpecificirte Ort vnd Güter zu immittiren.

44. Ferdinand der Dritte von Gottes Gnaden/ꝛc.

Subdelegata poteſtas datur immittendi Patres Societatis.

Conuentus Dominicanorum, ſeu Ord. Prædicatorum. — 30.
Ordinis S. Franciſci. — — — 142.
Ordinis S. Pauli primi Eremitæ. — — — 100.
Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. — — 15.
Incerti rurſum Ordinis Monaſteria. — — — 34.

Summa Monaſteriorum. 538.

Præter illa quæ habebant alij Ordines, ac præter Præpoſituras ſæculares.

Denique his verbis claudit illam Appendicem, præfatus Cardinalis, fol. 130.

Hoc eſt amice Lector, *inquiens*, fragmentum Religioſorum domiciliorum, quod eruere potui ex hac ſilueſcentis ruinæ maceria. Me quidem certè ſola recordatio pulcherrimi ſtatus Patriæ dulciſſimæ reficit. Quid enim vel ad aſpectum iucundius, vel ad ſecuritatem tutius eſſe potuit, quàm videre tot Caſtrorum acies ordinatas, pro ſalute Vngariæ excubantes, quod fuere Religioſorum Cœnobia? Hi nimirum oratione, lachrymis, jejuniis, & omnibus vitæ Religioſæ exercitationibus, Dei favorem impetrabant, iram auertebant, murum ſe pro domo Dei opponebant. Ita in pulchritudine pacis, in requie opulenta, in protectione Dei cœli commorabatur Gens noſtra. Nunc, proh dolor, diſſipatis lapidibus Sanctuarij, pulſis Religioſorum virorum examinibus, deſtructis Monaſterijs, migrauit vnà Dei fauor, ac indignatio Omnipotentis, innumeris cladibus, tanto cum ſæculi tractatu, Patriam hanc merſit, & adhuc manus eius extenta. Rogemus omnes, quæ ad pacem ſunt Patriæ, ac vt iuxta dies priſtinos fiat nobis, Dei præpotentis clementiam exoremus.

Hæc Eminentiſſimus ille, & nunquam ſatis laudandæ memoriæ. S.R.E. Cardinalis.

XV.

112. *De Principis poteſtate diſputare, nefas eſſe; accipiendum eſt de iur*

poſitiuo, non de iure diuino, naturali vel gentium, vt tradit Menoch. libr. 2. præſumpt. 10. num. 55. & 56. alijq; Theologi & Canoniſtæ, veteres & recentiores, qui de poteſtate Principis, & nominatim Summi Pont. in Beneficia & bona Eccleſiaſtica ſcripſerunt; idemq; patet ex ſequentibus.

Replica Suæ Sanctitati Vrbano VIII. Anno 1635. Romæ data, contra ea, quæ Miniſtri Eiuſdem, capitibus Reformationis oblatis ex parte Regis Catholici, reſponderunt; *ex Hiſpanico in Latinum fideliter tranſlata.*

Carillo del Conſeio ij Camara.

Sanctiſſime Pater. Don Fr. Dominicus Pimentel, Epiſcopus Cordubenſis, & Don. Ioan. Chumacero, à Conſilijs & Camera Suæ Maieſtatis Catholicæ, eiuſdemque Legati extraordinarij, dicimus, quòd Dominus Maraldus, ex parte Væ. Sanctis. nobis vnum ſcriptum tradidit, quod intitulatum; Reſpōſio ad memoriale abuſuum reformationis Curiæ Romanæ: quod Memoriale, Væ. Si. ex parte Regis Catholici, anno præterito. 1634. die 18. menſis Decemb. porrexeramus; & ad ea quæ in Memoriali continebantur, reſponſio minimè adaptatur, ſed excuſationem tantùm continebat: Ideo ad ſingula, quę fuerunt reſponſa, ordine ſeruato quo in Memoriali replicamus.

Primò, ad ea, quæ in reſponſione dicuntur de penſionibus in fauorem extraneorum.

5. Cùm poteſtas Pontificia à ſua origine ſit ſuprema, in executione regulatiſſima & perfecta, veluti à Christo Domino data, vt ipſius Eccleſia ea puritate, obſeruantia, & reformatione, ſecundùm legem Euangelicam, & Apoſtolorum, ſanctorumque Patrum doctrinam gubernetur: ex Curialibus plerią; ambitione, aut priuati commodi conſideratione impulſi, poteſtatem Pontificiam volunt transformare in quandam poteſtatem abſolutam, & independētem ab omni cauſa, abſque alio limite ac forma; eamque legibus Canonicis, & Sacris Concilijs non eſſe alligatam aiunt. Nec aduertunt, quòd potentiæ abuſus, ſit imperfectio, & quòd talis poteſtas, ſola voluntate Dei menſuratur, *cuius natura bonitas, cuius potentia voluntas*, vt dicit S. Leo Papa.

Abuſus potētia, eſt imperfectio.

113. IurisConſulti, impoſſibilem iudicarunt conditionem (licet facilè implebilem.) *quam Senatus aut Princeps improbant, quæ facta, lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & quæ contra bonos mores fiunt.* Imperatores, indignum iudicarunt, ſi non viverent obligati ſuis legibus: imo conuenire Maieſtati Imperij, Principatum ſubiectum eſſe, ſine quali *ſubiectione* recognouerunt ſe non poſſe conſeruari.

Impoſſibile dicitur, quod de iure eſt prohibitum. Petrus Ant. de Petra. tract. de poteſta. Princip. c. 5 q. 3. n. 32.

Quare maiori cum ratione, Summi Pontifices hanc obligationem recognoſcere debent, vti faciunt Sancti Pontifices, attento moderamine & ſuauitate ſuæ gubernationis; præſertim quòd Eccleſiaſticum Imperium non acquiſiuerint hæreditariè, ſed delegatione diuina; non in titulum dominij, ſed adminiſtrationis ſunt adepti: *Non dominantes in Clero, ſed forma facti gregis*, vt dici-

dicitur 1. Petr. 5. Et S. Lucas ait: *Reges gentium dominantur eorum, Vos autem non ſic.* Et S. Paulus ſic voluit, vt intelligeretur: *Sic nos existimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei; hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inveniatur.* Hac authoritate motus Fr. Dominicus de Soto, dicit, Quòd *non eſt opus argumento, vbi Apoſtolica tuba canit, à qua Ius Canonicum diſcrepare non potuit.* *Nec credendus eſt Pontifex aſſenſiſſe vnquam aſſentationi dicentium, eum eſſe Dominum:* Quia eſt *ſeruus prudens & fidelis, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam: Sicut boni diſpenſatores*, ait S. Petrus, *multiformis gratiæ Dei, ſi quis loquitur quaſi ſermones Dei, ſi quis adminiſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus.* Et mandatum hoc, exactiſſimè adimpleri debet, quia non eſt maius tribunal Vicarij, quàm Domini ſui.

Papa non eſt Dominus bonorum Eccleſiæ, vel Beneficiorum.

Non eſt maius tribunal Vicarii, quàm Domini ſui.

8.

114. Quibus conformiter S. Thomas agens de diſtributione ſpiritualium, ſubiungit: *Quorum Prælatus Eccleſiaſticus non eſt Dominus, vt ea poſſit dare pro libitu, ſed diſpenſator*: fundando ſe in eodem loco S. Pauli. Et gloſſ. Card. Caietani: *ſub nomine Eccleſiaſtici Prælati, clauditur etiam Papa; eſt enim Chriſti miniſter, & diſpenſator myſteriorum Dei; ideo oportet fideliter diſpenſare.* Et q. 43. art. 8. addit: *Quòd ſi quis aliquid acceperit à Papa, ſine cauſa dante, tenebitur reſtituere, ſicut ſi ab alio accepiſſet, quia Rector eſt ſicut depoſitarius & diſpenſator.*

Et hæc fuit doctrina S. Bernardi varijs in locis de Conſideratione ad Eugenium Papam. ibi: *Diſpenſatio tibi credita eſt, non data poſſeſſio; ſi pergis vſurpare & hanc, contradicit tibi qui dicit. Meus eſt Orbis terræ, & plenitudo eius. Poſſeſſionem & dominium cede huic, tu curam illius habe: pars tua hæc, vltra ne extendas manum.* Et in 2. lib. allegans plurimas Scripturæ authoritates, in c. 6. concludit: *Forma Apoſtolica hæc eſt, Dominatio interdicitur, indicitur adminiſtratio.*

Ex eodem principio deducit Caietanus: Proſequitur S. Thom. lib. 3. c. 3. de erud. Princip. quòd Pontifex poteſt committere vitium Simoniæ, ſicut quilibet alius, ſequendo S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. in reſponſ. ad 7. ibi: *Quamuis enim res Eccleſiæ ſint eius, vt principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt eius vt Domini & poſſeſſoris.* Quæ ratio pariter conuincit, quòd non ſit iuſta diſpenſatio, facta ſine cauſa, quia talis diſpenſatio non dependet ex voluntate abſoluta, niſi regulata. Sic decreuit Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 5. & ſeſſ. 25. c. 18. de reform in illis verbis. *Diſpenſatio vel debet eſſe nulla, vel rara, eaq; ex cauſa vrgenti, iuſtaq; cum cauſæ cognitione, & ſumma maturitate.* Et ſi eſt facta abſq; cauſa legitima & ſufficienti, pro ſubreptitia habetur. Eleganter S. Bernard. libr. 3. de conſiderat. c. 4. *Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt; vbi vtilitas prouocat, laudabilis diſpenſatio eſt; vtilitas dico communis, non propria, nam cùm nihil horum eſt, nō planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt.* Concinit S. Thom. 2. 2. q. 97. art. fin. Archid. in c. conſequens. 11. diſtinct. num. 6. & ſeq. Io: Andr. in c. de multa, n. 14. de præbend.

Facta-

ad deſperationem ferè ſalutis laboraſſe, & manaſſe harum rerum famam ad infideles vſq;(, credat Sanctitas Vª. ſcientibus,) qui ob hanc præcipuè cauſam Chriſtianam Religionem derident, adeò, vt per nos(, inquimus.) nomen Chriſti inter gentes blaſphemetur.

116. Eiuſdem temporis & qualitatis eſt, quod circa eandem materiam refertur in Hiſtoria S. Archiepiſcopi Bracarenſis, Fr. Bartholomæi de Martyribus, cujus Sanctitas & doctrina in Concilio Trid. magni fuit æſtimata. Cùm tractaretur in vna dicti Concilij Congregatione, de damnis, quæ in Chriſtianitate prouenirent ex collatione Beneficiorum per concurſum, prædictus Archiepiſcopus cum ingenti cordis dolore dixit: Quid prodeſt Epiſcopo, etiam tam ſancto, quàm fuit S. Martinus, quando Parochi ſunt inhabiles? quis poterit ſine maximo horrore auſcultare peſtiferum hoc verbum (& tamen non deſunt, qui proloqui audeant.) Videlicet, Papam eſſe Dominum, & non Diſpenſatorem Beneficiorum. Propoſitio tam præiudicialis animabus, quàm falſiſſima. Dixit etiam, quòd coram Eccleſia Dei proteſtabatur, ſi ad hoc non fuiſſet adhibitum remedium, renunciare Archiepiſcopatui, & ad ſuam redire cellam, ne ſuis oculis videret (. vti dicebat Agar de Iſmaële.) parvulum ſitibundum mori. Cumque ad Suam Sanctitatem hoc relatum fuiſſet, determinauit, vt ſummo ſtudio negotium hoc à Cardinalibus diſcuteretur. Et omnes iudicarunt, eſſe abominabilem propoſitionem, quòd Papa dicatur Dominus, & non diſpenſator Beneficiorum; Et, quòd propoſitio talis, inuenta ſit à magiſtris mendacibus, qui cum tanto animarum diſpendio, aſſentatione peſſima Summos Pontifices captabant. Et concluſerunt dicendo: Beatiſſime Pater, ex hoc fonte, tanquam ex quodam equo Troiano proſilierunt tantæ inconuenientiæ, & tam graues morbi, vt veluti peſtifera contagio, magnam Chriſtianitatis partem infecerint. Ad quæ, Sua Sanctitas reſpondit: *Providebitur, quòd proviſio Papæ non valeat, niſi Epiſcopo approbante electum.* Atque Decretum hoc publicatum fuit cum magna gloria prædicti Archiepiſcopi, in ſeſſion. 24. in die Sancti Martini, cùm tota illa dies, & pars noctis, in ea conſultatione conſumpta fuiſſet.

14. Archiepiſcopus Bracarenſis in Concilio Trid. ſe opponit cuidam abuſui.

Propoſitio eſt abominabilis, quòd Papa ſit Dominus Beneficiorum.

117. Vnde infertur, quantum doctrinæ Apoſtolicæ contradicant, & poteſtati Pontificiæ iniurij ſint, qui exiſtimant eam nullis limitibus, ſed ſolo arbitrio terminari; cùm tamen talis minimè à Chriſto D.N. fuerit illi data, vt Paulus teſtatur. 2. Corinth. 13. ibi: *Secundum poteſtatem, quam Dominus mihi dedit in ædificationem, non in deſtructionem.* Neque illa, quæ temporalis dominij nomine prætexitur, poteſtas, ſed tempeſtas dicenda eſt. *Imperium enim à Deo datum eſt,*(. ait Bartol. in l. fin. num. 2. Cod. ſi contra ius.) *Deus autem non dat Principi iuriſdictionem peccandi, nec auferendi alienum indebitè, Imperium enim ad iuſtè imperandum datum eſt.* Nec eſt legitima conſequentia, de poteſtate ad abuſum; quia fidelitas & prudentia, in adminiſtrando, iuſtitia & æquitas in diſtribuendo, menſura & liberalitas in dando, pote- 15.

De poteſtate ad abuſum nō infertur legitima conſequentia.

Sicut enim præceptum hoc Decalogi, Non facies furtum aut ſpolium, *innititur iuri naturali, & eſt de lege naturæ: ſic & furti ſeu ſpolij, ſtatim, & ante omnia, defraudato facienda reſtitutio, in eodem iure naturæ fundata & radicata eſt: ac proinde, ſi Princeps rem ſpoliatam, aut alicui furto ablatam, alteri quàm defraudato, LIBERE donare poteſt, ſequitur, quòd legem naturalem LIBERE tollere, eiq́ contrauenire queat: Quod vtiq́ paradoxum eſt, & contra omnes.*

In idem exilium releganda venit & illa, ſatis iam à nobis triturata ſententia exotica, quà dicunt, per mortem omnium de Collegio particulari Eccleſiaſtico, ius Collegij, titulos ac Beneficia penitus extingui. Si enim ita eſt, tunc fruſtranea & nulla erit diſtinctio Doctorum, inter Collegium diſſolutum de iure, & Collegium diſſolutum de facto; nec ius & factum ſibimet opponentur, contrà ac dicitur l.38. §. hi qui ſunt. ff. de V.O. & l.41. ff. de peculio. l.24. ff. de R.I. c. inter alia, de ſent. excomm. latè Rebuff. ad l. verbis legis. 120. ff. de V.S. & ibi notant Dd. Cùm enim oppoſitorum, debeat eſſe oppoſita ratio, & effectus; iſti, oppoſitis tribuunt eundem extinctionis effectum: adeoq́ contra communem, diſſolutio de iure, & diſſolutio de facto, in effectu erunt idem, quod eſt abſurdum. Quando Collegium diſſoluitur de iure, ab authoritatem habente, tunc caſſatur fundatio in ſuis qualitatibus, & omnibus ſubſecutis Confirmationibus, beneficiis, iuribus ac titulis Collegialibus, vt notum eſt: Quando verò ſolùm diſſoluitur de facto, per mortem omnium Collegiatorum, nullo iure vel Canone, fundationis ac titulorum extinctionem ſequi, doceri poteſt; ipſaq́ ratio & fundatio dictat & docuit contrarium. Vnde non apparet, quid iſti tribuant Summo Pontifici, legitimam authoritatem habenti, ex cauſa rationabili extinguendi Collegia Eccleſiaſtica particularia, quando eadem extinctio fieri poteſt à quibuslibet inferioribus Collegiatis, morte, præter intentionem Fundatorum, nullo ſuperſtite decedentibus. Verùm, de his alibi egimus ſuo loco. Aliud abſurdum.

XVI.

Væ Mundo à ſcandalis: Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala; Veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Matth. 18.

120. *Sequens literarum Extractus, vt vides candide Lector, initio caret & fine; quodque dolendum, nec diem, nec menſem, nec annum dati, imò nec Authorem exprimit. Credebat, opinor, amanuenſis, qui primò deſcripſit, ſufficere ſi rei ſubſtantia exprimatur; ſed hoc fragmento mihi non ſatisfecit. Quantum tamen ex contextu liquet, ſcripta eſt hæc Epiſtola, ſeu reſponſio, ab acatholico Principe, ad retorquendas cuiuſdam Epiſcopi querelas & obiectiones, circa annum Domini, 1620. in qua recenſet, complura Monaſteria, etiam per Catholicos, & Eccleſiaſticos Principes, intra paucorum annorum lapſum, occupata, & Religioſis deſtituta fuiſſe. Sic igitur habet.*

Jch will allhie nicht gedencken / daß wann ſchon vorgebner / aber ohnerwißner maſſen / meine Vorfahrn dergleichen Geiſtlichen Güther jhnen appropriirt / oder zu Weltlichen Außgaben angewendt haben ſolten / doch ſie allein darüber nicht ſo hoch zuculpieren wehren / weil eben dergleichen Güther auch von den Catholiſchen ſelbſt eingezogen / vnd entweder den Tafelgüthern incorporirt / oder ſonſten zu andern Weltlichen Außgaben vnd Nothurfft verbraucht worden ſeyn / wie deſſen ſonderlich ein Exempel verhanden bey Kayſer Maximiliano I. deſſen Mayeſtätt / als Landsfürſt vnd Herr der Herrſchafft Hohenberg in Anno 1495. mit den Geiſtlichen Frawen in der Statt Rottenburg am Necker / dergleichen Reformation vorgenommen / vnd verordnet / weil alle Frawen im ſelbigem Cloſter biß auff zwo / mit Todt abgangen / daß kein Fraw mehr in die Verſamblung auffgenommen / ſondern nach deren zwo Frawen Todt / alle Güther / Rennt vnd Gülten / ſo darein gehörig / vnd ſie biß here genoſſen haben / halb dem Allmuſen / vnd der halbe Theil zuernothurfft der Statt gebäw gegeben / geaignet / gefolgt / vnd geraicht werden ſoll / allermaſſen dieſes ein Schreiben / ſo von Graff Eytel Friederichen zu Hohenzollern / als Jhr Mayeſt. Cammerhauptman beſagter Herrſchafft Hochenberg / ſub dato, Montag nach Invocauit, oder 25. Februar. berührten 1495. Jahrs abgangen / vnd durch welchen / alſo die Execution ins Werck gericht worden / in mehrerem mit ſich bringen thut.

Monaſterium Monialium extinguitur via facti, in Rotenburg ad Neccarum.

121. Alſo haben auch ſonſten die Catholiſche viel Clöſter / wider die alte fundationes vnd Stifftungen in Abgang kommen / vnnd in denſelben die Ordensleuth entweder abſterben / oder ſonſten hinweg ziehen laſſen / in maſſen in dem Fränckiſchen Craiß der Exempel ein groſſe Anzahl angezogen / vnd hierin nichts in Abrede geſtelt werden kan / als da noch vor wenig Jahren / benantlich den 13. 14. vnd 15. Maij / Anno 1612. das gantze Capitul Benedictiner Ordens Vnionis Burſfeldenſis, im Cloſter zu St. Martin in Cöllen / jhrem auffgerichten Receſs vnd Abſchiedt / vnder anderen / dieſen nachfolgenden Articul einverleiben laſſen: In conſiderationem trahens Venerabile Capitulum Monaſteria noſtræ Vnionis nonnulla, ab Archiepiſcopo Moguntino & Herbipolenſi. (quãuis antehac libellis ſupplicibus repetita.) nihilominus occupari: & quia Reuerendi Patres, ad aſſiduas inſtantias, nullum aſſequi vident effectum, de alijs medijs deperdita recuperandi Capitulariter eſt tractatum: Inter cætera duos Dominos locorum Viſitatores, ad Illuſtriſſimos Principes, Monaſteriorum noſtrorum Occupatores, pro ſolenni requiſitione facienda ablegandos duxerunt, qui Patres, id muneris primo & commodiore tempore perficere omnino ſatagant; ſtatimque ejus effectum Reuerendiſſimo Domino Præſidenti ſcribant, pro vlteriori remedio, ſi opus viderit, in Curia Romana expediendo.

Archiepiſcopus Moguntinus, & Epiſcopus Herbipolẽſis, tenẽt quadam deſtituta Monaſteria Ord. S. Bened.

122. Eben dergleichen Wind haben auch im Rheinländiſchen Craiß die Clöſter erfahren vnd außgeſtanden / vnnd ſeynd in dem einigen Stifft Straßburg / 12. Clöſter erſt vor wenig Jahren durchgangen / auch zum Theil / gantz vnd gar abgethan / zum Theil aber pro forma, mehr nicht / dann mit ein oder zwo

Numerantur plurima Monaſteria per Catholicos occupata, & ſolũ de facto diſſoluta.

alten

alten Ordens Perſonen/ ſo ſich mit einem ringen haben betragen müſſen / vnnd abgeſtorben/ beſetzt worden. Inmaſſen in ſpecie dem Cloſter Eſchaw begegnet/ darinnen poſt mutationem, octo Præbendarij, vnd noch vor 10. oder 12. Jahren/ mehr nicht als einer erhalten worden. Alſo iſt es auch mit dem Frawen Cloſter zu St. Ottilienburg ergangen/ vnd haben darinnen allein zwo Männliche Ordens-Perſonen jhr entretenement gehabt. Nider Münſter iſt gar quittirt/ vnd von deſſen Kirchen Gebäw vnnd Quadren/ die Veſtung Bonfeitz von Biſchoff Johann zu Straßburg auff zwo gute Meil Wegs/ in der armen Leuth Fron auffgericht. Ingleichem hat Jttenweiler bey Eppich alſo ſeinen Abſchied genommen / vnd gehet der Bericht dahin/ daß die Neben Capell/ zu Zerwürckh. vnd Verwahrung deß Wildtpreds anjetzo gebraucht worden. Denen allen folget in ſolchen terminis Feldkirch zu ſampt dem Franciſcaner Cloſter zu Zaberen vnd Ruffach / wie auch das Nonnen Cloſter Singelsburg bey Maurßmünſter/ davon doch dem Abbt das ſtattlich Rebwerck blieben. Item das Cloſter Ertheimb/ allda vor 12. Jahren mehr nicht als zween Caplän/ vnd ein Pfarrer/ kümmerlich ſuſtentirt. Item das Cloſter Dachaw/ neben der Capell Winnerßheim/ da auch vor 12. Jahren/ noch ein einiger Bruder ſein Leibgeding gehabt. So wehren auch noch wol andere loca, ſo vnfern von berührtem Rheiniſchen Craiß gelegen anzuzeigen/ in welchem bey 20. Clöſter vnd Probſteyen der alte Schild hinweg gehawen/ vnd ſo gar auß etlichen/ an ſtatt deß jmmer ſonſten wider die Evangeliſche ſo hoch angezogenen Gottesdienſt/ freye offene Wein- vnd Bierſchänckſtätt gemacht worden.

Eſchavv Monaſtèrium.
Ottilienburg.
Nidermunſter.
Ittenvveiler.
Feldkirch, & alium Franciſcanorum.
Singelsburg.
Ertheim.
Dachavv.
VVinners-heim.
Alia duodecim Cœnobia.

123. Alſo weiß man ſich noch wol zuerinnern/ was in offenbarer Reichs-Verſamblung zu Nürnberg in den grauaminibus Nationis Germanicæ, in Anno. 1522. bey dem 38. Puncten/ dem Bäpſtlichen Nuncio zugeſtelt / vor den Ständen geklagt worden/ daß gegen dem Löblichen Teutſchen Orden/ ein ſtattlich Benedictiner Cloſter in Italia durch den Stuel zu Rohm abſeits gethan/ vnd den Cardinälen zu einer Commenda eingeraumbt worden. Ja es hat dieſes cambium mit den Clöſtern vnnd Geiſtlichen Güthern / nicht nur bey der Cleriſey vnnd Geiſtlichem Standt ſeinen Lauff gehabt/ ſondern es ſcheint noch viel ein mehrers zu ſeyn / daß dieſelbe gar den Weltlichen Fürſten verehrt vnnd vbergeben worden ſeyn. Inmaſſen Hundius de Duce Bauariæ meldet, vnd nach dem er vber 30. Clöſter / ſo zu vnderſchiedlichen Zeiten in anderer Ständ Hände kommen/ angezogen/ entlich hierzu ſetzt: In ſola Bavaria, Monaſteria Biburgenſe, Münſterienſe, Paringenſe, Scharhaplenſe, & Mallersheimenſe cùm vacarent, vel certè pauciſſimos incolas haberent, Summum Pontificem Sereniſſimo Bavariæ Duci, vt eorum reditus in pios vſus conuerteret, tradidiſſe. Alſo bringt der Scribent Bruſchius, in ſua ab Imperatore Ferdinando privilegiata, & Ingolſtadij excuſa Germaniæ Monaſteriorum Chronologia, 8. ſtattliche anſehenliche Clöſter auff die Bahn / ſo mit Auffhebung voriger geſchworner/ vnd der fundatorum intention gemäſſiger Regul / auch derſelben endlich bedachten Wolthätigen Willens/ entweder mira metamorphoſi, in ein anderen

Extinctio Monaſterii Ord. S. Bened. anno 1522. habita fuit pro grauamine Imperii.

Model vmbgegoſſen/in dem ſich Monachi Regulares, zu Canonicis ſæcularibus weyhen vnd freyen laſſen:oder aber die ſonſten mit Abſchaffung Nonnen vnd Münch/in Biſchofflichen fiſcum gefallen/vnd vorberürter maſſen/zu Taffelgütern gemacht worden ſeyn.

Ex 700. Monaſteriis Ord. S. Auguſt. dudum in Italia, non remanſerunt niſi 60.

124. Vnd Hoſpinianus de Orig. Monach. c. 6. pag 63. meldet ex Sabellico, daß in Italia von 700. Clöſtern Auguſtiner Ordens / mehr nicht heutiges Tags/ als 60. noch vbrig geſehen werden. Auß welchem allem dann vnſchwer abzunehmen / das was der Herr Biſchoff wegen Approprijrung der Geiſtlichen Güther/ſo hoch anziehet/ gleich als wann es ein Todt Sündt were/ wann die Geiſtliche Güter occupirt vnnd eingezogen werden / jhme gantz nichts fürtragen mag/ ſo gar auch/ wann alle die jenige der Augſpurgiſchen Confeſſionzugethane Ständt/ ſo dergleichen Güter eingezogen/ vnnd mehrerntheils ad alios pios vſus widerumb verwendt haben / vmb deß willen ſteinigens würdig geachtet / daß vnder den Geiſtlichen wenig würden zu finden ſeyn / welche den erſten Stein alsdann auffheben / vnnd ohne Gefahr gleicher condemnation, den Wurff ſicherlich würden vollbringen können / Inmaſſen dann auch ſolches alles/ jhr der Catholiſchen Ständt ſelbſt eygne Räth vnd Scriptores wohl wiſſen.

Ex triginta millibus Abbatiis Ord. S. S. Bened. quæ tempore Concilii Conſtāt. fuerunt hodie putantur in Europa vix ſupereſſe ter mille.

XVII.

Omnes qui volunt piè vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. 2. Timoth. 3.

125. *Probitati nil vicinius perſecutione; quæ iuſtum ſequitur, vt vmbra corpus: minatur interitum, & vires auget.* (. Sanguis Martyrum, ſemen Chriſtianorum) *Nempe Africus dum proceras arbores creditur deiecturus, figit, firmatq; radices. Arcus, neruum quò plus deprimit, hoc telum altius iaculatur: Tonitru, dum territat arua, refrigerat & erigit omnia. Vixdum ante ſæcula vndecim Monachatum in Occidente plantaverat S. P. Benedictus, iam in vicino horto ſuccreuerat Florentius Clericus, qui perſecutionem Ordini meditans, non armatam manum, ſed imbellem, nudam, infandam caſtiſſimis Monachorum oculis immiſit, & loco, ſi ſalvas cuperent animas, cedere coëgit. Durat hodieq;, Divino munere, Ordo S. Benedicti; durat amuli Florentij progenies, quæ pulcherrimi nominis obiectu fallere dum pergit, multos Monachos loco pellit, ſed non Orbe. Sordet in horum naribus, oculis, auribus, Monachi nomen, vel procul allatum, idque mallent in Europa ſepultum, vt ſolus floreret Florentius. Nec deſunt ex Germanis; qui illud apud Hieronymum ingeminant:* Quouſque genus deteſtabile Monachorum non vrbe pellitur, non lapidibus obruitur, non præcipi-

Lib. 2. Dialog. S. Greg. cap. 8.

S. Hieron. Epiſt. 25.

cipitatur in fluctus? *adeò rarus ceſpes eſt, quem à Monachis inſideri cupiant. Dum feruet olla, dum loculus turget, amici ſunt, ſed non diu memores, quippe qui omnia ſibi non tam dari, quam deberi exiſtimant. At, ne pueri neſciant, etiam è roſtris, raſtra in Monachos educunt, dentibus alienum fundum arant & occant, vt incedentium quoq; greſſus, Cenſura morſu vix liberi ſint.*

126. *Diſplicet quocunq; ſe vertant Monachi. Si enim in Cœnobiis contemplationi, ſilentio, mortificationi ſenſuũ, precibus, lachrymis, & gemitibus, pro ſalute militantis Eccleſiæ ſe dederint*, proclamantur inutilia terræ pondera, ventres pigri, *qui bono publico nil conferant: & talibus aiunt Monaſteria non deberi*, cùm beneficia Eccleſiaſtica pro ijs primitus inſtituta *dicant*, qui publicum Eccleſijs miniſterium præſtant. *Laym. Iuſt. defenſ. fol. 381 Lauand. in Not. Aſtri. alleg. pag. 123.*

Sin, pro publico bono Conciones ad populum inſtituere, animarum conuerſioni invigilare, Profeſſuras Academicas adire voluerint, replicant alterum id Hieronymi. Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium: *Illudq;*: Si Monachus es, quid facis in vrbibus? *Hinc larvatus Lavanda, in Not. Aſtri. allegat. pag. 123. §. porrò.* Monachus, *ait*, debet manere ſolitarius. 16. q. 1. placuit. Vitare multitudinem. 16. q. 1. ſi cupis. Non poteſt prædicare niſi in ſuo Clauſtro, nec pœnitentiam alijs dare. 16. q. 1. c. placuit omnibus. *Et Paulus Layman in Cenſur. Aſtri. loco III. §. tertiò ſi textus*: Monachis vtilius eſſe, *inquit*, non tantùm ſingulis, ſed etiam toti Congregationi, ſi in Clauſtris maneant: Inſtitutum eorum ad hoc non tendere; Nec ſatis proſpectum fore Eccleſiis, niſi adſint alij, qui ex inſtituto ſuo, & propria vocatione, ab ipſa Sede Apoſtolica ad hoc deputati ſunt. *Quaſi verò à morte Apoſtolorum, non fuiſſet ſatis à Chriſto Domino proſperum Eccleſiis! Nec intelligunt iſti, ſe Quintiano Siciliæ Prætore grauius impingere, qui Virgini Agathæ mammillam abſcindi præcipiens, hunc ab ea retulit colaphum*; Crudelis Tyranne, non te pudet amputare in fœmina, quod ipſe in matre ſuxiſti? *Hi nimirum, Monachis volunt amputari mammillam Evangelicæ prædicationis, lac doctrinæ Chriſtianæ, baptiſmatis ac pœnitentiæ papillam, quam tamen ipſi, ſuique Maiores, ante nongentos annos in Monachis ſuxerunt, quando ab idolorum cultu, Chriſto initiati* quaſi modo geniti infantes, lac concupiſcebant, *albis induti à Monachis nigris. Factum bonum, quia factum à Bonifacio, Germanorum Apoſtolo, eiusq; Collegis.*

127. *Sed heu, quarto quoque Decalogi præcepto, libellus hodie datur repudii*: Honora patrem & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram. *Eidem mammillam minantur in Anglia, eidem in Hungaria, eidem alibi. An fortè non deſiderant eſſe longæui? Allegant exoletos, & aliter exponendos Canones Concilij Niceni & Chalcedonenſis, in Oriente latos, priusquam in Occidente Sanct. Benedictus oriretur; qui ſuos Monachos, non ſolitarios, ſed Cœnobitas eſſe præcepit, eoſque vivens in Vrbem & Orbem, in ſcholas & curatas Eccleſias introduxit.* In ipſa namq; Principe Orbis Roma, (*verba do Dominici Grauinæ Ord. Præd. c. 12.* *S. Benedictus Romæ.*

con-

inſtituit Scholas & Gymnaſia, per ſuos Monachos prouidenda. *congeminat. vocis turt.*) Gymnaſia à Benedictinis moderatoribus regebantur, quæ Scholæ cantatorum dicebantur, vbi ſacri Rythmi decantabantur, & ſacra myſteria dilucidabantur, AB IPSO S. BENEDICTO INSTITUTÆ; cuius ſuaſu, Hormiſdas Papa, *Pontificatum adeptus anno Chriſti.* 514. introductis Monachis, ex Anaſtaſio Bibliothecar. in Romanas Baſilicas Clerum compoſuit, duasque inſtituit Scholas, vnam prope S. Petrum, prope Lateranum alteram, Ad quod alludens Pontanus, cecinit in Hymno de S. Benedicto.

Primus & hic Italæ poſuit ſacraria genti,
Et clauſit ſacros mœnia in vna Choros.

Benedictini Theologiam Romæ olim profeſſi. Præter autem Hymnorum cantum, Theologiæ arcana in ijsdem Scholis edoceri ſolita, colligitur ex Caſſiodoro, Beda, Anaſtaſio, & luculenter R. D. Abbas conſtantinus Caietanus proprio hac de re Opuſculo oſtendit. *Hæc ille. Suffragantur tot hodieq; florentes nobiliſſimæ Academiæ, per eosdem Monachos olim in Italia, Gallia, Anglia fundatæ, erectæ, gubernatæ.*

Quicquid agant Monachi, nonnullis diſplicet. 128. *Rurſum, ſi Monaſteria inter ſe non ſunt in Congregationes vnita, vituperantur vt gliraria, nominantur ſcopæ diſſoluta, Monachi deſides, inertes, glires, queis tota dormitur hiems, nec evigilant, nec circumſpiciunt, etiam paries cùm proximus ardet; ſinunt auferri ex oculis vicina Monaſteria, nec pedem movent, niſi in latus alterum. Torpor, vitioſior an periculoſior neſcio: vbi rectè & Sacrorum Canonum, & mutuæ charitatis neglectus, ſtertentibus vitio vertuntur, quos, ſi non cæterorum Ordinum, ſaltem fabrorum, piſtorum, ſartorum & ſutorum exemplo, ad æmulationem formandi Corporis excitari par erat. Sin' è contra, Congregationes inſtituant, Sacris Canonibus & Concilio Trid. conformiter ſeſe provinciatim aggregare intendant, vt ſe ſuaq; ab interitu ſeruent, iterum accurrit*

Aſtriq. 6. nu. 26. *Florentius, Magnatibus inſuſurrans*, Benedictinos nouitatis amantes, contra Epiſcopos inualeſcere, jugum & viſitationes excutere, exemptiones quærere, Congregationes in præiudicium Ordinariorum conflare; opus eſſe, vt contra eos Epiſcopi in Societatem contrariam conſpirent, & fulmine armati, procedant aduerſus illos, qui de bello nunquam ſomniarunt. *Præſtat nimirum apud hos, Ordinem disjunctum, quàm coniunctum inueniri, vt hac ratione Monaſteria, velut oues errantes, facilius in prædam cedant. Nonnullibi perſuadent Epiſcopis, (quorum conſcientias plerumq; regunt.) idem eſſe Monaſterium non exemptum, quod mancipium non emancipatum; Monachos idem quod Sclavos, aut ſervos emptitios: Hinc, ferè arbitrariæ ſuſpenſiones Pontificialium in Cœnobiis; hinc citationes & mulctæ Monachorum vſurpatæ, Abbate præterito; hinc illæ ad Prælatos ceu meros executores tranſmiſſæ ſchedæ, quibus imperabatur, Monachos, inibi nominatâ pœnâ plecterent, etiam non nominatâ cauſâ; hinc inhibitiones, ne*

Varia Ordinis S. Bened. preſſura. *plures Abbates in Diœceſi convenirent, rem Ordinis inter ſe conſultaturi, hinc demùm ab Epiſcopis vſurpari cepta creationes & depoſitiones Priorum Clauſtraliũ, Cellerariorũ, aliorumq; Officialium, Abbate non requiſito, imò inuito. Omnia contra Canones & Regulam; omnia inſtigatione Florentij, cui nullum iucundius balneum*

neum

neum pro ſuis choreis, quàm ex gemitibus & lachrymis, ſub iniquo iugo ſuſpirantium Monachorum.

129. *Alibi volunt, vt Abbas non exemptus, venienti Epiſcopo Monaſterij claves obuius præſentet*; cùm tamen tradens claues alicuius loci, amittat illius poſſeſſionem. *Rota Rom. deciſ. 492. num. 4. ap. Io. Bapt. Coccinum. Alibi, Abbates non poſſe concedere Monachis tranſitum ad alium Ordinem, aut Monaſterium, etiam rationabili de cauſa. Alibi, Rationes adminiſtrati Monaſterij, ab Abbate non exempto dandas eſſe Epiſcopo dum viſitat*: cùm tamen redditio rationis, non cadat in re propria. *Rota. deciſ. 544 num. 10. ap. Oliuer. Beltram.* Et ex redditione rationum, arguatur DOMINIUM illius, cui fit redditio. *Rota. deciſ. 242. num. 11. ap. Coccinum Rotæ Decanum. Hinc præter illa quæ dixeramus ad rem præſentem, Aſtri q. 7. num. 72. & ſeqq. rectè Concilium Senon. ſub Petro Archiepiſcopo, qui obijt Anno. 1221. & habetur tom. 3. Concil. General. in fin. part. 3.* Statuimus, *inquit*, vt Abbates, Priores & alij Obedientiarij, de ſingulis proventibus & reditibus, & expenſis, computent ſingulis annis diligenter IN CAPITULO. Et vt ſtatus, tam Abbatiarum, quàm Prioratuum, à CLAUSTRALIBUS cognoſcatur, Cõputus in ſcriptis redigatur, ita quòd CONVENTUS penes ſe retineat vnum ſcriptum, & Abbas aliud. *Et expreſſius Concilium Salisburg. Anno. 1281. ſub Martino Papa. IV.* Ne res, *ait*, Eccleſiæ, in vſus indebitos conuertantur, & fidelis diſpenſatio Prælatorum apparentius eluceſcat, definimus, vt de bonis Eccleſiæ, ſemel in anno, Prælatus cuiuslibet Conuentus Eccleſiæ conuenientium, SVO de omnibus reditibus & proventibus MONASTERIO plenam faciat rationem, præſente Epiſcopo, vel eius Nuncio, ad hoc ſpecialiter deputato, (. ſi Epiſcopus fuerit ad hoc requiſitus.) Et bis vel ter in anno, à ſuis Officialibus, Monachis & Laicis computationem diſcretam faciat & fidelem. *Hactenus. Vnde liquet, non Epiſcopo, ſed Conventui ſeu Monaſterio ſuo, à quolibet Abbate, annuas reddendas eſſe. Quonam enim modo, rationes Epiſcopo deberentur, ſi Monachis arbitrarium eſt, Epiſcopum requirere, vt rationibus interſit? cui etiam deſcriptio rerum aut chartarum Monaſterij interdicitur, c. quàm ſit. 18. q. 2.*

Paul. Laym. de iurisdict. Ordinar. conclus. 131.

Rationes Monaſterii ab Abbate danda ſunt Conuentui.

230. *Nec eſt, quod inobedientiæ culpam metuat Abbas, cùm non obligetur Epiſcopo ad Obedientiam manualem, ſed ad Canonicam, ſiue ſacris Canonibus conformem*; vi quorum Epiſcopus non poteſt, quicquid ei non prohibetur, ſed ſolùm quod ei conceditur, *vt docet Franc. Suar. tom. 4. de religion. lib. 3. c. 11. num. 18. Atqui rationum, chartarum, clauium, aliorumq; attentatorum iurium exactio, nullibi conceſſa legitur; nec Epiſcopi tot ſæculis ius ſuum neglexiſſent, ſi quod accepiſſent: Claudat proinde ianuam Syllogiſmi Florentius, vt ſe captum videat, qui Monachos, vt Baiacetem aut Valerianum caueæ ferratæ includere, eorumq; ceruicem ſcabelli loco æquitaturus adhibere velle videbatur. Nõ luduntur Superi, ad quos Monachorum gemitus appellant, duris operibus luti & lateris oppreſſorum. Aſcendet aliquando (. ſpero.) clamor eorum ad Deum ab operibus,*

Exodi 1. & 2.

ribus, & audiet gemitum eorum, & recordabitur fæderis, quod pepigit cum Patre noſtro S. Benedicto, qui

Celſior noſtri Patriarcha cœtus,
Iſaac, Moyſen, Abraham, ſub vno
Pectore clauſit.

Virtuti comes eſt invidia. Nullo ſæculo defuerunt, qui piis Monachorum Eccleſiæ prodeſſe cupientium, conatibus obſiſterent, & mortuos Mundo, ad Monaſteria tanquam funus ablegandos dictitarent, rectè VETERES ÆMVLI à Bonifacio. IV. nuncupati, quippe qui ducant originem à Paradyſo, vafriciem à ſerpente, rei vetitæ concupiſcentiam ab Eua, ſupercilium à lateribus Aquilonis, liuorem à Caino. Mouit hac oppreſſio S. Gregorium I. Papam. 16. q. 1. c. ex authoritate. Movit Bonifacium. IV. ſucceſſorem. c. ſunt nonnulli ibid, mouit nuperrimè Facultatis Theologicæ Salmaticenſis Senatum, vt cauſam alioqui liquidam, & non ſemel definitam, denuo deciderent. Et quòd Decretum Bonifacij IV. Anno Domini. 610. in Concilio Romano eapropter emanatum, & à S. Mellito Epiſco Londonienſi in Anglia, omnibusq; Italiæ Epiſcopis laudatum & ſubſcriptum, hactenus nunquam integrum in lucem, quod ſciam, prodierit, nec apud Gratianum d. q 1. cauſa 16. integrum inueniatur, ex antiquiſſimo M. S. Codice in pergameno Bibliothecæ Monaſterij mei Ochſenhuſani, fugientibus ferè literis deſcriptum, inter Aulæa noſtra expandimus, ac tam nobile antiquitatis monumentum Lectori benevolo communicamus.

Suſcepta defenſ. Caſ. cap. 16. nu. 8.

131. Decretum Bonifacii IV. Papæ, in fauorem Monochorum Ord. S. Benedicti.

OrdoS. Bened. ſemper paſſus eſt æmulos.

Sunt nonnulli ſtulti dogmatis, magis zelo amaritudinis quàm dilectionis inflammati, aſſerentes, Monachos quia Mundo mortui ſunt, & Deo viuũt, Sacerdotali officio indignos, neque Pænitentiam aut Chriſtianitatem, ſeu abſolutionem largiri poſſe, per Sacerdotalis officij iniunctàm gratiam. Sed omnino falluntur. Nam ſi ex hac cauſa VETERES ÆMVLI vera prædicarent, Apoſtolicæ Sedis compar, Beatiſſimus Gregorius Monachico cultu pollens, ad ſummum apicem nullatenus conſcenderet, cui ligandi ſoluendique poteſtas conceſſa eſt. Auguſtinus quoque eiuſdem Sanctiſſimi Gregorij diſcipulus, Anglorum Prædicator egregius & Pannonienſis Martinus, alijq; quamplurimi Sanctiſſimi viri, pretioſo Monachorum habitu fulgentes, nequaquã annulo Põtificiali ſubarrharentur. Neq; enim Benedictus Monachorũ Præceptor, huius rei fuit aliquo modo Interdictor, ſed eos ſæcularium negotiorum dixit expertes eſſe debere; quod quidem Apoſtolicis documentis, & Sanctorũ Patrum inſtitutis, non ſolùm Monachis, ſed etiam Canonicis ſummopere imperatur: Vtriſq; enim perſpicacibus Sãctorum Patrum exemplis, vt mundo mortui ſint præcipitur. Credimus igitur à Sacerdotib. Monachis, ligãdi ſoluendique officium dignè adminiſtrari, ſi tamen digne contigerit ex hoc miniſterio ſublimari. Quod evidenter affirmat, quisquis ſtatum Monachorum & habitũ cõſiderat; Angelus enim Græcè, latinè Nuncius dicitur; Sacerdotes igitur Monachi

Monachi Sacramenta Eccleſiæ ritè adminiſtrant.

nachi atque Canonici, qui Dei præcepta annunciant, Angeli vocantur: ſed vnuſquiſq; Angelicus Ordo, quantò vicinius Deum contemplatur, tantò ſublimius dignitate firmatur. Nunquid non vt Cherubim Monachi ſex alis velantur? duæ in capitio, quo caput tegitur, veris demonſtrantur aſſertionibus, illud verò quod in brachijs extenditur, alas duas eſſe dicimus; & illud quo corpus conditur, alas duas Sic ſex alarum numerus certiſſimè conficitur.

132. Decertantes igitur contra Monachos in hac re, Sacerdotalis potentiæ officio carere præcipimus, vt ab huiuſmodi nefandis auſibus in poſterũ reprimãtur, quia quantò quiſq; excelſior, tantò potentior. Ex Decreto Gregorij Papæ, Epiſcopus debet Miſsã celebrare in ordinatione Presbyteri, & Abbas in Conſecratione Monachi, & quatuor Evangelia ſuper caput eius dicere, vt ſicut per quatuor Evangelia docetur, ita per quatuor orationes cõſecretur, & ita vſq; in diẽ tertium, velatũ habeat caput, cũ ſummo ſilentio, & debita Deo reverentia, figurã gerens Dominicæ Paſſionis: die tertio, tollat Abbas capitiũ de capite eius, vt depoſita triſtitia veteris peccati, reuelata facie gloriãDomini ſpeculetur. Secundò ergo baptizatus eſt, & emũdatus ab omnib. peccatis. Vnde oportet eũ maiorem ſolicitudinẽ habere, & pro peccatis hominũ orare, & plus valere peccata eorũ ſoluere, quàm Presbyteri ſæculares; quia hi ſecũdùm regulã Apoſtolorum viuunt, & eorum ſequentes veſtigia, cõmunem vitã ducunt. Ideò nobis videtur, his qui ſua pro Deo relinquunt, & à Paſſione eius, & morte, ſumunt exordia mutatæ conuerſationis, DIGNIUS licere baptizare, cõmunionem dare, pænitentiam imponere, peccata ſoluere. Trib. diebus ſunt in ſilentio, iuxta Apoſtolos, qui ob metũ Iudæorũ in conclaui reſidebant, vſq; dum die tertia Dominus reſurgens diceret illis, PAX VOBIS. Sic Abbas pacem det Monacho, & capitium de capite eius auferat. Cenſemus ergo eos prædicare, baptizare, communicare, pœnitentes ſoluere, iuxta Conſtituta trecentorum decem & octo Patrum. *Hucuſq; Decretum Bonifacij. IV. quo ſibi cum perpetua Ordinis praxi propoſito, Theologi Salmanticenſes ſuam reſolutionem in hunc modum nuper intulerunt.*

Hæc conſuetudo triduani ſilentii, & velati capitio capitis, in multis Germaniæ Monaſteriis hodieq; viget.

Concil. Nican.

133. Nos conuicti tam aperta Pontificis deciſione, non potuimus ei non ſubſcribere debita reuerẽtia & obſeruantia, atq; ita cenſemus, Monachos Benedictinos, quantũ eſt ex profeſſione, qua iuxta Regulã ſuã devinciuntur, aut ex inſtituto ſeorſim viuendi à reliquis hominibus, vt liberius vacare poſſint contemplationi rerum Diuinarũ, nõ impediri, quo minus poſſint à ſuis Superioribus mitti in Angliã, & alias Provincias, vt dent operam reductioni hæreticorũ ad fidem Catholicam, à qua defecerunt; & converſioni quorumcunq; infidelium ad eam. Addimus præterea, perpetuo vſu & conſuetudine fuiſſe in Ordine Divi Benedicti hoc receptũ, ſumma & euidẽti Catholicæ Eccleſiæ vtilitate, vt confirmat teſtimoniũ, cuius meminit Gratianus. 16. q. 1. Et præter id, ſunt plenæ Exemplorum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, plena ferè omnium Catholicorum ſcripta, quæ hoc nomine hunc ſacrum Ordinem miris laudib. extollũt. Vnde cõmunis pene omniũ Chriſtianorũ animis inhæſit opinio, innumeros ex

Conteſtatio Doctorum Salmanticenſium.

hoc Ordine Doctores, Concionatores, Martyres, & Pontifices prodijſſe; adeò vt nemo ſit, cui hæc ignota eſſe poſſint. Ita tenet Schola Theologorum Salmanticenſium,

F. Bartholomæus Sanchius Decanus.
Ioannes Alphonſus Curiel, *Canonicus Salmanticenſis.*
F. Auguſtinus Antonilez, *Eremita S. Auguſtini.*
Magiſter Andreas de Leon, Canonicus Pænitentiarius.
Magiſter Petrus Arrogo.
F. Ludouicus Bernardus, *Ciſtercienſis.*
F. Petrus de Ledeſma, *Dominicanus.*
Magiſter Sagredo de Porres, *Canonicus Salmanticenſis.*
F. Petrus Corneio.
F. Franciſcus Corneio.
F. Andreas de Eſpinoſa, *Ord. SS^mæ Trinitatis.*
F. Baſilius Pontius Legionenſis, Eremita S. Auguſtini.
F. Dionyſius Iubero, *Carmelita.*
Magiſter Gelanda, *Profeſſor Hebræus.*
F. Petrus de Herrera, *Dominicanus.*
F. Bernardinus Biuanco, *Benedictinus.*

Et ego Antonius Ruano de Medrano, publicus Apoſtolica authoritate Notarius, & Salmanticenſis Academiæ Secretarius, facio fidem, fuiſſe hanc reſolutionẽ Collegij Theologici eiusdem Academiæ, & Magiſtrorum eius, quos noui, facta prius in ſuo Clauſtro prædictæ difficultatis, publica conferentia, cui interfui, & de mandato eiuſdem Collegij hoc publicum Inſtrumentum exhibui, die 27. Menſis Iulij, Anno. 1609. rogatus.

Reinerus in ſuo Apoſtolat. Angl.

Antonius Ruano de Medrano.

XVIII.

134. *DESIGNATIO.*

Nonnullorum Monaſteriorum, vt obiter inciderunt, quæ iam olim, hodieq; poſt mortem omnium de Collegio, ſemper antiquo ſuo Ordini, ſine vlla noua creatione Fundationis, Titulorum aut Beneficiorum Regularium, poſtliminio reſtituta fuerunt.

Monaſterium Caſſinenſe cẽtum quadraginta annis ſuis deſtitutum.

I. Monaſterium Caſſinenſe, poſt mortem S. Benedicti (vt prædixerat) à Longobardis deſtructum ac totaliter deſolatum, elapſis centum quadraginta annis, à Petronace Abbate reſtauratur. Baronius, in Anno Chriſti. 715.

II. Mo-

II. Monaſterium S. Ioannis Bapt. Meſſanæ in Sicilia, aliaque S. Placidi, deſtituta, Ordini S. Benedicti reſtituuntur. Aula noſtra.nu.21.& 42.

III. In libris Epiſtolarum S. Gregorij Magni, complura reperire eſt Monaſteria deſolata, quæ ſubſtitutis alijs eiuſdem Ordinis Monachis reformata fuere: vt,lib.8.Epiſt.39.lib.9.epiſt.20.& 67. vbi recenſentur Monaſteria,in quibus propter hoſtilitatem,ne vnus Monachus,qui aliquam illic ſolicitudinem vel curam debeat habere,remanſerit.

Mons Monialiũ Salisburgi 400. annis extitit deſolatus.

IV. Mons Monialium, vulgò Nonnenberg Salisburgi, Ord.S.Bened. poſt mortem Sæ. Erentrudis, ſororis S. Ruperti, bellis & incendijs penitus deſolatum, reſtituitur quadringentis pòſt annis, conſtituiturque ſecunda Abbatiſſa Wiriadis, Anno ſalutis Milleſimo. VVigul. Hundius in Metrop. Saliſb. part.2.fol.595.

V. Tegernſee, nobilis Abbatia in Bauaria Ord. S.Bened. ab anno Chriſti. 920. deſolatum & exuſtum, poſt annos quinquaginta octo reſtitutum fuit per Ottonem II. dato quarto Abbate Hartwico. Eadem Metropol. part.3. fol.391.& 393.

Altach ſuperior deſtituitur Ann. 195.

VI. Altaich ſuperior, Monaſterium Ord.S.Bened.in Bauaria, vaſtatum ab Hungaris, anno 907. cùm deſolatum in ſuis cineribus iacuiſſet per centum nonaginta quinque annos, reparatum eſt, vbi Anno 1102. ſucceſſit Egino, numeratus ab Hundio Abbas in ordine Vigeſimus ſeptimus.

Metten vacat annis. 50.

VII. Monaſterium Metten in Bauaria Ord, S. Bened. ab anno 1109. per quinquaginta annos Monachis deſtitutum, reſtituitur, ſuffecto Berberto Abbate decimo nono. Metrop. Salisburg. part.2.fol. 503.

VIII. Münchſminſter Monaſterium Ord. eiusdem, Diœceſis Ratiſbonenſis, potentium perſonarum violentia, Monachis expulſis, diſtractis poſſeſſionibus in ſolitudinem redactum, religione & rebus penitus nudatum, poſt annos plurimos, temporibus Lotharij Imperat. per S. Othonem Bambergẽſem,& Chunonem Ratisbonenſem Epiſcopos, Ordini reſtituitur. Anno,1131. & 1133. Metrop. Salisb. nunc tenent Patres Ieſuitæ, vt & alia plurima.

Hirſaugia poſt annos.57. deſolationis reſtituitur.

IX. Hirſaugia, Cœnobium Ord. S. Bened. Diœceſis Spirenſis. anno. 1071. Vrgente Leone IX. per Adelbertum Comitem Calwenſem hæredem Fundatoris, reparatum fuit, quod mortuo Abbate nono Hartfrido cum ſexaginta Monachis, per ſeptem & quinquaginta annos neglectum ac planè deſolatum extiterat. Mart. Magerus, de Aduocatia arm.c.9.num.503.& ſeq. Aſtrum.q.1.n.33.

X. XI. Monaſterium Manſee, in Bauaria Ord. S. Bened. bis totaliter deſolatum, ſemel per Hungaros, ſecundò per Auſtrios ac Styrios vaſtatum & exuſtum, ſemper Ordini reſtituitur. Wigul. Hund. part. 2. Metrop. Saliſb. fol.500.

XII. Anhauſen, vulgò Brenzanhauſen Ord. S. Bened. Diœceſis Auguſtanæ, Anno. 1548. mortuis omnibus de Collegio ſeu Conuentu, nullo

ſuperſtite, Abbatem accepit Onufrium, profeſſum Monaſterij SS. Vdalrici & Afræ, Auguſtæ Vindel. Bruſchius centur. 1. Chronolog. Monaſter. German. fol. 2.

XIII. Abbatia Cellæ B. Virg. in Schopfloch, Ord. S. Bened. Diœceſ. Ratisbon. ab anno. 1558. deſtituta fuit Abbate & Conuentu, vſque ad annum 1582. quo per Abbatem in Oberaltaich nominatus, & Ratisbonam pro Confirmatione obtinenda miſſus fuit Abbas in ordine ſeptimus. Hund. in Metrop. p. 2. fol. 478.

XIV. Monaſterium Hirsfeld in Haſſia, multis annis per Landgravios Haſſiæ vi occupatũ, anno 1630. & 1631. iterũ habuit incolas & Nouitios Benedictinos, Adminiſtratorio munere tantiſper gubernatum ab Illuſtriſſimo Principe Io: Bernardo, Abbate Fuldenſi, qui miſſo illuc Decano & Monachis ex S. Gallo in Heluetia, Monaſterium reſtaurare cæpit.

XV. Mortuo vltimo Abbate Monaſterij Münſter in valle Gregoriana Alſatiæ, nec vllo alio ſuperſtite Profeſſo, ab Epiſcopo & Ordinario Baſileenſi, ex Cœnobio Ochſenhuſano in Abbatem nominatus & poſtulatus fuit Gregorius Blarer à VVartenſee, Anno Domini 1630. Aſtri q. 2. n. 7.

XVI. Carthuſianorum domum Vallis S. Ioan. Bapt. in Seyz, ſitam in Sclauonia, aliquandiu occupauerant & habitârant Patres Ieſuitæ, ſed operâ Ad m. R. P. Viani, Romanam Curiam melius informantis, coacti ſunt, authoritate Sedis Apoſtolicæ, locum Patribus Carthuſianis, cum omni iure reſtituere, paucis abhinc annis Domum Vallis S. Georgij in Gyrio, & domum Throni S. Trinitatis in Pletriach, eiusdem Ordinis in Sclauonia, hodieque detinent ijdem Patres Ieſuitæ, cum onere, vt aiunt, alendi viginti Alumnos Grætij in Styria.

XVII. In Monaſterio Iſnenſi Ord. S. Bened. Diœceſis Conſtantienſis, ſublatis veneno Monachis omnibus, vnà cum Abbate ſuo Henrico II. idque Anno. 1530. ſuffectus eſt aliunde, ex eodem Ordine Conradus III. Aſtri. q. 2. num. 7:

XVIII. Decreto Ferdinandi II. Imp. reſtitutus eſt Ordini S. Benedicti Prioratus Reichenbach, ad Abbatiam Hirſaugienſem ſpectans, Anno. 1629. triginta & amplius annis, omnibus Monachis deſtitutis, Duce VVirtenbergæ Monaſterium violentèr occupante. Sic per Edictum Generale Reſtitutionis eiusdem glorioſæ memoriæ Ferdinandi II. Imp. Anno. 1630. & ſeqq. ſuis quæque Ordinibus in Imperio per deputatos Commiſſarios iure reſtituta ſunt Monaſteria, quæ per octoginta circiter annos, vaſtante hæreſi, deſolata fuêre.

XIX. Hirſaugienſe, Ord. S. Bened. Diœceſis Spirenſis.
XX. Alberspacenſe Ord. S. Bened. Diœceſis Conſtantienſis.
XXI. Lorchenſe Ord. S. Bened. Diœceſis Auguſtanæ.
XXII. Gottiſaugienſe Ord. S. Bened. Diœceſis Spirenſis.
XXIII. Murhartenſe Ord. S. Bened. Diœceſis Herbipolenſis.

XXIV. Blavv-

XXIV. Blawbeuren, Ord. S. Bened. Diœceſ. Conſtantienſis.
XXV. Münchrode Præpoſitura Ord. S. Bened. Diœceſ. Auguſtanæ ſpectans ad Abbatiam Hirſaugienſem.
XXVI. Maulbrunnen.
XXVII. Künigsbrunnen.
XXVIII. Bebenhauſen.
XXIX. Alba Dominorum.
} Abbatiæ Ordinis Ciſtercienſis, in VVirtenbergia.
XXX. Monaſterium Adelbergenſe, Ord. Præmonſtratenſis in VVirtenbergia.
XXXI. Herbrechtingen Ord. Can. Regul. S. Auguſtini, Diœceſis Auguſtanæ.
XXXII. Alba Dominarum, Monaſterium Monialium Ord. S. Bened. Diœceſis Spirenſis, in Marchionatu Badenſi, poſt longæuam deſolationem, reſciſſo Indulto Pontificio, pro Patribus Societatis impetrato, Ordini ſuo ad informationem Ordinarij Spirenſis, aliquot annis antè reſtituitur. Aſtrum. q. 1. 32. & 85. & q. n. 5. §. ex quibus. His accedunt.
XXXIII. VVoltigeroda Ord. Ciſterc. Monial. de quo in Hort. Cruſ. alleg. 385. & ſeq.
XXXIV. Archi Abbatia montis S. Martini in Hungaria, Ord. S. Benedicti, cum ſubiectis ſibi ſex aut ſeptem Abbatijs, Ord. eiusdem Aulæa n. 101. & ſeqq.
